Ex quo quidem facile intelligas, Samios, et Ionas reliquos, de una fidelia (uti ipsorum verbum est) parietes duos dealbasse. Etenim quum Alcibiades Atheniensium classem instructam et ornatam circa Ioniam haberet, plerique Iones eum coluere, atque adeo Samii statuam ei aeneam in Iuno-

μίων ἐστὶν ἀνάθημα. ὡς δὲ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἑάλωσαν αἱ ναῦς αἱ Ἀττικαὶ, Σάμιοι μὲν ἐς Ὀλυμπίαν τὸν Λύσανδρον, Ἐφέσιοι δὲ ἐς τὸ ἱερὸν ἀνετίθεσαν τῆς Ἀρτέμιδος Λύσανδρόν τε αὐτὸν καὶ Ἐτεόνικον, καὶ Φάρακα, καὶ ἄλλους Σπαρτιατῶν, ἥκιστα ἔς γε τὸ Ἑλληνικὸν γνωρίμους. μεταπεσόντων δὲ αὖθις τῶν πραγμάτων, καὶ Κόνωνος κεκρατηκότος τῇ ναυμαχίᾳ περὶ Κνίδον καὶ ὄρος τὸ Δώριον ὀνομαζόμενον, οὕτω μετεβάλλοντο οἱ Ἴωνες, καὶ Κόνωνα ἀνακείμενον χαλκοῦν καὶ Τιμόθεον ἐν Σάμῳ τε ἔστιν ἰδεῖν παρὰ τῇ Ἥρᾳ, καὶ ὡσαύτως ἐν Ἐφέσῳ παρὰ τῇ Ἐφεσίᾳ θεῷ. ταῦτα μέν ἐστιν ἔχοντα οὕτω τὸν ἀεὶ χρόνον, καὶ Ἴωσιν ὡσαύτως οἱ πάντες ἄνθρωποι θεραπεύουσι τὰ ὑπερέχοντα τῇ ἰσχύϊ.

nis erexerunt. Superatis vero navali praelio ad Aegospotamos Atheniensibus, iidem Samii Lysandro in Olympia statuam posuere. Quin et Ephesii in Dianae, Lysandri, Eteonici, Pharacis, et aliorum Spartanorum, minime clari inter Graecos nominis, imagines dedicarunt. Iam vero commutata rursum fortuna, quum ad Cnidon et Dorion montem ab Atheniensibus Cononis ductu classe victi fuissent Lacedaemonii, eousque Ionum studia in diversa abierunt, ut Cononem ex aere, Timotheum etiam, Sami apud Iunonem positos videas: itidemque Ephesi apud deam Ephesiam. Et profecto eadem quovis tempore fuit omnibus gentibus, quae Ionibus mens, ut hominum studia ad eos, qui opibus ac viribus praestarent, propensiora essent.

CAPUT IV.

Recensionis signorum athletarum Olympiae positorum continuatio — statua Sostrati Sicyonii cognomine Acrochersitae et Leontisci — Olympias CIV. ab Eleis non notata, quia Pisaei et Arcades tunc ludos celebrarunt — puer taenia redimitus, unicum Olympiae signum a Phidia confectum — Chilonis Patrensis signum — Aristotelis Stagiritae — Archidami, regis Lacedaemoniorum — Ergotelis Cretensis.

Ἔχεται δὲ τοῦ Λυσάνδρου τῆς εἰκόνος Ἐφέσιός τε πύκτης, τοὺς ἐλθόντας κρατήσας τῶν παίδων, ὄνομα δέ οἱ ἦν Ἀθήναιος· καὶ Σικυώνιος Σώστρατος παγκρατιαστὴς ἀνὴρ, ἐπίκλησις δὲ ἦν Ἀκροχερσίτης αὐτῷ. παραλαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τοῦ ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει, πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. γεγόνασι δὲ αὐτῷ Νεμείων μὲν νῖκαι καὶ Ἰσθμίων ἀναμὶξ δυώδεκα, Ὀλυμπίασι δὲ καὶ Πυθοῖ, τῇ μὲν δύο, τρεῖς δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ. (2) *Τὴν τετάρτην δὲ Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν (πρώτην γὰρ δὴ ἐνίκησεν ὁ Σώστρατος ταύτην) οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ Ἠλεῖοι, διότι μὴ αὐτοὶ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Πισαῖοι καὶ Ἀρκάδες ἔθεσαν ἀντ' αὐτῶν. Παρὰ δὲ τὸν Σώστρατον παλαιστὴς ἀνὴρ πεποίη-* 461

Cap. IV. Proxima est Lysandri statuae effigies Ephesii pugilis, qui de puerorum certamine victoriam est adeptus: nomen ei fuit Athenaeus. Adsistit etiam Sostratus Sicyonius, *nobilis* pancratiastes; cui cognomen fuit Acrochersites, quod adversariorum summas manus tam fortiter apprehendebat, ut non prius eos dimitteret, quam elisis digitis dolore confectos intelligeret. Duodecim ei partim Nemeorum, partim vero Isthmiorum palmae datae sunt; Pythicae duae, Olympicae tres. (2) Quartam certe supra centesimam Olympiadem, qua Sostratus primum coronam cepit, non conscribunt in suis commentariis Elei. Pro illis enim eius Olympiadis auctores celebrandae Pisaei et Arcades fuere.

ται Λεοντίσκος, ἐκ Σικελίας τε ὢν γένος, καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πορθμῷ Μεσσήνης· στεφανωθῆναι δὲ ὑπό τε Ἀμφικτυόνων καὶ ὑπὸ Ἠλείων, εἶναι δὲ αὐτῷ λέγεται τὴν πάλην, καθὰ δὴ καὶ τὸ παγκράτιον τῷ Σικυωνίῳ Σωστράτῳ· καὶ γὰρ τὸν Λεοντίσκον καταβαλεῖν μὲν οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς παλαίοντας, νικᾷν δὲ αὐτὸν κλῶντα τοὺς δακτύλους. τὸν δὲ ἀνδριάντα Πυθαγόρας ἐποίησεν ὁ Ῥηγῖνος, εἴπέρ τις καὶ ἄλλος ἀγαθὸς τὰ ἐς πλαστικήν. διδαχθῆναι δὲ παρὰ Κλεάρχῳ φασὶν αὐτὸν, Ῥηγίνῳ μὲν καὶ αὐτῷ, μαθητῇ δὲ Εὐχείρου· τὸν δὲ Εὔχειρον εἶναι Κορίνθιον, φοιτῆσαι δὲ ὡς Συάδραν τε καὶ Χάρταν Σπαρτιάτας. (3) Ὁ δὲ παῖς ὁ ἀναδούμενος ταινίᾳ τὴν κεφαλὴν, ἐπεισήχθω μοι καὶ οὗτος ἐς τὸν λόγον, Φειδίου τε εἵνεκα καὶ τῆς ἐς τὰ ἀγάλματα τοῦ Φειδίου σοφίας· ἐπεὶ ἄλλως γε οὐκ ἴσμεν ὅτου τὴν εἰκόνα ὁ Φειδίας ἐποίησε. Σάτυρος δὲ Ἠλεῖος Λυσιάνακτος πατρὸς, γένους δὲ τοῦ Ἰαμιδῶν, ἐν Νεμέᾳ πεντάκις ἐνίκησε πυκτεύων, καὶ Πυθοῖ τε δὶς, καὶ δὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ. τέχνη δὲ Ἀθη-

Prope Sostratum positus est palaestrita Siciliensis Leontiscus, e Messana, quae ad fretum est. Coronam is ab Amphictyonibus et Eleis accepit. Et in lucta quidem Leontiscus haud alio more, quam Sostratus in pancratio adversarios percellebat. Neque enim colluctantes sternebat, sed victoriam summis digitis collidendis extorquebat. Statuam ei fecit Pythagoras Rheginus, fingendi peritia sollers haud minus quam quivis alius. Didicisse eum artem ferunt a Clearcho Rhegino, Euchiri discipulo. Euchirus Corinthius fuit: is praeceptoribus est usus Syadra et Charta Spartanis. (3) Puer taenia redimitus, Phidiae causa, et eximiae eius in fingendis statuis sollertiae, nobis non fuit praetermittendus, quod scilicet neminem alium novimus, cuius effigiem expresserit Phidias. Satyrus quidem Eleus Lysianacte patre genitus, ex Iamidarum gente, e Nemea quinque, de pugilatu; duas e Pythicis ludis, et ex Olympicis totidem palmas tulit.

ναίου Σιλανίωνος ὁ ἀνδριάς ἐστι. Πλάστης δὲ ἄλλος τῶν Ἀττικῶν Πολυκλῆς, Σταδιέως μαθητὴς Ἀθηναίου, πεποίηκε παῖδα Ἐφέσιον παγκρατιαστὴν, Ἀμύνταν Ἑλλανίκου. (4) Χίλωνι δὲ Ἀχαιῷ Πατρεῖ δύο μὲν Ὀλυμπιακαὶ νῖκαι πάλης ἀνδρῶν, μία δὲ ἐγένετο ἐν Δελφοῖς, τέσσαρες δὲ ἐν Ἰσθμῷ, καὶ Νεμέων τρεῖς. ἐτάφη δὲ ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, καί οἱ καὶ τοῦ βίου συνέπεσεν ἐν πολέμῳ τὴν τελευτὴν γενέσθαι. μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ·

Μουνοπάλης νικῶ δὶς Ὀλύμπια Πύθιά τ' ἄνδρας,
  Τρὶς Νεμέᾳ, τετράκις δ' Ἰσθμῷ ἐν ἀγχιάλῳ,
Χίλων, ὃς Πατρεὺς ἦν· αὐτὰρ ὁ λαὸς Ἀχαιῶν 462
  Ἐν πολέμῳ φθίμενον θάψ' ἀρετῆς ἕνεκεν.

τὸ μὲν δὴ ἐπίγραμμα ἐπὶ τοσοῦτον ἐδήλωσεν. εἰ δὲ Λυσίππου τοῦ ποιήσαντος τὴν εἰκόνα τεκμαιρόμενον τῇ ἡλικίᾳ συμβαλέσθαι δεῖ με τὸν πόλεμον, ἔνθα ὁ Χίλων ἔπεσεν, ἤτοι ἐς Χαιρώνειαν Ἀχαιοῖς τοῖς πᾶσιν ὁμοῦ στρατεύσασθαι, ἢ ἰδίᾳ κατ' ἀρετήν τε καὶ τόλμαν Ἀχαιῶν

Eius fecit statuam Atheniensis Sinanion. At Polycles et ipse Attici nominis fictor, Stadiei Atheniensis discipulus, Amyntam fecit pancratiastem, puerum ex Epheso, Hellanici filium. (4) Chilon Achaeus Patrensis Olympicis duabus de lucta virorum, Delphica una, quatuor Isthmicis, tribus Nemiacis nobilitatus est coronis. Sepulcrum ei publica impensa Achaei erexere. Et praelians quidem mortem oppetiit. Testata res his versibus:

Solum lucta virum bis Olympia Pythiaque ornat,
  Ter Nemea, atque Isthmus me quater undisonus
Chilonem. Patria est Patrae: virtutis Achivi
  Caesum acie memores hoc posuere loco.

Haec quidem inscriptio est. Quod si quo bello ceciderit, ex aetate Lysippi, qui statuam eius fecit, coniectandum est, vel ad Chaeroneam in acie stetit cum Achaeis omnibus, vel pro virilis animi ardore solus e cunctis Achaeis praelio ei

μόνος Ἀντιπάτρου μοι καὶ Μακεδόνων ἐναντία ἀγωνίσασθαι περὶ Λαμίαν φαίνεται τὴν ἐν Θεσσαλίᾳ. (5) Ἐφεξῆς δὲ τοῦ Χίλωνος δύο ἀνάκεινται· τῷ μὲν Μολπίων ἐστὶν ὄνομα; στεφανωθῆναι δὲ τὸ ἐπίγραμμά φησιν αὐτὸν ὑπὸ Ἠλείων· τὸν δὲ ἕτερον, ὅτῳ μηδέν ἐστιν ἐπίγραμμα, μνημονεύουσιν ὡς Ἀριστοτέλης ἐστὶν ὁ ἐκ τῶν Θρᾳκίων Σταγείρων. καὶ αὐτὸν ἤτοι μαθητὴς, ἢ καὶ στρατιωτικὸς ἀνέθηκεν ἀνὴρ, ἅτε παρὰ Ἀντιπάτρῳ καὶ πρότερον ἰσχύσαντα παρὰ Ἀλεξάνδρῳ. Σωδάμας δὲ ὁ ἐξ Ἀσσοῦ τῆς ἐν τῇ Τρωάδι, κειμένης δὲ ὑπὸ τῇ Ἴδῃ, πρῶτος Αἰολέων τῶν ταύτῃ, στάδιον Ὀλυμπίασιν ἐνίκησεν ἐν παισί. (6) Παρὰ δὲ Σωδάμαν Ἀρχίδαμος ἕστηκεν ὁ Ἀγησιλάου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. πρὸ δὲ τοῦ Ἀρχιδάμου τούτου βασιλέως, εἰκόνα οὐδενὸς ἔν γε τῇ ὑπερορίᾳ Λακεδαιμονίους ἀναθέντας εὕρισκον. Ἀρχιδάμου δὲ ἄλλων τε καὶ τῆς τελευτῆς ἐμοὶ δοκεῖν εἵνεκα ἀνδριάντα ἐς Ὀλυμπίαν ἀπέστειλαν, ὅτι ἐν βαρβάρῳ τε ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεὼν, καὶ βασιλέων μόνος τῶν ἐν Σπάρτῃ δῆλός ἐστιν ἁμαρτὼν τάφου. ταῦτα μὲν δὴ καὶ

interfuit, quod ad Lamiam in Thessalia cum Antipatri Macedonum regis exercitu commissum est. (5) Post Chilonem duae deinceps statuae erectae: Molpioni una, quem ab Eleis coronam cepisse testatur inscriptio. Alterius nullus est titulus; sed eam Aristotelis esse memorant Stagiritae e Thracia, sive discipulus ei, sive miles quispiam, gratia apud Antipatrum florenti, et ante apud Alexandrum, honorem hunc habuerit. Sodamas quidem ex Asso in Troade ad Idam montem, Aeolensium ex eo tractu primus pueros in Olympico stadio vicit. (6) Prope Sodaman Archidamo Lacedaemoniorum regi, Agesilai filio, statua posita est. Ante hunc nulli cuiquam extra fines statuam a Lacedaemoniis erectam comperi. Archidamo vero, et ob alia *merita*, et mortis causa statuam in Olympia dedicandam censuerunt, quod et inter Barbaros occubuit, et unus ex omnibus Spartanorum regibus sepulturae honore caruit: quod ipsum ple-

ἐν τοῖς Σπαρτιατικοῖς λόγοις ἐς πλέον ἡμῖν δεδήλωται. Εὐάνθει δὲ Κυζικηνῷ γεγόνασι πυγμῆς νῖκαι, μία μὲν ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπιακὴ, Νεμείων δὲ ἐν παισὶ καὶ Ἰσθμίων. Πεποίηται δὲ παρὰ τὸν Εὐάνθη ἀνήρ τε ἱπποτρόφος καὶ τὸ ἅρμα, ἀναβεβηκυῖα δὲ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖς παρθένος. ὄνομα μὲν Λάμπος τῷ ἀνδρὶ, πατρὶς δὲ ἦν αὐτῷ νεωτάτη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων, καλουμένη δὲ ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου. Κυνίσκῳ δὲ τῷ ἐκ Μαντινείας πύκτῃ παιδὶ ἐποίησε Πολύκλειτος τὴν εἰκόνα. 463
(7) Ἐργοτέλης δὲ ὁ Φιλάνορος δολιχοῦ δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ τε καὶ Νεμείων ἀνῃρημένος, οὐχ Ἱμεραῖος εἶναι τὸ ἐξαρχῆς, καθάπερ γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησὶ, Κρὴς δὲ εἶναι λέγεται Κνώσσιος· ἐκπεσὼν δὲ ὑπὸ στασιωτῶν [ὑπὸ] Κνωσσοῦ, καὶ ἐς Ἱμέραν ἀφικόμενος, πολιτείας τετύχηκεν· ᾧ καὶ πολλὰ εὕρετο ἄλλα ἐς τιμήν. ἔμελλεν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, Ἱμεραῖος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀναγορευθήσεσθαι.

nius a me in commentario de rebus Laconicis expositum est. Euanthi Cyziceno pugili palma una evenit Olympica in virorum certamine; in puerorum, Nemiaca et Isthmica. Iuxta Euanthem vir est equorum studiosus, currusque, et puella currum conscendens. Lampus viro nomen: patria ei Macedoniae civitatum recentissima, cui a Philippo Amyntae filio nomen. Cynisco e Mantinea puero pugili statuam Polycletus fecit. (7) Ergoteles autem Philanoris filius, qui duas longioris curriculi in Olympia, totidem in Pythicis, Isthmicis, Nemeis palmas est adeptus, non Himeraeus fuit primitus, quod inscriptio indicat; sed Cretensis e Gnosso; unde seditione pulsus, ab Himeraeis, ad quos profugerat, est in civitatem receptus, et aliis item honoribus affectus: quare merito victor Himeraeus inscribitur.

CAPUT V.

Signum Polydamantis, qui statura corporis omnes superavit, heroibus exceptis — de Scotussae, Polydamantis patriae, fatis — Polydamantis alia, praeter victoriam Olympicam, fortiter facta narrantur — de Polydamantis interitu.

Ὁ δὲ ἐπὶ τῷ βάθρῳ τῷ ὑψηλῷ, Λυσίππου μέν ἐστιν ἔργον, μέγιστος δὲ ἁπάντων ἐγένετο ἀνθρώπων, πλὴν τῶν ἡρώων καλουμένων, καὶ εἴ δή τι ἄλλο ἦν πρὸ τῶν ἡρώων θνητὸν γένος· ἀνθρώπων δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς οὗτός ἐστιν ὁ μέγιστος Πουλυδάμας Νικίου. (2) Σκότουσσα δὲ ἡ τοῦ Πουλυδάμαντος πατρὶς οὐκ ᾠκεῖτο ἔτι ἐφ' ἡμῶν. Ἀλέξανδρος γὰρ τὴν πόλιν ὁ Φεραίων τυραννήσας κατέλαβε σπονδαῖς, καὶ Σκοτουσσαίων τούς τε ἐς τὸ θέατρον συνειλεγμένους (ἔτυχε γάρ σφισι καὶ ἐκκλησία τηνικαῦτα οὖσα) τούτους τε ἅπαντας κατηκόντισε, πελτασταῖς ἐν κύκλῳ περισχὼν καὶ τοξόταις, καὶ τὸ ἄλλο ὅσον ἐν ἡλικίᾳ κατεφόνευσε, γυναῖκας δὲ ἀπέδοτο καὶ παῖδας, μισθὸν εἶναι τὰ χρήματα τοῖς ξένοις. αὕτη Σκοτουσσαίοις ἡ συμφορὰ Φρασικλείδου μὲν Ἀθήνῃσιν ἐγένετο ἄρχον-

Cap. V. Iam vero qui e celsa pila eminet, quem Lysippus fecit, is omnium hominum, heroibus, et si qua fuit alia hominum ante heroas natio, exceptis, omnium certe aetatis nostrae hominum statura corporis maximus fuit, Polydamas Niciae filius, (2) cuius Patria Scotussa plane deleta est. Alexander enim Pheraeorum tyrannus foederibus, quibus erat cum illo coniuncta, violatis, de improviso urbem cepit; ac de Scotussaeis eos qui in theatrum confluxerant (forte enim eis tunc indicta erat concio) peltatorum et sagittariorum manu undique circumseptos ad unum omnes iaculis confedit; puberes etiam, quotquot essent, trucidandos curavit; foeminas et pueros *sub corona* vendidit: de precio mercenario militi stipendium dedit. Oppressit exitium hoc Scotussaeos Phrasiclide summum Athenis ma-

τος, δευτέρᾳ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων
Θούριος ἐνίκα τὸ δεύτερον, ταύτης ἔτει δευτέρῳ τῆς
Ὀλυμπιάδος. καὶ ὀλίγον τε ἔμενε τὸ διαφυγὸν τῶν Σκο-
τουσσαίων, καὶ αὖθις ὑπὸ ἀσθενείας ἐξέλιπον καὶ οὗτοι
τὴν πόλιν, ὅτε καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι προςπταῖσαι δεύ-
τερα ἐν τῷ πρὸς Μακεδόνας πολέμῳ παρεσκεύασεν ὁ δαί-
μων. (3) Παγκρατίου μὲν δὴ καὶ ἄλλοις ἤδη γεγόνασιν
ἐπιφανεῖς νῖκαι· Πουλυδάμαντι δὲ τάδε ἀλλοῖα παρὰ τοὺς 464
ἐπὶ τῷ παγκρατίῳ στεφάνους ὑπάρχοντά ἐστιν. ἡ ὀρεινὴ
τῆς Θρᾴκης, ἡ ἔνδον Νέστου ποταμοῦ τοῦ ῥέοντος δια
τῆς Ἀβδηριτῶν, καὶ ἄλλα θηρία, ἐν δὲ αὐτοῖς παρέχεται
καὶ λέοντας, οἳ καὶ τῷ στρατῷ ποτε ἐπιθέμενοι τῷ Ξέρ-
ξου, τὰς ἀγούσας καμήλους τὰ σιτία ἐλυμήναντο. οὗτοι
πολλάκις οἱ λέοντες καὶ ἐς τὴν περὶ τὸν Ὄλυμπον πλα-
νῶνται χώραν. τούτου δὲ τοῦ ὄρους ἡ μὲν ἐς Μακεδο-
νίαν πλευρὰ, ἡ δὲ ἐπὶ Θεσσαλοὺς καὶ τὸν ποταμὸν τέ-
τραπται τὸν Πηνειόν. ἐνταῦθα ὁ Πουλυδάμας λέοντα ἐν

gistratum gerente, alterius et centesimae Olympiadis, qua secundum palmam Damon Thurius tulit, anno secundo. Rursus vero quum sua Graecos universos fortuna, altera iam clade fractos, Macedonum armis perculisset, Scotussaeos ad extremam imbecillitatem redactos, quos Alexandri crudelitas reliquos fecerat, belli metus eiecit. (3) Fuerunt et alii quidem maxime illustres de pancratio victoriis; verum ad Polydamantis titulos peculiaris quaedam accessit fortitudinis gloria, *cuius iam exempla aliquot referam.* Montana Thraciae regio, quae intra Nestum est, qui fluvius Abderitarum fines perlabitur, et alias *immanes* belluas, et leones alit. *Tam vero multi illic gignuntur, ut* in Xerxis camelos, qui commeatus convectabant, impetu facto, magnam eorum stragem olim fecerint. Errant hi plerumque per subiacentem Olympo monti agrum, eius enim montis latus alterum in Macedoniam, in Thessaliam alterum, et ad Peneum amnem, conversum est. In hoc ipso monte Poly-

τῷ Ὀλύμπῳ, μέγα καὶ ἄλκιμον θηρίον, κατειργάσατο οὐδενὶ ἐσκευασμένος ὅπλῳ. προήχθη δὲ ἐς τὸ τόλμημα φιλοτιμίᾳ πρὸς τὰ Ἡρακλέους ἔργα· ὅτι καὶ Ἡρακλέα ἔχει λόγος κρατῆσαι τοῦ ἐν Νεμέᾳ λέοντος. Ἕτερον δὲ ἐπὶ τούτῳ θαῦμα ὑπελίπετο ὁ Πουλυδάμας ἐς μνήμην. ἐς ἀγέλην ἐσελθὼν βοῶν, τὸν μέγιστον καὶ ἀγριώτατον λαβὼν τοῦ ἑτέρου τῶν ὄπισθεν ποδῶν, τὰς χηλὰς κατεῖχεν ἄκρας, καὶ πηδῶντα καὶ ἐπειγόμενον οὐκ ἀνίει, πρίν γε δὴ ὁ ταῦρος ὀψέ ποτε καὶ ἐς ἅπαν ἀφικόμενος βίας, ἀπέφυγεν ἀφεὶς ταύτῃ τῷ Πουλυδάμαντι τὰς χηλάς. Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἄνδρα ἡνίοχον ἐλαύνοντα σπουδῇ τὸ ἅρμα ἐπέσχε τοῦ πρόσω. λαβόμενος γὰρ τῇ ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν ὄπισθεν τοῦ ἅρματος, ὁμοῦ καὶ τοὺς ἵππους πεδήσας καὶ τὸν ἡνίοχον εἶχε. Δαρεῖος δὲ Ἀρταξέρξου παῖς νόθος, ὃς ὁμοῦ τῷ Περσῶν δήμῳ Ἰσόγαιον καταπαύσας παῖδα Ἀρταξέρξου γνήσιον, ἔσχεν ἀντ' ἐκείνου τὴν ἀρχὴν οὗτος ὡς ἐβασίλευσεν ὁ Δαρεῖος (ἐπυνθάνετο γὰρ τοῦ Πουλυδάμαντος τὰ ἔργα) πέμπων ἀγγέλους ὑπισχνούμε-

damas prorsus inermis, ingentem et praeferocem leonem confecit, quum in hoc se periculum Herculis incensus aemulatione demisisset. Illum enim ad Nemean leonem stravisse, fama vulgavit. Alterum etiam edidit memorabilis *fortitudinis* miraculum: apprehensum e grege medio maximum et ferocissimum taurum posteriorum pedum altero, subsultantem et contranitentem tam obnixe detinuit, ut vix, et relictis quidem ungulis, effugere potuerit. Aiunt eundem Polydamantem incitante equos auriga, altera tantum manu retractos a tergo currus sistere solitum. Hac fama impulsus Darius, Artaxerxis ex pallaca filius, is qui multitudinis Persarum studiis fretus Isogaeum legitimum Artaxerxis filium regno expulit, Polydamantem *magnis* per legatos donis et promissis invitatum Susa ad se evocavit. Quo quum venisset, unus ex provocatione tres de *cohorte regio* (qui immortales vocabantur) catervatim se oppugnantes occidit.

νος δῶρα, ἀνέπεισεν αὐτὸν ἐς Σοῦσά τε καὶ ἐς ὄψιν ἀφικέσθαι τὴν αὐτοῦ. ἔνθα δὴ κατὰ πρόκλησιν Περσῶν ἄνδρας τῶν καλουμένων ἀθανάτων ἀριθμὸν τρεῖς, ἀθρόους οἱ μονομαχήσαντας, ἀπέκτεινεν. ἔργων δὲ τῶν κατειλεγμένων οἱ τὰ μὲν ἐπὶ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀνδριάντος ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὰ δὲ καὶ δηλούμενά ἐστιν ὑπὸ τοῦ ἐπιγράμ- 465
ματος. (4) Ἔμελλε δὲ ἄρα τὸ ὑπὸ Ὁμήρου προθεσπισθὲν ἄλλους τε τῶν φρονησάντων ἐπὶ ἰσχύϊ, καὶ Πουλυδάμαντα ἐπιλήψεσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ ῥώμης ἔμελλεν ἀπολεῖσθαι καὶ οὗτος. εἰς σπήλαιον γὰρ οἵ τε ἄλλοι τῶν συμποτῶν καὶ ὁ Πουλυδάμας ἐσῆλθεν ὥρᾳ θέρους. καί πως οὐ κατά τινα ἀγαθὸν δαίμονα ἡ κορυφὴ τηνικαῦτα τοῦ σπηλαίου κατεῤῥήγνυτο, καὶ δῆλα ἦν ὡς αὐτίκα ἐμπεσεῖσθαι καὶ χρόνον οὐκ ἐπὶ πολὺν ἔμελλεν ἀνθέξειν. γενομένης δὲ αἰσθήσεως τοῦ ἐπιόντος κακοῦ, καὶ τρεπομένων ἐς φυγὴν τῶν λοιπῶν, παρέστη καταμεῖναι τῷ Πουλυδάμαντι, καὶ ἀνέσχε τὰς χεῖρας, ὡς ἐπιπίπτοντι ἀνθέξων τῷ σπηλαίῳ, καὶ οὐ βιασθησόμενος ὑπὸ τοῦ ὄρους. τούτῳ μὲν ἐνταῦθα ἐγένετο ἡ τελευτή.

Quae commemoravi facinora, partim in statuae basi spectantur, partim vero inscriptione testante cognoscuntur. Atenim Polydamanti virium suarum fiducia, quam exitio multis esse solere Homerus carminibus vaticinatus est, perniciem attulit. Nam quum per aestatem speluncam intrasset cum aliquot sodalibus *in opaco* accubiturus, fors minus aequa ita tulit, ut superior speluncae pars late fatisceret. Ibi Polydamas ceteris imminentis periculi metu delapsis quasi unus tantam labem sustinere posset, sublatis manibus montem fulcire conatus, ruinae mole oppressus est.

CAPUT VI.

Continuatur recensio signorum athletarum Olympiae positorum — de Euthymo pugili — Herois daemonis cultu Temessae instituto, eoque ab Euthymo superato — pictura huc pertinente.

Ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ παρὰ τοῦ Πουλυδάμαντος τὸν ἀνδριάντα, δύο τε ἐκ τῆς Ἀρκάδων, καὶ Ἀττικὸς ὁ τρίτος ἕστηκεν ἀθλητής. τὸν μὲν δὴ Μαντινέα Πρωτόλαον Διαλκοῦς, πυγμῇ παῖδας κρατήσαντα, ὁ Ῥηγῖνος Πυθαγόρας· Ναρυκίδαν δὲ τὸν Δαμαρέτου παλαιστὴν ἄνδρα ἐκ Φιγαλίας, Σικυώνιος Δαίδαλος· Καλλίᾳ δὲ Ἀθηναίῳ παγκρατιαστῇ τὸν ἀνδριάντα ἀνὴρ Ἀθηναῖος Μίκων ἐποίησεν ὁ ζωγράφος. Νικοδάμου δὲ ἔργον τοῦ Μαιναλίου παγκρατιαστής ἐστιν ἐκ Μαινάλου δύο νίκας ἐν ἀνδράσιν ἀνελόμενος Ἀνδροσθένης Λοχαίου. Ἐπὶ δὲ τούτοις Εὐκλῆς ἀνάκειται Καλλιάνακτος, γένος μὲν Ῥόδιος, οἴκου δὲ τοῦ Διαγοριδῶν· Διαγόρου γὰρ θυγατρὸς παῖς ἦν· ἐν δὲ ἀνδράσι πυγμῆς ἔσχεν Ὀλυμπιακὴν νίκην. τούτου μεν δὴ ἡ εἰκὼν Ναυκύδους ἐστὶν ἔργον. Πολύκλειτος δὲ Ἀργεῖος, οὐχ ὁ τῆς Ἥρας τὸ ἄγαλμα ποιήσας,

Cap. VI. Prope Polydamantem statuae erectae athletis tribus: eorum unum, Mantinensem scilicet Protolaum Dialcis filium, qui pueros in pugilatu vicit, Rheginus Pythagoras fecit: Narycidam Damareti filium palaestritam e Phigalia, Sicyonius Daedalus: Callian Atheniensem pancratiasten Micon pictor, et ipse Atheniensis. At Maenalium pancratiasten, Androsthenem Lochaei filium, qui duas tulit viriles palmas, Maenalius item Nicodamus fecit. Post hos Eucles statuae honorem habet Callianactis filius Rhodius, e domo Diagoridarum *materno genere*, quippe qui e Diagorae filia genitus est. Olympicam hic coronam cepit de virorum pugilatu: Naucydes opifex fuit. Palaestritam vero puerum, Thebanum Agenorem, Polycletus Argivus elaboravit,

μαθητὴς δὲ Ναυκύδους, παλαιστὴν παῖδα εἰργάσατο, Θη-
βαῖον Ἀγήνορα· ἀνετέθη δὲ ἡ εἰκὼν ὑπὸ τοῦ Φωκέων
κοινοῦ. Θεόπομπος γὰρ ὁ πατὴρ τοῦ Ἀγήνορος πρόξε-
νος τοῦ ἔθνους ἦν αὐτῶν. Νικόδαμος δὲ ὁ πλάστης ὁ
ἐκ Μαινάλου Δαμοξενίδαν ἄνδρα πύκτην ἐποίησεν ἐκ
Μαινάλου. Ἕστηκε δὲ καὶ Λαστρατίδα παιδὸς εἰκὼν
Ἠλείου, πάλης ἀνελομένου στέφανον· ἐγένετο δὲ αὐτῷ
καὶ Νεμείων ἔν τε παισὶ καὶ ἀγενείων ἑτέρα νίκη. Πα-
ραβάλλοντι δὲ τῷ Λαστρατίδα πατρὶ ὑπῆρξε μὲν διαύλου 466
παρελθεῖν δρόμῳ, ὑπέλειπε δὲ καὶ ἐς τοὺς ἔπειτα φιλο-
τιμίας, τῶν νικησάντων Ὀλυμπίασι τὰ ὀνόματα ἀναγρά-
ψας ἐν γυμνασίῳ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ. τὰ μὲν δὴ ἐς τούτους
εἶχεν οὕτω. (2) Τὰ δὲ ἐς Εὔθυμον τὸν πύκτην, οὔ με
εἰκὸς ὑπερβαίνειν ἦν τὰ ἐς τὰς νίκας αὐτῷ καὶ τὰ ἐς
δόξαν ὑπάρχοντα τὴν ἄλλην. γένος μὲν δὴ ἦν ὁ Εὔθυ-
μος ἐκ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν, οἳ χώραν τὴν πρὸς τῷ
Ζεφυρίῳ τῇ ἄκρᾳ νέμονται, πατρὸς δὲ ἐκαλεῖτο Ἀστυ-
κλέους· εἶναι δὲ αὐτὸν οὐ τούτου, ποταμοῦ δὲ οἱ ἐπι-

non idem sane, qui Iunonis signum fecit, sed *omnino alius, qui* Naucydae discipulus fuit. Huic Agenori Phocensium commune statuam posuit, quod Theopompus Agenoris pater Phocicae gentis publicus apud Thebanos esset hospes. *Idem certe* Nicodamus e Maenalo fictor, *cuius paullo ante mentionem feci*, Damoxenidam pugilem Maenalium finxit. Est ibidem Lastratidae Elei pueri imago, qui de lucta coronam cepit, quum idem de impuberibus alteram e Nemeis tulisset. Paraballonti quidem Lastratidae huius patri, de curriculo iterato palma decreta est. Traditus vero posteris mos est, quo famae perpetuitati consuleretur, ut victorum nomina in Olympico gymnasio conscriberentur. (2) Non praeterierim hoc loco, quae de Euthymi pugilis victoriis, deque reliqua eius gloria memoriae prodita sunt. Patria ei fuit Locri in Italia ad Zephyrium promontorium, pater Astycles: etsi cives eum sui Caecinae amnis satu genitum

χώριοι τοῦ Καικίνου φασὶν, ὃς τὴν Λοκρίδα καὶ Ῥηγίνην ὁρίζων τὸ ἐς τοὺς τέττιγας παρέχεται θαῦμα. οἱ μὲν γὰρ τέττιγες οἱ ἐντὸς τῆς Λοκρίδος ἄχρι τοῦ Καικίνου κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις τέττιξιν ᾄδουσι· διαβάντων δὲ τὸν Καικίνην οὐδεμίαν ἔτι οἱ ἐν τῇ Ῥηγίνῃ τέττιγες ἀφιᾶσι [τὴν] φωνήν. τούτου μὲν δὴ παῖδα εἶναι λέγεται τὸν Εὔθυμον. ἀνελομένῳ δέ οἱ πυγμῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκην τετάρτῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι, οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν Ὀλυμπιάδα ἔμελλε χωρήσειν. Θεαγένης γὰρ ὁ Θάσιος Ὀλυμπιάδι ἐθέλων τῇ αὐτῇ πυγμῆς τε ἀνελέσθαι καὶ παγκρατίου νίκας, ὑπερεβάλλετο πυκτεύων τὸν Εὔθυμον. οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Θεαγένης ἐπὶ τῷ παγκρατίῳ λαβεῖν ἐδυνήθη τὸν κότινον, ἅτε προκατεργασθεὶς τῇ μάχῃ πρὸς τὸν Εὔθυμον. ἐπὶ τούτῳ δὲ ἐπιβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τῷ Θεαγένει τάλαντον μὲν ἱερὰν ἐς τὸν θεὸν ζημίαν, τάλαντον δὲ βλάβης τῆς ἐς Εὔθυμον, ὅτι ἐπηρείᾳ τῇ ἐς ἐκεῖνον ἐδόκει σφίσιν ἐπανελέσθαι τὸ ἀγώνισμα τῆς πυγμῆς· τούτων εἵνεκα καταδικάζουσιν αὐτὸν ἐκτίσαι καὶ ἰδίᾳ τῷ Εὐθύμῳ χρήματα.
467 ἕκτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα, τὸ μὲν τῷ θεῷ

memorant. Fluvius hic Locrensem agrum a Rhegino dividens, cicadarum miraculo est memorabilis. Citeriores enim, Locridis incolae, aeque atque aliae omnes argutae sunt: at in Rheginorum finibus trans Caecinam nulla est omnino cicada vocalis. Huius itaque amnis Euthymus filius fuisse dicitur. Is quum ex Olympia de pugilatu palmam tulisset quarta et septuagesima Olympiade, haudquaquam pari eventu ea, quae consecuta est, Olympiade certavit. Theagenes enim Thasius unis ludis pugilatus et pancratii palmam appetens, Euthymum quidem caestibus vicit; oleaginam vero de pancratio non accepit, quod fraude adversarium circumvenisse iudicatus pugna superiore, aedilium sententia talentum unum Iovi, sacram multam, alterum item talentum Euthymo, ad luendam contumeliae noxam, iussus est pendere. Et in Olympiade quidem sexta supra septuagesimam

τοῦ ἀργυρίου γιγνόμενον ἐξέτισεν ὁ Θεαγένης, καὶ ἀμειβόμενος αὐτὸν οὐκ ἐσῆλθεν ἐπὶ τὴν πυγμήν· καὶ ἐπ' ἐκείνης τε αὐτῆς καὶ ἐπὶ τῆς μετ' ἐκείνην Ὀλυμπιάδος τὸν ἐπὶ πυγμῇ στέφανον ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος. ὁ δέ οἱ ἀνδριὰς τέχνη τέ ἐστιν Πυθαγόρου, καὶ θέας ἐς τὰ μάλιστα ἄξιος. (8) Ἐπανήκων δὲ ἐς Ἰταλίαν, τότε δὴ ἐμαχέσατο πρὸς τὸν Ἥρω. τὰ δὲ ἐς αὐτὸν εἶχεν οὕτως. Ὀδυσσέα πλανώμενον μετὰ ἅλωσιν τὴν Ἰλίου, κατενεχθῆναί φασιν ὑπὸ ἀνέμων ἔς τε ἄλλας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ πόλεων, ἀφικέσθαι δὲ καὶ ἐς Τεμέσσαν ὁμοῦ ταῖς ναυσί· μεθυσθέντα οὖν ἐνταῦθα ἕνα τῶν ναυτῶν παρθένον βιάσασθαι, καὶ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἀντὶ τούτου καταλευσθῆναι τοῦ ἀδικήματος· Ὀδυσσέα μὲν δὴ ἐν οὐδενὶ λόγῳ θέμενον αὐτοῦ τὴν ἀπώλειαν, ἀποπλέοντα οἴχεσθαι· τοῦ καταλευσθέντος δὲ ἀνθρώπου τὸν δαίμονα οὐδένα ἀνιέναι καιρὸν ἀποκτείνοντά τε ὁμοίως τοὺς ἐν τῇ Τεμέσσῃ καὶ ἐπεξερχόμενον ἐπὶ πᾶσαν ἡλικίαν· ἐς ὃ ἡ Πυθία τοπαράπαν ἐξ Ἰταλίας ὡρμημένους φεύγειν,

Iovi Theagenes, quod erat imperatum argenti, exsolvit: reliquum multae recusans, in pugilatum non descendit. Illa itaque et altera deinceps Olympiade, Euthymo pugilatus corona decreta. Statua eius Rhegini Pythagorae opus fuit, cum primis, quae spectetur, dignissima. (8) In Italiam is quum transmisisset, pugnam cum heroe commisit: de quo, quae sunt memoriae prodita, sic propemodum se habent. Ulyssem aiunt errantem, everso iam Ilio, tempestatibus huc illuc et ad alias Italiae ac Siciliae urbes, et Temessam etiam appulsum: ibi de navalibus sociis eius unum virgine per vinum violata, ab oppidanis contumeliam vindicantibus lapidibus obrutum: Ulyssem quidem nulla factum ulciscendi inita ratione inde profectum: perempti vero socii manes finem nullum saeviendi in cuiuslibet aetatis homines fecisse, priusquam cogitantes patriam relinquere Temessenses, *quo eam pestem effugerent*, Pythici Apollinis responso heroem

*Τεμέσσην μὲν ἐκλιπεῖν οὐκ εἴα, τὸν δὲ Ἥρω σφᾶς ἐκέ-
λευσεν ἱλάσκεσθαι, τέμενός τε ἀποτεμομένους οἰκοδομή-
σασθαι νεὼν, διδόναι δὲ κατὰ ἔτος αὐτῷ γυναῖκα τῶν
ἐν Τεμέσσῃ παρθένων τὴν καλλίστην. τοῖς μὲν δὴ τὰ
ὑπὸ τοῦ θεοῦ προστεταγμένα ὑπουργοῦσι δεῖμα ἀπὸ τοῦ
δαίμονος ἐς τὰ ἄλλα ἦν οὐδέν. Εὔθυμος δὲ (ἀφίκετο
γὰρ ἐς τὴν Τεμέσσαν, καί πως τηνικαῦτα τὸ ἔθος ἐποι-
εῖτο τῷ δαίμονι) πυνθάνεται τὰ παρόντα σφίσιν, καὶ
ἐσελθεῖν τε ἐπεθύμησεν ἐς τὸν ναὸν, καὶ τὴν παρθένον
ἐσελθὼν θεάσασθαι. ὡς δὲ εἶδε, τὰ μὲν πρῶτα ἐς οἶκτον,
δεύτερα δὲ ἀφίκετο καὶ ἐς ἔρωτα αὐτῆς. καὶ ἡ παῖς τε
συνοικήσειν κατώμνυτο αὐτῷ σώσαντι αὐτὴν, καὶ ὁ Εὔ-
θυμος ἐνεσκευασμένος ἔμενε τὴν ἔφοδον τοῦ δαίμονος·
ἐνίκα τε δὴ τῇ μάχῃ, καὶ, ἐξηλαύνετο γὰρ ἐκ τῆς γῆς,*
468 *ὁ Ἥρως ἀφανίζεταί [τε] καταδὺς ἐς θάλασσαν. καὶ γά-
μος τε ἐπιφανὴς Εὐθύμῳ, καὶ ἀνθρώποις τοῖς ἐνταῦθα
ἐλευθερία τοῦ λοιποῦ σφίσιν ἦν ἀπὸ τοῦ δαίμονος. ἤκουσα
δὲ καὶ τοιόνδε ἔτι ἐς τὸν Εὔθυμον, ὡς γήρως τε ἐπὶ*

placare iussi sunt, et consecrato ei solo templum excitare: devovere ei praeterea quotannis virginem unam, quae ipsis formosissima visa esset. Quod quum illi ex oraculo facere pergerent, nihil omnino gravius dehinc passi sunt. Forte vero quum venisset Euthymus Temessam, eo ipso tempore, quo solenne numini sacrum fiebat, re tota cognita, se intromitti illum aiunt in templum postulasse. Ibi virginem conspicatum, primo misericordia commotum, deinde etiam amore incensum; ac puellam quidem, si ab eo servata esset, se in eius manum conventuram fidem dedisse. Armis igitur captis cum genio congressum; illum victum moenibus et agro excessisse, sublatumque prorsus ex hominum coetu in mare se demersisse. Fuisse memorant, civitate universa foedissima calamitate liberata, maxime illustres Euthymi nuptias. De eodem vero Euthymo et illud *ex antiquitatis monumentis* accepimus: longissimam eum aetatem

μακρότατον ἀφίκοιτο, καὶ ὡς ἀποθανεῖν ἐκφυγὼν, αὖθις ἕτερόν τινα ἐξ ἀνθρώπων [ἄλλον] ἀπέλθοι τρόπον. οἰκεῖσθαι δὲ τὴν Τεμέσσαν καὶ ἐς ἐμὲ, ἀνδρὸς ἤκουσα πλεύσαντος κατὰ ἐμπορίαν. (4) Τόδε μὲν ἤκουσα, γραφῇ δὲ τοιᾷδε ἐπιτυχὼν οἶδα. ἦν δὲ αὕτη γραφῆς μίμημα ἀρχαίας. Νεανίσκος Σύβαρις, καὶ Κάλαβρός τε ποταμὸς, Καλύκα πηγὴ, πρὸς δὲ ἡρῶόν τε καὶ Τεμέσσα ἦν ἡ πόλις, ἐν δέ σφισι καὶ δαίμων, ὅντινα ἐξέβαλεν ὁ Εὔθυμος, χρόαν δὲ δεινῶς μέλας, καὶ τὸ εἶδος ἅπαν ἐς τὰ μάλιστα φοβερὸς, λύκου δὲ ἀμπίσχετο δέρμα ἐσθῆτα· ἐτίθετο δὲ καὶ ὄνομα Λύβαντα τὰ ἐπὶ τῇ γραφῇ γράμματα. ταῦτα μὲν δὴ ἐς τοσοῦτον εἰρήσθω.

CAPUT VII.

Statua Diagorae et Diagoridarum — de Dorieo eiusque morte — porro recensentur athletarum signa Olympiae posita.

Μετὰ δὲ τὸν ἀνδριάντα τοῦ Εὐθύμου, Πύθαρχός τε ἕστηκε Μαντινεὺς σταδιοδρόμος, καὶ πύκτης Ἠλεῖος Χαρμίδης, λαβόντες νίκας ἐπὶ παισί. Θεασάμενος δὲ καὶ

vivendo implesse, neque omnino mortuum, sed alio quodam modo hominem esse desiisse. Habitari hac etiamnum aetate Temessam, ex nautici negotiatoris oratione cognovi. (4) Haec ego auditu percepi: sed memini etiam me in hanc incidere picturam, quae ex vetusto exemplari accurata imitatione fuerat descripta: Adolescentulus Sybaris, Calabrus fluvius, Calyca fons. Hera insuper et Temessa urbes fuere; in iis genius, quem eiecit Euthymus: colore fuit is vehementer atro, omnique cetera specie maxime formidabilis: amictus, lupi pellis erat: Lybantem nomine eae literae produnt. Sed haec hactenus.

Cap. VII. Post Euthymi statuam, suae sunt positae Pytharcho Mantinensi stadii decursori, et Charmidi Eleo pugili, pueriles utrique palmas adeptis. Hos ubi spectave-

τούτους, ἐπὶ τῶν Ῥοδίων ἀθλητῶν ἀφίξῃ τὰς εἰκόνας, Διαγόραν καὶ τὸ ἐκείνου γένος. οἱ δὲ συνεχεῖς τε ἀλλήλοις καὶ ἐν κόσμῳ τοιῷδε ἀνέκειντο· Ἀκουσίλαος μὲν λαβὼν πυγμῆς ἐν ἀνδράσι στέφανον, Δωριεὺς δὲ ὁ νεώτατος παγκρατίῳ νικήσας Ὀλυμπιάσιν ἐφεξῆς τρισί. πρότερον δ' ἔτι τοῦ Δωριέως ἐκράτησε καὶ Δαμάγητος τοὺς ἐσελθόντας ἐς τὸ παγκράτιον· οὗτοι μὲν ἀδελφοί τε εἰσὶ καὶ Διαγόρου παῖδες. ἐπὶ δὲ αὐτοῖς κεῖται καὶ ὁ Διαγόρας, πυγμῆς ἐν ἀνδράσιν ἀνελόμενος νίκην· τοῦ Διαγό-
469 ρου δὲ τὴν εἰκόνα Μεγαρεὺς εἰργάσατο Καλλικλῆς Θεοκόσμου, τοῦ ποιήσαντος τὸ ἄγαλμα ἐν Μεγάροις τοῦ Διός. Διαγόρου δὲ καὶ οἱ τῶν θυγατέρων παῖδες πύξ τε ἤσκησαν, καὶ ἔσχον Ὀλυμπιακὰς νίκας· ἐν μὲν ἀνδράσιν Εὐκλῆς, Καλλιάνακτός τε ὢν καὶ Καλλιπατείρας τῆς Διαγόρου, Πεισίδωρος δὲ ἐν παισίν, ὃν ἡ μήτηρ ἀνδρὸς ἐπιθεμένη γυμναστοῦ σχῆμα ἐπὶ τῶν Ὀλυμπίων αὐτὴ τὸν ἀγῶνα ἤσκησεν. οὗτος δὲ ὁ Πεισίδωρος καὶ ἐν τῇ Ἄλτει παρὰ τῆς μητρὸς τὸν πατέρα ἕστηκε. Διαγόραν δὲ καὶ ὁμοῦ τοῖς παισὶν Ἀκουσιλάῳ καὶ Δαμαγήτῳ λέ-

ris, in conspectu erunt Rhodii athletae, Diagoras, et eius omnis proles perpetua serie collocati. *Primus eorum est* Acusilaus de virili pugilatu accepta corona. Succedit Dorieus natu minimus, cui de pancratio Olympiadibus continuis tribus victoria adiudicata est. Sed ante Dorieum Damagetus quoque pancratii competitores vicerat. Atque hi quidem fratres fuere, Diagorae filii. Postremus est ipse Diagoras: virilem is pugilum palmam meruit. Eius Diagorae statuam elaboravit Callicles Megarensis, Theocosmi filius, eius nempe, qui signum Iovis Megarensis fecit. Diagorae etiam e filiabus nepotes Olympiacas coronas de pugilatu meruere: virilem Eucles, e Callianacte et Callipatira Diagorae filia genitus: puerilem Pisidorus, quem mater ipsa in gymnici magistri modum ornata, ad ludos tirocinio deduxit. Positus hic Pisidorus in Alti proxime ad avi materni statuam. Diagoram ipsum tradunt Acusilaum et Da-

γουσιν ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν. νικήσαντες δὲ οἱ νεανίσκοι διὰ τῆς πανηγύρεως τὸν πατέρα ἔφερον, βαλλόμενόν τε ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἄνθεσι καὶ εὐδαίμονα ἐπὶ τοῖς παισὶ καλούμενον. γένος δὲ ὁ Διαγόρας τὸ ἐξ ἀρχῆς Μεσσήνιος πρὸς γυναικῶν ἦν, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀριστομένους ἐγεγόνει θυγατρός. (2) Δωριεῖ δὲ τῷ Διαγόρου παρεξῆς Ὀλυμπιάσιν, Ἰσθμίων μὲν γεγόνασιν ὀκτὼ νῖκαι, Νεμείων δὲ ἀποδέουσαι μιᾶς ἐς τὰς ὀκτώ· λέγεται δὲ καὶ ὡς Πύθια ἀνέλοιτο ἀκονιτί. ἀνηγορεύοντο δὲ οὗτός τε καὶ ὁ Πεισίδωρος Θούριοι, διωχθέντες ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκ τῆς Ῥόδου, καὶ ἐς Ἰταλίαν παρὰ Θουρίους ἀπελθόντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον κατῆλθεν ὁ Δωριεὺς ἐς Ῥόδον· καὶ φανερώτατα δὴ ἁπάντων ἀνὴρ εἷς φρονήσας οὗτος τὰ Λακεδαιμονίων φαίνεται, ὥστε καὶ ἐναυμάχησεν ἐναντία Ἀθηναίων ναυσὶν οἰκείαις· ἐς ὃ ὑπὸ τριήρων ἁλοὺς Ἀττικῶν ἀνήχθη ζῶν παρὰ Ἀθηναίους· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὶν μὲν ἢ Δωριέα παρὰ σφᾶς ἀναχθῆναι, θυμῷ τε ἐς αὐτὸν καὶ ἀπειλαῖς ἐχρῶντο· ὡς δὲ ἐς ἐκκλησίαν συνελ-

magetum filios in Olympiam deduxisse; quem, victores iam declarati iuvenes, per mediam multitudinem, quae ad solennes istos ludos maxima frequentia convenerat, *humeris* exportarunt, coniicientibus in eum flores Graecis, et liberum causa *cum plausu* beatum praedicantibus. Duxit maternum genus Diagoras a Messene, atque adeo ab ipsius Aristomenis filia. (2) Eius filius Dorieus praeter Olympiacas palmas, octo continuatis victoriis Isthmicas, una pauciores e Nemeis abstulit. Pythicam etiam intacto pulvere coronam cepisse dicitur. Hic et Pisidorus praeconis voce renunciati sunt Thurii, quod illi, Rhodo a factione pulsi, Thurios in Italiam commigrassent. Verum Dorieus aliquot post annis Rhodum postliminio reversus, unus omnium apertissime Lacedaemoniorum studia est professus: quocirca et propriis triremibus navali bello cum Atheniensibus pugnavit. Quo tempore quum vivus in potestatem hostium venisset, et Athenas pertractus esset, Athenienses, qui ante vehemente ira impulsi extrema omnia

θόντες ἄνδρα οὕτω μέγαν καὶ δόξης ἐς τοσοῦτον ἥκοντα ἐθεάσαντο ἐν σχήματι αἰχμαλώτου, μεταπίπτει σφίσιν ἐς αὐτὸν ἡ γνώμη, καὶ ἀπελθεῖν ἀφιᾶσιν, οὐδὲ ἔργον οὐ-
470 δὲν ἄχαρι ἐργάζονται, παρόν σφισι πολλά τε καὶ σὺν τῷ δικαίῳ δρᾶσαι. Τὰ δὲ ἐς τοῦ Δωριέως τὴν τελευτὴν, ἔστιν ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Ἀτθίδι Ἀνδροτίωνι εἰρημένα· εἶναι μὲν τηνικαῦτα ἐν Καύνῳ τὸ βασιλέως ναυτικὸν, καὶ Κόνωνα ἐπ' αὐτῷ στρατηγὸν, Ῥοδίων τε τὸν δῆμον πεισθέντα ὑπὸ τοῦ Κόνωνος, ἀπὸ Λακεδαιμονίων μεταβαλέσθαι σφᾶς ἐς τὴν βασιλέως καὶ Ἀθηναίων συμμαχίαν. Δωριέα δὲ ἀποδημεῖν μὲν τότε ἐκ Ῥόδου περὶ τὰ ἐκτὸς Πελοποννήσου χωρία· συλληφθέντα δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν Λακεδαιμονίων αὐτὸν, καὶ ἀναχθέντα ἐς Σπάρτην, ἀδικεῖν τε ὑπὸ Λακεδαιμονίων καταγνωσθῆναι, καὶ ἐπιβληθῆναί οἱ θάνατον ζημίαν. εἰ δὲ τὸν ὄντα εἶπεν Ἀνδροτίων λόγον, ἐθέλειν μοι φαίνεται Λακεδαιμονίους ἐς τὸ ἴσον ἔτι Ἀθηναίοις καταστῆσαι· ὅτι καὶ Ἀθηναίοις ἐς Θράσυλλον καὶ τοὺς ἐν Ἀργινούσαις ὁμοῦ τῷ Θρα-

illi fuerant comminati, simulatque in concionem captivi habitu productum conspexerunt, tanti viri, cuiusque nomen tam insigni gloria fuisset, miseratione adducti, conversa ad mansuetudinem sententia, incolumem et impunitum dimiserunt, quum tamen multas haberent iusti in eum odii causas. Quae ad eius vitae exitum pertinent, perscripta sunt ab Androtione in rerum Atticarum commentariis. Quum ad Caunum, inquit, esset regia classis, eiusque classis imperator Conon populo Rhodio persuasisset, ut desertis Lacedaemoniis in regis et Atheniensium societatem transiverit, Dorieum peregrinantem circa Peloponnesum comprehensum, ad Spartam in vinculis deductum, ibique a Lacedaemoniis maiestatis damnatum, noxam capitali supplicio luisse. Quod si vera omnino exponit Androtion, videtur mihi voluisse eiusdem temeritatis Lacedaemonios arguere, cuius crimine se obligarunt Athenienses, quum Thrasyllum et collegas, qui ad Arginussas classe pugnaverant, capite damnarunt. Ac

σύλλῳ στρατηγήσαντας, προπετείας ἐστὶν ἔγκλημα. Διαγόρας μὲν δὴ καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ γένος δόξης ἐς τοσοῦτο ἀφίκοντο. (3) Ἐγένοντο δὲ καὶ Ἀλκαινέτῳ τῷ Θεάντου Λεπρεάτῃ καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς παισὶν Ὀλυμπιακαὶ νῖκαι. αὐτὸς μέν γε πυκτεύων ὁ Ἀλκαίνετος ἔν τε ἀνδράσι καὶ πρότερον ἔτι ἐπεκράτησεν ἐν παισίν· Ἑλλάνικον δὲ τὸν Ἀλκαινέτου καὶ Θέαντον ἐπὶ πυγμῇ παίδων ἀναγορευθῆναι τὸν μὲν ἐνάτῃ πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα Ὀλυμπιάδι, τὸν δὲ τῇ ἐφεξῆς ταύτῃ συνέβη τὸν Θέαντον· καί σφισιν ἀνδριάντες ἅπασιν ἐν Ὀλυμπίᾳ κεῖνται. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀλκαινέτου τοῖς υἱοῖς, Γνάθων τε Διπαιεὺς τῆς Μαιναλέων χώρας καὶ Λυκῖνος ἕστηκεν Ἠλεῖος· κρατῆσαι δὲ Ὀλυμπίασι πυγμῇ παῖδας ὑπῆρξε καὶ τούτοις. Γνάθωνα δὲ καὶ ἐς τὰ μάλιστα, ὅτε ἐνίκησεν, εἶναι νέον, τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησι. Καλλικλέους δὲ τοῦ Μεγαρέως ποίημα ὁ ἀνδριάς ἐστιν. Ἀνὴρ δὲ ἐκ Στυμφήλου Δρομεὺς ὄνομα, καὶ δὴ καὶ ἔργον τοῦτο ἐπὶ δολιχῷ παρεσχημένος, δύο μὲν ἔσχεν ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμίων τε τρεῖς, καὶ ἐν Νεμέᾳ πέντε. λέ-

Diagoras quidem et eius posteritas haec ad ipsorum gloriam, quae commemorari possent, reliquerunt. (3) Sedenim et Alcaenetus Lepreates, Theanti filius, cum suis liberis Olympicas palmas tulit. Ipse quidem virilem e caestuum certamine, quum ante etiam puerilem *inter secundarios* cepisset: Hellanicus et Theantus eius filii victores de puerili pugilatu renunciati sunt; ille nona et octogesima Olympiade, hic proxima posteriore: et horum suae spectantur in Olympia statuae. Succedunt Alcaeneti filiis Gnatho Dipaeensis ex Maenaliorum finibus, et Lycinus Eleus: horum etiam uterque victor puerili pugilatu ex Olympia discessit. Gnathonem quidem valde puerum palma potitum inscriptio testatur. Hunc effinxit Megarensis Callicles. Adsistit Stymphalius Dromeus, congruenti sane cum exercitatione nomine. De longiore enim curriculo Olympicas duas, totidem Pythicas, Isthmicas tres, quinque Nemiacas meruit. Primum

γεται δὲ, ὡς καὶ κρέας ἐσθίειν ἐπινοήσειε· τέως δὲ τοῖς ἀθληταῖς τὰ σιτία τυρὸν ἐκ τῶν ταλάρων εἶναι. τούτου μὲν δὴ Πυθαγόρας τὴν εἰκόνα, τὴν δὲ ἐφεξῆς ταύτῃ, πένταθλον Ἠλεῖον Πυθοκλέα, Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος.

CAPUT VIII.

Athletarum signa Olympiae posita porro enumerantur — de Damarchi transmutatione in lupum narratio — de Timanthe eiusque vitae exitu — Timasithei rebus gestis et morte.

471 Σωκράτους δὲ Πελληνέως δρόμου νίκην ἐν παισὶν εἰληφότος, καὶ Ἠλείου Ἀμέρτου καταπαλαίσαντος μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ παῖδας, καταπαλαίσαντος δὲ καὶ Πυθοῖ τοὺς ἐλθόντας τῶν ἀνδρῶν, τοῦ μὲν τὸν ποιήσαντα τὴν εἰκόνα οὐ λέγουσι, τὴν δὲ τοῦ Ἀμέρτου Φράδμων ἐποίησεν Ἀργεῖος. Εὐανορίδᾳ δὲ Ἠλείῳ πάλης ἐν παισὶν ὑπῆρξεν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ καὶ Νεμέᾳ νίκη. γενόμενος δὲ Ἑλλανοδίκης ἔγραψε καὶ οὗτος τὰ ὀνόματα ἐν Ὀλυμπίᾳ τῶν νενικηκότων. (2) Ἐς δὲ πύκτην ἄνδρα, γένος μὲν Ἀρκάδα ἐκ Παῤῥασίων, Δάμαρχον δὲ ὄνομα, οὔ μοι πιστὰ

carnibus vesci coepisse ferunt, quum athletae ante ipsum caseo e fiscellis alerentur. Hunc Pythagoras, loco ei proximum Pythoclem quinquertionem Eleum, Polycletus expressit.

Cap. VIII. Socratis vero Pellenensis, a quo pueri cursu superati, et Amertae Elei, qui pueros item in Olympica palaestra prostravit, idemque Pythicis ludis viros perculit, *deinceps positas imagines videas.* Superiorem, qui fecerit, non traditur: Amertae effigiem fecit Phradmon Argivus. Euanoridas Eleus puerilis luctae victoriam Olympiae ac Nemeae adeptus, quum unus de ludorum praefectis esset, ipse etiam eorum, qui ludis Olympicis vicerant, nomina conscripsit. (2) De pugile vero Parrhasio ex Arcadia, cui nomen Demarcho, quae memoriae prodita sunt, praeter

ἦν, πέρα γε τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκης, ὁπόσα ἄλλα ἀνδρῶν ἀλαζόνων ἐστὶν εἰρημένα, ὡς ἐξ ἀνθρώπου μεταβάλλοι τὸ εἶδος ἐς λύκον ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διὸς, καὶ ὡς ὕστερον τούτων ἔτει δεκάτῳ γένοιτο αὖθις ἄνθρωπος. οὐ μὴν οὐδὲ ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων λέγεσθαί μοι τοῦτο ἐφαίνετο ἐς αὐτόν· ἐλέγετο γὰρ ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπιγράμματος τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἔχει γὰρ δὴ οὕτως·

Υἱὸς Δινύττα Δάμαρχος τήνδ' ἀνέθηκεν
Εἰκόν' ἀπ' Ἀρκαδίας Παῤῥάσιος γενεάν.

τοῦτο μὲν δὴ ἐς τοσοῦτο πεποίηται. Εὐβώτας δὲ ὁ Κυρηναῖος, ἅτε τὴν ἐσομένην οἱ δρόμου νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τοῦ μαντείου τοῦ ἐν Λιβύῃ προπεπυσμένος, τήν τε εἰκόνα ἐπεποίητο πρότερον, καὶ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς ἀνηγορεύθη τε νικήσας καὶ ἀνέθηκε τὴν εἰκόνα. λέγεται δὲ καὶ ὡς κρατήσειε καὶ ἅρματι ἐπὶ Ὀλυμπιάδος ταύτης, ἣ λόγῳ τῷ Ἠλείων ἐστὶ κίβδηλος τῶν ἀγωνοθετησάντων Ἀρκάδων εἵνεκα. (3) Κλεωναίῳ δὲ Τιμάνθει παγκρατίου λαβόντι ἐν ἀνδράσι στέφανον, καὶ Τροιζηνίῳ Βαύ-

Olympicam victoriam, fabulatorum hominum figmenta esse arbitror, quod scilicet in Iovis Lycaei sacris in lupum se verteret, ac decimo rursus anno pristinam reciperet hominis figuram: quod certe commentum ex Arcadum ipsorum sermone neutiquam ortum videri potest. Eius enim rei nulla est in statuae inscriptione mentio. Ea sic se propemodum habet:

Dinytta genitus Demarchus, dedicat hancce
Effigiem, Arcadico Parrhasius genere.

At Eubotas Cyrenaeus, quum ei Ammonis oraculum victoriam e curriculo praedixisset, statuam ante ipse faciundam sibi curavit, eamque, quo die palmam est adeptus, dedicavit. Vicisse eundem etiam curuli certamine ea ipsa Olympiade memorant: quam tamen, quod ludis Arcades praefuerint, ratam Elei non habent. (3) Cleonaeo Timanthi, qui virilem coronam pancratii accepit, Myron Atheniensis:

κιδι παλαιστὰς καταβαλόντι ἄνδρας, τῷ μὲν τοῦ Ἀθηναίου Μύρωνός, Βαύκιδι δὲ Ναυκύδους ἐστὶν ὁ ἀνδριὰς ἔργον. τῷ δὲ Τιμάνθει τὸ τέλος τοῦ βίου συμβῆναί φασιν ἐπὶ αἰτίᾳ τοιᾷδε· πεπαῦσθαι μὲν αὐτὸν ἀθλοῦντα, ἀποπειρᾶσθαι δὲ ὅμως ἔτι τῆς ἰσχύος, τόξον μέγα ἐπὶ
472 ἑκάστης τείνοντα τῆς ἡμέρας· ἀποδημῆσαί τε δὴ αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τῷ τόξῳ τηνικαῦτα ἐκλειφθῆναί οἱ τὴν μελέτην. ὡς δὲ ἐπανήκων οὐχ οἷός τε ἔτι τεῖναι τὸ τόξον ἐγένετο, πῦρ ἀνακαύσας ἀφίησι ζῶντα ἐς τὴν πυρὰν αὐτόν. ὁπόσα δὲ ἤδη τοιαῦτα ἐγένετο ἐν ἀνθρώποις, ἢ καὶ ὕστερόν ποτε ἔσται, μανία μᾶλλον ἢ ἀνδρία νομίζοιτο ἂν κατά γε ἐμὴν γνώμην. Μετὰ δὲ τὸν Βαύκιδά εἰσιν ἀθλητῶν Ἀρκάδων εἰκόνες· Εὐθυμένης τε ἐξ αὐτῆς Μαινάλου, νίκας, τὴν μὲν ἀνδρῶν πάλης, τὴν δὲ ἔτι πρότερον ἐν παισὶν εἰληφώς· καὶ Ἀζὰν ἐκ Πελλήνης Φίλιππος κρατήσας πυγμῇ παῖδας, καὶ Κριτόδαμος ἐκ Κλείτορος, ἐπὶ πυγμῇ καὶ οὗτος ἀναγορευθεὶς παίδων. τὰς δέ σφισιν

Bacidi vero Troezenio, qui luctatores vicit, Naucydes statuam fecere. Et ipsi quidem Timanthi vitae exitum in hunc modum contigisse tradunt. Abiunxerat se *aetatis causa* ab athletarum certaminibus: quo vires tamen pristinas exercitationibus tueretur, magnum *et robustum* quotidie arcum intendebat. Verum quum peregre profectus consuetudinem intermisisset, eam, reversus domum, voluit repetere. Sedenim quum sensisset non satis iam ad arcum tendendum virium sibi superesse, rogo exstructo seipsum in ignem coniecit. Hoc vero, qui fecerit, mea profecto sententia, insaniae potius affinis videri possit, quam laudem fortitudinis assequatur. Post Bacidis imagines sunt athletarum ex Arcadia: Euthymenes primum e Maenalo, palma accepta de virili palaestra, quum prius etiam de puerili unam cepisset: ex Pellana deinde, Azan Philippus de pugilatu inter pueros victor: tum Critodamus e Clitore, et ipse e caestuum puerili ludicro victor renunciatus. Horum imagines fecerunt,

εἰκόνας, τὴν μὲν ἐν παισὶ τοῦ Εὐθυμένους Ἄλυπος, τὴν δὲ τοῦ Δαμοκρίτου Κλέων, Φιλίππου δὲ τοῦ Ἀζᾶνος Μύρων τὴν εἰκόνα ἐποίησε. Τὰ δὲ ἐς Πρόμαχον τὸν Δρύωνος παγκρατιαστὴν Πελληνέα προσέσται μοι καὶ ταῦτα τῷ ἐς Ἀχαιοὺς λόγῳ. (4) Προμάχου δὲ οὐ πόῤῥω, Τιμασίθεος ἀνάκειται γένος Δελφὸς, Ἀγελάδα μὲν ἔργον τοῦ Ἀργείου, παγκρατίου δὲ δύο μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τρεῖς δὲ ἀνῃρημένος Πυθοῖ. καὶ αὐτῷ καὶ ἐν πολέμοις ἐστὶν ἔργα τῇ τε τόλμῃ λαμπρὰ, καὶ οὐκ ἀποδέοντα τῇ εὐτυχίᾳ, πλήν γε δὴ τοῦ τελευταίου· τοῦτο δὲ αὐτῷ θάνατον τὸ ἐγχείρημα ἤνεγκεν. Ἰσαγόρᾳ γὰρ τῷ Ἀθηναίῳ, τὴν ἀκρόπολιν τὴν Ἀθηναίων καταλαβόντι ἐπὶ τυραννίδι, μετασχὼν τοῦ ἔργου καὶ ὁ Τιμασίθεος (ἐγένετο γὰρ τῶν ἐγκαταλειφθέντων ἐν τῇ ἀκροπόλει) θάνατον ζημίαν εὕρετο τοῦ ἀδικήματος παρὰ Ἀθηναίων.

Euthymenis Alypus, Critodami Cleon, Philippi Azanis Myron. Nam de Promacho Pelleneo Dryonis filio pancratiaste, tunc erit agendi locus, quum ad Achaeorum res gestas deducta fuerit oratio. (4) Non longe a Promacho, Timasitheo Delpho statua posita est, Ageladae Argivi opus. Duas hic Olympicas de pancratio, tres Pythicas palmas abstulit. Eiusdem fuit et belli gloria insignis, tum virtute, tum felicitate: extremi tamen praelii fatalis ei fuit conatus. Quum enim Isagoras Atheniensis ipsam Athenarum arcem dominandi cupiditate incitatus occupasset, particeps fuit eius facinoris Timasitheus. Quare iis oppressis, qui se in arcem concluserant, capitis damnatus, Atheniensibus iniuriae poenas dedit.

CAPUT IX.

Theogneti aliorumque signa — de Gelone eiusque curru Olympiae posito — Cleomede et illis, quae ei acciderunt.

Θεογνήτῳ δὲ Αἰγινήτῃ πάλης μὲν στέφανον λαβεῖν ὑπῆρ-
ξεν ἐν παισί· τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν
Αἰγινήτης. διδάσκαλοι δὲ ἐγεγόνεσαν Πτολίχῳ μὲν Συν-
νόων ὁ πατὴρ, ἐκείνῳ δὲ Ἀριστοκλῆς Σικυώνιος, ἀδελ-
φός τε Κανάχου, καὶ οὐ πολὺ τὰ ἐς δόξαν ἐλασσούμε-
473 νος. ἐφ' ὅτῳ δὲ Θεόγνητος πίτυος τῆς ἡμέρου καὶ ῥοιᾶς
φέρει καρπὸν, ἐμοὶ μὲν οὐχ οἷά τε ἦν συμβαλέσθαι·
τάχα δ' ἂν Αἰγινήταις τισὶν ἐπιχώριος ἐς αὐτὰ εἴη λό-
γος. Μετὰ δὲ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀνδρὸς, ὃν Ἠλεῖοί φασιν
οὐ γραφῆναι μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι ἐπὶ κάλπης ἀνηγο-
ρεύθη δρόμῳ, μετὰ τούτου τὴν εἰκόνα Ξενοκλῆς τε Μαι-
νάλιος ἕστηκε παλαιστὰς καταβαλὼν παῖδας· καὶ Ἄλκε-
τος Ἀλκίνου κρατήσας πυγμῇ παῖδας, Ἀρκὰς καὶ οὗτος
ἐκ Κλείτορος. καὶ τοῦ μὲν Κλέων, Ξενοκλέους δὲ τὸν
ἀνδριάντα Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος. Ἀριστεὺς δὲ

Cap. IX. Theognetus vero Aegineta e lucta puerorum palmam est adeptus: eius fecit statuam Polichus Aegineta. Magister quidem Policho fuit pater Synnoon; illi Aristocles Sicyonius, Canachi frater, neque multo eo inferior gloria. Cuius autem rei causa sativae pinus et punicae mali fructum Theognetus praeferat, non facile mihi fuerit coniicere: ipsi fortasse Aeginetae hac de re habent patriis aliquid historiis proditum. At secundum eius hominis statuam, quem Elei idcirco non fuisse in victorum numerum relatum tradunt, quod de bigis equarum victor fuerit renunciatus: post illius effigiem, luctatori Maenalio Xenocli statuam posuere. Pueros hic in lucta perculit. Adstat Alcetus Alcinoi filius Arcas, et ipse e Clitore, qui pueros in pugilatu superavit. Et huius quidem statuam Cleon fecit, Xenoclis Polycletus. *Proximus loco est* Aristeus Argivus: e longiore

Ἀργεῖος, δολιχοῦ μὲν νίκην ἔσχεν αὐτὸς, πάλης δὲ ὁ πατὴρ τοῦ Ἀριστέως Χείμων. ἑστήκασι μὲν δὴ ἐγγὺς ἀλλήλων· ἐποίησε δὲ τὸν μὲν Παντίας Χῖος, παρὰ τῷ πατρὶ δεδιδαγμένος Σωστράτῳ. αἱ δὲ εἰκόνες τοῦ Χείμωνος ἔργον ἐστὶν (ἐμοὶ δοκεῖν) τῶν δοκιμωτάτων Ναυκύδους, ἥ τε ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἡ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Εἰρήνης τὸ ἐν Ῥώμῃ κομισθεῖσα ἐξ Ἄργους. λέγεται δὲ, ὡς Ταυροσθένη καταπαλαίσειεν ὁ Χείμων τὸν Αἰγινήτην, καὶ ὡς Ταυροσθένης τῇ Ὀλυμπιάδι τῇ ἐφεξῆς καταβάλοι τοὺς ἐσελθόντας ἐς τὴν πάλην, καὶ ὡς ἐοικὸς Ταυροσθένει φάσμα ἐπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐν Αἰγίνῃ φανὲν ἀπαγγείλειε τὴν νίκην. Φίλλην δὲ Ἠλεῖον κρατήσαντα παῖδας πάλῃ Σπαρτιάτης Κρατῖνος ἐποίησε. (2) Τὰ δὲ ἐς τὸ ἅρμα τὸ Γέλωνος οὐ κατὰ ταὐτὰ δοξάζειν ἐμοί τε παρίστατο καὶ τοῖς πρότερον ἢ ἐγὼ τὰ ἐς αὐτὸ εἰρηκόσιν, οἳ Γέλωνος τοῦ ἐν Σικελίᾳ τυραννήσαντός φασιν ἀνάθημα εἶναι τὸ ἅρμα. ἐπίγραμμα μὲν δή ἐστιν αὐτῷ, Γέλωνα Δεινομένους ἀναθεῖναι Γελῷον· καὶ ὁ χρόνος τούτῳ τῷ

is curriculo palmam tulit: pater vero Chimon in lucta vicit. Modico eorum statuae distant intervallo: illam fecit Pantias Chius, qui artem a patre Sostrato didicit: Chimonis duae, de nobilibus (meo iudicio) sunt Naucydae operibus, quum scilicet ea, quae in Olympia est, tum quae Argis Romam in Pacis templum est deportata. A Chimone in lucta stratum Taurosthenem Aeginetam memorant: ipsum Taurosthenem insequenti Olympiade omnes deiecisse, qui in luctae certamen descenderant. Eodem, quo coronatus est die, spectrum, Taurostheni persimile, Aeginae victoriam eius nunciasse dicitur. Iam Phillen Eleum, qui pueros in lucta vicit, Cratinus Spartanus finxit. (2) Quod vero ad Gelonis currum attinet, mea opinio paululum dissidet ab iis, quae alii ante me prodidere. Aiunt enim currum illum Gelonis, Siciliae tyranni donum fuisse. At testatur inscriptio, Gelonem Dinomenis filium Geloum dedicasse. Et vi-

Γέλωνί ἐστι τῆς νίκης τρίτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμ-
πιάδι. Γέλων δὲ ὁ Σικελίας τυραννήσας Συρακούσας
ἔσχεν, Ὑβριλίδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ
ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Τι-
σικράτης ἐνίκα Κροτωνιάτης στάδιον. δῆλα οὖν, ὡς Συ-
ρακούσιον ἤδη, καὶ οὐ Γελῷον, ἀναγορεύειν αὑτὸν ἔμελ-
λεν. ἀλλὰ γὰρ ἰδιώτης εἶναί τις ὁ Γέλων οὗτος, πατρός
474 τε ὁμωνύμου τῷ τυράννῳ καὶ αὐτὸς ὁμώνυμος. Γλαυ-
κίας δὲ Αἰγινήτης τό τε ἅρμα καὶ αὐτῷ τῷ Γέλωνι ἐποί-
ησε τὴν εἰκόνα. (3) Τῇ δὲ Ὀλυμπιάδι τῇ πρὸ ταύτης
Κλεομήδη φασὶν Ἀστυπαλαιέα, ὡς Ἴκκῳ πυκτεύων ἀνδρὶ
Ἐπιδαυρίῳ, τὸν Ἴκκον ἀποκτείνειεν ἐν τῇ μάχῃ, κατα-
γνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἄδικα εἰργάσθαι, καὶ
ἀφῃρημένος τὴν νίκην, ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης·
καὶ ἀνέστρεψε μὲν ἐς Ἀστυπάλαιαν, διδασκαλείῳ δ᾽ ἐπι-
στάς, (ἐνταῦθα ὅσον ἑξήκοντα παῖδες) ἀνατρέπει τὸν
κίονα, ὃς τὸν ὄροφον ἀνεῖχεν. ἐμπεσόντος δὲ τοῦ ὀρό-
φου τοῖς παισί, καταλιθούμενος ὑπὸ τῶν ἀστῶν, κατέ-

cit hic Gelon, *de quo nunc sermo est*, Olympiade tertia supra septuagesimam, quum Gelon tyrannus Syracusis rerum potitus fuerit Olympiadis septuagesimae secundae anno secundo; quo itidem anno summae rerum praefuit apud Athenienses Hybrilides; Olympiade autem illa victor discessit e stadio Tisicrates Crotoniata. Syracusanum se certe Gelon renunciandum, non Geloum curasset. Credi igitur facile potest, privatum hominem hunc Gelonem fuisse, cuius pater tyranno, ipse patri cognominis fuerit. Glaucias quidem Aegineta, et currum et statuam Gelonis fecit. (3) Superiore Olympiade Cleomedem Astypalaeensem, memoriae proditum, in pugilatu Iccum Epidaurium interemisse: eo crimine erepta palma damnatum ab aedilibus, animi aegritudine mentis impotem factum: inde Astypalaean reversum, quum in ludum literarium introisset, in quo pueri erant ferme LX, columnam, qua tectum fulciebatur, convellisse. Quare oppressis ruina pueris, quum cives ipsum cum lapi-

φυγεν ἐς Ἀθηνᾶς ἱερόν. ἐσβάντος δὲ ἐς κιβωτὸν κειμένην ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐφελκυσαμένου τὸ ἐπίθημα, κάματον ἐς ἀνωφελὲς οἱ Ἀστυπαλαιεῖς ἔκαμνον ἀνοίγειν τὴν κιβωτὸν πειρώμενοι. τέλος δὲ τὰ ξύλα τῆς κιβωτοῦ καταῤῥήξαντες, ὡς οὔτε ζῶντα Κλεομήδην οὔτε τεθνεῶτα εὕρισκον, ἀποστέλλουσιν ἄνδρας ἐς Δελφοὺς ἐρησομένους, ὁποῖα ἐς Κλεομήδη τὰ συμβάντα ἦν. τούτοις χρῆσαι τὴν Πυθίαν φασίν·

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
Ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ὡς μηκέτι θνητὸν ἐόντα.

Κλεομήδει μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς ἀπὸ τούτου τιμὰς ὡς ἥρωϊ νέμουσι. Παρὰ δὲ τοῦ Γέλωνος τὸ ἅρμα ἀνάκειται Φίλων, τέχνη τοῦ Αἰγινήτου Γλαυκίου. τούτῳ τῷ Φίλωνι Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ἐλεγεῖον δεξιώτατον ἐποίησε·

Πατρὶς μὲν Κόρκυρα, Φίλων δ' ὄνομ'· εἰμὶ δὲ Γλαύκου
Υἱός, καὶ νικῶ πὺξ δύ' Ὀλυμπιάδας. 475

Ἀνάκειται καὶ Μαντινεὺς Ἀγαμήτωρ, κρατήσας πυγμῇ παῖδας.

dibus insectarentur, confugisse in Minervae; moxque se in arcam, quae in templo erat, conclusisse. Eius arcae operculum Astypalaeenses, quum diu conati tollere non potuissent, postremo arcam effregisse: Cleomedem neque vivum neque mortuum intus visum: missis ad oraculum de rei miraculo consultoribus, his versibus responsum redditum:

Ultimus heroum Cleomedes Astypalensis,
Quem iam immortalem superum dignamini honore.

Et Cleomedi insequentibus deinceps temporibus Astypalaeenses tanquam heroi honores habuere. Prope Gelonis currum Philonis erecta statua est, Aeginetae Glauciae opus. In hanc satis appositos ad rem exprimendam elegos fecit Simonides Leoprepis filius:

Glaucus mi genitor, patria est Corcyra, Philoni
Nomen, vinco pugil iam bis Olympiadas.

Stat ibidem Mantinensis Agametor pueris pugilatu victis.

CAPUT X.

Glauci Carystii statua et de eo narratio — porro athletarum signa recensentur.

Ἐπὶ δὲ τοῖς κατειλεγμένοις ἕστηκεν ὁ Καρύστιος Γλαῦκος. εἶναι δέ φασιν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτῶν τὸ ἄνωθεν αὐτὸν γένος ἀπὸ Γλαύκου τοῦ ἐν θαλάσσῃ δαίμονος. πατρὸς δὲ οὗτος ὁ Καρύστιος ἦν Δημύλου, καὶ γῆν φασιν αὐτὸν καταρχὰς ἐργάζεσθαι. ἐκπεσοῦσαν δὲ ἐκ τοῦ ἀρότρου τὴν ὕνιν, πρὸς τὸ ἄροτρον καθήρμοσε τῇ χειρὶ ἀντὶ σφύρας χρώμενος. καί πως ἐθεάσατο ὁ Δήμυλος τὸ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ποιούμενον, καὶ ἐπὶ τούτῳ πυκτεύσοντα ἐς Ὀλυμπίαν αὐτὸν ἀνήγαγεν. ἔνθα δὴ ὁ Γλαῦκος, ἅτε οὐκ ἐμπείρως ἔχων τῆς μάχης, ἐτιτρώσκετο ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιζομένων, καὶ ἡνίκα πρὸς τὸν λειπόμενον ἐξ αὐτῶν ἐπύκτευεν, ἀπαγορεύειν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τραυμάτων ἐνομίζετο. καί οἱ τὸν πατέρα βοῆσαί φασιν· Ὦ παῖ τὴν ἀπ' ἀρότρου. οὕτω βιαιοτέραν ἐς τὸν ἀνταγωνιζόμενον ἐνεγκὼν τὴν πληγὴν, αὐτίκα εἶχε τὴν νίκην. στεφάνους δὲ λέγεται καὶ ἄλλους Πύθια μὲν

Cap. X. Praeter eos, quos iam percensuimus, videas et Glaucum Carystium, quem ex Anthedone Boeotiorum oriundum a Glauco marino Deo memorant. Pater huic fuit Carystius Demylus. In agro vero colendo a puero versatum tradunt: quumque forte refixum vomerem, manu pro malleo usus, restituisset in pristinum aratri locum, patrem quum id animadvertisset, puerum in Olympicum pugilatum deduxisse. Ubi quum Glaucus ab adversariis male multaretur, quippe qui prorsus erat artis eius imperitus, quumque congressus cum eo, cui extrema obtigerat sors certaminis, vulneribus iam prope profectus succumberet, inclamasse dicitur pater, Illam fili ab aratro: *ea* itaque *voce puerum excitatum*, acriore plaga adversario perculso mox victorem iudicatum. Coronas idem cepisse dicitur, Pythio-

δὶς λαβεῖν, Νεμείων δὲ καὶ Ἰσθμίων ὀκτάκις ἐν ἑκατέρῳ ἀγῶνι. τοῦ Γλαύκου δὲ τὴν εἰκόνα ἀνέθηκε μὲν ὁ παῖς αὐτοῦ, Γλαυκίας δὲ Αἰγινήτης ἐποίησε· σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα, ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς. ἀποθανόντα δὲ οἱ Καρύστιοι ταφῆναί φασιν αὐτὸν ἐν νήσῳ καλουμένῃ Γλαύκου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι. (2) Δαμαράτῳ δὲ Ἡραιεῖ, υἱῷ τε τοῦ Δαμαράτου καὶ υἱωνοῖς, δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ γεγόνασιν ἑκάστῳ νῖκαι· Δαμαράτῳ μὲν πέμπτῃ ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα Ὀλυμπιάδι, ὅτε ἐνομίσθη πρῶτον ὁ τοῦ ὁπλίτου δρόμος, καὶ ὡσαύτως τῇ ἐφεξῆς· πεποίηται ὁ ἀνδριὰς ἀσπίδα τε κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχων τοῖς ἐφ' ἡμῶν, καὶ κράνος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ κνημῖδας ἐπὶ τοῖς ποσί. ταῦτα μὲν δὴ ἀνὰ χρόνον ὑπό τε Ἠλείων καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων τῶν ἄλλων ἀφῃρέθη τοῦ δρόμου. Θεοπόμπῳ δὲ τῷ 476
Δαμαράτου καὶ αὖθις ἐκείνου παιδὶ ὁμωνύμῳ ἐπὶ πεντάθλῳ, Θεοπόμπῳ δὲ τῷ δευτέρῳ πάλης ἐγένοντο αἱ νῖκαι. τὴν δὲ εἰκόνα Θεοπόμπου μὲν τοῦ παλαίσαντος

rum duas, octonas Nemeorum et Isthmiorum. Glauco filius statuam posuit: opifex fuit Glaucias Aegineta. Umbratilis pugnae habitum prae se fert, quod omnium suae aetatis manus ad certam legem moverit aptissime. Quum decessisset, a Carystiis in ea insula sepultum tradunt, quae aetate etiam nostra Glauci dicitur. (2) Demarato Heraeensi, Demarati filio, et nepotibus, binae Olympiorum victoriae obtigerunt: ipsi quidem Demarato, quinta supra LX Olympiade, qua primum inductus est armaturae gravis cursus: et ea item, quae consecuta est. Statua eius clypeum more nostri temporis *militum*, prae se tenet: galea caput, crura ocreis armata sunt. Eum in cursu ludicri morem, posteris deinde temporibus Elei, et reliqui item Graeci sustulerunt. Theopompus deinde Demarati filius, et huius item filius patri cognominis, de quinquertio palmas adepti sunt. Minori Theopompo de lucta *etiam* victoria obtigit. Luctatoris

τὸν ποιήσαντα οὐκ ἴσμεν· τὰς δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ πάππου φησὶ τὸ ἐπίγραμμα Εὐτελίδα τε εἶναι καὶ Χρυσοθέμιδος Ἀργείων. οὐ μὴν παρ' ὅτῳ γε ἐδιδάχθησαν, δεδήλωκεν· ἔχει γὰρ δὴ οὕτως·

Εὐτελίδας καὶ Χρυσόθεμις τάδε ἔργα τέλεσσαν
Ἀργεῖοι, τέχναν εἰδότες ἐκ προτέρων.

Ἴκκος δὲ ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος τόν τε Ὀλυμπιακὸν στέφανον ἔσχεν ἐπὶ πεντάθλῳ, καὶ ὕστερον γυμναστὴς ἄριστος λέγεται τῶν ἐφ' αὐτοῦ γενέσθαι. Μετὰ δὲ Ἴκκον καταπαλαίσας παῖδας Παντάρκης ἕστηκεν Ἠλεῖος ὁ ἐρώμενος Φειδίου. Ἐπὶ δὲ τῷ Παντάρκει Κλεοσθένους ἐστὶν ἅρμα ἀνδρὸς Ἐπιδαμνίου. τοῦτο ἔργον μέν ἐστιν Ἀγελάδα, ἕστηκε δὲ ὄπισθεν τοῦ Διὸς τοῦ ἀπὸ τῆς μάχης τῆς Πλαταίασιν ἀνατεθέντος ὑπὸ Ἑλλήνων. ἐνίκα μὲν δὴ τὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα καὶ ἑξηκοστὴν ὁ Κλεοσθένης· ἀνέθηκε δὲ ὁμοῦ τοῖς ἵπποις αὐτοῦ καὶ εἰκόνα καὶ τὸν ἡνίοχον. ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα, Φοίνιξ καὶ Κόραξ· ἑκατέρωθεν δὲ οἱ παρὰ τὸν

huius, a quo facta fuerit statua, plane ignoratur. Patris vero et avi statuas, Eutelidae et Chrysothemidis Argivorum opera fuisse testatur inscriptio. A quibus vero illi didicerint, non docet. Inscriptionis eius versus hi sunt:

Argivi Eutelidas et Chrysothemis fabricarunt,
Maiores artem quos docuere sui.

Iccus Nicolaidae filius, Tarentinus, Olympicam coronam de quinquertio cepit; ac deinde insequentibus temporibus athletarum fuit magister, aetatis suae praestantissimus. Post Iccum Pantarces Eleus victis in lucta pueris erectus est. Fuit hic Phidiae in amoribus. Proximo loco Cleosthenis viri Epidamnii currus, Ageladae opus. A tergo positus est Iovis, quem Graeci post Plataeensem pugnam dedicarunt. Vicit Cleosthenes Olympiade sexagesima sexta. Neque vero suam unius, sed equorum etiam et aurigae simulacra posuit. Inscripta sunt etiam equorum nomina, Phoenix et Corax:

ζυγὸν, κατὰ μὲν τὰ δεξιὰ Κνακίας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Σάμος· καὶ ἐλεγεῖον τόδε ἐστὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι·

Κλεοσθένης μ' ἀνέθηκεν ὁ Πόντιος ἐξ Ἐπιδάμνου,
Νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα Διός.

Τῶν δὲ ἱπποτροφησάντων ἐν Ἕλλησι, πρῶτος ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνα ἀνέθηκεν ὁ Κλεοσθένης οὗτος. τὰ γὰρ Μιλτιάδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Εὐαγόρου τοῦ Λάκωνος ἀναθήματα, τοῦ μὲν ἅρματός ἐστιν, οὐ μὴν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν Εὐαγόρας· τὰ Μιλτιάδου δὲ, ὁποῖα ἐς 477
Ὀλυμπίαν ἀνέθηκεν, ἑτέρωθι δηλώσω τοῦ λόγου. Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν μὲν, ἥνπερ καὶ ἐξαρχῆς, πόλιν δὲ οὐ τὴν ἀρχαίαν ἐπὶ ἡμῶν ἔχουσιν, ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον· ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν Δυῤῥάχιον ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ. Λυκῖνον δὲ Ἡραιέα, καὶ Ἐπικράδιον Μαντινέα, καὶ Τέλλωνα Θάσιον, καὶ Ἠλεῖον Ἀγιάδαν, ἐν παισὶν ἀνελομένους νίκας, Λυκῖνον μὲν δρόμου, τοὺς δὲ ἐπ' αὐτῷ κατειλεγμένους πυγμῆς, Ἐπικράδιον μὲν καὶ

et qui eodem sunt iuncti iugo, ad dexteram Cnacias, ad laevam Samus. Elegi ad currum adscripti sunt:

Cleosthenes posuit me Pontius ex Epidamno,
Victor equis, palma clarus Olympiaca.

Et omnium quidem Graecorum, qui equorum alendi studio clari fuere, primus hic Cleosthenes statuam Olympiae posuit. Sunt certe et Miltiadis Atheniensis, et Spartani Euagorae similia dona: verum non insistit in curru Euagoras. Iam quae ac qualia Olympiae dona Miltiades curaverit statuenda, alio instituti operis loco exponetur. Agrum Epidamnii nostra aetate tenent, quem iam ante ab initio: oppidum non idem, quod priscis temporibus, sed quod a vetere urbe non longe abest, et a conditore Dyrrhachium appellatur. *Consequuntur athletarum superiorum ordinem* Lycinus Heraeensis, Epicradius Mantinensis, Tellon Thasius, et Eleus Agiadas, qui victores de puerilibus ludicris coronas cepere, Lycinus quidem e cursu, reliqui de pugilatu.

Ἀγιάδαν, τὸν μὲν αὐτῶν Πτόλιχος Αἰγινήτης ἐποίησε, τὸν δὲ Ἀγιάδαν Σήραμβος, γένος καὶ οὗτος Αἰγινήτης· Λυκίνου δέ ἐστιν ὁ ἀνδριὰς Κλέωνος τέχνη· τὸν δὲ Τέλλωνα ὅστις εἰργάσατο, οὐ μνημονεύουσιν.

CAPUT XI.

Signa regum Macedoniae, Philippi, Alexandri etc. — de Theagene varia narrantur — Theagenis signa in multis Graeciae locis posita et culta.

Ἐφεξῆς τούτων ἀναθήματά ἐστιν Ἠλείων, Φίλιππος ὁ Ἀμύντου, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, καὶ Σέλευκός τε καὶ Ἀντίγονος· τοῖς μὲν δὴ ἐφ' ἵππων, Ἀντιγόνῳ δὲ ἀνὴρ πεζός ἐστιν ἡ εἰκών. (2) Τῶν δὲ βασιλέων τῶν εἰρημένων ἕστηκεν οὐ πόῤῥω Θεαγένης ὁ Τιμοσθένους Θάσιος. Θάσιοι δὲ οὐ Τιμοσθένους παῖδα εἶναι Θεαγένη φασὶν, ἀλλὰ ἱερᾶσθαι μὲν Ἡρακλεῖ τὸν Τιμοσθένη Θασίῳ, τοῦ Θεαγένους δὲ τῇ μητρὶ Ἡρακλέους συγγενέσθαι φάσμα ἐοικὸς Τιμοσθένει. ἐνατόν τε δὴ ἔτος εἶναι τῷ παιδὶ, καὶ αὐτὸν ἀπὸ διδασκάλων φασὶν ἐς τὴν οἰκίαν ἐρχόμενον, ἄγαλμα ὅτου δὴ θεῶν ἀνακείμενον ἐν τῇ

Epicradium fecit Ptolichus Aegineta, Agiadan Serambus et ipse Aegineta, Lycini statua, Cleonis opus. Tellonem quis fecerit, non est memoriae proditum.

Cap. XI. Proxime sunt ab Eleis Philippo Amyntae, et Alexandro eius filio statuae dedicatae, cumque his Seleuco et Antigono. Equestres aliorum, Antigoni pedestris est. (2) Ab his regibus non longe abest Timosthenis filius Theagenes Thasius; etsi Thasii Timosthenis filium Theagenem negant fuisse. Nam quum sacrificulus Herculis, qui Thasi colitur, Timosthenes esset, cum matre Theagenis spectrum Herculis Timostheni simile congressum aiunt: puerum inde natum: hunc quum annum iam ferme nonum ageret, dum e ludo domum rediret, dei (incertum cuius)

ἀγορᾷ χαλκοῦν (χαίρειν γὰρ τῷ ἀγάλματι αὐτὸν) ἀνα-
σπάσαι τε δὴ τὸ ἄγαλμα, καὶ ἐπὶ τὸν ἕτερον τῶν ὤμων
ἀναθέμενον ἐνεγκεῖν παρ' αὐτόν. ἐχόντων δὲ ὀργὴν ἐς
αὐτὸν ἐπὶ τῷ πεποιημένῳ τῶν πολλῶν, ἀνήρ τις αὐτῶν
δόκιμος καὶ ἡλικίᾳ προήκων ἀποκτεῖναι μὲν σφᾶς τὸν
παῖδα οὐκ ἐᾷ, ἐκεῖνον δὲ ἐκέλευσεν ἐκ τῆς οἰκίας αὖθις
κομίσαι τὸ ἄγαλμα ἐς τὴν ἀγοράν. ὡς δὲ ἤνεγκε, μέγα
αὐτίκα ἦν κλέος τοῦ παιδὸς ἐπὶ ἰσχύϊ, καὶ τὸ ἔργον ἀνὰ
πᾶσαν ἐβεβόητο τὴν Ἑλλάδα. ὅσα μὲν δὴ ἔργων τῶν
Θεαγένους ἐς τὸν ἀγῶνα ἥκει τὸν Ὀλυμπιακὸν, προεδή- 478
λωσεν ἤδη ὁ λόγος μοι τὰ δοκιμώτατα ἐξ αὐτῶν, Εὔθυ-
μόν τε ὡς κατεμαχέσατο τὸν πύκτην, καὶ ὡς ὑπὸ Ἠλείων
ἐπεβλήθη Θεαγένει ζημία. τότε μὲν δὴ τοῦ παγκρατίου
τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα, πρῶτος
ὧν ἴσμεν ἀκονιτὶ λαβεῖν λέγεται· τὴν δὲ Ὀλυμπιάδα τὴν
ἐπὶ ταύτῃ παγκρατιάζων ὁ Θεαγένης ἐκράτει. γεγόνασι
δὲ αὐτῷ καὶ Πυθοῖ νῖκαι τρεῖς, αὗται μὲν ἐπὶ πυγμῇ,
Νεμείων δὲ ἐννέα, καὶ Ἰσθμίων δέκα παγκρατίου τε ἀνα-

aeneum signum, quod in foro fuerat erectum, eius simulacri pulchritudine allectum, e sede sua avulsum, et alteri humero impositum, domum suam deportasse. Incitata vero ob id factum in eum multitudine, virum quendam summa inter cives existimatione, magno iam natu, sententia sua puerum minime occidendum censuisse: imperasse tantum, ut signum in pristinum locum reportaret. Id quum ille fecisset, eius robur longe lateque per totam Graeciam hominum sermone celebrari coeptum. Et facinora quidem Theagenis maxime illustria, quae ad Olympicos ludos pertinuere, ante exposuimus: quo loco etiam commemoravimus, Euthymo pugile perculso, quae multa ei ab Eleis fuerit imposita. Ac tunc quidem palmam de pancratio primus sine pulvere tulisse dicitur Dromeus, patria Mantinensis: ea deinde, quae consecuta est Olympiade, ex eodem pancratii certamine Theagenes ipse. Adeptus idem est de pugilatu Pythicas coronas tres; Nemiacas novem, Isthmicas

μὶξ καὶ πυγμῆς. ἐν Φθίᾳ δὲ τῇ Θεσσαλῶν, πυγμῆς μὲν ἢ παγκρατίου παρῆκε τὴν σπουδὴν, ἐφρόντιζε δὲ, ὅπως καὶ ἐπὶ δρόμῳ ἐμφανὴς ἐν Ἕλλησιν εἴη, καὶ τοὺς ἐσελθόντας ἐς τὸν δολιχὸν ἐκράτησεν. ἦν δέ οἱ πρὸς Ἀχιλλέα (ἐμοὶ δοκεῖν) τὸ φιλοτίμημα, ἐν πατρίδι τοῦ ἀρίστου τῶν καλουμένων ἡρώων ἀνελέσθαι δρόμου νίκην. τοὺς δὲ σύμπαντας στεφάνους τετρακοσίους τε ἔσχε καὶ χιλίους. ὡς δὲ ἀπῆλθεν ἐξ ἀνθρώπων, ἀνὴρ τῶν τις ἀπηχθημένων ζῶντι αὐτῷ, παρεγίνετο ἀνὰ πᾶσαν νύκτα ἐπὶ τοῦ Θεαγένους τὴν εἰκόνα, καὶ ἐμαστίγου τὸν χαλκὸν ἅτε αὐτῷ Θεαγένει λυμαινόμενος. καὶ τὸν μὲν ὁ ἀνδριὰς ἐμπεσὼν ὕβρεως παύει· τοῦ ἀνθρώπου δὲ τοῦ ἀποθανόντος οἱ παῖδες τῇ εἰκόνι ἐπεξήεσαν φόνου. καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσι τὴν εἰκόνα, ἐπακολουθήσαντες γνώμῃ τῇ Δράκοντος, ὃς Ἀθηναίοις θεσμοὺς γράψας φονικοὺς, ὑπερώρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἔμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον. ἀνὰ χρόνον δὲ, ὡς τοῖς

decem, de mixtis pugilatus et pancratii certaminibus. Phthiae vero in Thessalis, omisso pugilatus et pancratii studio, ut in cursu etiam ad nominis celebritatem perveniret, operam dedit. Quare et in longiore curriculo palmae competitores vicit: et cum Achille fuit ei (mea sententia) aemulatio, quod in patria heroum omnium praestantissimi victorem se cursus declarari concupierit. Fuerunt numero coronae eius omnes quadringentae. Quum e vita iam decessisset Theagenes, ex eius inimicorum numero quidam ad eius statuam nocte qualibet accedens eam flagris caedebat, non aliter, quam si in eo aere ipsum viventem ulcisceretur. Quum autem hominem statua subito casu oppressisset, eius filii statuam de caede postularunt: estque ea, Thasiorum sententia, in mare abiecta, Draconis scilicet lege, qui anima etiam carentia, urbe agroque exterminanda, quum Atheniensibus leges scriberet, sanxit, si quid forte eorum corruens hominem peremisset. Atenim quum per aliquot dein-

Θασίοις οὐδέν' ἀπεδίδου καρπὸν ἡ γῆ, θεωροὺς ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφούς, καὶ αὐτοῖς ἔχρησεν ὁ θεὸς καταδέχεσθαι τοὺς δεδιωγμένους. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καταδεχθέντες, οὐδὲν τῆς ἀκαρπίας παρείχοντο ἴαμα. δεύτερα οὖν ἐπὶ τὴν Πυθίαν ἔρχονται, λέγοντες ὡς καὶ 479
ποιήσασιν αὐτοῖς τὰ χρησθέντα διαμένοι τὸ ἐκ τῶν θεῶν μήνιμα. ἐνταῦθα ἀπεκρίνατό σφισιν ἡ Πυθία·

Θειαγένην δ' ἄμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.

ἀπορούντων δὲ αὐτῶν, ὁποίᾳ μηχανῇ τοῦ Θεαγένους τὴν εἰκόνα ἀνασώσωνται, φασὶν ἁλιέας ἀναχθέντας ἐς τὸ πέλαγος ἐπὶ ἰχθύων θήραν, περισχεῖν τῷ δικτύῳ τὴν εἰκόνα, καὶ ἀνενεγκεῖν αὖθις ἐς τὴν γῆν. Θάσιοι δὲ ἀναθέντι ἔνθα καὶ ἐξαρχῆς ἔκειτο, νομίζουσιν ἅτε θεῷ θύειν. (3) Πολλαχοῦ δὲ καὶ ἑτέρωθι ἔν τε Ἕλλησιν οἶδα καὶ παρὰ βαρβάροις ἀγάλματα ἱδρυμένα Θεαγένους, καὶ νοσήματά τε αὐτὸν ἰώμενον, καὶ ἔχοντα παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τιμάς. ὁ δὲ ἀνδριὰς τοῦ Θεαγένους ἐστὶν ἐν τῇ Ἄλτει, τέχνη τοῦ Αἰγινήτου Γλαυκίου.

ceps annos frugem fere nullam terra Thasiis redderet, qui sciscitatum Delphos missi fuerant, responsum tulere, exules revocandos. Neque tamen exulibus revocatis finem sterilitatis reperere. Quare quum iterum per legatos questi essent, se quidem dicto audientes fuisse, non esse vero deorum iram ulla ex parte placatam, respondit rursus Pythia:

Theagenis vestri at nullam rationem habuistis.

Ibi quum ea cogitatio sollicitos haberet, quanam arte statuam Theagenis reciperent, piscatores aiunt in altum provectos, inter pisces rete comprehensam effigiem Theagenis in litus exposuisse. Ea quum in suum locum reposita fuisset, a Thasiis divinis celebratur honoribus. (3) Multis vero etiam aliis in locis, tum Graecorum, tum Barbarorum, Theageni positis simulacris, *divini* honores ab indigenis habentur, existimantibus aegris, et quopiam affectis morbo, salutare eius numen esse. Statua Theageni in Alti posita, Aeginetae Glauciae opus est.

CAPUT XII.

Dinomenis, Hieronis filii, donaria Olympiae — de Hierone, Hieroclis filio, et Dinomene — Arei, Lacedaemoniorum regis, et Arati aliorumque donariis et signis.

Πλησίον δὲ ἅρμα τέ ἐστι χαλκοῦν, καὶ ἀνὴρ ἀναβεβηκὼς ἐπ᾽ αὐτὸ, κέλητες δὲ ἵπποι παρὰ τὸ ἅρμα, εἷς ἑκατέρωθεν ἕστηκε, καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων καθέζονται παῖδες. ὑπομνήματα δὲ ἐπὶ νίκαις Ὀλυμπιακαῖς ἐστιν Ἱέρωνος τοῦ Δεινομένους τυραννήσαντος Συρακουσίων μετὰ τὸν ἀδελφὸν Γέλωνα. τὰ δὲ ἀναθήματα οὐχ Ἱέρων ἀπέστειλεν, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἀποδοὺς τῷ θεῷ, Δεινομένης ἐστὶν ὁ Ἱέρωνος· ἔργα δὲ, τὸ μὲν Ὀνατᾶ τοῦ Αἰγινήτου τὸ ἅρμα, Καλάμιδος δὲ οἱ ἵπποι τε οἱ ἑκατέρωθεν, καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν εἰσιν οἱ παῖδες. (2) Παρὰ δὲ τοῦ Ἱέρωνος τὸ ἅρμα ἀνήρ ἐστιν ὁμώνυμός τε τῷ Δεινομένους, καὶ ἐν Συρακούσαις καὶ οὗτος τυραννήσας· Ἱέρων δὲ ἐκαλεῖτο Ἱεροκλέους. μετὰ δὲ τὴν Ἀγαθοκλέους τοῦ πρότερον τυραννήσαντος τελευτὴν Συρακουσίοις αὖθις ἀναπεφύκει τύραννος ὁ Ἱέρων οὗτος, τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς * Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἣν Κυ-

Cap. XII. Proxime est aereus currus, in quem vir ascendit. Utrinque veredi singuli, pueris insidentibus. Sunt autem monumenta de Olympicis victoriis Hieronis Dinomenis filii, qui fratri Geloni in Syracusanorum tyrannide successit. At dona ista non sunt ab Hierone missa, sed votum deo persolvit Dinomenes Hieronis filius. Currus, Onatae Aeginetae: Calamidis, qui utrinque stant equi, et insidentes illis pueri, opera sunt. (2) Prope ad Hieronis currum vir est eodem, quo Dinomenis filius nomine, et ipse Syracusarum tyrannus, Hieron Hieroclis filius. Is post Agathoclis, qui primus tyrannidem occuparat, mortem, novus est Syracusanis tyrannus exortus, dominatu potitus centesimae vicesimae *tertiae* Olympiadis anno secundo: ea vero Olympiade victor e stadio discessit Idaeus patria Cy-

ρηναῖος στάδιον ἐνίκησεν Ἰδαῖος. οὗτος ὁ Ἱέρων ξενίαν πρὸς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου καὶ ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο Γέλωνι τῷ παιδὶ, Νηρηΐδα ἀγαγόμενος τὴν Πύῤῥου. Ῥωμαίων δὲ περὶ Σικελίας ἐς τὸν πρὸς Καρ- 480
χηδονίους πόλεμον καταστάντων, εἶχον μὲν οἱ Καρχηδόνιοι τῆς νήσου πλέον ἢ ἥμισυ· Ἱέρωνι δὲ συνιόντι μὲν ἄρτι ἐς τὸν πόλεμον, ἑλέσθαι τὰ Καρχηδονίων ἤρεσε. μετὰ δὲ οὐ πολὺ δυνάμει τε εἶναι νομίζων τὰ Ῥωμαίων ἐχυρώτερα καὶ βεβαιότερα ἅμα ἐς φιλίαν, μετεβάλετο ὡς τούτους. τοῦ δέ οἱ βίου συνέβη γενέσθαι τὴν τελευτὴν ὑπὸ Δεινομένους, γένος μὲν Συρακουσίου, δυσμενέστατα δὲ ἀνδρὸς ἐς τυραννίδα ἔχοντος, ὃς καὶ ὕστερον τούτων Ἱπποκράτει τῷ ἀδελφῷ τῷ Ἐπικύδους ἐξ Ἐρβησσοῦ παρεληλυθότι ἄρτι ἐς Συρακούσας, καὶ ἐς τὸ πλῆθος ποιεῖσθαι λόγους ἀρχομένῳ, ἐπέδραμεν ὡς ἀποκτενῶν τὸν Ἱπποκράτη· τοῦ δέ οἱ ἀντιστάντος, κρατήσαντες τῶν δορυφόρων ἄλλοι, διαφθείρουσι τὸν Δεινομένη. τοὺς ἀνδριάντας δὲ τοῦ Ἱέρωνος ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἐφ' ἵππου τὸν ἕτερον, τὸν δὲ αὐτῶν πεζὸν, ἀνέθεσαν μὲν τοῦ Ἱέρωνος

renaeus. Fuit huic Hieroni cum Pyrrho Aeacidae filio hospitium prius, deinde affinitas, quod Pyrrhi filia Nereis fuit cum Gelone eius filio. Et idem sane Hieron, quum bellum Punicum in Sicilia gereretur, et eius insulae pars maior in Carthaginiensium officio esset, ad illorum se studia adiunxit: mox quum Romanorum copias maiores, et firmiorem esse amicitiam intelligeret, ad eos descivit. Hunc Dinomenes, Syracusanus illo quidem, sed tyrannidi infensissimus, de medio sustulit. Neque multo post, Hippocratem Epicydae fratrem, qui quum paulo ante ab Erbesso Syracusas venisset, multitudinem *seditiosis* fuerat vocibus sollicitare aggressus, *stricto telo* est adortus: verum quum *praesenti* se ille *animo* tueretur, Dinomenes satellitum impetu oppressus, occubuit. Hieronis statuas equestrem unam, alteram vero pedestrem, Olympiae dedicarunt Hieronis ipsius filii: opera

οἱ παῖδες, ἐποίησε δὲ Μίκων Νικηράτου Συρακούσιος. (3) Μετὰ δὲ τοῦ Ἱέρωνος τὰς εἰκόνας Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, καὶ Ἄρατος ἕστηκεν ὁ Κλεινίου· καὶ αὖθις ἀναβεβηκὼς ἐστιν Ἀρεὺς ἵππον. ἀνάθημα δὲ ὁ μὲν Κορινθίων ὁ Ἄρατος, Ἀρεὺς δὲ Ἠλείων ἐστί. καί μοι τοῦ λόγου τὰ πρότερα οὔτε τὰ ἐς Ἄρατον, οὔτε τὰ ἐς Ἀρέα ἀμνημόνως ἔσχε. Ἄρατος δὲ καὶ ἅρματι ἀνηγορεύθη νικῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Τίμωνι δὲ τῷ Αἰγύπτου, καθέντι ἐς Ὀλυμπίαν ἵππους, ἀνδρὶ Ἠλείῳ, ἔστι τούτῳ χαλκοῦν, ἐπ' αὐτοῦ δ' ἀναβεβηκὸς σθένος (ἐμοὶ δοκεῖν) νίκης. Κάλλωνα δὲ τὸν Ἁρμοδίου, καὶ τὸν Μοσχίωνος Ἱππόμαχον, γένος τε Ἠλείους καὶ πυγμῇ κρα-
481 τήσαντας ἐν παισὶ, τὸν μὲν αὐτῶν ἐποίησε Δάϊππος, Ἱππομάχου δὲ ὅστις μὲν τὸν ἀνδριάντα εἰργάσατο, οὐκ ἴσμεν. καταμαχέσασθαι δὲ τρεῖς φασιν ἀνταγωνιστὰς αὐτὸν, οὔτε πληγὴν ἀποδεξάμενον, οὔτε τι τρωθέντα τοῦ σώματος. Θεόχρηστον δὲ Κυρηναῖον, ἱπποτροφήσαντα κατὰ τὸ ἐπιχώριον Λίβυσι, καὶ αὐτόν τε ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ἔτι πρότερον τὸν ὁμώνυμόν τε αὐτῷ καὶ τοῦ πατρὸς

fuere Miconis Syracusani Nicocratis filii. (3) Post Hieronis, Arei Acrotati filii, Lacedaemoniorum regis, et Arati Cliniae filii erectae sunt statuae: et Areum quidem equo insidentis habitu dedicarunt Elei, Aratum Corinthii. Arei sane et Arati mentio non est in superioribus commentariis praetermissa. Renunciatus est Aratus de curuli certamine victor. Timoni Aegypti filio, homini Eleo, a quo ad Olympicum ludicrum missi equi sunt, positus est aeneus currus: in eum Victoriae (quantum coniicio) robur ascendit. Callonem deinde Harmodii filium, et Moschionis Hippomachum, Eleos patria, qui caestu pueros vicere, *ibi positos videas.* Illum Daippus finxit: Hippomachi opifex ignoratur. Is adversarios tres dicitur perculisse, neque plaga, neque vulnere in ulla corporis parte accepto. *Erecti ibidem sunt,* Theochrestus Cyrenaeus, qui equos Afrorum more *ad curulia certamina studiose* aluit; et avus paternus, ei cogno-

πατέρα, τούτους μὲν ἐνταῦθα ἵππων νίκας, ἐν δὲ Ἰσθμῷ τοῦ Θεοχρήστου λαβεῖν τὸν πατέρα, τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῷ ἅρματι. Ἀγήσαρχον δὲ τὸν Αἱμοστράτου Τριταιέα, κρατῆσαι μὲν πύκτας ἄνδρας ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ Νεμέᾳ τε καὶ Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ, μαρτυρεῖ τὸ ἐλεγεῖον. Ἀρκάδας δὲ τοὺς Τριταιεῖς εἶναι τοῦ ἐλεγείου λέγοντος, ἀληθεύοντα εὕρισκον. πόλεων γὰρ τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ ταῖς μὲν ἐπειλημμέναις δόξης οὐδὲ τὰ ἐς τοὺς οἰκιστάς ἐστιν ἄγνωστα· τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τε ὑπὸ ἀσθενείας ἀφανεστέρας, καὶ δι' αὐτὸ ἀνοικισθείσας ἐς Μεγάλην πόλιν, οὐ περιέχει σφᾶς γενόμενον ὑπὸ τοῦ Ἀρκάδων κοινοῦ δόγμα; οὐδέ τινα ἔστιν ἐν Ἕλλησι Τριταίαν πόλιν ἄλλην γε ἢ τὴν Ἀχαιῶν εὑρεῖν. τηνικαῦτα γοῦν ἐς Ἀρκάδας ἡγοῖτο ἄν τις συντελέσαι τοὺς Τριταιεῖς, καθὰ καὶ νῦν ἔτι Ἀρκάδων αὐτῶν εἰσιν οἱ ἐς τὸ Ἀργολικὸν τελοῦντες. τοῦ Ἀγησάρχου δέ ἐστιν ἡ εἰκὼν τέχνη τῶν Πολυκλέους παίδων. τούτων μὲν δὴ ποιησόμεθα μνήμην καὶ ἐν τοῖς ὑστέροις τοῦ λόγου.

minis: tulere uterque Olympiacas de equorum ludicro palmas. Isthmicam praeterea Theochresti patrem coronam cepisse, indicat currus inscriptio. Hegesarchi Haemostrati filii Tritaeensis de virili in Olympia pugilatu, in Isthmo etiam, Pythone, et Nemea victorias elegi testantur: quibus quum Arcades Tritaeenses appellentur, non esse id a vero alienum comperi. Nam quum illustrium Arcadiae civitatum non sint omnino origines incognitae, quae quum ab initio essent obscuriores, propter imbecillitatem in Megalopolitanum nomen irrepsere, eae non omnino communi Arcadum nomine censae fuere: quare nullam omnino aliam Tritaeam, quam quae Achaeorum fuit, invenias. Tunc autem quum versus illi scripti fuere, facile quis existimarit, Arcadici Tritaeenses nominis fuisse, quemadmodum et nunc Arcades habentur, qui se Argivis contribuerunt. Hegesarchi statuam Polyclis discipuli fecere, de quibus et posterius mentionem faciemus.

CAPUT XIII.

Pila Chionidis victorias enumerans — Hermogenes Equus dictus, et Polites cursu insignis — Leonidas cursu celebratissimus — aliorum athletarum signa recensentur — de Phidolae equa — equo pilae insistente, victoriae Lyci monumento.

Ἄστυλος δὲ Κροτωνιάτης Πυθαγόρου μέν ἐστιν ἔργον· τρεῖς δὲ ἐφεξῆς Ὀλυμπιάσι σταδίου τε καὶ διαύλου νίκας εἶχεν. ὅτι δὲ ἐν δύο ταῖς ὑστέραις ἐς χάριν τὴν Ἱέρωνος τοῦ Δεινομένους ἀνηγόρευσεν ἑαυτὸν Συρακούσιον, τούτων εἵνεκα οἱ Κροτωνιᾶται τὴν οἰκίαν αὐτοῦ δεσμωτήριον εἶναι κατέγνωσαν, καὶ τὴν εἰκόνα καθεῖλον παρὰ τῇ Ἥρᾳ τῇ Λακινίᾳ κειμένην.

482 Ἀνάκειται δὲ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ καὶ στήλη λέγουσα τοῦ Λακεδαιμονίου Χιόνιδος τὰς νίκας. εὐηθείας μὲν δὴ μετέχουσι καὶ ὅσοι Χίονιν αὐτὸν ἀναθεῖναι τὴν στήλην, ἀλλ' οὐ Λακεδαιμονίων ἥγηνται τὸ δημόσιον· ἔστω γὰρ δήπου, ὡς ἐν τῇ στήλῃ, οὐκ εἶναί πω τοῦ ὅπλου τὸν δρόμον· πῶς ἂν οὖν ἐπίσταιτο ὁ Χίονις, εἰ αὖθίς ποτε προσνομοθετήσουσιν Ἠλεῖοι; τούτων δὲ ἔτι ἐς πλέον ἥκου-

Cap. XIII. Astylus autem Crotoniata, Pythagorae opus fuit. Is Olympiacas deinceps tres de cursu repetito palmas tulit. Et huius quidem, quod Hieronis Dinomenis filii studio ductus, Syracusanum se renunciandum curasset in posterioribus duabus victoriis, *infamiae causa* domum Crotoniatae ad publici carceris usum destinarunt, et statuam in Lacedaemoniae Iunonis templo dedicatam everterunt. Extat Olympiae pila, in qua Lacedaemonii Chionidis victoriae incisae sunt. Parum autem, quid dicant, attendunt, qui dedicatam ab ipso Chionide, non publice a Lacedaemoniis, eam pilam arbitrantur. Nam quum testatum in ea sit, cursum cum clypeo nondum fuisse institutum, qui divinare Chionis potuisset, Eleorum lege hoc etiam ludicri genus aliquando sancitum iri? Ac multo sunt quidem hebetio-

σιν εὐηθείας, οἳ τὸν ἑστηκότα ἀνδριάντα παρὰ τῇ στήλῃ φασὶν εἰκόνα εἶναι Χιόνιδος, ἔργον ὄντα τοῦ Ἀθηναίου Μύρωνος. (2) Ἐοικότα δὲ Χιόνιδι τὰ ἐς δόξαν καὶ ἀνὴρ Λύκιος παρέσχετο Ἑρμογένης Ξάνθιος, ὃς τὸν κότινον ἐν τρισὶν Ὀλυμπιᾶσιν ἀνείλετο ὀκτάκις, ἐπίκλησίν τε ἔσχεν Ἵππος ὑπὸ Ἑλλήνων. ποιήσαιο δ' ἂν καὶ Πολίτην ἐν μεγάλῳ θαύματι. ὁ Πολίτης δ' ἦν οὗτος ἐκ Κεράμου τῆς ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ Καρίᾳ. ἀνέφηνε δὲ ἀρετὴν ποδῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ πᾶσαν. ἀπὸ γὰρ τοῦ μηκίστου καὶ διαρκεστάτου δι' ὀλιγίστου δὴ καιροῦ μεθηρμόσατο ἐπὶ τὸ βραχύτατον ὁμοῦ καὶ ὤκιστον· καὶ δολιχοῦ γε ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ καὶ παραυτίκα σταδίου λαβὼν νίκην, προσέθηκε διαύλου σφίσι τὴν τρίτην. Πολίτης μὲν δὴ ἐπὶ τῆς δευτέρας * καὶ τέσσαρας, ὡς ἕκαστοι συνταχθῶσιν ὑπὸ τοῦ κλήρου, καὶ οὐκ ἀθρόους ἀφιᾶσιν ἐς τὸν δρόμον· οἳ 483
δ' ἂν ἐν ἑκάστῃ τάξει κρατήσωσιν, ὑπὲρ αὐτῶν αὖθις θέουσι τῶν ἄθλων· καὶ οὕτω σταδίου δύο ὁ στεφανούμενος ἀναιρήσεται νίκας. (3) Τὰ μέντοι ἐπιφανέστατα

res, qui haerentem pilae statuam, Chionidis esse censent, quum sit Atheniensis Myronis opus. (2) Accessit prope ad Chionidis gloriam Lycius homo, Hermogenes Xanthius, qui ludis trinis Olympiacum oleastrum octies abstulit: quare Equi cognomento a Graecis celebratus est. Possunt iure Politis etiam victoriae cum admiratione audiri. Fuit hic e Ceramo Thraciae Cariae oppido, omnemque in Olympia pernicitatis laudem est meritus. Quod enim curriculi spatium ante lentius multo confici solitum fuerat, ad summam ipse brevitatem et celeritatem temporis contulit: eodemque die de longiore curriculo, deque stadio, et repetito cursu coronam cepit, et alterum quidem iterum curriculum ingressus. Neque enim universos, sed quatuor, ut quibusque primis sors obtigerit, e carceribus emittunt: quique ex ordinibus singulis vicerint, iis rursus cum aliorum ordinum victoribus de eodem praemio decertandum: quo fit, ut cui fuerit corona decreta, is palmam duplicem auferat. (3) In

ἐς δρόμον Λεωνίδᾳ Ῥοδίῳ ἐστίν. ἐπὶ γὰρ τέσσαρας Ὀλυμπιάδας, ἀκμάζων τε τῇ ὠκύτητι, ἀντήρκεσε, καὶ γεγόνασιν αὐτῷ δρόμου νῖκαι δύο ἀριθμὸν καὶ δέκα. Χιόνιδος δὲ οὐ πόῤῥω τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ στήλης ἕστηκε Δοῦρις ὁ Σάμιος, κρατήσας πυγμῇ παῖδας· τέχνη δὲ ἡ εἰκὼν ἔστι μὲν Ἱππίου, τὸ δὲ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπ' αὐτῷ νικῆσαι *, ἡνίκα ὁ Σαμίων δῆμος ἔφευγεν ἐκ τῆς νήσου. τὸν δὲ καιρὸν, καθ' ὃν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα τὸν δῆμον *. (4) Παρὰ δὲ τὸν τύραννον Δίαλλος ὁ Πόλλιδος ἀνάκειται, γένος μὲν Σμυρναῖος, Ἰώνων δὲ πρῶτος λαβεῖν ἐν Ὀλυμπίᾳ φησὶν οὗτος ὁ Δίαλλος παγκρατίου στέφανον ἐν παισίν. Θερσίλοχον δὲ Κερκυραῖον, καὶ Ἀριστίωνα Θεοφίλους Ἐπιδαύριον, τὸν μὲν ἀνδρῶν πυγμῆς, Θερσίλοχον δὲ λαβόντα ἐν παισὶ στέφανον, Πολύκλειτος ἐποίησε σφᾶς ὁ Ἀργεῖος. Βύκελος δὲ, ὃς Σικυωνίων πρῶτος πὺξ ἐκράτησεν ἐν παισὶν, ἔστιν ἔργον Σικυωνίου Κανάχου παρὰ τῷ Ἀργείῳ Πολυκλείτῳ διδαχθέντος. Παρὰ δὲ τὸν Βύκελον ὁπλίτης ἀνὴρ ἐπίκλησιν Λίβυς,

eo cursus genere excelluit Leonidas Rhodius. Is est enim quatuor Olympiadum praemia consecutus; quumque nulli adversariorum succubuisset, duodecim palmas *unus* abstulit. Non longe a Chionidis pila stat Duris Samius, de puerili pugilatu victor. Opus ea statua Hippiae est. Vicisse illum testatur inscriptio, quum Samii ex insula eiecti sunt: dedicatam statuam, quum in suas iam pristinas fuissent sedes restituti. (4) Iuxta tyranni effigiem Diallo Pollidis filio statua posita est. Fuit hic patria Smyrnaeus; et Ionici nominis primum de puerili pancratio coronam Olympicam cepisse tradunt. Iam vero Thersilochum Corcyraeum, et Aristionem Epidaurium, Theophilis filium, quorum ille pueros caestibus, hic viros vicit, Polycletus Argivus fecit. At Bycellum, qui primus e cunctis Sicyoniis pueros in pugilatu vicit, finxit Canachus Sicyonius, Polycleti Argivi discipulus. Prope Bycellum est Mnaseas Cyrenaeus gravi ac-

Μνασέας Κυρηναῖος ἕστηκε· Πυθαγόρας δὲ ὁ Ῥηγῖνος
ἐποίησε τὴν εἰκόνα. Κυζικηνῷ δὲ Ἀγεμάχῳ τῶν ἐκ τῆς
Ἀσιανῆς ἠπείρου γενέσθαι ἐν Ἄργει τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ'
αὐτῷ μηνύει. Νάξου δὲ οἰκισθείσης ποτὲ ἐν Σικελίᾳ
ὑπὸ Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ, τῆς πόλεως μὲν
οὐδὲ ἐρείπια ἐλείπετο ἐς ἡμᾶς ἔτι· ὄνομα δὲ καὶ ἐς τοὺς
ἔπειτα εἶναι τῆς Νάξου, Τίσανδρος ὁ Κλεοκρίτου μάλι-
στα αἰτίαν ἐχέτω. τετράκις γὰρ δὴ ἐν ἀνδράσι κατεμα-
χέσατο ὁ Τίσανδρος πύκτας ἐν Ὀλυμπίᾳ, τοσαῦται δὲ 484
καὶ Πυθοῖ γεγόνασιν αὐτῷ νῖκαι· καὶ Κορινθίοις δὲ οὐκ
ἦν πω τηνικαῦτα οὐδὲ Ἀργείοις ἐς ἅπαντας ὑπομνήματα
τοὺς Νεμεάτας. (5) Ἡ δὲ ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φει-
δώλα, ὄνομα μὲν, ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν, ἔχει
Αὔρα, τὸν δὲ ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέ-
πεσεν ἀποβαλεῖν αὐτὴν, καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσα ἐν
κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλ-
πιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον, φθά-
νει τε δὴ ἐπὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἀφικομένη καὶ νικῶσα

cinctus armatura, vir Lybis cognomento: cuius finxit statuam Pythagoras Rheginus. Cyziceno Agemacho e continenti Asiae terra, *statuam* Argis esse factam testatur apposita inscriptio. Naxi quidem, quam in Sicilia condidere quondam Chalcidenses, Euripi accolae, ne ipsa quidem ruinarum fragmenta aetate mea extant. Quod vero eius nomen ad posteros proditum fuerit, iure Tisandro Cleocriti filio fuerit ea laus tribuenda. Is enim quater viros pugilatu vicit Olympiae, quoties Pythicam etiam palmam abstulit. Nondum vero tunc neque a Corinthiis neque ab Argivis omnes Isthmii et Nemeatae victores in commentarios referebantur. (5) Phidolae Corinthii equa *praetereunda non est*, cui Aurae nomen fuisse memorant Corinthii. Haec ab ipsis statim carceribus sessore suo collapso, et cursum *pristinum*, aeque ac si rectorem haberet, retinuit, et circa metam se convertit; audito vero tubae sonitu ad cursum concitata est vehementius; quumque ad ludorum praefectos antevertisset,

ἔγνω, καὶ παύεται τοῦ δρόμου. Ἠλεῖοι δὲ ἀνηγόρευσαν ἐπὶ τῇ νίκῃ τὸν Φειδώλαν, καὶ ἀναθεῖναί οἱ τὴν ἵππον ταύτην ἀφιᾶσιν. (6) Ἐγένοντο δὲ καὶ τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νῖκαι, καὶ ὅ τε ἵππος ἐπὶ στήλῃ πεποιημένος, καὶ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ·

Ὠκυδρόμας Λύκος Ἴσθμι' ἅπαξ, δύο δ' ἐνθάδε νίκαις
Φειδώλα παίδων ἐστεφάνωσε δόμους.

οὐ μὴν τῷ γε ἐπιγράμματι καὶ τὰ Ἠλείων ἐς τοὺς Ὀλυμπιονίκας ὁμολογεῖ γράμματα. ὀγδόῃ γὰρ Ὀλυμπιάδι καὶ ἑξηκοστῇ, καὶ οὐ πέρα ταύτης ἐστὶν ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασιν ἡ νίκη τῶν Φειδώλα παίδων. ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔχοντα ἴστω τις. Ἠλείοις δὲ ἀνδράσιν Ἀγαθίνῳ τε τῷ Θρασυβούλου καὶ Τηλεμάχῳ, Τηλεμάχῳ μὲν ἐπὶ ἵππων νίκῃ γέγονεν ἡ εἰκών· Ἀγαθῖνον δὲ ἀνέθεσαν Ἀχαιοὶ Πελληνεῖς. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ὁ Ἀθηναίων δῆμος Ἀριστοφῶντα Λυκίνου παγκρατιαστὴν, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ κρατήσαντα ἄνδρας.

iam victoriae se quasi compotem intelligens constitit. Elei Phidola victore renunciato, ei, ut et equae simulacrum dedicaret, concesserunt. (6) Contigit et Lyco Phidolae filio, et eius filiis de veredis de victoria. Insistit pilae victor equus cum inscriptione:

Acer equis Lycus hic semel Isthmia vicit: et idem
Phidolae Eleo cinxit honore domum.

Non tamen huic inscriptioni cum tabulis Eleorum, quibus Olympiorum victores celebrantur, satis convenit. Ad octavam enim et sexagesimam Olympiadem, et eam, quae consecuta est, Eleorum monumenta Phidolae filiorum victoriam referunt. Sed haec, qui volet curiosius exquiret. Stant *deinceps* Elei viri Agathinus Thrasybuli filius, et Telemachus. Victor hic extitit de equorum cursu: Agathinum ex Achaia Pellenenses posuere. Posuit et Atheniensium civitas Aristophontem Lycini filium, pancratiasten: vicit is ludis Olympicis viros.

CAPUT XIV.

Athletarum signa, et quae ad illos pertinent, porro recensentur — signum Milonis Crotoniatae, de cuius ingenti robore varia narrantur — Milonis mors — Pyrrhi regis signum — pila Pythocrito tibicini erecta et aliorum signa.

Φερίας δὲ Αἰγινήτης (οὗτος γὰρ παρὰ τὸν Ἀθηναῖον 485
Ἀριστοφῶντα ἀνάκειται) ὀγδόῃ μὲν πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι κομιδῇ τε ἔδοξεν εἶναι νέος, καὶ οὐκ ἐπιτήδειός πω νομισθεὶς παλαίειν, ἀπηλάθη τοῦ ἀγῶνος· τῇ δὲ ἑξῆς (κατεδέχθη γὰρ τηνικαῦτα ἐς τοὺς παῖδας) ἐνίκα παλαίων. Τῷ δὲ Φερίᾳ τούτῳ διάφορον καὶ οὐδαμῶς ἐοικυῖαν ἔσχεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τύχην νίκης Ὕλλος Ῥόδιος. ὄγδοον γὰρ ἐπὶ τοῖς δέκα ἔτεσι γεγονὼς, μὴ παλαῖσαι μὲν ἐν παισὶν ὑπὸ Ἠλείων ἀπηλάθη, ἀνηγορεύθη δὲ ἐν ἀνδράσιν, ὥσπερ γε καὶ ἐνίκησεν· ἀνηγορεύθη δὲ καὶ ὕστερον Νεμέᾳ τε καὶ Ἰσθμῷ. γεγονότα δὲ εἰκοσαετῆ τὸ χρεὼν ἐπιλαμβάνει, πρὶν ἢ ἐς τὴν Ῥόδον αὐτὸν οἴκαδε ἀναστρέψαι. Τὸ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τοῦ Ῥοδίου παλαιστοῦ τόλμημα Ἀρτεμίδωρος γένος Τραλλιανὸς ὑπερεβάλετο κατὰ ἐμὴν δόξαν. Ἀρτεμιδώρῳ γὰρ

Cap. XIV. At Pherias Aegineta (proximus enim is est ad Atheniensem Aristophontem) octava supra septuagesimam Olympiade, quod erat admodum adolescens, neque in luctandi certamine videbatur ullo pacto par adversario fore, de medio est iussus recedere: anno deinde insequenti admissus, pueros in lucta vicit. Dissimilis fuit Hylli Rhodii in Olympicis ludis fortuna. Annum enim duodevicesimum natus, reiectus ille quidem est, quo minus cum pueris lucta congrederetur; verum de viris palmam adeptus: idemque postea acceptis Nemeorum et Isthmiorum coronis, annum quum ageret vicesimum, praepropera ereptus est morte, priusquam patriam Rhodum, et penates suos reviseret. Sed Rhodii palaestritae laudes mea sententia Artemidorus Trallianus vicit; qui quum tener admodum pancratium puerile

ἁμαρτεῖν μὲν Ὀλυμπίων συνέβη παγκρατιάσοντι ἐν παισίν· αἰτία δέ οἱ ἐγένετο τῆς διαμαρτίας τὸ ἄγαν νέον. ὡς δὲ ἀφίκετο ἀγῶνος καιρὸς, ὃν Σμυρναῖοι Ἰώνων ἄγουσιν, ἐς τοσοῦτο ἄρα αὐτῷ τὰ τῆς ῥώμης ἐπηύξητο, ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε ἐξ Ὀλυμπίας ἀνταγωνιστὰς, καὶ, ἐπὶ τοῖς παισὶν, οὓς ἀγενείους καλοῦσι, καὶ τρίτα δὴ ὅ τι ἄριστον ἦν τῶν ἀνδρῶν. γενέσθαι δέ οἱ τὴν ἅμιλλαν πρὸς ἀγενείους τε καὶ ἄνδρας, τὴν μὲν ἐκ γυμναστοῦ παρακλήσεώς φασι, τὴν δὲ ἐξ ἀνδρὸς παγκρατιαστοῦ λοιδορίας. ἀνείλετο δὲ ἐν ἀνδράσιν ὁ Ἀρτεμίδωρος Ὀλυμπιακὴν νίκην δευτέρᾳ καὶ δεκάτῃ πρὸς διακοσίαις Ὀλυμπιάδι. Ὕλλου δὲ τῆς εἰκόνος ἵππος τε οὐ μέγας ἔχεται χαλκοῦς, ὃν Κρόκων Ἐρετριεὺς ἀνέθηκεν ἀνελόμενος κέλητι ἵππῳ στέφανον. Καὶ πλησίον τοῦ ἵππου Τελέστας ἐστὶ Μεσσήνιος, κρατήσας πυγμῇ παῖδας· Σιλανίωνος δὲ ἔργον ἐστὶν ὁ Τε-
486 λέστας. (2) Μίλωνα δὲ τὸν Διοτίμου πεποίηκε μὲν Δαμέας ἐκ Κρότωνος καὶ οὗτος. ἐγένοντο δὲ τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πάλης νῖκαι, μία δ᾽ ἐν παισὶν ἐξ αὐ-

inisset Olympiae, amissa ob aetatis infirmitatem palma, mox in Ioniam ad Smyrnaeos, quum ludos agitarent, venit. Tantum vero ei iam roboris accesserat, ut eodem die et eos, quos in Olympia adversarios habuerat, et in puerili ludicro, quos imberbes appellabant, et iam tertio loco virorum optimum quemque pancratio superarit. Et inpuberum quidem in certamen, gymnici magistri hortatu; in virorum autem, convicio pancratiastae lacessitum descendisse ferunt. Virilem certe palmam cepit Olympicam, Olympiade CCXII. Prope Hylli statuam, equum ex aere non utique magnum posuit Crocon Eretriensis, accepta de equo desultorio corona. Equo proximus est Telestas Messenius, puerilis pugilatus victor. Hunc Silanion fecit. (2) At Milonem Crotoniatem Diotimi filium, Dameas et ipse Crotoniates finxit. Palmas Milo Olympicas adeptus est sex, de lucta

τῶν· Πυθοῖ δὲ ἔν τε ἀνδράσιν ἕξ, καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν. ἀφίκετο δὲ καὶ ἕβδομον παλαίσων ἐς Ὀλυμπίαν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐγένετο οἷός τε καταπαλαῖσαι Τιμασίθεον πολίτην τε ὄντα αὐτῷ, καὶ ἡλικίᾳ νέον, πρὸς δὲ καὶ σύνεγγυς οὐκ ἐθέλοντα ἵστασθαι. λέγεται δὲ καὶ ὡς κομίσειεν αὐτὸς αὐτοῦ τὸν ἀνδριάντα ἐς τὴν Ἄλτιν ὁ Μίλων. λέγεται δὲ ἐς αὐτὸν καὶ τὸ ἐπὶ τῇ ῥοιᾷ καὶ τὸ ἐπὶ τῷ δίσκῳ. ῥοιὰν μὲν δὴ οὕτω κατεῖχεν, ὡς μήτε ἄλλῳ παρεῖναι βιαζομένῳ, μήτε αὐτὸς λυμήνασθαι πιέζων. ἱστάμενος δὲ ἐπὶ ἀληλιμμένῳ τῷ δίσκῳ γέλωτα ἐποιεῖτο τοὺς ἐμπίπτοντάς τε καὶ ὠθοῦντας ἀπὸ τοῦ δίσκου. παρείχετο δὲ καὶ ἄλλα τοιάδε ἐς ἐπίδειξιν. περιέδει τῷ μετώπῳ χορδὴν κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ εἰ ταινίαν περιθεῖτο ἢ στέφανον· κατέχων δὲ ἐντὸς χειλῶν τὸ ἆσθμα, καὶ ἐμπιπλὰς αἵματος τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ φλέβας, διεῤῥήγνυεν ὑπὸ ἰσχύος τῶν φλεβῶν τὴν χορδήν. λέγεται δὲ καὶ ὡς τῆς δεξιᾶς χειρὸς τὸ μὲν ἐς τὸν ἀγκῶνα ἐκ τοῦ ὤμου παρ' αὐτὴν καθίει τὴν πλευρὰν, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος ἔτεινεν ἐς εὐθὺ τῶν δακτύλων, τὸν μὲν αὐτῶν ἀνα-

omnes, ex iis puerilem unam; sex Pythicas e virorum, unam e puerorum certamine. Quum septimum in Olympiam luctaturus venisset, cum Timasitheo ille quidem, quod civis erat et peradolescens, ac certamen recusabat, non est congressus. Suam quidem ipsius statuam dicitur Milo intra Altin *suis humeris* deportasse. Traduntur de punica malo, et disco, haec *memoratu digna*. Punicum malum ita manu compressa tenebat, ut neque, qui conatus esset, extorqueret, neque ipse tamen illud elideret. Peruncto disco quum institisset, omnes ludibrio habebat, qui se detrudere quantovis impetu facto conarentur. Magnum etiam illud fuit roboris documentum. Frontem chorda circumligabat perinde ac si taeniam sibi circumdaret aut coronam: intercluso deinde *quanta maxima vi poterat*, compressis labiis spiritu, quum venae capitis sanguine plurimo intumuissent,

στρέφων τὸν ἀντίχειρα ἐς τὸ ἄνω, τῶν λοιπῶν δὲ ἀλλή-
λοις ἐπικειμένων κατὰ στοῖχον· τὸν ἐλάχιστον οὖν τῶν
δακτύλων κάτω γιγνόμενον οὐκ ἀπεκίνησεν ἄν τις βια-
ζόμενος. (3) Ἀποθανεῖν δὲ ὑπὸ θηρίων φασὶν αὐτόν·
ἐπιτυχεῖν γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ Κροτωνιάτιδι αὐαινομένῳ
487 ξύλῳ· σφῆνες δὲ ἐγκείμενοι διΐστασαν τὸ ξύλον· ὁ δὲ
ὑπὸ φρονήματος ὁ Μίλων καθίησι τὰς χεῖρας ἐς τὸ ξύ-
λον. ὀλισθαίνουσί τε δὴ οἱ σφῆνες, καὶ ἐχόμενος ὁ Μί-
λων ὑπὸ τοῦ ξύλου λύκοις ἐγίγνετο εὕρημα. μάλιστα δέ
πως τὸ θηρίον τοῦτο ἐν τῇ Κροτωνιάτιδι πολύ τε νέμε-
ται καὶ ἄφθονον. Μίλωνι μὲν δὴ τὸ τοιόνδε τέλος ἐπη-
κολούθησε. (4) Πύῤῥον δὲ τὸν Αἰακίδου βασιλεύσαντα
ἐν τῇ Θεσπρωτίδι ἠπείρῳ, καὶ ἔργα πολλὰ ἐργασάμενον
καὶ ἄξια μνήμης, ἃ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Ἀθηναίους ἐδή-
λωσα, τοῦτον ἐς τὴν Ἄλτιν ἀνέθηκε Θρασύβουλος Ἠλεῖος.
Παρὰ δὲ τὸν Πύῤῥον ἀνὴρ μικρὸς αὐλοὺς ἔχων ἐστὶν
ἐκτετυπωμένος ἐπὶ στήλης. τούτῳ Πυθικαὶ νῖκαι γεγόνασι
τῷ ἀνδρὶ δευτέρῳ μετὰ Σακάδαν τὸν Ἀργεῖον. Σακάδας

venarum robore nervum rumpebat. Idem ubi porrecta dextera cubitum lateri admovisset sublatoque pollice reliquos digitos iunctim intendisset, minimum nemo erat, qui ullo nisu posset a ceteris abiungere. (3) Ferarum hunc laniatu periisse memorant. Conspicatus enim hiantem immissis cuneis quercum aridam, in Crotoniatarum finibus, robore suo pristino fretus, truncum illum manibus dicitur rescindere conatus. Ibi quum relaxatis cuneis, comprehensus manibus Milo detineretur, a lupis, quae fera frequens est in Crotoniatarum agro, discerptus est. Fuit illi fatalis virium suarum fiducia. (4) Pyrrhum Aeacidae filium, Thesprotidis Epiri regem, magnis et memoratu dignissimis rebus gestis, quas exposui in libro de rebus Atticis, in Alti posuit Thrasybulus Eleus. Prope Pyrrhum vir quidam pusillo corpore super pila stat tibias tenens. Huic Pythicae palmae *de tibiarum cantu*, primo post Sacadam Argivum, decretae sunt.

μὲν γὰρ τὸν ἀγῶνα τὸν τεθέντα ὑπὸ Ἀμφικτυόνων οὐκ ὄντα πω στεφανίτην, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ στεφανίτας δύο ἐνίκησε. (5) Πυθόκριτος δὲ ὁ Σικυώνιος τὰς ἐφεξῆς τούτων Πυθιάδας ἓξ, μόνος δὴ οὗτος αὐλητής. δῆλα δὲ ὅτι καὶ ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ Ὀλυμπίασιν ἐπηύλησεν ἑξάκις τῷ πεντάθλῳ. Πυθοκρίτῳ μὲν γέγονεν ἀντὶ τούτων ἡ ἐν Ὀλυμπίᾳ στήλη, καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ· Πυθοκρίτου Καλλινίκου μνᾶμα τοῦ αὐλητᾶ. Ἀνέθεσαν δὲ καὶ τὸ κοινὸν τὸ Αἰτωλῶν Κύλωνα, ὃς ἀπὸ τῆς Ἀριστοτίμου τυραννίδος ἠλευθέρωσεν Ἠλείους. Γόργον δὲ τὸν Εὐκλήτου Μεσσήνιον ἀνελόμενον πεντάθλου νίκην, καὶ Δαμάρετον καὶ τοῦτον Μεσσήνιον, κρατήσαντα πυγμῇ παῖδας, τὸν μὲν αὐτῶν Βοιώτιος Θήρων, Δαμαρέτου δὲ τὴν εἰκόνα Ἀθηναῖος Σιλανίων ἐποίησεν. Ἀναυχίδας δὲ ὁ Φίλυος Ἠλεῖος πάλης ἔσχεν ἐν παισὶ στέφανον, καὶ ἐν ἀνδράσιν ὕστερον· τούτῳ μὲν δὴ τὴν εἰκόνα ὅστις ὁ εἰργασμένος ἐστὶν, οὐκ ἴσμεν. Ἄνοχος δὲ ὁ Ἀδαμάτα Ταραντῖνος, σταδίου λαβὼν καὶ διαύλου νίκην, ἔστιν

Sacadas vero primum iis ludis vicit, quos Amphictyones instituere, nondum coronarios (quibus victores coronari nondum obtinuerat) post eos deinde e duobus ludis coronariis palmam reportavit. Pythocritus deinde post hos Sicyonius Pythicas tulit palmas sex, solus tibiis quum cecinisset. Satis constat eundem Olympiae in quinquertio senis ludis praecinuisse. (5) Honoris ergo pila ei erecta cum titulo: Pythocriti Callinici tibicinis monumenta. Aetoli quoque concilii sui decreto, Cydoni statuam dedicarunt, quum Eleos Aristotimi tyranni dominatu liberasset. Iam Gorgum Eucleti filium, Messenium, victorem quinquertii, Boeotius Theron: Demaratum vero, et ipsum Messenium, de puerorum pugilatu coronatum, Atheniensis Silanion finxit. Enimvero Anauchidas Philyis filius Eleus de puerili lucta coronam cepit, mox de virili etiam; sed quis eius statuam fecerit, compertum utique mihi non est. Anochus, Adamatae filius, Tarentinus, qui de stadio

Ἀγελάδα τέχνη τοῦ Ἀργείου. Παῖδα δὲ ἐφ' ἵππου καθήμενον, καὶ ἑστηκότα ἄνδρα παρὰ τὸν ἵππον, φησὶ τὸ
488 ἐπίγραμμα εἶναι Ξενόμβροτον ἐκ Κῶ τῆς Μεροπίδος, ἐπὶ ἵππου νίκῃ κεκηρυγμένον, Ξενόδικον δὲ ἐπὶ πυγμῇ παίδων ἀναγορευθέντα· τὸν μὲν Παντίας αὐτῶν, Ξενόμβροτον δὲ Φιλότιμος Αἰγινήτης ἐποίησε. Πύθου δὲ τοῦ Ἀνδρομάχου, γένος ἀνδρὸς ἐξ Ἀβδήρων, ἐποίησε μὲν Λύσιππος, ἀνέθεσαν δὲ οἱ στρατιῶται δύο εἰκόνας. εἶναι δὲ ἡγεμών τις ξένων ἢ καὶ ἄλλως τὰ πολεμικὰ ἀγαθὸς ὁ Πύθης ἔοικε. Κεῖνται δὲ καὶ ἐν παισὶν εἰληφότες δρόμου νίκας, Μενεπτόλεμος ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ, καὶ Κορκυραῖος Φίλων, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Ἱερώνυμος Ἄνδριος, ὃς τὸν Ἠλεῖον Τισαμενὸν πενταθλοῦντα ἐν Ὀλυμπίᾳ κατεπάλαισε· τὸν ἐν Ἕλλησιν ὕστερον τούτων ἐναντία Μαρδονίου καὶ Μήδων Πλαταίασι μαντευσάμενον. οὗτός τε δὴ ὁ Ἱερώνυμος ἀνάκειται, καὶ παρ' αὐτὸν παλαιστὴς παῖς, Ἄνδριος καὶ οὗτος, Προκλῆς ὁ Λυκαστίδα. τοῖς πλάσταις δὲ, οἳ τοὺς ἀνδριάντας ἐποίη-

et repetito curriculo victor extitit, Ageladae Argivi opus fuit. Puerum equo insidentem, adsistente viro, testatur inscriptio Xenombrotum esse ex Coo Meropidis terrae, equestris victoriae praeconio nobilem. Eam statuam finxit Philotimus Aegineta: Xenodicum vero in puerorum pugilatu victorem, Pantias fecit. At Pythis Andromachi filii, patria Abderitae, fecit quidem Lysippus, dedicarunt vero milites, qui sub eo meruere, statuas duas. Ducem enim mercenariorum, aut alioqui bellicis rebus clarum Pythem fuisse, facile iudices. Positi etiam sunt de cursu victores pueri, Meneptolemus ex Apollonia, quae in Ionio est; et Corcyraeus Philon. Ad hos Hieronymus Andrius, a quo deiectus est in Olympico quinquertio Tisamenus Eleus, is nempe, quo postea in Plataeensi praelio contra Mardonium Persarum ducem augure Graeci usi sunt. Proximus Hieronymo est puer palaestrita, et ipse Andrius, Procles Lycastidae

σαν, τῷ μὲν Στόμιός ἐστιν ὄνομα, τῷ δὲ τὸν Προκλέα εἰργασμένῳ Σῶμις. Αἰσχίνῃ δὲ Ἠλείῳ νῖκαί τε δύο ἐγένοντο πεντάθλου, καὶ ἴσαι ταῖς νίκαις αἱ εἰκόνες.

CAPUT XV.

Athletarum signa Olympiae porro recensentur — Pantarcis signum — Clitomachi signum eiusque facta — Archidami, Agesilai filii, ac Demetrii eiusque filii, Antigoni, signa — Arei, Lacedaem. regis — Ptolemaei, Lagi filii, et Capri Elei signa.

Ἀρχίππῳ δὲ Μιτυληναίῳ τοὺς ἐς τὴν πυγμὴν ἐσελθόντας κρατήσαντι ἄνδρας ἄλλο τοιόνδε προσποιοῦσιν οἱ Μιτυληναῖοι ἐς δόξαν, ὡς καὶ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ καὶ Νεμέᾳ καὶ Ἰσθμῷ λάβοι στέφανον, ἡλικίαν οὐ πρόσω γεγονὼς ἐτῶν εἴκοσι. Τὸν δὲ παῖδα σταδιοδρόμον Ζήνωνα Καλλιτέλους ἐκ Λεπρέου τοῦ ἐν τῇ Τριφυλίᾳ Πυριλάμπης Μεσσήνιος, Κλεινόμαχον δὲ Ἠλεῖον ὅστις ὁ ποιήσας ἐστὶν, οὐκ ἴσμεν· ἀνηγορεύθη δὲ ὁ Κλεινόμαχος ἐπὶ νίκῃ πεντάθλου. (2) Παντάρκη δὲ Ἠλεῖον Ἀχαιῶν ἀνάθημα εἶναι, τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ᾽

filius: illum Stomius, hunc Somis fictores fecere. Aeschini Eleo duae quinquertii palmae evenere, et totidem erectae fuerunt statuae.

Cap. XV. Archippo Mitylenaeo, qui viros caestibus vicit, et alias cives sui ad nominis celebritatem tribuunt victorias. Coronas enim tradunt eum Olympicas, Pythicas, Nemiacas, et Isthmicas cepisse, quum annum nondum excessisset vicesimum. Zenonem autem Callitelis filium, e Lepreo Triphyliae, victorem e puerorum stadio, Pyrilampes Messenius finxit. Nam Clinomachum Eleum, quinquertii victoria nobilitatum, quis fecerit plane ignoro. (2) Pantarcem quidem Eleum, ab Achaeis dedicatum, ipsa testatur

αὐτῷ φησιν· εἰρήνην τε γὰρ Ἀχαιοῖς ποιῆσαι καὶ Ἠλείοις
αὐτὸν, καὶ ὅσοι παρ' ἀμφοτέρων πολεμούντων ἑαλώκε-
σαν, ἄφεσιν καὶ τούτοις γενέσθαι δι' αὐτοῦ. οὗτος ἀνεί-
489 λετο καὶ κέλητι ἵππῳ νίκην ὁ Πανταρκης, καί οἱ καὶ
τῆς νίκης ὑπόμνημά ἐστιν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Ὀλίδαν δὲ ἀνέ-
θηκεν Ἠλεῖον τὸ ἔθνος τὸ Αἰτωλῶν. Χαρῖνος δὲ Ἠλεῖος
ἐπὶ διαύλου τε ἀνάκειται καὶ ὅπλου νίκῃ. Παρὰ δὲ αὐ-
τὸν Ἀγέλης Χῖος κρατήσας πυγμῇ παῖδας, Θεομνήστου
Σαρδιανοῦ τέχνη. (3) Κλειτομάχου δὲ Θηβαίου τὴν μὲν
εἰκόνα ἀνέθηκεν Ἑρμοκράτης ὁ τοῦ Κλειτομάχου πατήρ,
τὰ δέ οἱ ἐς δόξαν ἦν τοιάδε· ἐν Ἰσθμῷ παλαιστὰς κα-
τεπάλαισεν ἄνδρας, καὶ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε
τὴν πυγμὴν καὶ τοὺς ἐς τὸ παγκράτιον ἐσελθόντας ἐκρά-
τει τῇ μάχῃ. αἱ δὲ Πυθοῖ νῖκαι παγκρατίου μέν εἰσιν
αὐτῷ πᾶσαι, τρεῖς δὲ ἀριθμόν. ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ δεύτερος
ὁ Κλειτόμαχος οὗτος μετὰ τὸν Θάσιον Θεαγένην ἐπὶ
παγκρατίῳ τε ἀνηγορεύθη καὶ πυγμῇ. παγκρατίου μὲν
οὖν μιᾷ πρὸς μ' καὶ ρ' Ὀλυμπιᾶσιν ἔφθανεν ἀνῃρημέ-

inscriptio, quod scilicet pacis inter Achaeos et Eleos sequester fuisset, quodque iis, qui ab utrisque bello capti essent, manumissionem impetrasset. Quare quum desultorio equo in Olympia vicisset, hoc ei *Achaei* monumentum posuerunt. Eleum Olidan dedicavit Aetolorum natio. At Charinus Eleus de repetito cursu, deque armatorum ludicro victoriae monumentum habet. Prope ipsum Ageles Chius, victis pugilatu pueris, Theomnesti Sardiani opus. (3) Clitomachi Thebani effigiem statuit Hermocrates, Clitomachi pater. Eius maxime illustria opera haec fuerunt. Ad Isthmum viros palaestritas perculit; eodemque die de pugilatu palmam tulit, et eos, qui in pancratium descenderant, *luctando* vicit. De pancratio Pythicae eius palmae fuere numero tres. In Olympia secundus hic Clitomachus Thasio Theageni de pancratio et pugilatu victor renunciatus est. Et pancratii quidem palmam centesima quadragesima prima Olympiade est adeptus. Nam ea, quae consecuta est,

νος νίκην. ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς ἡ ἐφεξῆς εἶχε μὲν τὸν Κλειτόμαχον τοῦτον παγκρατίου καὶ πυγμῆς ἀγωνιστήν· εἶχε δὲ καὶ Ἠλεῖον Κάπρον ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς παλαῖσαί τε ὁμοῦ καὶ παγκρατιάσαι προθυμούμενον. γεγονυίας δὲ ἤδη τῷ Κάπρῳ νίκης ἐπὶ τῇ πάλῃ, ἀνεδίδασκεν ὁ Κλειτόμαχος τοὺς Ἑλλανοδίκας γενήσεσθαι σὺν τῷ δικαίῳ σφίσιν, εἰ τὸ παγκράτιον ἐσκαλέσαντο πρὶν ἢ πυκτεύσαντα αὐτὸν λαβεῖν τραύματα. λέγει τε δὴ εἰκότα, καὶ οὕτως ἐσκληθέντος τοῦ παγκρατίου, κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κάπρου, ὅμως ἐχρήσατο ἐς τοὺς πύκτας θυμῷ τε ἐῤῥωμένῳ καὶ ἀκμῆτι τῷ σώματι. Ἐρυθραῖοι δὲ οἱ Ἴωνες Ἐπιθέρσην τὸν Μητροδώρου, δύο μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πυγμῆς, δὶς δὲ Πυθοῖ νίκας καὶ ἐν Νεμέᾳ τε καὶ ἐν Ἰσθμῷ λαβόντα, οὗτοι μὲν τὸν Ἐπιθέρσην τοῦτον ἀνέθεσαν. Συρακούσιοι δὲ δύο μὲν Ἱέρωνος εἰκόνας τὸ δημόσιον, τρίτην δὲ ἀνέθεσαν οἱ τοῦ Ἱέρωνος παῖδες. ἐδήλωσα δὲ ὀλίγῳ τινὶ πρότερον, ὡς ὁμώνυμός τε τῷ Δεινομένους ὁ Ἱέρων οὗτος, καὶ Συρακουσσῶν εἴη κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῳ 490
τύραννος. Ἀνέθεσαν δὲ καὶ Ἠλεῖον ἄνδρα Τιμόπτολιν Λάμπιδος Παλεῖς, ἡ τετάρτη Κεφαλλήνων μοῖρα. οὗτοι

pancratio et caestibus depugnavit. Prodiit eodem die Caprus Eleus, palaestram et pancratium professus: delata vero iam Capro de palaestra palma, docuit Clitomachus ludorum praefectos, ius esse pancratium committi integris corporibus, priusquam vulnus ullum ex pugilatu acciperetur. Quo facto in pancratio quidem Capro succubuit: contra pugiles vero, summa animi praesentia, et corpore usus est firmissimo. Erythraei ex Ionia Epithersen Metrodori filium, bis Olympiae, toties in Pythicis; Isthmicis quoque et Nemeis de caestibus victorem declaratum dedicarunt. At Syracusani duas Hieroni publice, unam eidem ipsius filii statuam posuere. Paulo quidem superius ostendi, et hunc Hieronem idem cum superiore nomen habuisse, et Syracusis itidem dominatum. Posuerunt etiam Palenses, quarta Cephalleniorum tribus, Timoptolin Eleum, Lampidis filium. (Prisco

δὲ οἱ Παλεῖς ἐκαλοῦντο Δουλίχιοι εἰς τὰ ἀρχαιότερα. (4) Ἀνάκειται δὲ καὶ Ἀρχίδαμος ὁ Ἀγησιλάου, καὶ ἀνὴρ ὅστις δὴ θηρεύοντος παρεχόμενος σχῆμα. Δημήτριον δὲ τὸν ἐλάσαντα ἐπὶ Σέλευκον στρατιᾷ καὶ ἁλόντα ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τοῦ Δημητρίου τὸν παῖδα Ἀντίγονον, ἀναθήματα ἴστω τὶς Βυζαντίων ὄντας. Σπαρτιάτῃ δὲ Εὐτελίδῃ γεγόνασιν ἐν παισὶ νῖκαι δύο ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τριακοστῆς Ὀλυμπιάδος πάλης, ἡ δὲ ἑτέρα πεντάθλου. πρῶτον γὰρ δὴ τότε οἱ παῖδες καὶ ὕστερον πενταθλήσοντες ἐσεκλήθησαν. ἔστι δὲ ἥ τε εἰκὼν ἀρχαία τοῦ Εὐτελίδα, καὶ τὰ ἐπὶ τῷ βάθρῳ γράμματα ἀμυδρὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου. (5) Μετὰ δὲ τὸν Εὐτελίδαν Ἀρεύς τε αὖθις ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, καὶ Ἠλεῖος παρ' αὐτὸν ἀνάκειται Γόργος. μόνῳ δὲ ἀνθρώπων ἄχρι ἐμοῦ τῷ Γόργῳ τέσσαρες μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ γεγόνασιν ἐπὶ πεντάθλῳ, διαύλου δὲ καὶ ὅπλου μία ἐφ' ἑκατέρου νίκη. (6) Ὅτῳ δὲ παρεστήκασιν οἱ παῖδες, τοῦτον μὲν Πτολεμαῖον τὸν Λάγου φασὶν εἶναι· παρὰ δὲ αὐτὸν ἀνδριάντες δύο ἀνδρός

certe nomine Palenses Dulichii sunt appellati.) (4) Et suus ibidem honos est habitus Archidamo, Agesilai filio; iuxta quem est vir nescio quis, venatoris in modum ornatus. Demetrium certe, qui contra Seleucum bello suscepto, in pugna captus est, eiusque filium Antigonum, norit, qui animadvertet, Byzantiorum dedicationes esse. Spartano quidem Eutelidae, octava et tricesima Olympiade de puerili palaestra una, de quinquertio palma altera delata est. Tunc enim luctatorum prius, ac deinde quinquertionum ludicrum committebatur. Eutelidae effigies pervetusta est; quaeque in basi incisae literae, sunt ipsa iam vetustate pene abolitae. (5) Post Eutelidam est rursum Areus Lacedaemoniorum rex: eique proximus Eleus Gorgus, cui ad meam usque aetatem uni Olympicae palmae de quinquertio quatuor, de repetito cursu et de cursu clypeato singulae decretae. (6) Virum illum, cui adsistunt pueri, Ptolemaeum esse aiunt Lagi filium. Proximo loco statuae duae Capri Py-

εἶσιν Ἠλείου Κάπρου τοῦ Πυθαγόρου, πάλης τε εἰληφότος καὶ παγκρατίου στέφανον ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς. πρώτῳ δὲ γεγόνασιν ἀνθρώπων αἱ δύο νῖκαι τῷ Κάπρῳ τούτῳ. τὸν μὲν δὴ ἐπὶ τοῦ παγκρατίου καταγωνισθέντα ὑπ' αὐτοῦ δεδήλωκεν ὁ λόγος δή μοι· παλαίων δὲ κατέβαλεν Ἠλεῖον Παιάνιον Ὀλυμπιάδα πάλῃ τὴν προτέραν ἀνῃρημένον, καὶ Πύθια παίδων τε πυγμῇ, καὶ αὖθις ἐν ἀνδράσι πάλῃ τε καὶ πυγμῇ στεφανωθέντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς. Κάπρῳ μὲν δὴ οὐκ ἄνευ μεγάλων πόνων καὶ ἰσχυρᾶς ταλαιπωρίας ἐγένοντο αἱ νῖκαι.

CAPUT XVI.

Athletarum signa Olympiae — Timonis — Hellados et Elidis signa — de equestri curriculo — curru Polypithis et signis Eleorum, qui athletae non fuerunt — pila Dinosthenis, quae viam ex Olympia Lacedaemonem metitur — aliorum athletarum signis.

Εἰσὶ δὲ εἰκόνες ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Ἀναυχίδᾳ καὶ Φερε- 491
νίκῳ, γένος μὲν Ἠλείοις, πάλης δὲ ἐν παισὶν ἀνελομένοις στεφάνους. Πλείσταινον δὲ τὸν Εὐρυδάμου τοῦ

thagorae filii, qui palaestrae pancratiique eodem die palmam cepit: et ei quidem primo omnium binae de illis certaminibus palmae eodem die evenere. Et in pancratio sane, quem habuerit adversarium, superius exposui: in palaestra vero Paeanium Eleum stravit, qui superiore Olympiade victor de eadem palaestra renunciatus fuerat: idemque Pythicis ludis pueros in pugilatu vicerat, rursusque in virorum certamine eodem die palaestrae caestuumque coronam acceperat. Capro igitur haudquaquam parvo negotio, aut labore levi suae obtigere victoriae.

Cap. XVI. Sunt etiam Olympiae Anauchidae et Pherenici statuae. Elei fuere, et in puerorum lucta victoriam sunt adepti. Plistaenum filium Eurydami, Aetolorum con-

ἐναντία Γαλατῶν στρατηγήσαντος Αἰτωλοῖς Θεσπιεῖς εἰσιν οἱ ἀναθέντες. Τυδεὺς δὲ Ἠλεῖος Ἀντίγονόν τε τὸν Δημητρίου πατέρα καὶ Σέλευκον ἀνέθηκε. Σελεύκου δὲ ἐς ἅπαντας ἤρθη τὸ ὄνομα ἀνθρώπους, ἄλλων τε εἵνεκα καὶ διὰ τὴν Δημητρίου μάλιστα ἅλωσιν. (2) Τίμωνι δὲ ἀγώνων τε νῖκαι τῶν ἐν Ἕλλησιν ὑπάρχουσιν ἐπὶ πεντάθλῳ, πλὴν τοῦ Ἰσθμικοῦ. τούτου δὲ [τῷ] μὴ ἀγωνιστὴς γενέσθαι κατὰ τὰ αὐτὰ Ἠλείοις τοῖς ἄλλοις εἴργετο. καὶ τάδε ἄλλα φησὶ τὸ ἐς αὐτὸν ἐπίγραμμα, Αἰτωλοῖς αὐτὸν ἐπὶ στρατείᾳ μετασχεῖν ἐπὶ Θεσσαλοὺς, καὶ φρουρᾶς ἡγεμόνα ἐν Ναυπάκτῳ φιλίᾳ γενέσθαι τῇ ἐς Αἰτωλούς. (3) Τίμωνος δὲ οὐ πόῤῥω τῆς εἰκόνος Ἑλλάς τε δὴ καὶ Ἦλις παρὰ τὴν Ἑλλάδα, ἡ μὲν Ἀντίγονον τὸν ἐπιτροπεύσαντα Φιλίππου τοῦ Δημητρίου, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν τὸν Φίλιππον στεφανοῦσα αὐτόν· ἡ δὲ Ἦλις Δημήτριον τὸν στρατεύσαντα ἐπὶ Σέλευκον καὶ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου στεφανοῦσά ἐστιν. Ἀριστείδῃ δὲ Ἠλείῳ γενέσθαι μὲν ὅπλου νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ, γενέσθαι δὲ καὶ διαύλου Πυθοῖ, τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ δηλοῖ, Νε-

tra Gallos ducis, Thespienses dedicarunt. Eleus vero Tydeus Antigonum Demetrii patrem, et Seleucum posuit. Seleuci quum ob alias res gestas, tum praecipue ob captum bello Demetrium illustre fuit apud omnes gentes nomen. (2) Timoni de quinquertio ludis Graeciae omnibus delatae sunt palmae, Isthmicis tamen exceptis; quibus ei, sicuti ceteris Eleis, interdictum fuit. Indicat titulus, quum alias eius laudes, tum vero Aetolis illum stipendia fecisse adversum Thessalos; Aetolorumque amicitia ductum, praesidio Naupacti praefuisse. (3) Non longe a Timonis statua, *veteris* Graeciae et Elidis signa sunt: et Graecia quidem Antigonum Philippo tutorem a Demetrio patre datum, una; Philippum ipsum altera manu coronat: at Elis Demetrio, qui Seleuco et Ptolemaeo Lagi filio bellum intulit, coronam imponit. Aristidi autem Eleo Olympicam palmam de cursu clypeato; et de iterato curriculo Pythicam decretam in-

μείων τε ἐν παισὶν ἐπὶ τῷ ἱππίῳ. (4) Δρόμου δέ εἰσι
τοῦ ἱππίου μῆκος μὲν δίαυλοι δύο, ἐκλειφθέντα δ' ἐκ
Νεμείων τε καὶ Ἰσθμίων αὐτὸν βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐς
Νεμείων ἀγῶνα τῶν χειμερινῶν ἀπέδωκεν Ἀργείοις. Τοῦ
δὲ Ἀριστείδου ἐγγύτατα Μενάλκης ἕστηκεν Ἠλεῖος, ἀνα-
γορευθεὶς Ὀλυμπίασιν ἐπὶ πεντάθλῳ, καὶ Φιλωνίδης Ζώ-
του, γενόμενος ἐκ Χεῤῥονήσου τῶν Κρητῶν, Ἀλεξάνδρου
δὲ ἡμεροδρόμος τοῦ Φιλίππου. Μετὰ δὲ τοῦτον Βριμίας 492
ἐστὶν Ἠλεῖος, κρατήσας ἄνδρας πυγμῇ· Λεωνίδα τε ἐκ
Νάξου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ, Ψωφιδίων ἀνάθημα Ἀρκά-
δων· Ἀσάμωνός τε εἰκὼν ἐν ἀνδράσι πυγμῇ νενικηκό-
τος· ἡ δὲ Νικάνδρου, διαύλου μὲν δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ,
Νεμείων δ' ἀναμὶξ ἐπὶ δρόμῳ νίκας ἓξ ἀνῃρημένου. ὁ
δὲ Ἀσάμων καὶ ὁ Νίκανδρος Ἠλεῖοι μὲν ἦσαν· πεποίηκε
δὲ τῷ μὲν Δάϊππος τὴν εἰκόνα, Ἀσάμωνι δὲ Πυριλάμ-
πης Μεσσήνιος. Εὐαλκίδῃ δὲ Ἠλείῳ καὶ Σελεάδᾳ Λα-
κεδαιμονίῳ, τῷ μὲν ἐν παισὶν ἐγένοντο πυγμῆς νῖκαι,

scriptio indicat. E Nemeis etiam victorem redisse de equestri puerorum curriculo: (4) est id spatium duo iterata curricula. Hunc currendi morem Nemiacis et Isthmicis ludis intermissum, Argivis restituit Adrianus Imperator, eumque hybernis Nemeorum ludis celebrari iussit. Proxime ad Aristiden Menalcas Eleus Olympici quinquertii victor extat; et Philonides Zoti filius, patria is quidem e Cretensi Cherrhoneso; Alexandro vero Philippi filio ex eo cursorum genere, qui, *quod die uno ingens emetiuntur spatium*, sunt Hemerodromi (*id est diarii cursores*) appellati. Post Philonidem Brimias Eleus, virili pugilatu victor; et Leonidas e Naxo, Aegaei maris insula, a Psophidiis Arcadum gente dedicatus. Asamonis deinde statua, qui viros pugilatu vicit: tum Nicandri, qui de repetito cursu Olympicas duas, e Nemeis alternas de cursu, et repetito cursu sex palmas abstulit. Fuere Asamon et Nicander Elei: huius Daippus, illius Pyrilampes Messenius effigiem fecere. *Proximi sunt* Eualcis Eleus, et Seleadas Lacedaemonius; quorum ille cae-

Σελεάδα δὲ ἀνδρῶν πάλης. (5) Ἐνταῦθα καὶ ἅρμα οὐ μέγα ἀνάκειται Πολυπείθους Λάκωνος, καὶ ἐπὶ στήλης τῆς αὐτῆς Καλλιτέλης ὁ τοῦ Πολυπείθους πατὴρ, παλαιστὴς ἀνήρ· νῖκαι δέ σφισι, τῷ μὲν ἵπποις, Καλλιτέλει δὲ παλαίσαντί εἰσιν. Ἰδιώτας δὲ ἄνδρας Ἠλείους, Λάμπον Ἀρνίσκου, καὶ Ἀρίσταρχον, Ψωφίδιοι προξένους ὄντας σφίσιν ἀνέθεσαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐς αὐτοὺς ἔχοντας εὔνοιαν. μέσος δὲ ἕστηκεν αὐτῶν Λύσιππος Ἠλεῖος, καταπαλαίσας τοὺς ἐσελθόντας τῶν παίδων· Ἀνδρέας δὲ Ἀργεῖος ἐποίησε τοῦ Λυσίππου τὴν εἰκόνα. (6) Λακεδαιμονίῳ δὲ Δεινοσθένει σταδίου τε ἐγένετο ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπιακὴ νίκη· καὶ στήλην ἐν τῇ Ἄλτει παρὰ τὸν ἀνδριάντα ἀνέθηκεν ὁ Δεινοσθένης· ὁδοῦ δὲ τῆς ἐς Λακεδαίμονα ἐξ Ὀλυμπίας ἐπὶ ἑτέραν στήλην τὴν ἐν Λακεδαίμονι μέτρα εἶναι σταδίους ἑξήκοντά τε καὶ ἑξακοσίους. (7) Θεόδωρον δὲ λαβόντα ἐπὶ πεντάθλῳ νίκην, καὶ Πύτταλον Λάμπιδος πυγμῇ παῖδας κρατήσαντα, καὶ Νελαΐδαν σταδίου τε ἀνελόμενον καὶ ὅπλου στέφανον,

stuum pueros, Seleadas luctae certamine viros vicit. (5) Ibidem currus positus est non magnus Polypithis Laconis; et super eadem pila Calliteles Polypithis pater palaestra clarus. Lucta Calliteles, at Polypithes equis coronam promeritus. Ordinarios vero et privatos homines Eleos, Lampum Arnisci, et Aristarchum, vel hospitii vel aliorum causa meritorum, Psophidii posuerunt. Medio stat inter eos loco Lysippus Eleus, victis, qui in luctae certamen descenderant, pueris. Andreas Argivus Lysippi statuam finxit. (6) Dinosthenes Lacedaemonius e stadio viris devictis Olympicam palmam tulit, sibique in Alti pilam et statuam posuit. Ab ea quidem pila, via, qua ex Olympia Lacedaemonem iter est, ad pilam alteram, quae Lacedaemone erecta est, stadia intersunt DCLX. (7) Theodorum, qui in quinquertio victoriam est adeptus; et Pyttalum Lampidis filium, qui caestibus pueros vicit: Nelaidan praeterea, qui de sta-

Ἠλείους σφᾶς ὄντας ἴστω τις. Ἐπὶ δὲ τῷ Πυττάλῳ καὶ τάδε ἔτι λέγουσιν, ὡς γενομένης πρὸς Ἀρκάδας Ἠλείοις ἀμφισβητήσεως περὶ γῆς ὅρων, εἶπεν οὗτος ὁ Πύτταλος τὴν δίκην· ὁ δέ οἱ ἀνδριάς ἔργον ἐστὶν Ὀλυνθίου Σθένιδος. Ἐφεξῆς δὲ Πτολεμαῖός τέ ἐστιν ἀναβεβηκὼς ἵππον, καὶ παρ' αὐτὸν Ἠλεῖος ἀθλητὴς Παιάνιος ὁ Δαματρίου, πάλης τε ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ τὰς δύο Πυθικὰς 493
ἀνῃρημένος νίκας. Κλεάρετός τέ ἐστιν Ἠλεῖος πεντάθλου λαβὼν στέφανον· καὶ ἅρμα ἀνδρὸς Ἀθηναίου Γλαύκωνος τοῦ Ἐτεοκλέους· ἀνηγορεύθη δὲ ὁ Γλαύκων οὗτος ἐπὶ ἅρματος τελείου δρόμῳ.

CAPUT XVII.

Athletarum signa ab alia Altis parte posita — Ptolemaei, nepotis Ptolem. Lagi, signum — Hermesianactis — Eperasti vatis — Gorgiae rhetoris signum et de eo memoranda.

Ταῦτα μὲν δὴ τὰ ἀξιολογώτατα ἀνδρὶ ποιουμένῳ τὴν ἔφοδον ἐν τῇ Ἄλτει κατὰ τὰ ἡμῖν εἰρημένα. εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ Λεωνιδαίου πρὸς τὸν βωμὸν τὸν μέγαν ἀφικέσθαι

dio et armatorum cursu coronam cepit, neminem fugiat Eleos fuisse. De Pyttalo amplius hoc traditum est, quod fuerit Arcadibus et Eleis de agrorum finibus disceptantibus arbiter datus. Est eius statua Olynthii Sthenidis opus. Succedit Ptolemaeus equo insidens. Prope eum Eleus athleta, Paeanius Demetrii filius, qui de lucta Olympiae unam, e Pythicis ludis duas abstulit palmas. Clearestus deinde Eleus, qui de quinquertio corona donatus est. Spectatur et Atheniensis viri Glauconis Eteoclis filii currus: renunciatus victor est de curuli certamine integra aetate equorum.

Cap. XVII. Quae adhuc commemorata sunt, qui in Altin introierint, maxime insignia spectare possint. A Leonidae vero monumento rursus ad aram maximam dextera

τῇ δεξιᾷ θελήσειας, τοσάδε ἐστί σοι τῶν ἀνηκόντων ἐς μνήμην. Δημοκράτης Τενέδιος, καὶ Ἠλεῖος Κριάνιος· οὗτος μὲν ὅπλου λαβὼν νίκην, Δημοκράτης δὲ ἀνδρῶν πάλης. ἀνδριάντας δὲ τοῦ μὲν Μιλήσιος Διονυσικλῆς, τοῦ δὲ Κριανίου Μακεδὼν Λῦσός ἐστιν ὁ ἐργασάμενος. Κλαζομενίου δὲ Ἡροδότου καὶ Φιλίνου τοῦ Ἡγεπόλιδος Κῴου ἀνέθεσαν τὰς εἰκόνας αἱ πόλεις· Κλαζομένιοι μὲν, ὅτι ἐν Ὀλυμπίᾳ Κλαζομενίων πρῶτος ἀνηγορεύθη νικῶν Ἡρόδοτος· ἡ δέ οἱ νίκη σταδίου γέγονεν ἐν παισί· Φιλῖνον δὲ οἱ Κῷοι δόξης ἕνεκα ἀνέθεσαν. ἐν μέν γε Ὀλυμπίᾳ δρόμου γεγόνασιν αὐτῷ νῖκαι πέντε, τέσσαρες δὲ Πυθοῖ, καὶ ἴσαι Νεμείων, ἐν δὲ Ἰσθμῷ μία ἐπὶ ταῖς δέκα. (2) Πτολεμαῖον δὲ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου Ἀριστόλαος ἀνέθηκε Μακεδὼν ἀνήρ. Ἀνάκειται δὲ καὶ πύκτης κρατήσας ἐν παισὶ, Βούτας Πολυνείκους Μιλήσιος, καὶ Καλλικράτης ἀπὸ τῆς ἐπὶ Ληθαίῳ Μαγνησίας, ἐπὶ τῷ ὁπλίτῃ δρόμῳ στεφάνους δύο ἀνῃρημένος· Λυσίππου δὲ ἔργον ἡ τοῦ Καλλικράτους ἐστὶν εἰκών. Ἐπαυ-

via contendentibus, digna, quae literis mandentur, haec sunt. *Primi ante oculos sunt* Democrates Tenedius, et Crianius Eleus: hic de cursu armatorum, ille de virorum lucta praemia tulere: et Democratis, Milesius Dionysicles; Crianii, Lysus Macedo statuas fecere. At *iis, qui loco sunt proximi,* Herodoto Clazomenio, et Philino Coo, Hegepolidis filio, sua utrique patria statuae honorem habuit. Clazomenii Herodoto, quod primus ex ea civitate Olympicorum ludorum victor est declaratus, victis in stadio pueris. Philino Coi, quod illustri admodum fuit gloria. De cursu enim Olympicas quinque, Pythicas quatuor, Nemeorum totidem; ab Isthmo unam amplius, quam decem palmas abstulit. (2) Iam vero Ptolemaeus, Ptolemaei filius, Lagi nepos, Aristolai Macedonis donum fuit. *Eo ipso in loco* et pugil positus est, Butas Milesius, Polynicis filius, de pueris palmam nactus. Callicrates etiam e Magnesia ad Lethaeum: vicit bis in armatorum cursu. Callicratis haec

τίωνι δὲ καὶ Ἀλεξιβίῳ, τῷ μὲν ἐν παισὶ σταδίου, Ἀλεξιβίῳ δὲ πεντάθλου γέγονε νίκη· καὶ Ἡραία τε Ἀρκάδων ἐστὶν αὐτῷ πατρὶς, καὶ Ἀκέστωρ ὁ τὴν εἰκόνα εἰργασμένος· Ἐμαντίωνα δὲ, ὅστινος ἦν, οὐ δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα· ὅτι δὲ τοῦ Ἀρκάδων ἦν ἔθνους, δηλοῖ. (3) Κολοφώνιοι δὲ Ἑρμησιάναξ Ἀγονέου, καὶ Εἰκάσιος Λυκίνου τε ὢν καὶ τῆς Ἑρμησιάνακτος θυγατρὸς, κατεπάλαισαν μὲν παῖδας ἀμφότεροι· Ἑρμησιάνακτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ Κολοφωνίων ὑπῆρξεν ἀνατεθῆναι τὴν εἰκόνα. Τούτων δέ εἰσιν Ἠλεῖοι πλησίον πυγμῇ παῖδας 494
κρατήσαντες, ὁ μὲν Σθένιδος ἔργον τοῦ Ὀλυνθίου Χοίριλος, Θεότιμος δὲ Δαιτώνδα Σικυωνίου. παῖς δὲ ὁ Θεότιμος ἦν Μοσχίωνος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου τῆς ἐπὶ Δαρεῖον καὶ Πέρσας στρατείας μετασχόντος. (4) Δύο δὲ αὖθις ἐξ Ἤλιδος, Ἀρχίδαμος τεθρίππῳ νενικηκὼς, καὶ Ἐπέραστός ἐστιν ὁ Θεογόνου, ὅπλου νίκην ἀνῃρημένος. εἶναι δὲ καὶ μάντις ὁ Ἐπέραστος τοῦ Κλυτιδῶν γένους φησὶν ἐπὶ τοῦ ἐπιγράμματος τῇ τελευτῇ·

imago, Lysippi opus est. *Spectantur deinde* Emaution de puerili stadio, et Alexibius, de quinquertio victores. Fuit huic patria Hera Arcadum oppidum: imaginem Acestor elaboravit. Emautionis effigiem quisnam fecerit, non indicat inscriptio; ex Arcadia tantum fuisse illum planum facit. (3) Colophonii *exin* Hermesianax Agonei filius, et Icasius Lycini ex Hermesianactis filia, pueros uterque in palaestrae certamine superarunt: et Hermesianacti quidem publice Colophonii statuam posuere. His proximi *athletae duo* Elei, a quibus pueri in pugilatu victi: Sthenis, Olynthii Choerili opus; et Theotimus, a Daetonda Sicyonio factus. Theotimus iste patre natus Moschione, qui Alexandro contra Darium et Persas bellanti stipendia fecit. (4) Iam duo item ex Elide, Archidamus quadrigis, et Theogoni filius Eperastus clypeato cursu victor. Eperastum hunc vatem etiam fuisse e Clytidarum familia, extrema indicat inscriptionis clausula:

Τῶν δ' ἱερογλώσσων Κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι,
Μάντις ἀπ' ἰσοθέων αἷμα Μελαμποδιδᾶν.

Μελάμποδος γὰρ ἦν τοῦ Ἀμυθάονος Μάντιος, τοῦ δὲ Οἰκλῆς· Κλυτίος δὲ Ἀλκμαίωνος τοῦ Ἀμφιαράου τοῦ Οἰκλέους. ἐγεγόνει δὲ τῷ Ἀλκμαίωνι ὁ Κλυτίος ἐκ τῆς Φηγέως θυγατρὸς, καὶ ἐς τὴν Ἦλιν μετῴκησε, τοῖς ἀδελφοῖς εἶναι τῆς μητρὸς σύνοικος φεύγων, ἅτε τοῦ Ἀλκμαίωνος ἐπιστάμενος σφᾶς εἰργασμένους τὸν φόνον. (5) Ἀνδριάντας δὲ ἀναμεμιγμένους οὐκ ἐπιφανέσιν ἄγαν ἀναθήμασιν, Ἀλεξίνικόν τε Ἠλεῖον, τέχνην τοῦ Σικυωνίου Κανθάρου, πάλης ἐν παισὶν ἀνῃρημένον νίκην, καὶ τὸν Λεοντῖνον Γοργίαν ἰδεῖν ἔστιν· ἀναθεῖναι δὲ τὴν εἰκόνα ἐς Ὀλυμπίαν φησὶν Εὔμολπος ἀπόγονος τρίτος Δηϊκράτους, συνοικήσαντος ἀδελφῇ τῇ Γοργίου. οὗτος
495 ὁ Γοργίας πατρὸς μὲν ἦν Καρμαντίδου, λέγεται δὲ ἀνασώσασθαι μελέτην λόγων πρῶτος ἠμελημένην τε ἐς ἅπαν, καὶ ἐς λήθην ὀλίγου δεῖν ἥκουσαν ἀνθρώποις. εὐδοκιμῆσαι δὲ Γοργίαν λόγων εἵνεκα ἔν τε πανηγύρει τῇ Ὀλυμπιακῇ φασι, καὶ ἀφικόμενον κατὰ πρεσβείαν ὁμοῦ

Fatidico cretus Clytidarum e sanguine vates,
Atque idem soboles dia Melampodidum.

Melampus enim Amythaonem patrem habuit: filium ipse Mantium genuit, Mantius Oiclem. Oiclis nascitur satu Amphiaraus: cuius Alcmaeon fuit, qui Clytium suscepit e Phegei filia: hic Elin migravit ab avunculis secedens, quod eos caedem sciebat Alcmaeoni machinatos. (5) Statuas deinceps non valde illustribus videas permistas donis: Alexinicum Eleum, Sicyonii Canthari opus: tulit hic de puerili palaestra palmam. Tum Leontinum Gorgiam, quem dedicatum tradunt ab Eumolpo Deicratis pronepote, cum quo soror fuerat Gorgiae. Natus est Gorgias patre Carmantide, et primus neglectam adhuc dicendi ex arte rationem excitasse dicitur, et ab hominum oblivione vindicasse. Dedit magnum eloquentiae specimen Gorgias, et in quinquennali Olympiae celebritate, et in ea legatione, qua functus

Τισίᾳ παρ' Ἀθηναίους. καί τοι ἄλλα τε Τισίας ἐς λόγους ἐσηνέγκατο, καὶ πιθανώτατα τῶν καθ' αὑτὸν γυναικὶ Συρακουσίᾳ χρημάτων ἔγραψεν ἀμφισβήτησιν· ἀλλά γε ἐκείνου ἐς πλέον τιμῆς ἀφίκετο ὁ Γοργίας παρὰ Ἀθηναίοις. καὶ Ἰάσων ἐν Θεσσαλίᾳ τυραννήσας, Πολυκράτους οὐ τὰ ἔσχατα ἐνεγκαμένου διδασκαλείου τοῦ Ἀθήνῃσι, τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἐπίπροσθεν αὐτὸν ὁ Ἰάσων ἐποιήσατο. βιῶσαι δὲ ἔτη Γοργίαν πέντε φασὶν ἐπὶ τοῖς ἑκατόν. Λεοντίνων δὲ ἐρημωθεῖσάν ποτε ὑπὸ Συρακουσίων τὴν πόλιν κατ' ἐμὲ αὖθις συνέβαινεν οἰκεῖσθαι.

CAPUT XVIII.

Cratisthenis Cyrenaei currus Olympiae positus — Anaximenis, rhetoris et historici, signum, ac de eius ad Alexandrum Magnum legatione — de eius cum Theopompo simultate — Sotadae signum — primorum athletarum signa.

Ἔστι δὲ καὶ τοῦ Κυρηναίου Κρατισθένους χαλκοῦν ἅρμα· καὶ Νίκη τε ἐπιβέβηκε τοῦ ἅρματος, καὶ αὐτὸς ὁ Κρατισθένης. δῆλα μὲν δὴ ὅτι ἵππων γέγονεν αὐτῷ

est, Tisiae collega, apud Athenienses. Quanquam et Tisias quum alia in artem dicendi ornamenta intulit, tum Syracusanae mulieri pecuniariam litem movit tam gravibus persuasionum momentis, ut omnes sui temporis oratores superarit. Sedenim multo fuit apud Athenienses clarior Gorgias. Et hunc sane Iason, qui in Thessalia tyrannide potitus est, pluris multo fecit, quam Polycratem, qui nulli fuit in Atheniensium scholis eloquentiae laude inferior. Vixisse autem Gorgiam annos ferunt (haud minus) quinque amplius quam centum. Leontinorum certe urbs olim deleta a Syracusanis, aetate mea restituta est.

Cap. XVIII. Spectatur eo in loco et Cratisthenis Cyrenaei currus aereus; in quem ascendit Victoria, tum ipse etiam Cratisthenes. Ex quo facile coniicias, equis illum

νίκη· λέγεται δὲ καὶ, ὡς Μνασέου τοῦ δρομέως, ἐπι-
κληθέντος δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων Λίβυος, εἴη παῖς ὁ Κρατι-
σθένης. τὰ δὲ ἀναθήματα αὐτῷ τὰ ἐς Ὀλυμπίαν ἐστὶ
τοῦ Ῥηγίνου Πυθαγόρου τέχνη. (2) Ἐνταῦθα καὶ Ἀνα-
ξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνευρὼν, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα,
καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος
εἰργάσαντο, συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα· ἡ δέ οἱ τιμὴ
496 γέγονεν ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τῶν Λαμψακηνῶν τοῦ δήμου.
ὑπελείπετο δὲ Ἀναξιμένης τοσάδε ἐς μνήμην. βασιλέα
γὰρ οὐ τὰ πάντα ἤπιον, ἀλλὰ καὶ τὰ μάλιστα θυμῷ
χρώμενον Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, τέχνῃ περιῆλθε
τοιᾷδε. Λαμψακηνῶν τὰ βασιλέως τοῦ Περσῶν φρονη-
σάντων, ἢ καὶ αἰτίαν φρονῆσαι λαβόντων, ὁ Ἀλέξαν-
δρος ἅτε ὑπερζέων ἐς αὐτοὺς τῇ ὀργῇ, κακῶν ἠπείλει
τὰ μέγιστα ἐργάσεσθαι. οἱ δὲ ἅτε θέοντες περὶ γυναικῶν
τε καὶ παίδων καὶ αὐτῆς πατρίδος, ἀποστέλλουσιν Ἀνα-
ξιμένην ἱκετεύειν, Ἀλεξάνδρῳ τε αὐτῷ καὶ ἔτι Φιλίππῳ
πρότερον γεγονότα ἐν γνώσει. προσῄει τε ὁ Ἀναξιμένης,

vicisse. Dicitur vero Mnaseae cursoris, quem cognomento Libyn Graeci appellaverunt, filium fuisse. Huius Olympici doni Pythagoras Rheginus opifex fuit. (2) Reperi eodem etiam in loco Anaximenis effigiem. Is et priscas Graecorum, et Philippi atque Alexandri res gestas *diligenter* perscripsit. Hunc ei Olympicae statuae honorem Lampsacenorum civitas habuit, meriti in se gratiam referens. Eam enim ab exitio civitatem calliditate sua vindicarat. Erat Alexander Philippi filius implacabili plerumque ingenio, et ad iram proclivior. Hunc Anaximenes irascentem vehementius Lampsacenis, et extrema omnia comminantem, quod ad Persarum regem vel iam defecissent, vel defectionis essent suspecti, huiusmodi lenivit dolo. Quum illi de liberis, uxoribus, *aris atque focis*, et *universa plane* patria solliciti, hominem tum Alexandro tum Philippo etiam ante probe cognitum, deprecatum misissent, et Alexander co-

καὶ τὸν Ἀλέξανδρον πεπυσμένον, καθ' ἥντινα αἰτίαν ἥκοι, κατομόσασθαί φασιν ἐπονομάζοντα θεοὺς τοὺς Ἑλλήνων, ἦ μὴν αὐτοῦ ταῖς δεήσεσιν ὁπόσα ἐστὶν ἐναντία ἐργάσεσθαι. ἔνθα δὴ εἶπεν Ἀναξιμένης· χάρισαί μοι τήνδε, ὦ βασιλεῦ, τὴν χάριν, ἐξανδραποδίσασθαι μὲν γυναῖκας καὶ τέκνα Λαμψακηνῶν, καταβαλεῖν δὲ καὶ ἐς ἔδαφος τὴν πόλιν πᾶσαν, τὰ δὲ ἱερὰ τῶν θεῶν σφισιν ἐμπρῆσαι. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν. Ἀλέξανδρος δὲ οὔτε πρὸς τὸ σόφισμα ἀντιμηχανήσασθαί τι εὑρίσκων, καὶ ἐνεχόμενος τῇ ἀνάγκῃ τοῦ ὅρκου, συγγνώμην ἔνειμεν οὐκ ἐθέλων Λαμψακηνοῖς. (3) Φαίνεται δὲ καὶ ἄνδρα ὁ Ἀναξιμένης ἐχθρὸν οὐκ ἀμαθέστατα, ἀλλὰ καὶ ἐπιφθονώτατα ἀμυνάμενος. ἐπεφύκει μὲν αὐτὸς σοφιστὴς, καὶ σοφιστῶν λόγους μιμεῖσθαι· ὡς δέ οἱ διαφορὰ ἐς Θεόπομπον ἐγεγόνει τὸν Δαμασιστράτου, γράφει βιβλίον, ἐς Ἀθηναίους καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ὁμοῦ καὶ Θηβαίους συγγραφὴν λοίδορον. ὡς δὲ ἦν ἐς τὸ ἀκριβέστατον αὐτῷ μεμιμημένα, ἐπιγράψας τοῦ Θεοπόμπου τὸ ὄνομα τῷ

gnita adventus causa verbis conceptis iurasset, Graecorum Deos testatus, facturum se omnia, contra quam ille rogasset, hac eum est Anaximenes oratione adortus: Hoc a te rex precibus contendo, ut Lampsacenorum coniuges et liberos in servitutem redigas, urbem totam exscindas, et Deorum templa exuras. His Alexander ambagibus circumventus quum se iuratum meminisset, contraria iis, quae precaretur Anaximenes, omnia se facturum, Lampsacenis invitus pepercit. (3) Idem etiam Anaximenes inimicum suum non minus erudite, quam invidiose ultus dicitur. Nam qui ingenio sophista esset, quum sophistarum orationem aptissime imitaretur, suscepta cum Theopompo, Damasistrati filio, simultate historiam conscripsit maledictorum in Athenienses, Lacedaemonios et Thebanos plenissimam. Ad unguem vero quum Theopompi stylum expressisset, supposito eius nomine per Graeciae civitates librum divul-

βιβλίῳ, διέπεμπεν ἐς τὰς πόλεις. καὶ αὐτός τε συγγεγραφὼς ἦν, καὶ τὸ ἔχθος τὸ ἐς Θεόπομπον ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐπηύξετο. οὐ μὴν οὐδὲ εἰπεῖν τις αὐτοσχεδίως
497 Ἀναξιμένους πρότερός ἐστιν εὑρηκώς. τὰ ἔπη δὲ τὰ ἐς Ἀλέξανδρον οὔ μοι πιστά ἐστιν Ἀναξιμένην τὸν ποιήσαντα εἶναι. (4) Σωτάδης δὲ ἐπὶ δολιχοῦ νίκαις Ὀλυμπιάδι μὲν ἐννάτῃ καὶ ἐννενηκοστῇ Κρὴς, καθάπερ γε καὶ ἦν, ἀνεῤῥήθη· τῇ ἐπὶ ταύτῃ δὲ λαβὼν χρήματα παρὰ τοῦ Ἐφεσίων κοινοῦ, Ἐφεσίοις εἰσεποίησεν αὑτόν· καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἔργῳ φυγῇ ζημιοῦσιν οἱ Κρῆτες. (5) Πρῶτοι δὲ ἀθλητῶν ἀνέθεσαν ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνας, * Πραξιδάμαντός τε Αἰγινήτου νικήσαντος πυγμὴν τὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς πεντήκοντα· καὶ Ὀπουντίου Ῥηξιβίου παγκρατιαστὰς καταγωνισαμένου, μιᾷ πρὸς ταῖς ἑξήκοντα Ὀλυμπιάδι. αὗται κεῖνται μὲν αἱ εἰκόνες οὐ πρόσω τῆς Οἰνομάου κίονος, ξύλου δέ εἰσιν εἰργασμέναι, Ῥηξιβίου μὲν συκῆς, ἡ δὲ τοῦ Αἰγινήτου κυπαρίσσου, καὶ ἧσσον τῆς ἑτέρας πεπονηκυῖά ἐστιν.

gandum curavit; quae res Theopompo magnam apud omnes plane Graecos invidiam concitavit. Ante Anaximenem quidem nemo subita oratione conatus est dicere. Iam qui in Alexandrum scripti versus eius nomine circumferuntur, mea quidem sententia falso Anaximeni attribuuntur. (4) Sotades longioris curriculi victor Olympiade nona supra nonagesimam, Cretensis (uti fuit) renunciatus est: ea vero, quae consecuta est Olympiade, accepta publice ab Ephesiis pecunia, Ephesium se prodi maluit. Quo crimine ei exilii poena est a Cretensibus inflicta. (5) Primi athletarum omnium Olympiae statuas dedicarunt suas, Praxidamas Aegineta qui caestibus vicit Olympiade undesexagesima; et qui LXI Olympiade pancratiastas perculit, Rhexibius Opuntius. Positae sunt non procul ab Oenomai columna. Lignea utraque est, sed Rhexibii e fico, e cupresso Praxidamantis, et multo sane minus quam altera detrimentum est passa.

CAPUT XIX.

De thesauris in Alti super crepidine porina exstructis — Sicyoniorum thesauro — Tartesio flumine et urbe — de Carthaginiensium thesauro — Epidamniorum binis thesauris — Sybaritarum thesauro — Libyum in Cyrene ac Selinuntiorum — Metapontinorum — Megarensium — Geloorum thesauro.

Ἔστι δὲ λίθου πωρίνου κρηπὶς ἐν τῇ Ἄλτει, πρὸς ἄρκτον τοῦ Ἡραίου, κατὰ νώτου δὲ αὐτῆς παρήκει τὸ Κρόνιον. ἐπὶ ταύτης τῆς κρηπῖδός εἰσιν οἱ θησαυροὶ, καθὰ δὴ καὶ ἐν Δελφοῖς Ἑλλήνων τινὲς ἐποιήσαντο τῷ Ἀπόλλωνι θησαυρούς. (2) Ἔστι δὲ θησαυρὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ Σικυωνίων καλούμενος, Μύρωνος δὲ ἀνάθημα τυραννήσαντος Σικυωνίων· τοῦτον ᾠκοδόμησεν ὁ Μύρων νικήσας ἅρματι τὴν τρίτην καὶ τριακοστὴν Ὀλυμπιάδα. ἐν δὲ τῷ θησαυρῷ καὶ θαλάμους δύο ἐποίησε, τὸν μὲν Δώριον, τὸν δὲ ἐργασίας τῆς Ἰώνων. χαλκοῦ μὲν δὴ αὐτοὺς ἑώρων εἰργασμένους· εἰ δὲ καὶ Ταρτήσσιος χαλκὸς λόγῳ τῷ Ἠλείων ἐστὶν, οὐκ οἶδα. (3) Ταρτησσὸν δὲ εἶναι ποταμὸν ἐν χώρᾳ τῇ Ἰβήρων λέγουσι, στόμασιν ἐς θάλασσαν κατερχόμενον δυσὶν, καὶ ὁμώνυμον αὐτῷ πό-

Cap. XIX. Est in Alti crepido tophacea, ad eam Iunonis templi partem, quae ad Aquilonem spectat. (Nam quae ad Austros conversa est, ad Saturni aedem pertinet.) Super ea crepidine thesauri locati sunt, quales Graeci Delphico Apollini fecerunt. *Sunt autem donariorum cellae.* (2) Unus quidem eorum, qui Olympiae sunt, Sicyoniorum appellatur. Dedicavit Myron Sicyoniorum tyrannus, parta curuli victoria, Olympiade tertia et trigesima. Thalamos duos intus fecit, Dorico alterum, alterum opere Ionico. Utrumque ex aere fabricatos ipse conspexi. Neque vero e Tartessiaco sint aere, nec ne, quod Elei affirmant, satis compertum habeo. (3) Tartessum certe fluvium Hispaniae esse tradunt, ostiis duobus in mare descendentem: amni

λιν, ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν κειμένην. τὸν δὲ ποταμὸν μέγιστόν τε ὄντα τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἄμπω-
498 τιν παρεχόμενον, Βαῖτιν ὠνόμασαν οἱ ὕστερον. εἰσὶ δ' οἳ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότατα Ταρτησσόν. ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ ἐπιγράμματα ἐπὶ τῷ ἐλάσσονί ἐστι τῶν θαλάμων, ἐς μὲν τοῦ χαλκοῦ τὸν σταθμὸν, ὅτι πεντακόσια εἴη τάλαντα, ἐς δὲ τοὺς ἀναθέντας, Μύρωνα εἶναι καὶ τὸν Σικυωνίων δῆμον. ἐν τούτῳ τῷ θησαυρῷ δίσκοι τὸν ἀριθμὸν ἀνάκεινται τρεῖς, οὓς ἐς τοῦ πεντάθλου τὸ ἀγώνισμα ἐσκομίζουσι. καὶ ἀσπίς ἐστιν ἐπίχαλκος γραφῇ τὰ ἐντὸς πεποικιλμένη, καὶ κράνος τε καὶ κνημῖδες ὁμοῦ τῇ ἀσπίδι. ἐπίγραμμα δὲ ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, ἀκροθίνιον τῷ Διῒ ὑπὸ Μυόνων τεθῆναι. οἵτινες δὲ οὗτοι ἦσαν, οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ παρίστατο ἅπασιν εἰκάζειν. ἐμὲ δὲ ἐσῆλθεν ἀνάμνησις, ὡς Θουκυδίδης ποιήσειεν ἐν τοῖς λόγοις Λοκρῶν τῶν πρὸς τῇ Φωκίδι καὶ ἄλλας πόλεις, ἐν δὲ αὐταῖς εἶναι καὶ Μυονέας. οἱ Μύονες οὖν οἱ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι κατά γε ἡμετέραν γνώ-

cognominem urbem inter utrumque alveum sitam. Eum fluvium, omnium Hispaniae fluminum maximum, et marini aestus more reciprocantem Baetin recentiores nominant. Sunt et qui prisco nomine Tartessum Carpian vocitatam dicant. Quod ad thalamos attinet, pondus indicat minoris inscriptio talentum quingentorum; dedicatum publice a Sicyoniis, opificem fuisse Myronem. In eo thesauro disci collocati sunt tres, quos ad quinquertii ludicrum promunt. Est etiam ibidem scutum aerea lamina contectum, varia interius exornatum pictura: galea praeterea, et ocreae. Testatur armorum inscriptio, Iovi manubias a Myonibus dedicatas. Qui populi sint hi, variat hominum coniectura. Mihi certe in memoriam venit, Thucydidem inter Locros, qui Phocidi finitimi sunt, et alias enumerare civitates, et Myonenses. Quare qui in scuto nominantur Myones, mea quidem sententia non alii sunt, quam Locrensium continen-

μην ἄνθρωποι μέν εἰσιν οἱ αὐτοὶ Μυονεῖς οἱ ἐν τῇ Λοκρίδι ἠπείρῳ. τὰ δὲ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι γράμματα παρῆκται μὲν ἐπὶ βραχὺ, πέπονθε δὲ αὐτὸ διὰ τοῦ ἀναθήματος τὸ ἀρχαῖον. κεῖται δὲ καὶ ἄλλα ἐνταῦθα ἄξια ἐπιμνησθῆναι· μάχαιρα ἡ Πέλοπος χρυσοῦ τὴν λαβὴν πεποιημένη, καὶ εἰργασμένον ἐλέφαντος κέρας τὸ Ἀμαλθείας, ἀνάθημα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος, ὃς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ Θρᾳκίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης· καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ κέρατί ἐστιν ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασι·

Ζηνί μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν Ὀλυμπίῳ ἐκ Χερονήσου 499
Τεῖχος ἑλόντες Ἀράτου· ἐπῆρχε δὲ Μιλτιάδης σφίν.

κεῖται δὲ καὶ ἄγαλμα πύξινον Ἀπόλλωνος ἐπιχρύσου τὴν κεφαλήν· ἀνατεθῆναι δὲ ὑπὸ Λοκρῶν φησι τῶν πρὸς Ζεφυρίῳ τῇ ἄκρᾳ, Πατροκλέα δὲ εἶναι Κατίλλου Κροτωνιάτην τὸν εἰργασμένον. (4) Ἐφεξῆς δὲ τῷ Σικυωνίῳ ἐστὶν ὁ Καρχηδονίων θησαυρὸς, Ποθαίου τέχνη, καὶ Ἀντιφίλου τε καὶ Μεγακλέους. ἀναθήματα δ' ἐν αὐτῷ, Ζεὺς

tis terrae incolae Myonenses. Literae inscriptionis illius ipsa vetustate iam exesae, ac iam prope abolitae sunt. Sed et alia, quae recenseantur digna eodem posita sunt loco. Pelopis ensis, capulo aureo, et ebore elaboratum cornu Amaltheae, Miltiadae Cimonis filii donum, qui primus ex ea domo in Thraciae Cherroneso imperium obtinuit. Est in cornu incisa priscis Atticis literis inscriptio

Me Iovi Olympiaco posuit donum Cheronesus,
Miltiadis ductu, quum moenia cepit Arati.

Simulacrum etiam Apollinis buxeum capite inaurato eodem in loco positum est: dedicatum memorant a Locris, qui sunt ad Zephyrium promontorium: opificem fuisse Patroclem Crotoniaten Catylli filium. (4) Prope Sicyonium, thesaurus est Carthaginiensium, Pothaei, Antiphili, et Megaclis opus. In eo sunt Iupiter ingenti magnitudine, et linteae

μεγέθει μέγας, καὶ θώρακες λινοῖ τρεῖς ἀριθμὸν, Γέλωνος δὲ ἀνάθημα καὶ Συρακουσίων, Φοίνικας ἤτοι τριήρεσιν ἢ καὶ πεζῇ μάχῃ κρατησάντων. (5) Ὁ δὲ τρίτος τῶν θησαυρῶν καὶ ὁ τέταρτος ἀνάθημά ἐστιν Ἐπιδαμνίων. ἔχει μὲν πόλον ἀνεχόμενον ὑπὸ Ἄτλαντος, ἔχει δὲ Ἡρακλέα καὶ δένδρον τὸ παρὰ Ἑσπερίσι, τὴν μηλέαν, καὶ περιελελιγμένον τῇ μηλέᾳ τὸν δράκοντα· κέδρου μὲν καὶ ταῦτα, Θεοκλέους δὲ ἔργα τοῦ Ἡγύλου· ποιῆσαι δὲ Αὐτόνομον τῷ παιδὶ, φησὶ τὰ ἐπὶ τοῦ πόλου γράμματα. αἱ δὲ Ἑσπερίδες (μετεκινήθησαν γὰρ ὑπὸ Ἠλείων) αὗται μὲν ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ἐν τῷ Ἡραίῳ. τὸν δὲ θησαυρὸν τοῖς Ἐπιδαμνίοις Πύῤῥος καὶ οἱ παῖδες Λακράτης τε καὶ Ἕρμων ἐποίησαν. (6) Ὠικοδόμησαν δὲ καὶ Συβαρῖται θησαυρὸν, ἐχόμενον τοῦ Ἐπιδαμνίων. ὁπόσοι δὲ περὶ Ἰταλίας καὶ πόλεων ἐπολυπραγμόνησαν τῶν ἐν αὐτῇ, Λουπίας φασὶ κειμένην Βρεντεσίου τε μεταξὺ καὶ Ὑδροῦντος μεταβεβληκέναι τὸ ὄνομα, Σύβαριν οὖσαν τὸ ἀρχαῖον. ὁ δὲ ὅρμος ταῖς ναυσὶ χειροποίητος καὶ Ἀδριανοῦ

loricae tres, Gelonis et Syracusanorum dona, victis classe vel pedestri pugna Poenis. (5) Tertius deinde et quartus thesaurus donum est Epidamniorum. In eo Atlas coelum sustinet, Hercules ad Hesperidas venit, de Hesperidum arboribus malum draco spiris involvit. E cedro sunt omnia, Theoclis Etyli filii opus. Autonomum certe filio fecisse aiunt eas, quae in polo incisae sunt, literas. Hesperides ipsae, quum inde fuissent ab Eleis amotae, in Iunonis templo mea aetate sunt. Thesaurum Epidamniis Pyrrhus, et Lacrates et Hermon eius filii fecere. (6) Aedificarunt et Sybaritae thesaurum suum, qui proxime ad Epidamniorum thesaurum constitutus est. Ii sane, qui de Italia eiusque civitatibus curiosius sibi investigandum putarunt, Lupiam memoriae prodiderunt oppidum esse inter Brundusium et Hydruntem, quod prisco nomine Sybaris fuerit. Portus in eo extat manu factus, Adriani Caesaris opus. (7) Con-

βασιλέως ἐστὶν ἔργον. (7) Πρὸς δὲ τῷ Συβαριτῶν Λιβύων ἐστὶ τῶν ἐν Κυρήνῃ θησαυρός· κεῖνται δὲ βασιλεῖς ἐν αὐτῷ Ῥωμαίων. Σικελιώτας δὲ Σελινουντίους ἀνέστησαν μὲν Καρχηδόνιοι πολέμῳ· πρὶν δὲ ἢ τὴν συμφορὰν γενέσθαι σφίσι, θησαυρὸν τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ Διῒ 500
ἐποίησαν. Διόνυσος δέ ἐστιν ἐνταῦθα πρόςωπον καὶ ἄκρους πόδας καὶ τὰς χεῖρας ἐλέφαντος εἰργασμένος. (8) Ἐν δὲ τῷ Μεταποντίνων θησαυρῷ (προσεχὴς γὰρ τῷ Σελινουντίων ἐστὶν οὗτος) ἐν τούτῳ πεποιημένος ἐστὶν Ἐνδυμίων· πλὴν δὲ ἐσθῆτός ἐστι τὰ λοιπὰ καὶ τῷ Ἐνδυμίωνι ἐλέφαντος. Μεταποντίνους δὲ ἥτις μὲν ἐπέλαβεν ἀπολέσθαι πρόφασις, οὐκ οἶδα· ἐπ' ἐμοῦ δὲ ὅτι μὴ θέατρον καὶ περίβολοι τείχους ἄλλο ἐλείπετο οὐδὲν Μεταποντίου. (9) Μεγαρεῖς δὲ οἱ πρὸς τῇ Ἀττικῇ θησαυρόν τε ᾠκοδομήσαντο, καὶ ἀναθήματα ἀνέθεσαν ἐς τὸν θησαυρὸν, κέδρου ζώδια χρυσῷ διηνθισμένα, τὴν πρὸς Ἀχελῷον Ἡρακλέους μάχην. Ζεὺς δὲ ἐνταῦθα καὶ ἡ Δηϊάνειρα καὶ Ἀχελῷος καὶ Ἡρακλῆς ἐστιν, Ἄρης τε

tingit Sybaritarum thesaurum is, quem dedicarunt Cyrenaei Libyae civitas. In eo sunt imagines Romanorum regum. Selinuntios in Sicilia e sedibus suis expulere Carthaginienses. Ii ante suam calamitatem thesaurum istum Olympio Iovi dedicarunt; in quo est Liber Pater, ore, pedibus, et manibus eburnis. (8) At in Metapontinorum thesauro (nam et hi suum iuxta Selinuntiorum thesaurum dedicarunt) Endymion est. Signi eius praeter vestem ex ebore sunt omnia. Et Metapontinis quidem, quae fuerit exitii causa, compertum certe non habeo. Aetate sane mea eius urbis reliquiae tantum extant, theatrum et murorum ambitus: reliqua ad solum eversa. (9) Megarenses quoque, Atticae terrae finitimi, thesaurum aedificandum curarunt. In eo reposuerunt e cedro signa superinducto auro, Herculis cum Acheloo pugnam: adsistunt Iupiter et Deianira: Mars Acheloo, Minerva (uti semper antea) Herculi adest.

τῷ Ἀχελώῳ βοηθῶν. εἱστήκει δὲ καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἅτε οὖσα τῷ Ἡρακλεῖ σύμμαχος· αὕτη παρὰ τὰς Ἑσπερίδας ἀνάκειται νῦν τὰς ἐν τῷ Ἡραίῳ. τοῦ θησαυροῦ δὲ ἐπείργασται τῷ ἀετῷ ὁ γιγάντων καὶ θεῶν πόλεμος· ἀνάκειται δὲ καὶ ἀσπὶς ὑπὲρ τοῦ ἀετοῦ, τοὺς Μεγαρέας ἀπὸ Κορινθίων ἀναθεῖναι τὸν θησαυρὸν λέγουσα. ταύτην Μεγαρεῦσιν ἡγοῦμαι τὴν νίκην Ἀθήνησιν ἄρχοντος γενέσθαι Φόρβαντος, ἄρχοντος δὲ διὰ τοῦ αὐτοῦ βίου παντός· ἐνιαύσιαι γὰρ οὐκ ἦσάν πω τότε Ἀθηναίοις αἱ ἀρχαί· οὐ μὴν οὐδὲ ὑπὸ Ἠλείων ἀνεγράφοντό πω τηνικαῦτα αἱ Ὀλυμπιάδες. λέγονται δὲ καὶ Ἀργεῖοι μετασχεῖν πρὸς τοὺς Κορινθίους Μεγαρεῦσι τοῦ ἔργου. τὸν δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ θησαυρὸν ἔτεσιν ὕστερον τῆς μάχης ἐποίησαν οἱ Μεγαρεῖς. τὰ δὲ ἀναθήματα ἐκ παλαιοῦ σφᾶς ἔχειν εἰκὸς, ἅγε ὁ Λακεδαιμόνιος Δόντας Διποίνου καὶ Σκύλλιδος μαθητὴς ἐποίησε. (10) Τελευταῖος δὲ τῶν θησαυρῶν πρὸς αὐτῷ μέν ἐστιν ἤδη τῷ σταδίῳ· Γελώων δὲ ἀνάθημα τόν τε θησαυρὸν καὶ τὰ ἀγάλματα εἶναι τὰ ἐν

Sed haec in Iunonis, ad eum locum, ubi Hesperides sunt, translata est. Circa thesauri fastigium gigantum cum dis bellum cernitur: at in superiore fastigii parte scutum affixum est, cum inscriptione, Thesaurum Megarenses posuisse de Corinthiorum manubiis. Potitos ea victoria Megarenses coniicio, quum Phorbas summae reipublicae apud Athenienses praeesset: et praefuit ille quidem dum vixit. Nondum enim annui erant Athenis magistratus. Quin et ab Eleis ipsis nondum aetates per Olympiadas coeptae fuerant numerari. Fuisse dicuntur eius adversum Corinthios expeditionis participes Argivi. Thesaurum certe aliquot post pugnam annis Megarenses Olympiae faciundum curarunt. Signa, quae in eo sunt, par est vetustiora fuisse, quum ea fecerit Dontas Lacedaemonius, Dipoeni et Scyllidis discipulus. (10) Postremus omnium thesaurorum stadio proximus

αὐτῷ, λέγει τὸ ἐπίγραμμα. οὐ μέντοι ἀνακείμενά γε ἔτι ἀγάλματά ἐστι.

CAPUT XX.

De monte Cronio et Saturni sacris in eius vertice — templo Lucinae Olympiae et daemonis Sosipolidis sacris in eo — Sosipolide eiusque cultus origine — Hippodamio, templo Hippodamiae, eiusque cultu — occulto in stadium introitu et de ipso stadio — sacerdote Cereris Chamynes et Endymionis monumento — carceribus equorum (ἄφεσις), et quae ad illorum formam et rationem pertinent — ara rotunda, Taraxippo dicta, et varia, quae de eo narrantur — alio Taraxippo in Isthmo et simili petra in Nemea — Hippodamiae signo ad unam metarum.

Τὸ δὲ ὄρος τὸ Κρόνιον κατὰ τὰ ἤδη λελεγμένα μοι 501
παρὰ τὴν κρηπῖδα καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῇ παρήκει θησαυρούς. ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τῇ κορυφῇ θύουσιν οἱ Βασίλαι καλούμενοι τῷ Κρόνῳ κατὰ ἰσημερίαν τὴν ἐν τῷ ἦρι Ἐλαφίῳ μηνὶ παρὰ Ἠλείοις. (2) Ἐν δὲ τοῖς πέρασι τοῦ Κρονίου κατὰ τὸ πρὸς τὴν ἄρκτον ἐστὶν ἐν μέσῳ τῶν θησαυρῶν καὶ τοῦ ὄρους ἱερὸν Εἰλειθυίας, ἐν δὲ αὐτῷ Σωσίπολις Ἠλείοις ἐπιχώριος δαίμων ἔχει τιμάς. τὴν μὲν δὴ Εἰλείθυιαν ἐπονομάζοντες Ὀλυμπίαν, ἱερασομένην αἱ-

est. Gelensium donum esse, et thesaurum, et signa, indicat inscriptio. A signis tamen adhuc vacuus est.

Cap. XX. Saturnius mons crepidini, cui sunt impositi thesauri, imminet. In vertice rem divinam Saturno faciunt, qui Basilae appellantur, verno aequinoctio, eo mense, qui ab Eleis Elaphius dicitur. (2) Ad Cronii montis radices Septentrionem versus, medio inter montem et thesauros spatio, Lucinae fanum est. In eo Sosipolis, patrius Eleorum genius, certis celebratur honoribus. Ipsam certe Lucinam Olympiam cognominant; quaeque ei sacra faciat,

ρουνται τῇ θεῷ κατὰ ἔτος ἕκαστον. ἡ δὲ πρεσβύτις ἡ θεραπεύουσα τὸν Σωσίπολιν νόμῳ τε ἁγιστεύει τῷ Ἠλείων καὶ αὐτὴ, λύτρα τε ἐσφέρει τῷ θεῷ, καὶ μάζας κατατίθησιν αὐτῷ μεμαγμένας μέλιτι. ἐν μὲν δὴ τῷ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ (διπλοῦς γὰρ δὴ πεποίηται) τῆς τε Εἰλειθυίας βωμὸς, καὶ ἔσοδος ἐς αὐτό ἐστιν ἀνθρώποις· ἐν δὲ τῷ ἐντὸς ὁ Σωσίπολις ἔχει τιμὰς, καὶ ἐς αὐτὸ ἔσοδος οὐκ ἔστι πλὴν τῇ θεραπευούσῃ τὸν θεὸν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ πρόσωπον ἐφειλκυσμένῃ ὕφος λευκόν. παρθένοι δὲ, ἐν τῷ τῆς Εἰλειθυίας ὑπομένουσαι, καὶ γυναῖκες ὕμνον ᾄδουσι· καθαγίζουσι δὲ καὶ θυμιάματα παντοῖα αὐτῷ, καὶ ἐπισπένδειν οὐ νομίζουσιν οἶνον. καὶ ὅρκος παρὰ τῷ Σωσιπόλιδι ἐπὶ μεγίστοις καθέστηκε. (3) Λέγεται δὲ καὶ Ἀρκάδων ἐς τὴν Ἠλείαν ἐσβεβληκότων στρατιᾷ, καὶ τῶν Ἠλείων σφίσιν ἀντικαθημένων, γυναῖκα ἀφικομένην παρὰ τῶν Ἠλείων τοὺς στρατηγοὺς, νήπιον παῖδα ἔχουσαν ἐπὶ τῷ μαστῷ, λέγειν, ὡς τέκοι μὲν αὐτὴ τὸν παῖδα, διδοίη δὲ ἐξ ὀνειράτων συμμαχήσοντα Ἠλείοις.

annuam sacerdotem deligunt. At anus ea, quae Sosipolin placat, Eleorum ritu operatur: piamina infert, et apponit Deo melle subactas offas. In antica sane templi parte est Lucinae ara, et ad eam duplex hominibus aditus. Foris Sosipolis colitur; neque ad eum aditus patet cuiquam, praeterquam uni illi sacrificulae, quae capite et facie candido textili velata, ad numinis simulacrum accedit. In Lucinae, virgines et nuptae remanentes hymnum Sosipolidi decantant. Odores ei, quodvis genus adolent, vino libandi ritum his sacris alienum ducunt. Iusiurandum certe ad Sosipolidis *aram* magna religione concipiunt. De eo haec sunt memoriae prodita. (3) Quum in Eleorum fines hostiliter Arcades invasissent, contraque eos aciem Elei direxissent, mulierem aiunt cum pendente ab uberibus infante ad Eleorum duces venisse, ac dixisse, se quidem puerum illum peperisse, sed somnio monitam dare illum Eleis pu-

οἱ δὲ ἐν ταῖς ἀρχαῖς (πιστὰ γὰρ τὴν ἄνθρωπον ἡγοῦντο εἰρηκέναι) τιθέασι τὸ παιδίον πρὸ τοῦ στρατεύματος γυμνόν. ἐπήεσάν τε δὴ οἱ Ἀρκάδες, καὶ τὸ παιδίον ἐνταῦθα ἤδη δράκων ἦν· ταραχθεῖσι δὲ ἐπὶ τῷ θεάματι τοῖς Ἀρκάσι καὶ ἐνδοῦσιν ἐς φυγὴν, ἐπέκειντο οἱ Ἠλεῖοι, 502
καὶ νίκην τε ἐπιφανεστάτην ἀνείλοντο, καὶ ὄνομα τῷ θεῷ τίθενται Σωσίπολιν. ἔνθα δέ σφισιν ὁ δράκων ἔδοξεν ἐσδῦναι μετὰ τὴν μάχην, τὸ ἱερὸν ἐποίησαν ἐνταῦθα· σὺν δὲ αὐτῷ σέβεσθαι καὶ τὴν Εἰλείθυιαν ἐνόμισαν, ὅτι τὸν παῖδά σφισιν ἡ θεὸς αὕτη προήγαγεν ἐς ἀνθρώπους. τοῖς δὲ τῶν Ἀρκάδων ἀποθανοῦσιν ἐν τῇ μάχῃ ἐστὶ τὸ μνῆμα ἐπὶ τοῦ λόφου, διαβάντων τὸν Κλάδεον ὡς ἐπὶ ἡλίου δυσμάς. πλησίον δὲ τῆς Εἰλειθυίας ἐρείπια Ἀφροδίτης οὐρανίας ἱεροῦ λείπεται, θύουσι δὲ καὶ αὐτόθι ἐπὶ τῶν βωμῶν. (4) Ἔστι δὲ ἐντὸς τῆς Ἄλτεως κατὰ τὴν πομπικὴν ἔσοδον Ἱπποδάμιον καλούμενον, ὅσον πλέθρου χωρίον περιεχόμενον θριγκῷ. ἐς τοῦτο ἅπαξ κατὰ ἔτος

gnae socium. Ibi eos, qui summae rei praeerant (quod mulieris verbis fidem habendam censuissent) puerum nudum ante signa collocandum curasse. Impressione ab Arcadibus facta, puerum in eorum conspectu in anguem mutatum. Eo prodigio hostes exterritos, in fugam se protinus dedisse: acriter Eleos institisse. Parta vero insigni victoria, deo *a servata civitate* nomen Sosipolis inditum: quoque loco in cavernam visus fuerat se anguis abdidisse, confecto praelio fanum erectum. Lucinam vero cum eo coli propterea instituerunt, quod ab ea in lucem puerum illum sibi editum interpretati sunt. Caesis in pugna Arcadibus monumentum est in tumulo trans amnem Cladeum versus occasum. Proxime ad Lucinae, ubi Veneris Coelestis cognomento templum fuit, rudera monstrant. Sacra certe et nunc fiunt ad aras, *quae reliquae sunt.* (4) Intra Altin, in ea, qua Pompae transmittuntur semita, aedes est, quod Hippodamium appellant: area iugeri spatio maceria circumsepta. Patet huc foeminis aditus stato quotannis die.

ἕκαστόν ἐστι ταῖς γυναιξὶν ἔσοδος, αἳ θύουσι τῇ Ἱπποδαμείᾳ, καὶ ἄλλα ἐς τιμὴν δρῶσιν αὐτῆς. τὴν δὲ Ἱπποδάμειάν φασιν ἐς Μιδέαν τὴν ἐν τῇ Ἀργολίδι ἀποχωρῆσαι, ἅτε τοῦ Πέλοπος ἐπὶ τῷ Χρυσίππου θανάτῳ μάλιστα ἐς ἐκείνην ἔχοντος τὴν ὀργήν· αὐτοὶ δὲ ὕστερον ἐκ μαντείας κομίσαι φασὶ τῆς Ἱπποδαμείας τὰ ὀστᾶ ἐν Ὀλυμπίᾳ. (5) Ἔστι δὴ ἐπὶ τῷ πέρατι τῶν ἀγαλμάτων, ἃ ἀπὸ ζημίας ἐποιήσαντο ἀθλητῶν, ἐπὶ τούτῳ τῷ πέρατί ἐστιν, ἣν κρυπτὴν ὀνομάζουσιν ἔσοδον· διὰ δὲ αὐτῆς τούς τε Ἑλλανοδίκας ἐσιέναι ἐς τὸ στάδιον καὶ τοὺς ἀγωνιστάς. τὸ μὲν δὴ στάδιον γῆς χῶμά ἐστι, πεποίηται δ' ἐν αὐτῷ καθέδρα τοῖς τιθεῖσι τὸν ἀγῶνα. (6) Ἔστι δὲ ἀπαντικρὺ τῶν Ἑλλανοδικῶν βωμὸς λίθου λευκοῦ· ἐπὶ τούτου καθεζομένη τοῦ βωμοῦ θεᾶται γυνὴ τὰ Ὀλύμπια, ἱέρεια Δήμητρος Χαμύνης, τιμὴν ταύτην ἄλλοτε
503 ἄλλη λαμβάνουσα παρὰ Ἠλείων. παρθένους δὲ οὐκ εἴργουσι θεᾶσθαι. πρὸς δὲ τοῦ σταδίου τῷ πέρατι, ᾗ τοῖς σταδιοδρόμοις ἄφεσις πεποίηται, Ἐνδυμίωνος μνῆμα ἐνταῦθα λόγῳ Ἠλείων ἐστίν.

Hae faciunt Hippodamiae rem divinam, et aliis eam honoribus prosequuntur. Hippodamia tradunt Midean, (quod Argivorum agro oppidum est) quum Pelops ob Chrysippi caedem ab ea in primis poenas expeteret, confugisse: ipsos postea eius ossa ex oraculo in Olympiam reportanda curasse. (5) Eo loco, quo postrema sunt signa, ex eo signorum numero, quae de multatitio athletarum aere dedicata sunt, porticus est, quam Ocultam nominant. Per eam et ludorum praefectis et athletis ad stadium accessus est. Ipsum certe stadium terrae agger est, in eo ludis praefectorum sessio exstructa. (6) E regione sessionis illius ara eminet e candido lapide. In ea sedens Olympicos ludos mulier spectat, sacerdos Cereris *cognomento* Chamynes. Quem honorem alias alia ab Eleis accipit. Neque vero virginibus interdictum ludicra spectare. In extremo stadio, ubi sunt cursorum carceres, Endymionis Elei sepulcrum

(7) Ὑπερβάλλοντι δὲ ἐκ τοῦ σταδίου, καθ' ὅτου οἱ Ἑλλανοδίκαι καθέζονται, κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐς τῶν ἵππων ἀνειμένον τοὺς δρόμους καὶ ἡ ἄφεσίς ἐστι τῶν ἵππων. παρέχεται μὲν οὖν σχῆμα ἡ ἄφεσις κατὰ πρῷραν νεώς· τέτραπται δὲ αὐτῆς τὸ ἔμβολον ἐς τὸν δρόμον. καθότι δὲ τῇ Ἀγνάπτου στοᾷ προσεχής ἐστιν ἡ πρῷρα, κατὰ τοῦτο εὐρεῖα γίνεται. δελφὶς δὲ ἐπὶ κανόνος κατὰ ἄκρον μάλιστα τὸ ἔμβολον πεποίηται χαλκοῦς. ἑκατέρα μὲν δὴ πλευρὰ τῆς ἀφέσεως πλέον ἢ τετρακοσίους πόδας παρέχεται τοῦ μήκους· ᾠκοδόμηται δὲ ἐν αὐταῖς οἰκήματα. ταῦτα τὰ κληρωτὰ οἰκήματα διαλαγχάνουσιν οἱ ἐσιόντες ἐς τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων. πρὸ δὲ τῶν ἁρμάτων ἢ καὶ τῶν ἵππων τῶν κελήτων, διήκει πρὸ αὐτῶν καλώδιον ἀντὶ ὕσπληγγος. βωμὸς δὲ ὠμῆς πλίνθου, τὰ ἐκτὸς κεκονιαμένος, ἐπὶ ἑκάστης Ὀλυμπιάδος ποιεῖται κατὰ τὴν πρῷραν μάλιστά που μέσην. ἀετὸς δὲ ἐπὶ τῷ βωμῷ χαλκοῦς κεῖται, τὰ πτερὰ ἐπιμήκιστον ἐκτείνων. ἀνακινεῖ μὲν δὴ τὸ ἐν τῷ βωμῷ μηχάνημα ὁ τε-

monstrant. (7) Supra eam stadii partem, in qua ludis praefecti consident, destinatus est equiriis campus: et ibi sui sunt equorum carceres. Formam illi eandem prope prae se ferunt, quam navis prora, verso in curriculum rostro. Qua parte autem cum porticu, cui nomen Agnampto, (*quod est quasi flexu carentem dicas*) prora ipsa iungitur, ibi utrinque dilatatur. In extremo rostro aeneus super regula delphinus eminet. Vtrumque vero carcerum latus quadringentos et amplius pedes in longitudinem patet. Exstructae in iis domunculae. Eas inter se sortiuntur, qui vel equos privos, vel currus in certamen producunt. Intenditur vero a fronte funis pro repagulis. Ara ad mediam fere prorae partem e crudo laterculo excitatur: hanc tectorio *recenti* singulis oblinunt ludorum conventibus. Super ara, aenea aquila late passis alis exstat. Ea quum machinulam quandam is commoverit, cui id negotii datum

ταγμένος ἐπὶ τῷ δρόμῳ· ἀνακινηθέντος δὲ, ὁ μὲν ἐς τὸ ἄνω πεποίηται πηδᾷν ὁ ἀετὸς, ὡς τοῖς ἥκουσιν ἐπὶ τὴν θέαν γενέσθαι σύνοπτος· ὁ δελφὶς δὲ ἐς ἔδαφος πίπτει. πρῶται μὲν δὴ ἑκατέρωθεν αἱ πρὸς τῇ στοᾷ τῇ Ἀγνάπτου χαλῶσιν ὕσπληγες, καὶ οἱ κατὰ ταύτας ἑστηκότες ἐκθέουσιν ἵπποι πρῶτοι, θέοντές τε δὴ γίνονται κατὰ τοὺς εἰληχότας ἑστάναι τὴν δευτέραν τάξιν· καὶ τηνικαῦτα χαλῶσιν αἱ ὕσπληγες αἱ ἐν τῇ δευτέρᾳ τάξει· διὰ πάντων τε κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον συμβαίνει τῶν ἵππων, ἔςτ' ἂν ἐξισωθῶσιν ἀλλήλοις κατὰ τῆς πρώρας τὸ ἔμβο-
504 λον. τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἤδη καθέστηκεν ἐπίδειξις ἐπιστήμης τε ἡνιόχων καὶ ἵππων ὠκύτητος. τὸ μὲν δὴ ἐξ ἀρχῆς Κλεοίτας ἐστὶν ἄφεσιν μηχανησάμενος, καὶ φρονῆσαί γε ἐπὶ τῷ εὑρήματι, ὡς καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ ἀνδριάντι τῷ Ἀθήνῃσιν ἐπιγράψαι·

Ὅς τὴν ἱππάφεσίν σευ, Ὀλυμπία, εὕρατο πρῶτος,
Τεῦξέ με Κλειοίτας υἱὸς Ἀριστοκλέους.

est, statim se in spectatorum conspectum quasi subvolatura attollit; at delphinus ad imam soli aream *alia machina* demittitur. Prima omnium ea submittuntur repagula, quae utrinque iuxta Agnampti porticum intenta fuerant: tum qui ea in parte sustinebantur equi, statim se in pedes dant. Ii quum ad alterum equorum ordinem accesserint, eodem modo et illis sua remittuntur repagula. Idem fit omni ex carcerum parte, usquedum ad ipsum prorae rostrum exaequata fuerit cursus conditio. Ibi, *equis in liberiorem se iam campum effundentibus,* et aurigarum se ostentat sollertia, et quadrupedum pernicitas. Primus, qui eam excogitavit carcerum formam, Cleoetas fuit, cui tanta est huius operis causa laus tributa, ut hi fuerint versus ad eius, quae Athenis est, statuam adscripti:

Carcere ab Eleo docuit qui mittere currus,
Mi autor Cleoetas natus Aristoclee.

Κλεοίτα δέ φασιν ὕστερον Ἀριστείδην σοφίαν τινὰ καὶ αὐτὸν ἐς τὸ μηχάνημα ἐσενέγκασθαι. (8) *Παρεχομένου δὲ τοῦ ἱπποδρόμου παρήκουσαν ἐς πλέον τὴν ἑτέραν τῶν πλευρῶν, ἔστιν ἐπὶ τῆς μείζονος πλευρᾶς, οὔσης χώματος, κατὰ τὴν διέξοδον τὴν διὰ τοῦ χώματος, τὸ τῶν ἵππων δεῖμα ὁ Ταράξιππος. σχῆμα μὲν βωμοῦ περιφεροῦς ἐστι· παραθέοντας δὲ κατὰ τοῦτο τοὺς ἵππους φόβος τε αὐτίκα ἰσχυρὸς ἀπ᾽ οὐδεμιᾶς προφάσεως φανερᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου λαμβάνει ταραχή· τά τε δὴ ἅρματα καταγνύουσιν ὡς ἐπίπαν, καὶ οἱ ἡνίοχοι τιτρώσκονται. καὶ τοῦδε ἡνίοχοι ἕνεκα θυσίας θύουσι, καὶ γενέσθαι σφίσιν ἵλεων εὔχονται τὸν Ταράξιππον. Ἕλληνες δὲ οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ νομίζουσιν ἐς τὸν Ταράξιππον, ἀλλ᾽ οἱ μὲν εἶναι τάφον ἀνδρὸς αὐτόχθονος καὶ ἀγαθοῦ τὰ ἐς ἱππικὴν, καὶ ὄνομα Ὠλένιον αὐτῷ τίθενται· ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὴν Ὠλενίαν ἐν τῇ Ἠλείᾳ πέτραν φασὶν ὀνομασθῆναι. οἱ δὲ τὸν Φλιοῦντος Δαμέωνα, μετασχόντα Ἡρακλεῖ τῆς ἐπὶ Αὐγέαν καὶ Ἠλείους στρατείας, αὐτόν τε ἀποθανεῖν καὶ τὸν ἵππον, ἐφ᾽ ᾧ ἐπωχεῖτο, ὑπὸ Κτεά-*

Post Cleoetan Aristiden memorant et ipsum aliquid solertiae ad excolendum illud machinamentum contulisse. (8) Alterum curriculi latus aliquanto longius excurrit, factum hoc etiam aggesta terra. In ipso propemodum exitu terriculum est equorum, Taraxippus, arae rotundae figura. Nomen ex eo inditum, quod equi dum hac praeterferantur, vehementi pavore, sine manifesta causa, corripiuntur, eoque ita turbantur, ut currus saepe toti frangantur et aurigae vulnerentur. Eam ob rem aurigae ibi sacrificant, et vota Taraxippo faciunt, ut se ipsis aequum et clementem praebeat. Variat de Taraxippo Graecorum sententia. Sunt qui indigenae hominis sepulcrum illud esse dicant, praestantis equos regendi scientia: Olenium nomen prodant, a quo sit in Eleorum finibus Olenium saxum appellatum. Alii Dameonem fuisse, Phliuntis filium, qui in Augean expeditionis Herculi socius, a Cteato Actoris filio una cum equo,

του λέγουσι τοῦ Ἄκτορος, καὶ τὸ μνῆμα κοινὸν Δαμέωνι καὶ τῷ ἵππῳ γενέσθαι. λέγουσι δὲ καὶ ὡς Μυρτίλῳ κενὸν ἐνταῦθα ἡρῷον ποιήσειε Πέλοψ, καὶ θύσειέ τε αὐτῷ, τὸ ἐπὶ τῷ φόνῳ μήνιμα ἰώμενος, καὶ ἐπονομάσαι Ταράξιππον, ὅτι τῷ Οἰνομάῳ διὰ τοῦ Μυρτίλου τῆς τέχνης
505 ἐταράχθησαν αἱ ἵπποι. τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένον, ὡς αὐτὸς Οἰνόμαος ὁ τοὺς ἱππεύοντάς ἐστιν ἐν τῷ δρόμῳ βλάπτων. ἤκουσα δὲ καὶ ἐς τὸν Πορθάονος Ἀλκάθουν ἀγόντων τὴν αἰτίαν, ὡς ἐνταῦθα μέρη λάβοι γῆς ὁ Ἀλκάθους ἀποθανὼν ὑπὸ Οἰνομάου τῶν Ἱπποδαμείας γάμων εἵνεκα· ἅτε δὲ ἀτυχήσαντα ἐν ἱπποδρόμῳ, βάσκανόν τε εἶναι τοῖς ἱππεύουσι καὶ οὐκ εὐμενῆ δαίμονα. ἀνὴρ δὲ Αἰγύπτιος Πέλοπα ἔφη παρὰ τοῦ Θηβαίου λαβόντα Ἀμφίονος κατορύξαι τι ἐνταῦθα, ἔνθα καλοῦσι τὸν Ταράξιππον· καὶ ὑπὸ τοῦ κατορωρυγμένου ταραχθῆναι μὲν τῷ Οἰνομάῳ τότε, ταράσσεσθαι δὲ καὶ ὕστερον τοῖς πᾶσι τὰς ἵππους. ἠξίου δὲ οὗτος Αἰγύπτιος, εἶναι μὲν Ἀμφίονα, εἶναι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι

quo vehebatur, sit interfectus: ab Eleis eo in loco, et ipsi et equo, inanis habitum sepulcri honorem. Non desunt qui hoc inane monumentum heroicum illud ipsum esse autument, quod Myrtilo Pelops posuerit, quum a se perempto parentaret, quo eius iram placaret: Taraxippum vero vocasse, quod Myrtili dolo Oenomai equae consternatae fuerint. Multi etiam Oenomaum illum esse dictitant, qui in curuli certamine equos et aurigas illo exagitet pavore. Audivi etiam, qui Porthaonis filium Alcathoum esse dicerent, qui quum inter procos Hippodamiae ab Oenomao fuisset occisus, et eo ipso in loco humatus, iniuriae suae, quam in ipso curriculo passus esset, atrox et infestus vindex obequitantibus exoriatur. At Aegyptius quidam Pelopem aiebat acceptum nescio quid ab Amphione Thebano, eo in loco defodisse; cuius *arcana* vi tunc conterriti fuerint Oenomai equi, et omnes deinde equi eodem afficiantur modo. Et censebat ille quidem Amphionem et Orpheum

δεινόν· καὶ αὐτοῖς ἐπᾴδουσι θηρία τε ἀφικνεῖσθαι τῷ Ὀρφεῖ, καὶ Ἀμφίονι ἐς τὰς τοῦ τείχους οἰκοδομίας τὰς πέτρας. ὁ δὲ πιθανώτατος (ἐμοὶ δοκεῖν) τῶν λόγων Ποσειδῶνος ἐπίκλησιν εἶναι τοῦ Ἱππίου φησίν. (9) Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἰσθμῷ Ταράξιππος, Γλαῦκος ὁ Σισύφου. γενέσθαι δὲ αὐτῷ τὴν τελευτὴν λέγουσιν ὑπὸ τῶν ἵππων, ὅτε Ἄκαστος τὰ ἆθλα ἔθηκεν ἐπὶ τῷ πατρί. ἐν Νεμέᾳ δὲ τῇ Ἀργείων ἥρως μὲν ἦν οὐδεὶς, ὅστις ἔβλαπτε τοὺς ἵππους, πέτρας δὲ ὑπὲρ τῶν ἵππων τὴν καμπὴν ἀνεστηκυίας χρόαν πυῤῥᾶς, ἡ ἀπ᾽ αὐτῆς αὐγὴ, κατὰ ταὐτὰ καὶ εἰ πῦρ, ἐνεποίει φόβον τοῖς ἵπποις. ἀλλὰ γὰρ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ Ταράξιππος πολὺ δή τι ὑπερηρκὼς ἐστιν ἐς ἵππων φόβον. (10) Ἐπὶ δὲ νύσσης μιᾶς Ἱπποδαμείας ἐστὶν εἰκὼν χαλκῆ, ταινίαν τε ἔχουσα καὶ ἀναδεῖν τὸν Πέλοπα μέλλουσα ἐπὶ τῇ νίκῃ.

(etsi Thrax diceretur) Aegyptios fuisse: propterea vero alteri feras allicere, alteri vero saxa ad muros exstruendos movere attributum, quod uterque magorum scientia excellerent. Mea vero sententia eorum est maxime probabilis oratio, qui Taraxippum cognomen esse dicunt Neptuni equestris. (9) Est etiam in Isthmo Taraxippus, *qui* Glaucus *fuit* Sisyphi filius, ab equabus discerptus ludis funebribus, quos patri suo fecit Acastus. In Argivorum Nemea nullus omnino est herois genius, qui equis pavorem immittat: saxum tantum eminet supra curriculi flexum, colore rutilo; cuius fulgore concitantur equi, haud aliter multo, quam si immissis ignibus iniecta esset trepidatio. Sed qui ab Olympico existit Taraxippo, longe est acerrimus terror. (10) Ad metarum unam aenea Hippodamiae statua est taeniam prae se ferens, iam prope victori Pelopi coronam impositura.

CAPUT XXI.

De templo Cereris Chamynae et varia huius cognominis ratione — gymnasio Olympiae et signis in eo — variis memorandis trans fluvium Cladeum et Erymanthum — fluvio Diagone, templo Aesculapii Demaeneti et Apollinis Leucyanitae — templo Minervae Cydoniae in Pisaeorum finibus — fluvio Parthenia et Harpinnate — sepulcro procorum Hippodamiae, quorum nomina recensentur.

Τὸ δὲ ἕτερον τοῦ ἱπποδρόμου μέρος οὐ χῶμα γῆς ἐστιν,
ὄρος δὲ οὐχ ὑψηλόν. ἐπὶ τῷ πέρατι τοῦ ὄρους ἱερὸν
πεποίηται Δήμητρι ἐπίκλησιν Χαμύνῃ. καὶ οἱ μὲν ἀρ-
χαῖον τὸ ὄνομα ἥγηνται· χανεῖν γὰρ τὴν γῆν ἐνταῦθα
506 τὸ ἅρμα τοῦ Ἅιδου, καὶ αὖθις μύσαι· οἱ δὲ Χάμυνον
ἄνδρα Πισαῖον Πανταλέοντι ἐναντιούμενον τῷ Ὀμφα-
λίωνος τυραννοῦντι ἐν Πίσῃ, καὶ ἀπόστασιν βουλεύοντι
ἀπὸ Ἠλείων, ἀποθανεῖν φασιν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Παντα-
λέοντος, καὶ ἀπὸ τοῦ Χαμύνου τῆς οὐσίας τῇ Δήμητρι
οἰκοδομηθῆναι τὸ ἱερόν. (2) Ἀγάλματα δὲ ἀντὶ τῶν
ἀρχαίων Κόρην καὶ Δήμητρα λίθου τοῦ Πεντέλησιν Ἀθη-
ναῖος ἀνέθηκεν Ἡρώδης ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ· πεντάθλοις μὲν καθεστήκασιν ἐν αὐτῷ καὶ δρομεῦ-

Cap. XXI. Altera hippodromi pars non agger, sed collis est minime arduus; ad cuius extremum finem aedes condita est Cereri cognomento Chamynae. Putant quidam priscum id esse nomen. Ibi enim quum Plutonis currum reciperet, terram discessisse, et ad se statim redisse. Alii vero Chamynum Pisaeum hominem memorant, a Pantaleonte Omphalionis filio, qui Pisae tyrannidem occuparat, quod acrius illi adversaretur, et ad defectionem Eleos impelleret, interemptum: de Chamyni vero pecunia templum Cereri aedificatum. (2) Pro veteribus *nova* signa reposuit deae ipsius et filiae e Pentelico lapide Herodes Atticus in gymnasio, quod Olympiae est, in quo certamina meditantur sua

σιν αἱ μελέται. κρηπὶς δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ λίθου πεποίηται· τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς καὶ τρόπαιον κατὰ Ἀρκάδων ἐπὶ τῇ κρηπῖδι εἱστήκει. καὶ ἄλλος δέ ἐστιν ἐλάσσων περίβολος ἐν ἀριστερᾷ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον· καὶ αἱ παλαῖστραι τοῖς ἀθληταῖς εἰσιν ἐνταῦθα. τῆς στοᾶς δὲ τῆς πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τοῦ γυμνασίου προσεχεῖς τῷ τοίχῳ τῶν ἀθλητῶν εἰσιν αἱ οἰκήσεις, ἐπί τε ἄνεμον τε τραμμέναι Λίβα καὶ ἡλίου δυσμάς.

(3) Διαβάντων δὲ τὸν Κλάδεον τάφος τε Οἰνομάου, γῆς χῶμα, περιῳκοδομημένος λίθοις ἐστὶ, καὶ ὑπὲρ τοῦ μνήματος ἐρείπια οἰκοδομημάτων, ἔνθα τῷ Οἰνομάῳ τὰς ἵππους αὐλίζεσθαι λέγουσιν. ὅροι δὲ πρὸς Ἀρκάδας τῆς χώρας, τὰ μὲν παρόντα Ἠλείοις, τὰ δὲ ἐξ ἀρχῆς οἱ αὐτοὶ Πισαίοις καθεστήκεσαν ἀνέχοντες κατὰ τάδε. διαβάντων δὲ ποταμὸν Ἐρύμανθον κατὰ τὴν Σαύρου καλουμένην δειράδα, τοῦ Σαύρου τε μνῆμα καὶ ἱερόν ἐστιν Ἡρακλέους, ἐρείπια ἐφ' ἡμῶν. λέγουσι δὲ, ὡς ὁδοιπόρους τε καὶ τοὺς προσοικοῦντας ὁ Σαῦρος ἐκακούργει, πρὶν ἢ παρὰ Ἡρακλέους τὴν δίκην ἔσχε. (4) Κατὰ ταύ-

Cap. XIII. Hae controversiae in causa fuerunt, ut renunciato novo iam praetore Damocrito, Achaei denuo contra Lacedaemonios arma caperent. Eodem ferme tempore

νου. περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἀφίκετο ἐς Μακεδονίαν στρατιά τε Ῥωμαίων, καὶ ἡγεμὼν ἐπ' αὐτῇ Μέτελλος, Ἀνδρίσκῳ τῷ Περσέως τοῦ Φιλίππου πολεμήσοντες ἀφεστηκότι ἀπὸ Ῥωμαίων. καὶ ὁ μὲν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεμος ἔμελλεν ὡς ῥᾷστα κατὰ τὸ ἐπιτηδειότατον Ῥωμαίοις κριθήσεσθαι. Μέτελλος δὲ ἄνδρας ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων ἀπεσταλμένους βουλῆς ἐπὶ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα ἐκέλευε, πρὶν ἢ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, τοῖς ἡγεμόσιν αὐτοὺς τοῖς Ἀχαιῶν ἐς λόγους ἐλθεῖν, ὅπλα μὲν ἐπὶ τὴν Σπάρτην μὴ ἐπιφέρειν σφίσιν ἀπαγορεύσοντας, τὴν δὲ ἐκ Ῥώμης παρουσίαν τῶν ἀνδρῶν προεροῦντας μένειν, οἳ κατὰ τοῦτο ἦσαν ἀπεσταλμένοι Λακεδαιμονίοις δικασταὶ καὶ Ἀχαιοῖς γενέσθαι. οἱ μὲν δὴ τὰ ἐντεταλμένα Δαμοκρίτῳ καὶ Ἀχαιοῖς ἐπήγγελλον, ἐφθακόσιν ἔξοδον ἐπὶ Λακεδαίμονα πεποιῆσθαι, καὶ (ἑώρων γὰρ τὰ πρὸς τὴν παραίνεσιν ἀνθεστηκότα Ἀχαιῶν) ἀπηλλάσσοντο ἐς τὴν Ἀσίαν. (2) Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑπὸ φρονήματος μᾶλλον ἢ ἰσχύος ἔλαβον μὲν τὰ ὅπλα, καὶ ἐπεξῆλθον, ἀμυνοῦντες τῇ οἰκείᾳ· βιασθέντες δὲ οὐ μετὰ πολὺ, ὅσον

Metellus Cos. Pop. Rom. exercitum in Macedoniam transportavit. Bellum enim ei decretum fuerat contra Andriscum Persei filium, novas in Romanos res molientem. Ac Macedonicum quidem bellum facile prosperos ex Romanorum sententia successus erat inventurum, Metellus autem iis, quos miserat Senatus in Asiam cum imperio, persuadet, ut priusquam transmittant, cum ducibus Achaeorum congressi, edicant, ne bellum contra Lacedaemonios susciperent, atque ut omnino expectarent legatos eos, qui a Senatu mitterentur, arbitri inter Achaeos et Lacedaemonios futuri. Mandata illi quidem ad Damocritum et Achaeos detulerunt, quum iam illi contra Lacedaemonios exercitum ducerent: quare quum nihil sane se ulla oratione contra Achaeorum pervicaciam profecturos intelligerent, in Asiam perrexerunt. (2) Ipsi quoque Lacedaemonii animi elatione magis quam viribus subnisi, cum suis copiis hosti occurrerunt, satis illi quidem

μὲν ἐς χιλίους οἱ ἡλικίᾳ μάλιστα αὐτῶν καὶ τόλμαις ἀκμάζοντες πίπτουσιν ἐν τῇ μάχῃ, τὸ δὲ ἄλλο στρατιωτικὸν, ὡς ἕκαστος τάχους εἶχεν, ἔφευγον πρὸς τὴν πόλιν.
555 εἰ δὲ ὁ Δαμόκριτος προθυμίαν ἐποιήσατο, τοῖς φεύγουσιν ἐκ τῆς παρατάξεως ὁμοῦ καὶ Ἀχαιοῖς ἐσδραμεῖν ὑπῆρξεν ἂν ἐς τὸ τεῖχος τῆς Σπάρτης. νῦν δὲ αὐτίκα τε ἀνεκάλεσεν ἀπὸ τῆς διώξεως τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ ἐχρῆτο καὶ ἐς τὸ ἔπειτα καταδρομαῖς μᾶλλον καὶ ἁρπαγαῖς ἐκ τῆς χώρας, ἢ συντόνῳ πολιορκίᾳ. (3) Δαμοκρίτῳ μὲν οὖν ἀπαγαγόντι ὀπίσω τὴν στρατιὰν ἐπιβάλλουσιν οἱ Ἀχαιοὶ ζημίαν πεντήκοντα ἅτε ἀνδρὶ προδότῃ τάλαντα· καὶ (οὐ γὰρ εἶχεν ἐκτῖσαι) φεύγων ᾤχετο ἐκ Πελοποννήσου. (4) Δίαιος δὲ, Ἀχαιῶν μετὰ Δαμόκριτον στρατηγεῖν ᾑρημένος, ἀποστείλαντι αὖθις Μετέλλῳ πρέσβεις, ὡμολόγησε μηδένα ἐπάξειν Λακεδαιμονίοις πόλεμον, ἀλλὰ, ἔςτ' ἂν ἥκωσιν ἐκ Ῥώμης, ἀναμενεῖν τοὺς διαλλακτάς. στρατήγημα δὲ ἄλλο ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους παρεῦρε τοιόνδε. τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα ἐς τὴν Ἀχαιῶν

habituri, suos si fines defendere possent. Praelio dehinc superati, quum circiter mille et aetate et viribus florentes milites occubuissent, intra moenia se reliqui effusissima fuga recepere. Quod si hostem persequi maturasset Damocritus, eodem tempore Achaei, quo fugientes Lacedaemonii, apertis introrumpere potuissent portis: verum ille et tunc canere iussit receptui, et exinde se ab urbe obsidenda ad excursiones et agri populationes convertit. (3) Is reportato domum exercitu, maiestatis damnatus est, multa quinquaginta talentum irrogata. Eam quum unde solveret non haberet, clanculum e Peloponneso aufugit. (4) In Damocriti locum praetor renunciatus est iterum Achaeorum suffragiis Diaeus. Ad eum quum legatos rursus misisset Metellus, res ita convenit, induciae ut inter Achaeos et Spartanos essent, usquedum adessent, qui disceptandi causa a Romanis missi fuerant. Callidum interea aggreditur Achaicus praetor facinus. Oppida omnia, quae in orbem Spartae finitima erant, *variis*

ὑπηγάγετο εὔνοιαν· ἐσήγαγε δὲ ἐς αὐτὰ καὶ φρουρὰς, ὁρμητήρια ἐπὶ τὴν Σπάρτην Ἀχαιοῖς εἶναι. (5) Μεναλκίδας δὲ ᾕρητο μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐναντία Διαίῳ στρατηγεῖν· ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἔς τε τὴν πᾶσαν πολέμου παρασκευὴν καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς χρήμασιν ἀσθενῶς, πρὸς δὲ καὶ τῆς γῆς σφισιν ἀσπόρου μεμενηκυίας, ὅμως τὰς σπονδὰς ὑπερβῆναι πείθει, καὶ πόλισμα Ἴασον ἑλὼν ἐξ ἐπιδρομῆς ἐπόρθησεν, ἐν ὅροις μὲν χώρας τῆς Λακωνικῆς, Ἀχαιῶν δὲ ἐν τῷ τότε ὑπήκοον. ἐξεγείρας δὲ αὖθις Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀχαιοῖς πόλεμον, ἐν ἐγκλήμασί τε ἦν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ (οὐ γάρ τινα ἐκ του προσδοκωμένου κινδύνου Λακεδαιμονίοις σωτηρίαν ηὕρισκεν) ἀφίησιν ἑκουσίως τὴν ψυχὴν πιὼν φάρμακον. καὶ Μεναλκίδᾳ μὲν τέλος τοιοῦτον ἐγένετο, ἄρξαντι ἐν τῷ [ἑαυτοῦ νῷ], τότε μὲν Λακεδαιμονίων, ὡς ἂν ὁ ἀμαθέστατος στρατηγὸς, πρότερον δὲ ἔτι τοῦ Ἀχαιῶν ἔθνους, ὡς ἂν ἀνθρώπων ὁ ἀδικώτατος.

artibus ad Achaeorum amicitiam pellicit, et ea praesidiis firmat, ut unde erumperent, quove se reciperent, contra Spartanos castella haberent Achaei. (5) Decreverant et Lacedaemonii imperium Menalcidae: qui etsi Lacedaemonios ad extremam tum reliquarum copiarum, tum vero pecuniae inopiam redactos intelligebat, praesertim vero quum neque coli neque seri ager potuisset, educto tamen, violata induciarum fide, exercitu, Iasum oppidum, quod intra Laconiae fines erat, sed ad Achaeorum ditionem pertinebat, subito impetu captum diripit. Menalcidas conflato rursum inter Lacedaemonios et Achaeos bello, quum se partim civium criminationibus expositum videret, partim nullam eis a se in praesenti periculo afferri salutem posse animadverteret, epoto pharmaco ipse sibi mortem conscivit. Hunc Menalcidas vitae exitum habuit, vir ut in Lacedaemoniorum imperio minime omnium prudens, sic dum Achaeorum rebus praefuit, singulari perfidia.

CAPUT XIV.

Ex legatis Romanis Orestes Achaeis senatus mandata denuntiat — Achaei his permoti Spartanos Corinthi degentes hostiliter comprehendunt — Critolaus, Achaeorum dux, Romanis bellum inferre cupiens eorum legatos eludit — Critolaus et Pytheas sollicitant Achaeos ad bellum contra Spartam et Romanos suscipiendum — Romani Mummium consulem contra Achaeos mittunt.

556 Ἀφίκοντο δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα καὶ οἱ ἀποσταλέντες ἐκ Ῥώμης Λακεδαιμονίοις δικασταὶ καὶ Ἀχαιοῖς γενέσθαι, ἄλλοι τε καὶ Ὀρέστης· τούς τε ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἀχαιῶν ἔχοντας τὰς ἀρχὰς καὶ Δίαιον ἐκάλει παρ' αὐτόν. ἀφικομένοις δὲ, ἔνθα ἔτυχεν αὐτὸς ἐσῳκισμένος, ἀπεγύμνου τὸν πάντα σφίσιν ἤδη λόγον, ὡς δίκαια ἡγοῖτο ἡ Ῥωμαίων βουλὴ, μήτε Λακεδαιμονίους τελεῖν ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν, μήτε αὐτὴν Κόρινθον, ἀφεῖσθαι δὲ καὶ Ἄργος καὶ Ἡράκλειαν τὴν πρὸς Οἴτῃ καὶ Ὀρχομενίους Ἀρκάδας συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν· γένους τε γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν τοῦ Ἀχαιῶν μετεῖναι, καὶ ὕστερον τὰς πόλεις προσχωρῆσαι ταύτας πρὸς τὸ Ἀχαϊκόν. (2) Ταῦτα Ὀρέστου λέγοντος, οἱ ἄρχοντες τῶν Ἀχαιῶν, οὐδὲ τὸν πάντα ὑπομείναντες ἀκοῦσαι λόγον, ἔθεον ἐς τὸ ἐκτὸς τῆς οἰκίας, καὶ ἐκά-

Cap. XIV. In Graeciam tandem pervenere ex Urbe disceptatores; quorum princeps Orestes fuit. Ad eos *Corinthum* quum magistratus Achaiae civitatum singularum venissent, et in primis Diaeus, Orestes renunciavit Senatum censere, neque Lacedaemonios, neque Corinthum ipsam Achaeis contribuere se debere: Argos praeterea, Heraclean, quae ad Oetam est, Orchomenios Arcadici nominis, ab Achaeorum concilio seiungendos. Neque enim his esse populis ullam cum Achaeis cognationem; et eas civitates coepisse cum illis serius facere. (2) Haec dum Orestes exponeret, Achaici magistratus prius etiam quam ille peroraret, e diversorio Orestis exiluerunt, convocarunt mox ad con-

λουν Ἀχαιοὺς ἐς ἐκκλησίαν. οἱ δὲ ὡς τὰ ἐγνωσμένα ἐπύθοντο ὑπὸ Ῥωμαίων, αὐτίκα ἐτρέποντο ἐπὶ τοὺς Σπαρτιάτας, οἳ Κορίνθῳ ἔτυχον τότε ἐπιδημοῦντες· συνήρπαζον δὲ πάντα τινὰ, καὶ ὃν Λακεδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίσταντο, καὶ ὅτῳ κουρᾶς ἢ ὑποδημάτων εἵνεκα, ἢ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, ἢ κατ' ὄνομα προσγένοιτο ὑπόνοια· τοὺς δὲ αὐτῶν καὶ καταφυγεῖν, ἔνθα Ὀρέστης ᾤκει, φθάνοντας, ὅμως καὶ ἐντεῦθεν ἐβιάζοντο ἕλκειν. Ὀρέστης δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τῆς τε τόλμης ἐπέχειν τοὺς Ἀχαιοὺς ἐπειρῶντο, καὶ ἐκέλευον μεμνῆσθαι σφᾶς, ὡς ἀδικημάτων καὶ ὕβρεως ἄρχουσιν ἐς Ῥωμαίους. ἡμέραις δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς οἱ Ἀχαιοὶ Λακεδαιμονίων μὲν αὐτῶν, ὅσους εἶχον συνειληφότες, κατατίθενται σφᾶς ἐς δεσμωτήριον, τοὺς ξένους δὲ ἀπ' αὐτῶν διακρίνοντες ἠφίεσαν. ἀποστέλλουσι δὲ καὶ ἐς Ῥώμην ἄλλους τε Ἀχαιῶν τῶν ἐν τέλει καὶ Θερίδαν· ὡς δὲ ἀπέλθοιεν, ἐντυχόντες κατὰ τὴν ἄνοδον Ῥωμαίων πρέσβεσιν ἐπὶ τὰ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀχαιῶν ὕστερον ἢ Ὀρέστης ἀπεσταλμένοις, ὀπίσω καὶ αὐτοὶ τρέπονται. Διαίῳ δὲ ἐξήκοντος τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς, στρατηγεῖν ὑπὸ

cionem multitudinem. Ea, cognita Romani Senatus sententia, repente in Spartanos eos, qui forte Corinthi erant, impetum fecit; ac corripuit quemcunque vel certo nosset, vel ex tonsura, calceatura, veste aut nomine Lacedaemonium esse suspicaretur, quosdam etiam qui se in Orestis diversorium fuga iam proripuerant, etiam inde summa vi extrahere nitebantur. Legati furorem illum compescere conati, monere identidem et queri, ab ipsis prioribus iniuria se et contumelia lacessitos. Paucis post diebus Lacedaemonii omnes, qui deprehensi captique fuerant, in carcerem ab Achaeis coniecti, dimissis iis, quos non esse Laconici nominis constitisset. Missi deinde Romam et alii primores, et Theridas legationis princeps. Ii quum in via aliis legatis a Romanis eadem de causa post illam Orestis legationem missis obvii facti essent, pedem retulerunt. Iam Diaeus imperii sui tempus expleverat; in eius locum successerat Cri-

Ἀχαιῶν ᾑρέθη Κριτόλαος. (3) Τοῦτον δριμὺς καὶ σὺν
557 οὐδενὶ λογισμῷ τὸν Κριτόλαον πολεμεῖν πρὸς Ῥωμαίους
ἔρως ἔσχε· καὶ (ἔτυχον γὰρ τότε ἤδη οἱ παρὰ Ῥωμαίων
ἥκοντες τὰ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀχαιῶν δικάσαι) ἀφίκετο
μὲν ἐν Τεγέᾳ τῇ Ἀρκάδων τοῖς ἀνδράσιν ἐς λόγους ὁ
Κριτόλαος, ἀθροῖσαι δὲ Ἀχαιούς σφισιν ἐς κοινὸν σύλ-
λογον οὐδαμῶς ἤθελεν· ἀλλὰ ἐς μὲν ἐπήκουν τῶν Ῥω-
μαίων ἔπεμπεν ἀγγέλους κελεύων, τοὺς συνέδρους καλεῖν
ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν, ἰδίᾳ δὲ τοῖς συνέδροις ἐπέστελλεν ἐς τὰς
πόλεις, ἀπολείπεσθαι σφᾶς τοῦ συλλόγου. ὡς δὲ οὐκ ἀφί-
κοντο οἱ συνεδρεύσοντες, ἐνταῦθα ὁ Κριτόλαος μάλιστα
ἐπεδείκνυτο ἀπάτῃ πρὸς Ῥωμαίους χρώμενος, ὃς ἄλλην
ἐκέλευεν ἀναμένειν αὐτοὺς Ἀχαιῶν σύνοδον, ἐς μῆνα ἐσο-
μένην ἕκτον. αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἰδίᾳ διαλέξεσθαί σφισιν ἄνευ
τοῦ κοινοῦ τοῦ Ἀχαιῶν ἔφασκε. καὶ οἱ μὲν ἐπεὶ ἀπατώ-
μενοι συνῆκαν, ἀπηλλάσσοντο ἐς Ῥώμην. (4) Κριτόλαος
δὲ ἐς Κόρινθον Ἀχαιοὺς ἀθροίσας, ἀνέπεισε μὲν ἐπιφέ-
ρειν ὅπλα ἐπὶ τὴν Σπάρτην, ἀνέπεισε δὲ καὶ Ῥωμαίοις
ἐκ τοῦ εὐθέος πόλεμον ἄρασθαι. τὸ μὲν δὴ ἄνδρα βα-

tolaus. (3) Huic acris et inconsiderata incesserat cupiditas cum Romanis bellandi. Quocirca quum novi iam adessent a Romanis missi arbitri, occurrit illis quidem ad Tegean Arcadiae urbem. Ne vero in publico Achaeorum concilio mandata exponerent, arte cavit. Nam legatis quidem audientibus edici concilium iussit: clam vero per literas consiliariis denunciavit, concilii diem ne obirent. Conventu in diem dictam frustra expectato, se plane elusos Romani intellexerunt, praesertim vero quum aliud Critolaus iuberet legatos certum et statum concilium in mensem sextum expectare. Ad se quod attinet, se de rebus Achaeorum publicis privata cum illis colloquia habiturum esse negavit. Legati igitur quum elusos se cognovissent, domum redierunt. (4) Critolaus, edicto Corinthum concilio, Achaeis pro concione persuadet, Spartanis bellum inferant, atque ut aperte contra Romanos arma capiant. Regem quidem,

σιλέα καὶ πόλιν ἀνελέσθαι πόλεμον καὶ μὴ εὐτυχῆσαι, συνέβη φθόνῳ μᾶλλον ἔκ του δαιμόνων, ἢ τοῖς πολεμήσασι ποιεῖται ἔγκλημα· θρασύτης δὲ ἡ μετὰ ἀσθενείας μανία μᾶλλον ἢ ἀτυχία καλοῖτο. ὃ δὴ καὶ Κριτόλαον καὶ Ἀχαιοὺς ἔβλαψε. παρώξυνε δὲ καὶ Ἀχαιοὺς Πυθέας βοιωταρχῶν τηνικαῦτα ἐν Θήβαις, καὶ οἱ Θηβαῖοι συνεπιλήψεσθαι προθύμως εἰσηγγέλλοντο τοῦ πολέμου. ἑαλώκεσαν δὲ οἱ Θηβαῖοι δίκην Μετέλλου δικάζοντος, Φωκεῦσιν ἐκτῖσαι ζημίαν πρώτην, ὅτι ἐσέβαλον σὺν ὅπλοις ἐς γῆν τὴν Φωκίδα· δευτέραν δὲ Εὐβοεῦσιν· ἐδῄωσαν γὰρ καὶ Εὐβοέων τὴν χώραν· τρίτην δὲ Ἀμφισσεῦσι, τεμόντες καὶ τὴν Ἀμφισσέων περὶ ἀκμὴν σίτου.

(5) Ῥωμαῖοι δὲ παρά τε τῶν ἀνδρῶν διδαχθέντες, οὓς ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέστειλαν, καὶ ἐκ τῶν γραμμάτων, ἃ Μέτελλος ἐπέστελλεν, ἀδικεῖν Ἀχαιῶν κατέγνωσαν· καὶ (ἦν γὰρ Μόμμιός σφισιν ὕπατος τότε ᾑρημένος) τοῦτον ναῦς τε καὶ στρατιὰν πεζὴν ἐκέλευον ἐπ' Ἀχαιοὺς ἄγειν.

vel civitatem quampiam suscepto bello male rem gerere, genii cuiuspiam invidia magis quam belligerantium culpa contigit. audacia vero cum imbecillitate coniuncta, est furor potius quam infortunium nominanda: id quod Critolao etiam atque Achaeis obfuit. Incitavit vehementer Achaeos Pytheas Boeotorum magistratus, Thebanis ultro profitentibus belli se contra Romanos gerendi socios fore. Pecuniam ut Phocensibus penderent, Metellus Thebanis imperarat, quod in eorum fines armati excurrerant: alteram item multam Euboensibus, quod agrum eorundem Euboensium populationibus evastassent: tertiam Amphissensibus debere Thebanos pronunciarat, quod eorum sub messis tempus frumenta desecuissent. (5) Romani ex legatorum oratione et Metelli literis edocti quae egissent Achaei, bello eorum iniurias persequendas censuerant. Creatus iam Cos. fuerat Mummius; et ei ad bellum Achaicum classis, pedestres *et equestres* copiae decretae.

CAPUT XV.

Metellus Achaeis veniae et pacis conditiones fert — Critolaus et Achaei, illis repudiatis, bellum capessunt — Achaei praelio superantur et Critolaus perit — Diaeus, Achaeorum dux, bellum continuat — Metellus Thebas et Megaram capit.

558 Μέτελλος δὲ παραυτίκα ἐπέπυστο, ὡς Μόμμιος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἐπὶ Ἀχαιοὺς ἀφίκοιτο, καὶ ἐποιεῖτο σπουδὴν ἐπιθεὶς αὐτὸς πέρας τῷ πολέμῳ φανῆναι, πρὶν ἢ Μόμμιον ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφῖχθαι. ἀγγέλους οὖν παρὰ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπέστελλεν, ἀφιέναι κελεύων τῆς πρὸς σφᾶς συντελείας Λακεδαιμονίους, καὶ πόλεις ἄλλας, ὁπόσαι ᾕρηντο τὰ Ῥωμαίων, τῆς τε ἐκ τοῦ χρόνου τοῦ προτέρου σφίσιν ἀπειθίας οὐδεμίαν παρὰ Ῥωμαίων ὑπισχνεῖτο γενήσεσθαι ὀργήν. ἅμα τε δὴ ταῦτα ἐπεκηρυκεύετο, καὶ ἤλαυνεν ἐκ Μακεδονίας τὸν στρατὸν, διὰ Θεσσαλίας τὴν πορείαν καὶ παρὰ τὸν Λαμιακὸν ποιούμενος κόλπον. (2) Κριτόλαος δὲ καὶ Ἀχαιοὶ λόγον μὲν φέροντα ἐς σύμβασιν προσίεντο οὐδένα, Ἡράκλειαν δὲ προσεκάθηντο πολιορκοῦντες οὐ βουλομένους ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συντελεῖν. τότε δὲ ὡς παρὰ τῶν κατασκόπων ἐπυνθάνετο ὁ Κριτόλαος, Μέτελλον καὶ Ῥωμαίους διαβεβηκέναι τὸν Σπερ-

Cap. XV. Metellus accepto de successore nuncio, omni studio contendebat bello finem imponere, ne Mummius eius ipse gloriae compos fieret. Per nuncios itaque Achaeis edicit, ut Lacedaemonios, et alias omnes civitates, quae se in populi Romani clientelam tradidissent, ab Achaici consessus officio discedere aequo animo ferrent: id si facere non recusassent, pristinae in Romanos contumaciae veniam pollicebatur. Eodem tempore in Macedoniam per Thessaliam praeter Lamiacum sinum ducit. (2) Critolaus tantum abfuit ut ullam orationem, quae ad concordiam spectaret, admitteret, ut Heraclean recusantem Achaeis parere, circumsessam magnis Achaeorum copiis tenere ausus fuerit. Quum audissent tamen de speculatoribus Metellum exercitu Sper-

χειὸν, ἀπέφευγεν ἐς Σκάρφειαν τὴν Λοκρῶν, οὐδὲ κατὰ
τὸ στενὸν τὸ Ἡρακλείας τε μεταξὺ καὶ Θερμοπυλῶν τοὺς
Ἀχαιοὺς τάξας ἐτόλμησεν ὑπομεῖναι Μέτελλον· ἀλλὰ ἐς
τοῦτο ἀφίκετο δείματος, ὡς μηδὲ αὐτὸ ποιήσασθαι τὸ
χωρίον πρὸς ἀμείνονος ἐλπίδος, ἔνθα ἦν μὲν Λακεδαι-
μονίοις ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων τὰ ἐς Μήδους, ἦν δὲ καὶ
Ἀθηναίοις τὰ ἐς Γαλάτας, οὐδὲν ἀφανέστερα ἐκείνων,
τολμήματα. (3) Ὑποφεύγοντας δὲ Κριτόλαον καὶ Ἀχαιοὺς
αἱροῦσιν ὀλίγον πρὸ τῆς Σκαρφείας οἱ ὁμοῦ τῷ Μετέλλῳ,
καὶ ἀποκτείναντες πλήθει πολλοὺς, ἔλαβον καὶ ζῶντας
ὅσον χιλίους, Κριτόλαος δὲ οὔτε ὤφθη ζῶν μετὰ τὴν μά-
χην, οὔτε ἐν τοῖς νεκροῖς εὑρέθη· εἰ δὲ ἐτόλμησε τῆς
πρὸς τῇ Οἴτῃ θαλάσσης ἐς ταύτης καταδῦναι τὸ τέλμα,
παντάπασιν ἔμελλεν ἄγνωστός τε καὶ ἄπυστος οἰχήσεσθαι
κατὰ τοῦ βυθοῦ. ἐς μὲν οὖν τὴν Κριτολάου τελευτὴν καὶ
ἄλλα πάρεστιν εἰκάζειν. Ἀρκάδων δὲ ἐξεστρατευμένοι λο- 559
γάδες χίλιοι, οἳ Κριτολάῳ τοῦ ἔργου μετέσχον, προῆλθον
μὲν ἄχρις Ἐλατείας τῆς Φωκέων, καὶ ἐς τὴν πόλιν ὑπ'

chion transisse, Scarphean (Locrorum ea urbs est) confugit: neque, quum posset in iis, quae sunt inter Heraclean et Thermopylas angustiis consistere, Metellum ausus est expectare: sed tanto pavore consternatus est, ut ne ex ipsa quidem loci commoditate in meliorem se spem erigere potuerit: quum ex eo tamen loco Lacedaemonii contra Persas, et contra Gallos Athenienses praeclara dedissent virtutis documenta. Fugientes priusquam Scarphean se reciperent, Metellus assecutus, maximum eorum numerum cecidit; vivi haud minus mille capti. Critolaus neque vivus uspiam post pugnam, neque inter cadavera repertus. Quod si forte in coenosam maris sub Oeta monte paludem se demisit, mirum nihil fuit caeca et profunda voragine absorptum evanuisse. Sed alia etiam de eius morte coniici possunt. Arcadum cohors lectissimorum hominum circiter mille, qui cum Critolao ad bellum exierant, Elateam in Phocidem contenderunt. In eam urbem quum propter veterem nescio quam cogna-

αὐτῶν κατὰ συγγένειαν δή τινα παλαιὰν ἐδέχθησαν. ὡς δὲ τοῖς Φωκεῦσιν ἡ Κριτολάου συμφορὰ καὶ Ἀχαιῶν ἀπηγγέλλετο, ἀπελθεῖν ἐκ τῆς Ἐλατείας κελεύουσι τοὺς Ἀρκάδας. ἀπιοῦσι δὲ ὀπίσω σφίσιν ἐς τὴν Πελοπόννησον Μέτελλος καὶ Ῥωμαῖοι ἐπὶ Χαιρώνειαν ἐπιφαίνονται. ἔνθα δὴ ἐπελάμβανε τοὺς Ἀρκάδας ἐκ θεῶν δίκη τῶν Ἑλληνικῶν, οἳ ἐν Χαιρωνείᾳ Φιλίππου καὶ Μακεδόνων ἐναντία ἀγωνιζομένους ἐγκαταλιπόντες Ἕλληνας, τότε ἐν χωρίῳ τῷ αὐτῷ ἐκτείνοντο ὑπὸ Ῥωμαίων. (4) Ἀχαιοῖς δὲ αὖθις ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ στρατεύματος παρῄει Δίαιος· καὶ δούλους τε ἐς ἐλευθερίαν ἤφιει, τὸ Μιλτιάδου καὶ Ἀθηναίων βούλευμα πρὸ τοῦ ἔργου τοῦ ἐν Μαραθῶνι μιμούμενος, καὶ Ἀχαιῶν συνέλεγε καὶ Ἀρκάδων ἀπὸ τῶν πόλεων τοὺς ἐν ἡλικίᾳ. ἐγένετο δὲ, ἀναμεμιγμένων ὁμοῦ καὶ οἰκετῶν, τὸ ἀθροισθὲν ἐς ἑξακοσίους μὲν μάλιστα ἀριθμὸν ἱππεῖς, τὸ δὲ ὁπλιτεῦον τετρακισχίλιοί τε καὶ μύριοι. ἐνταῦθα ὁ Δίαιος ἐς ἅπαν ἀφίκετο ἀνοίας, ὃς Κριτόλαον καὶ πᾶσαν τὴν Ἀχαιῶν ἐπιστάμενος παρασκευὴν κακῶς οὕτως ἀγωνισαμένην πρὸς Μέτελλον, ἀπέ-

tionem recepti fuissent, paulo post Critolai et Achaeorum clade cognita, eos inde Phocenses excedere iusserunt. In Peloponnesum retrocedentes, in Metelli exercitum ad Chaeroneam inciderunt. Ibi ad internecionem caesi, divinitus scelere suo dignas dedisse poenas videri possunt, eo potissimum loco a Romanis oppressi, quo Graecos cum Philippo Macedonum rege acie dimicantes deseruerant. (4) Achaeorum imperium ad Diaeum rediit: qui quod Miltiades ante pugnam Marathoniam fecerat, imitatus, vocatis ad pileum servis, et ad arma omni militari aetate Achaeorum et Arcadum conscripta, exercitum contraxit, ex collectitia ingenuorum pariter et servitiorum turba, equitum sexcentorum; gravis armaturae peditum quatuordecim millium. Ad imperatoris Achaici vecordiam nihil omnino addi potuit: qui quum ante oculos prope haberet omnem Achaeorum superiorem apparatum, et infelicem Critolai pugnam, ex illo ta-

λεξεν αὐτὸς ὅσον τετρακισχιλίους, καὶ ἄρχοντα ἐπ' αὐ-
τοῖς ἔταξεν ’Αλκαμένην. ἀπεστέλλοντο δὲ ἐς Μέγαρα,
φρουρά τε εἶναι Μεγαρεῦσι τοῦ ἄστεως, καὶ ἢν Μέτελ-
λος ἐπίῃ καὶ οἱ 'Ρωμαῖοι, τοῦ πρόσω σφᾶς κωλύειν.
(5) Μέτελλος δὲ, ὡς οἱ περὶ Χαιρώνειαν λογάδες κατέ-
στρωντο οἱ ’Αρκάδων, ἀναστήσας τὸ στράτευμα ἤλαυνεν
ἐπὶ τὰς Θήβας· Ἡράκλειάν τε γὰρ ἐπολιόρκησαν οἱ Θη-
βαῖοι μετὰ ’Αχαιῶν, καὶ ἀγῶνος τοῦ πρὸς Σκάρφειαν με-
τεσχήκεσαν. τότε δὲ αὐτοί τε καὶ γυναῖκες ἐκλελοιπότες,
πᾶσα ἡλικία, τὴν πόλιν, ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν Βοιωτίαν,
καὶ ἐς τῶν ὀρῶν τὰ ἄκρα ἀνέφευγον. Μέτελλος δὲ οὔτε
ἱερὰ ἐμπιπράναι θεῶν, οὔτε οἰκοδομήματα καθαιρεῖν εἴα,
Θηβαίων τε τῶν ἄλλων μήτε ἀποκτεῖναι μηδένα, μήτε
αἱρεῖν φεύγοντα ἀπηγόρευε· Πυθέαν δὲ ἢν ἕλωσιν, ἀνά- 560
γειν ἐκέλευσεν ὡς αὐτόν. ἐξεύρητό τε δὴ αὐτίκα ὁ Πυ-
θέας, καὶ ἀναχθεὶς δίκην εἶχεν. ὡς δὲ πλησίον Μεγάρων
ἐγίνετο ὁ στρατὸς, οὔτε ὑπέμειναν οἱ περὶ τὸν ’Αλκαμέ-
νην, καὶ αὐτίκα ἐς Κόρινθον παρὰ τὸ στρατόπεδον τὸ

men delectu ad quatuor millia hominum selegit, eosque duce Alcamene Megaram misit, quo et urbi praesidio essent, et Metello in Peloponnesum iam invadenti obsisterent. (5) Metellus vero, quum lectissimam Arcadum cohortem ad Chaeroneam stravisset, motis castris Thebas contendit. Thebani enim cum Achaeis Heracleam consederant, eorumque in proelio ad Scarphiam fuerant socii. Metello iam appropinquante, Thebanae mulieres, et cuiusvis aetatis viri urbe relicta, partim per Boeotiae agros et oppida palantes sunt dilapsi, partim in montium iuga confugere. *Vacuam urbem ingressus* Imperator Romanus neque Deum templa exuri, neque domos everti passus est: edicto etiam cavit, ne quis e ceteris Thebanis vel occideretur, vel fugiens caperetur: Pytheam (si captus fuisset) ad se duci iussit: et is quidem ubi in hostium potestatem venit, ad Metellum perductus, merito affectus est supplicio. Quum iam prope ad Megarae moenia Romanus accederet, statim Alcamenes cum praesi-

Ἀχαιῶν ᾤχοντο φεύγοντες· καὶ Μεγαρεῖς μὲν παραδιδόασιν ἀμαχεὶ Ῥωμαίοις τὴν πόλιν. Μέτελλος δὲ ὡς ἀφίκετο παρὰ τὸν Ἰσθμὸν, ἐπεκηρυκεύετο καὶ τότε Ἀχαιοῖς, ἐς εἰρήνην καὶ ὁμολογίαν προκαλούμενος. ἰσχυρὸς γάρ τις ἐνέκειτο αὐτῷ πόθος τὰ ἐν Μακεδονίᾳ τε ὁμοῦ καὶ τὰ Ἀχαιῶν κατεργασθῆναι. καὶ τούτῳ μὲν ταῦτα ἐσπευκότι Δίαιος ἠναντιοῦτο ὑπὸ ἀγνωμοσύνης.

CAPUT XVI.

Mummii cum Oreste adventus ad Isthmum — Achaei Romanos aggressi fugantur — Diaei factum dissimile facto Callistrati — Diaeus se veneno conficit — Mummius Corinthum capit et evertit — civitatum graecarum magistratus constituit — illis Romani postea pristinum statum reddunt et Achaïae praesidem mittunt.

Μόμμιος δὲ Ὀρέστην ἅμα ἀγόμενος, τὸν πρότερον ἐπὶ τῇ Λακεδαιμονίων διαφορᾷ καὶ Ἀχαιῶν ἐλθόντα, ἀφίκετο μὲν περὶ ὄρθρον ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων στράτευμα, ἀποπέμψας δὲ ἐς Μακεδονίαν Μέτελλον καὶ ὅσον εἵπετο ἐκείνῳ, ἀνέμενεν αὐτὸς ἐν τῷ Ἰσθμῷ τὴν πᾶσαν ἀθροισθῆναι παρασκευήν. ἀφίκετο δὲ ἱππικὸν μὲν, πεντακό-

diariorum manu Corinthum in Achaeorum castra confugit. Megarenses urbem sine certamine Romanis dediderunt. Metellus ubi primum Isthmum attigit, *etsi prospere ei omnia evenerant*, ad pacis tamen conditiones ultro Achaeos invitabat. Vehementius enim sollicitabat hominem utriusque belli, Macedonici scilicet et Achaici, conficiendi spes. Huius quo minus fieret voti compos, Diaei stultitiae plenum consilium obstitit.

Cap. XVI. Dum haec aguntur, Mummius Orestem, qui ante inter Achaeos et Lacedaemonios arbiter fuerat, secum habens, mane ad exercitum pervenit. Et Metello quidem cum suis copiis in Macedoniam amandato, ad Isthmum ipse substitit, donec universum agmen coegisset. Fuit militum

σιοί τε καὶ τρισχίλιοι· τοῦ πεζοῦ δὲ ἀριθμὸς ἐγένετο ἐς μυριάδας δύο. προσόντων καὶ τούτοις τρισχιλίων· ἐπῆλθον δὲ καὶ τοξόται Κρῆτες, καὶ ἐκ Περγάμου τῆς ὑπὲρ Καΐκου Φιλοποίμην στρατιώτας ἄγων παρὰ Ἀττάλου. Μόμμιος μὲν δὴ τότε τῶν ἐξ Ἰταλίας τινὰς καὶ τὰ ἐπικουρικὰ ἀπωτέρω δύο τε καὶ δέκα ἔταξε σταδίοις, πρὸ τοῦ παντὸς εἶναι στρατεύματος φυλακήν. (2) Ἀχαιοὶ δὲ, ἐχόντων ἀφυλακτότερον ὑπὸ φρονήματος τῶν Ῥωμαίων, ἐπιτίθενται τοῖς ἐπὶ φυλακῆς αὐτοῖς τῆς πρώτης, καὶ τοὺς μὲν φονεύουσι, πλείονας δὲ ἔτι ἐς τὸ στρατόπεδον κατεῖρξαν, καὶ ἀσπίδας ὅσον τε πεντακοσίας εἷλον. ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ἔργου καὶ ἐπήρθησαν οἱ Ἀχαιοὶ ποιήσασθαι τὴν ἔξοδον πρότερον, πρὶν ἢ Ῥωμαίους ἄρχειν μάχης. ὡς δὲ ἀντεπῆγε καὶ ὁ Μόμμιος, οἱ μὲν ἐς τὸ ἱππικὸν τῶν Ἀχαιῶν ταχθέντες αὐτίκα ᾤχοντο φεύγοντες, τῆς Ῥωμαίων ἵππου μηδὲ τὴν πρώτην ἔφοδον ὑπομείναντες· ὁ δὲ πεζὸς στρατὸς ἀθύμως μὲν εἶχεν ἐπὶ τῶν ἱππέων τῇ τροπῇ, δεξάμενοι δὲ τὴν ἐμβολὴν τοῦ ὁπλιτικοῦ

numerus, equites ter mille et quingenti, peditum viginti tria millia. Praesto fuerunt Cretenses sagittarii: et e Pergamo, quae supra Caicum est, ab Attalo missam manum adduxit Philopoemen. Secuta etiam auxilia Mummium fuerant ex Italia. Ea Mummius duodecim ante castra stadiis collocavit, ad excubias ibi agendas. (2) Achaei, quum Romani prae nimia fiducia custodias minus diligenter agerent, adoriuntur eos qui in prima custodia erant collocati: eorumque multos occidunt, plures loco pulsos usque in castra persequuntur: scuta fere quingenta capta. Hoc elati successu Achaei, priores pugnam poscere sunt ausi: verum ubi Mummius in hostem aciem direxit, Achaeorum equitatus ad primam Romanorum equitum, contra quos steterat, impressionem, in fugam se dedit. Sustinuit gravis hostium armatura primum Romani peditatus congressum, etsi animos non mediocriter fregerat subita illa equitum fuga; et sola quidem audacia, longe impares numero, et iam dimicando fa-

τοῦ Ῥωμαίων, βιαζόμενοί τε τῷ πλήθει καὶ ἀπαγορεύον-
561 τες τοῖς τραύμασιν ὅμως ἀντεῖχον ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, πρίν γε δὴ Ῥωμαίων λογάδες χίλιοι προσπεσόντες κατὰ τὰ πλάγια ἐς τελέαν τοὺς Ἀχαιοὺς φυγὴν κατέστησαν. εἰ δὲ ἐτόλμησεν ἐσδραμεῖν μετὰ τὴν μάχην Δίαιος ἐς Κόρινθον, καὶ ὑποδέξασθαι τῷ τείχει τοὺς διαπίπτοντας ἐκ τῆς φυγῆς, κἂν εὕρασθαί τι παρὰ Μομμίου οἱ Ἀχαιοὶ φιλάνθρωπον ἠδυνήθησαν, ἐς πολιορκίαν καὶ τριβὴν πολέμου καταστάντες. (3) Νῦν δὲ ἀρχομένων ἔτι ἐνδιδόναι τῶν Ἀχαιῶν, εὐθὺ Μεγάλης πόλεως ἔφευγεν ὁ Δίαιος, οὐδέν τι γενόμενος ἐς Ἀχαιοὺς ὅμοιος [ἢ] καὶ Καλλίστρατος ὁ Ἐμπέδου πρὸς Ἀθηναίους. τούτῳ γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἱππαρχήσαντι ἐν Σικελίᾳ, ὅτε οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ στόλου μετεσχήκεσαν, ἀπώλλυντο πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Ἀσινάρῳ, τούτῳ τῷ Καλλιστράτῳ παρέσχε τόλμα διεκπέσαι διὰ τῶν πολεμίων, ἄγοντι τοὺς ἱππέας. ὡς δὲ τὸ πολὺ ἀπέσωσεν αὐτῶν ἐς Κατάνην, ἀνέστρεφεν ὀπίσω τὴν αὐτὴν αὖθις ὁδὸν ἐς Συρακούσας. διαρπάζοντες δὲ

tigati, restiterunt tamen, quousque mille hominum lectissimorum globus e transverso in latera invaserunt: tunc enim ex omni parte effusissimam fugam fecere. Quod si Diaeus ab adverso praelio Corinthum se recepisset, eodemque dispersas suorum reliquias coegisset, potuissent fortasse Achaei a Mummio, praesertim si ad obsidionem res devenisset, belloque mora fuisset iniecta, mitius aliquid impetrare. (3) At ille, ut primum sui terga hosti vertere coeperunt, recta Megalopolin evasit: in Achaeis servandis haudquaquam ea usus animi magnitudine, qua Callistratus Empedi filius olim suorum saluti consuluerat. Is enim in Sicilia ad Asinarum amnem, Atheniensium, et eorum, qui eius expeditionis socii fuerant, copiis prope ad internecionem deletis, per medios hostes equitibus, quorum ipse dux erat, viam fecit; ac deinde Catanam cum magna suorum parte incolumis elapsus, mox eadem via Syracusas pergens, eos opprimere

ἐπειρῶντο τὸ Ἀθηναίων στρατόπεδον· καταβάλλει τε ὅσον πέντε ἐξ αὐτῶν, καὶ τραύματα ἐπίκαιρα αὐτὸς καὶ ὁ ἵππος λαβόντες ἀφιᾶσι τὴν ψυχήν. οὗτος μὲν δὴ ἀγαθὴν δόξαν Ἀθηναίοις καὶ αὐτῷ κτώμενος, περιεποίησέ τε, ὧν ἦρχε, καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς ἑκουσίως. (4) Δίαιος δὲ Ἀχαιοὺς ἀπολωλεκὼς, Μεγαλοπολίταις κακῶν τῶν ἐφεστηκότων ἧκεν ἄγγελος· ἀποκτείνας δὲ αὐτοχειρὶ τὴν γυναῖκα, ἵνα μὴ γένοιτο αἰχμάλωτος, τελευτᾷ πιὼν φάρμακον, ἐοικυῖαν μὲν παρασχόμενος Μεναλκίδᾳ τὴν ἐς χρήματα πλεονεξίαν, ἐοικυῖαν δὲ καὶ τὴν ἐς τὸν θάνατον δειλίαν. Ἀχαιῶν δὲ οἱ ἐς Κόρινθον ἀποσωθέντες μετὰ 562
τὴν μάχην ἀπεδίδρασκον ὑπὸ νύκτα εὐθύς· ἀπεδίδρασκον δὲ καὶ αὐτῶν Κορινθίων οἱ πολλοί. (5) Μόμμιος δὲ τὸ μὲν παραυτίκα, ἀναπεπταμένων ὅμως τῶν πυλῶν, ἐπεῖχεν ἐς τὴν Κόρινθον παρελθεῖν, ὑποκαθῆσθαί τινα ἐντὸς τοῦ τείχους ὑποπτεύων ἐνέδραν· τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ᾕρει τε κατὰ κράτος, καὶ ἔκαιε Κόρινθον. τῶν δὲ ἐγκαταληφθέντων τὸ μὲν πολὺ οἱ Ῥωμαῖοι φονεύουσι,

est conatus, qui castra Atheniensium diripiebant. Ibi quinque ex hostium numero caesis, ipse equo saucio aliquot lethalibus vulneribus acceptis, parta et Atheniensibus et sibi insigni gloria, servatisque, quibus imperarat equitibus, mortem oppetiit. (4) At Diaeus illius virtutem minime aemulatus, amissis Achaeorum copiis, Megalopolitanis imminentis calamitatis nuncium attulit: ac postremo manu sua uxore, ne captiva in hostium potestatem veniret, occisa, hausto ipse veneno occubuit: et sane uti pecuniae cupiditate Menalcidae par fuit, sic propemodum vitae exitum habuit mortis turpitudine consimillimum. Achaei, qui Corinthum post pugnam confugerant, intendentibus se noctis tenebris, clam abiere, et cum illis Corinthiorum longe maximus numerus. (5) Mummius, etsi apertas videbat portas, suorum tamen celeritatem cohibuit, quod ne intra muros insidiae comparatae fuissent, metuebat. Tertio demum post pugnam die Corinthum vi cepit, cremavitque: viri omnes trucidati, foe-

γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας ἀπέδοτο Μόμμιος· ἀπέδοτο δὲ
καὶ οἰκέτας, ὅσοι τῶν ἐς ἐλευθερίαν ἀφεθέντων καὶ μα-
χεσαμένων μετὰ Ἀχαιῶν μήτε εὐθὺς ὑπὸ τοῦ πολέμου
τὸ ἔργον ἐτεθνήκεσαν. ἀναθημάτων δὲ καὶ τοῦ ἄλλου
κόσμου τὰ μὲν μάλιστα ἀνήκοντα ἐς θαῦμα ἀνήγετο· τὰ
δὲ ἐκείνοις οὐχ ὁμοίου λόγου Φιλοποίμενι ὁ Μόμμιος
τῷ παρ' Ἀττάλου στρατηγῷ δίδωσι· καὶ ἦν Περγαμηνοῖς
καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι λάφυρα Κορίνθια. πόλεμον δὲ ὅσοι Ῥω-
μαίων ἐναντία ἐπολέμησαν, τείχη μὲν ὁ Μόμμιος κατέ-
λυε, καὶ ὅπλα ἀφῃρεῖτο, πρὶν ἢ καὶ συμβούλους ἀπο-
σταλῆναι παρὰ Ῥωμαίων. (6) Ὡς δὲ ἀφίκοντο οἱ σὺν
αὐτῷ βουλευσόμενοι, ἐνταῦθα δημοκρατίας μὲν κατέπαυε,
καθίστατο δὲ ἀπὸ τιμημάτων τὰς ἀρχάς· καὶ φόρος τε
ἐτάχθη τῇ Ἑλλάδι, καὶ οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες ἐκωλύοντο
ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτᾶσθαι· συνέδριά τε κατὰ ἔθνος ἕκα-
στον, τὸ Ἀχαιῶν, καὶ τὸ ἐν Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ
563 ἑτέρωθί που τῆς Ἑλλάδος, κατελέλυτο ὁμοίως πάντα.
(7) Ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον ἐτράποντο ἐς ἔλεον

minae et pueri Mummii iussu sub corona venditi: venditi etiam servi, quicunque manumissi in Achaeorum acie steterant, neque in praelio ceciderant. Ornamenta, et signa admiratione quaeque dignissima, Romam asportata: quae vero minoris erant pretii Attali auxiliorum duci Philopoemeni donata, et hac ipsa etiam aetate apud Pergamenos *inter cetera* Corinthiorum spolia visuntur. *Aliarum* urbium, quae contra Romanos bellum susceperant, muros Mummius deiecit, arma civibus ademit: *atque haec omnia egit*, priusquam ab Urbe mitterentur, quorum consilio *in Graeciae rebus* ordinandis uteretur. (6) Ubi vero adfuerunt illi, *statim* omnem e civitatibus popularem administrationem sustulit: Magistratus ex censu instituti: tributa *universae* Graeciae imposita: locupletibus extra fines suos agri possessione interdictum: concilia singularum nationum, Achaicum, Phocicum, Boeoticum, itidemque in aliis Graeciae partibus, pariter omnia abolita. Non multis post annis Roma-

Ῥωμαῖοι τῆς Ἑλλάδος, καὶ συνέδριά τε κατὰ ἔθνος ἀποδιδόασιν ἑκάστοις τὰ ἀρχαῖα, καὶ γῆν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτᾶσθαι· ἀφῆκαν δὲ καὶ ὅσοις ἐπιβεβλήκει Μόμμιος ζημίαν· Βοιωτούς τε γὰρ Ἡρακλεώταις καὶ Εὐβοεῦσι τάλαντα ἑκατὸν, καὶ Ἀχαιοὺς Λακεδαιμονίοις διακόσια ἐκέλευσεν ἐκτῖσαι. τούτων μὲν δὴ ἄφεσιν παρὰ Ῥωμαίων εὕροντο Ἕλληνες· ἡγεμὼν δὲ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἀπεστέλλετο. καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος, ἀλλ' Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι, διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν, τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. ὁ δὲ πόλεμος ἔσχεν οὗτος τέλος, Ἀντιθέου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι δὲ ἑξηκοστῇ πρὸς ταῖς ἑκατὸν, ἣν ἐνίκα Διόδωρος Σικυώνιος.

nos Graecorum misericordia cepit. Quare et prisca concilia sua cuique genti restituta, et agros extra fines habere permissum: remissae etiam, quas Mummius civitatibus constituerat, multae. Boeotos enim ille, et Euboeenses Heracleotis talenta centum: Achaeos Lacedaemoniis CC pendere iusserat. Haec illis *civitatibus* pecunia omnis a Romanis condonata. Porro *redacta universa Graecia in provinciae formam* mittitur etiamnum *ad eam obtinendam* ex Urbe Praetor; quem, Achaiae non Graeciae appellant, quod scilicet Graeci subacti sunt principatum obtinentibus Achaeis. Confectum est Achaicum bellum, summum magistratum Athenis gerente Antitheo, Olympiade CLX, qua *de stadio* victor est renunciatus Diodorus Sicyonius.

CAPUT XVII.

Graecia tunc temporis ad summam inopiam redacta — Graeciae sors sub Nerone et Vespasiano — Achaïae finium et urbium descriptio, primum Dymes — de memorandis Dymes — Atte daemone — Oebota cursore.

Ἐς ἅπαν δὲ ἀσθενείας τότε μάλιστα κατῆλθεν ἡ Ἑλλὰς, λυμανθεῖσα κατὰ μέρη, καὶ διαπορθηθεῖσα ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ δαίμονος. Ἄργος μὲν, ἐς πλεῖστον ἀφικομένη δυνάμεως πόλις ἐπὶ τῶν καλουμένων ἡρώων, ὁμοῦ τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Δωριέας ἐπέλιπε τὸ ἐκ τῆς τύχης εὐμενές. τὸ δὲ ἔθνος τὸ Ἀττικὸν, ἀπὸ τοῦ Πελοποννησίων πολέμου καὶ νόσου τῆς λοιμώδους ἀνενεγκόν τε καὶ αὖθις ἀνανηξάμενον, ἔτεσιν ἔμελλεν οὐ πολλοῖς ὕστερον ἡ Μακεδόνων ἀκμὴ καθαιρήσειν, (κατέσκηψε δὲ ἐκ Μακεδονίας καὶ ἐς τὰς Βοιωτίας Θήβας τὸ Ἀλεξάνδρου μήνιμα) Λακεδαιμονίους δὲ Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος. καὶ αὖθις ὁ Ἀχαιῶν πόλεμος ἐγένετο, ὅτε δὴ καὶ μόγις, ἅτε ἐκ δένδρου λελωβημένου καὶ εὐθὺς τὰ πλείονα, ἀνεβλάστησεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὸ Ἀχαϊκόν· καὶ αὐτὸ ἡ κακία τῶν

Cap. XVII. Atque his quidem temporibus Graecia iampridem multis lacerata et vexata adversis rerum casibus, serpente a singulis membris fati sui quasi tabe quadam, ad ipsa universa corporis (*ut ita dixerim*) vitalia, quod reliquum fuit opum atque imperii, amisit. Argos, quae heroicis olim temporibus admodum potens et opulenta fuerat civitas, translato ad Dorienses regno, acerbiorem experiri fortunam coepit. Atheniensium rempublicam post Peloponnesiaci belli et pestilentiae cladem respirantem, et quasi emergentem, Macedonum potentia paucis post annis oppressit. Boeotiis Thebis Alexandri iracundia exitio fuit. Lacedaemonios Thebani Epaminondae virtus, ac deinde Achaeorum arma perculere. Postremo Achaeorum imperium, quum quasi ex intermortua materiae redivivum sarmentum surgere conaretur, quo minus invalesceret, imperatorum suorum

στρατηγησάντων ἐκόλουσεν ἔτι αὐξανόμενον. (2) Χρόνῳ 564 δὲ ὕστερον ἐς Νέρωνα ἡ βασιλεία περιῆλθε ἡ Ῥωμαίων· καὶ ἐλεύθερον ὁ Νέρων ἀφίησιν ἁπάντων, ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τὸν Ῥωμαίων· Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντέδωκεν. ἀπιδόντι οὖν ἐς τοῦτό μοι τοῦ Νέρωνος τὸ ἔργον ὀρθότατα εἰρηκέναι Πλάτων ἐφαίνετο ὁ Ἀρίστωνος, ὁπόσ' ἀδικήματα μεγέθει καὶ τολμήματί ἐστιν ὑπερηρκότα, οὐ τῶν ἐπιτυχόντων εἶναι ταῦτα ἀνθρώπων, ψυχῆς δὲ γενναίας ὑπὸ ἀτόπου παιδείας διεφθαρμένης. οὐ μὴν Ἕλλησί γε ἐξεγένετο ὄνασθαι τοῦ δώρου· Οὐεσπασιανοῦ γὰρ μετὰ Νέρωνα ἄρξαντος, ἐς ἐμφύλιον στάσιν προήχθησαν, καὶ σφᾶς ὑποτελεῖς τε αὖθις ὁ Οὐεσπασιανὸς εἶναι φόρων καὶ ἀκούειν ἐκέλευσεν ἡγεμόνος, ἀπομεμαθηκέναι φήσας τὴν ἐλευθερίαν τὸ Ἑλληνικόν. τάδε μὲν οὕτω συμβάντα εὕρισκον.

(3) Ἀχαιοῖς δὲ ὅροι καὶ Ἠλείοις τῆς χώρας ποταμός τε Λάρισος, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῷ ποταμῷ ναός ἐστι Λα-

obstitit improbitas. (2) Multis post aetatibus quum ad Neronem Romanorum imperium pervenisset, is Graeciae sine populi Romani detrimento suam reddidit libertatem. Pro ea enim Sardiniam praedivitem insulam ei attribuit. In hoc Neronis factum quum intueor, rectissime mihi videtur Plato Aristonis filius dixisse, gravissima quaeque, et maxime insignia peccata non esse leviorum aut mediocrium ingeniorum offensiones; sed ab animi praeclara quadam indole, vitiosa educatione depravata, proficisci consuevisse. Sed enim non fuit hoc beneficium Graecis ad diuturnitatem stabile. Nam quum imperii gubernacula post Neronem Vespasianus teneret, is Graecos, quasi patrio morbo seditione laborantes, coercuit; et *annuo* vectigali imposito, Romanis magistratibus parere iussit, quod diceret, libertate uti Graecos iam dedidicisse. Et haec quidem de Achaeorum rebus gestis quae commemorarem, habui. (3) Agri fines inter Achaeos et Eleos Larissus amnis est; et in ipsa fere flumi-

ρισσαίας. καὶ Ἀχαιῶν πόλις Δύμη σταδίους ὅσον τετρακοσίους ἀπέχει τοῦ Λαρίσου. ταύτην Φίλιππος ὁ Δημητρίου πολεμῶν, μόνην τῶν Ἀχαϊκῶν ἔσχεν ὑπήκοον· καὶ
565 ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ Ὀλυμπικὸς, ἡγεμὼν καὶ οὗτος Ῥωμαίων, ἐπέτρεψε τῇ στρατιᾷ διαρπάσαι τὴν Δύμην· Αὔγουστος δὲ ὕστερον καὶ προσένειμεν αὐτὴν Πατρεῦσιν. ἐκαλεῖτο δὲ τὰ μὲν ἀρχαιότερα Πάλεια· ἐχόντων δ' ἔτι Ἰώνων, ὄνομά οἱ μετέθεντο τὸ ἐς ἡμᾶς, σαφῶς δ' οὐκ οἶδα, εἴτε ἀπὸ γυναικὸς ἐπιχωρίας Δύμης, εἴτε ἀπὸ Δύμαντος τοῦ Αἰγιμίου. ὑπὸ δὲ τοῦ ἐλεγείου τοῦ Ὀλυμπίασιν ἐπὶ τῇ εἰκόνι τῇ Οἰβώτα οὐκ ἂν προαχθείη τις εἰς ἀλογίαν. Οἰβώτᾳ γὰρ ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκόνος δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀξιωθέντι, ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ λέγον·

Οἰνία Οἰβώτας στάδιον νικῶν ὅδ' Ἀχαιοῖς
Πατρίδα Πάλειαν θῆκ' ὀνομαστοτέραν.

nis ripa Larissaeae Minervae templum. Abest a Larisso Achaeorum urbs Dyme stadia ferme quadringenta. Hanc Philippus, Demetrii filius, bellum cum Achaeis gerens, unam ex omnibus, quae Achaeis parerent, dicto audientem habuit: et hanc unam ob culpam Ulympicus, et ipse Romanus dux, militi Dymen diripiendam dedit: Augustus eam postea Patrensibus attribuit. Priscis temporibus Palea est appellata. Hoc quod nunc habet nominis, tunc accepit, quum in Ionum adhuc ditione esset. Neque vero satis mihi liquet, utrum a Dyme foemina indigena, an a Dymante Aegimii filio sit nuncupata. Quod si quis forte elegos legerit, qui ad Oebotae statuam in Olympia inscripti sunt, is facile de huius urbis nomine ambigere possit. Oebotae quidem Dymaeo palma de stadio data Olympiade VII: statua vero in Olympia ex Delphico quodam responso octogesima demum Olympiade erecta. Ad eum hi versus inscripti:

Oeniae Oebotas stadium superavit Achivus,
Per quem Palea clarius enituit.

τοῦτο οὖν οὐκ ἄν τινι ἀλογίαν παραστήσειεν, εἰ Πάλειαν,
ἀλλὰ μὴ Δύμην τὸ ἐπίγραμμα καλεῖ τὴν πόλιν. τὰ γὰρ
ἀρχαιότερα ὀνόματα ἐς ποίησιν ἐπάγεσθαι τῶν ὑστέρων,
καθεστηκός ἐστιν Ἕλλησιν· καὶ Ἀμφιάραόν τε καὶ Ἄδρα-
στον Φορωνείδας, καὶ Ἐρεχθείδην ἐπονομάζουσι τὸν Θη-
σέα. (4) Ὀλίγον δὲ πρὸ τοῦ ἄστεώς ἐστι τοῦ Δυμαίων
ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τάφος Σωστράτου· μειράκιον δὲ ἦν
τῶν ἐπιχωρίων· γενέσθαι δὲ Ἡρακλέους ἐρώμενόν φασιν
αὐτὸν, καὶ (ἀποθανεῖν γὰρ τὸν Σώστρατον Ἡρακλέους
ἔτι ὄντος μετὰ ἀνθρώπων) οὕτως οἱ τὸν Ἡρακλέα τό τε
μνῆμα αὐτὸν εἶναι τὸν ποιήσαντα, καὶ ἀπαρχὰς ἀπὸ τῶν 566
ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν δοῦναι. ἐπίθημα δὲ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι
στήλη τε ἦν ἐπὶ τοῦ χώματος, καὶ Ἡρακλῆς ἐπειργασμέ-
νος· ἐλέγετο δὲ, ὡς οἱ ἐπιχώριοι καὶ ἐναγίζουσι τῷ Σω-
στράτῳ. (5) Δυμαίοις δὲ ἔστι μὲν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ
ἄγαλμα ἐς τὰ μάλιστα ἀρχαῖον· ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν
σφισι Δινδυμήνῃ μητρὶ καὶ Ἄττῃ πεποιημένον. Ἄττης
δὲ ὅστις ἦν, οὐδὲν οἷός τε ἦν ἀπόῤῥητον ἐς αὐτὸν ἐξευ-
ρεῖν. ἀλλὰ Ἑρμησιάνακτι μὲν τῷ τὰ ἐλεγεῖα γράψαντι

Verum nihil nominis haec commutatio, quod scilicet non Dymen, sed Paleam hi versus nominent, quenquam conturbarit. Prisca enim nomina carminibus aptiora iudicantur, et ea in primis usurpant Graeci poetae, qui Amphiaraum et Adrastum Phoronidas, Erechthiden Theseum solent appellare. (4) In suburbano Dymes agro, ad viae dexteram, Sostrati sepulcrum exstat. Fuit hic indigena adolescentulus, Herculi (ut aiunt) in amoribus, et superstitem illi Herculem ipsum tumulum puero fecisse memorant, capillumque inferias misisse. Aetate etiamnum mea imminet terrae aggeri pila, cui Herculis signum insistit. Parentare vero Sostrato populares suos accepi. (5) Habent iidem Dymaei Minervae aedem, et signum, prisci utrumque operis. Aliud etiam apud Dymaeos Dindymenae matri et Attae dedicatum est fanum. Attes quidem hic quisnam fuerit, nihil omnino arcani uspiam comperi. Hermesianax elegorum scri-

πεποιημένα ἐστὶν, ὡς υἱός τε ἦν Καλαοῦ Φρυγὸς, καὶ ὡς οὐ τεκνοποιὸς ὑπὸ τῆς μητέρος τεχθείη. ἐπεὶ δὲ ηὔξητο, μετῴκησεν ἐς Λυδίαν τῷ Ἑρμησιάνακτος λόγῳ, καὶ Λυδοῖς ὄργια ἐτέλει Μητρὸς, ἐς τοσοῦτο ἥκων παρ' αὐτῇ τιμῆς, ὡς Δία αὐτῇ νεμεσήσαντα ὗν ἐπὶ τὰ ἔργα ἐπιπέμψαι τῶν Λυδῶν. ἐνταῦθα ἄλλοι τε τῶν Λυδῶν καὶ αὐτὸς Ἄττης ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ὑός· καί τι ἑπόμενον τούτοις Γαλατῶν δρῶσιν οἱ Πεσινοῦντα ἔχοντες, ὑῶν οὐχ ἁπτόμενοι. νομίζουσί γε μὴν οὐχ οὕτω τὰ ἐς τὸν Ἄττην, ἀλλὰ ἐπιχώριός ἐστιν ἄλλος σφίσιν ἐς αὐτὸν λόγος. Δία ὑπνωμένον ἀφιέναι σπέρμα ἐς γῆν, τὴν δὲ ἀνὰ χρόνον ἀνεῖναι δαίμονα διπλᾶ ἔχοντα αἰδοῖα, τὰ μὲν ἀνδρὸς, τὰ δὲ [αὐτῷ] γυναικός· ὄνομα δὲ Ἄγδιστιν αὐτῷ τίθενται. θεοὶ δὲ Ἄγδιστιν δείσαντες, τὰ αἰδοῖά οἱ τὰ ἀνδρὸς ἀποκόπτουσιν. ὡς δὲ ἀπ' αὐτῶν ἀναφῦσα ἀμυγδαλῆ εἶχεν ὡραῖον τὸν καρπὸν, θυγατέρα τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ λαβεῖν φασι τοῦ καρποῦ· ἐσθεμένης δὲ ἐς τὸν κόλπον, καρπὸς μὲν ἐκεῖνος ἦν ἀφανὴς αὐτίκα, αὐτὴ δὲ ἐκύει·

ptor versibus prodidit, Calai Phrygis filium fuisse, et ad sobolem procreandam plane inutilem editum a matre. Quum iam adolevisset, in Lydiam migrasse, ibique Magnae matris caeremonias monstrasse: tanto vero in honore apud deam fuisse, ut id moleste ferens Iupiter, *immanem* aprum in Lydorum segetes immiserit; a quo et alii e Lydis, et ipse Attes interemptus fuerit. Fidem rei faciunt Gallograeci Pesinuntis incolae. Sue enim *tanquam impura bestia* omnino abstinent. Sed alius longe sermo de Atte est apud ipsos memoriae consecratus. Iovem fabulantur per somnum in terram semen profudisse; terram postea absoluto foeturae tempore genium edidisse, qui duplex haberet inguen, alterum maris, alterum foeminae: Agdistin appellatum: deos monstro exterritos virilem ei partem execuisse: ex ea amygdalum enatam: cuius quum maturos fructus appetisset Sangarii amnis filia, eosque in sinum abdidisset, evanuisse illos quidem: verum puellam gravidam factam, puerum enixam:

τεκούσης δὲ, τράγος περιεῖπε τὸν παῖδα ἐκκείμενον. ὡς δὲ αὐξανομένῳ κάλλους οἱ μετῆν πλέω ἢ κατὰ εἶδος ἀν- 567 θρώπου, ἐνταῦθα τοῦ παιδὸς ἔρως ἔσχεν Ἄγδιστιν. αὐξηθέντα δὲ Ἄττην ἀποστέλλουσιν ἐς Πεσινοῦντα οἱ προσήκοντες συνοικίσοντες τοῦ βασιλέως θυγατρί. ὑμέναιος δὲ ᾔδετο, καὶ Ἄγδιστις ἐφίσταται, καὶ τὰ αἰδοῖα ἀπέκοψε μανεὶς ὁ Ἄττης· ἀπέκοψε δὲ καὶ ὁ τὴν θυγατέρα αὐτῷ διδούς. Ἄγδιστιν δὲ μετάνοια ἔσχεν, οἷα Ἄττην ἔδρασε. καί οἱ παρὰ Διὸς εὕρετο, μήτε σήπεσθαί τι Ἄττῃ τοῦ σώματος, μήτε τήκεσθαι. τάδε μὲν ἐς Ἄττην τὰ γνωριμώτατα. (6) Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Δυμαίᾳ καὶ τοῦ δρομέως Οἰβώτα *. νικήσαντι δ' ἐν Ὀλυμπίᾳ Ἀχαιῶν πρώτῳ γέρας οὐδὲν ἐξαίρετον παρ' αὐτῶν ἐγένετο εὕρασθαι· καὶ ἐπὶ τούτῳ κατάρας ὁ Οἰβώτας ἐποιήσατο, μηδενὶ Ὀλυμπιακὴν νίκην ἔτι Ἀχαιῶν γενέσθαι. καὶ (ἦν γάρ τις θεῶν, ᾧ τοῦ Οἰβώτα τελεῖσθαι τὰς κατάρας οὐκ ἀμελὲς ἦν) διδάσκονταί ποτε οἱ Ἀχαιοὶ, καθ' ἥντινα αἰτίαν στεφάνου

hunc in sylva expositum, a capella educatum, quum adolevisset, eximia fuisse, et multo quam humana excellentiore pulchritudine: quocirca *acri* eius amore captum Agdistin. Quum ad virilem aetatem pervenisset, Pesinuntem eum propinqui sui miserunt. Ibi quum regis filiam uxorem esset ducturus, et iam nuptiale carmen cantaretur, *repente* Agdistis interveniens tantum Attae immisit furorem, ut sibi pudenda praecideret. Hoc item socer ipsius fecit. Agdistin facti poenituit. Quare a Iove impetravit, ne qua in posterum corporis Attae pars putresceret aut tabesceret. Haec de Atte memoriae prodita. (6) In Dymaeorum finibus Oebotae cursoris victoriae monumentum exstat; qui quum primus ex Achaeis Olympiae coronam meruisset, neque ullum apud cives suos eo nomine praecipuum honorem esset adeptus, imprecatum Achaeis aiunt, ne quis ipsorum unquam palmam Olympicam ferret. Exstitit omnino deorum aliquis, cui fuit curae ratam facere eam Oebotae execrationem. Id tum demum resciverunt Achaei, quum se mirantes Olym-

τοῦ Ὀλυμπίασιν ἥμαρτανον, διδάσκονται δὲ ἀποστείλαντες ἐς Δελφούς. οὕτω δὴ καὶ ἄλλα ἐς τιμήν σφισι τοῦ Οἰβώτα ποιήσασι, καὶ τὴν εἰκόνα ἀναθεῖσιν ἐς Ὀλυμπίαν, Σώστρατος Πελληνεὺς σταδίου νίκην ἔσχεν ἐν παισί. διαμένει δὲ ἐς ἐμὲ ἔτι Ἀχαιῶν τοῖς ἀγωνίζεσθαι μέλλουσι τὰ Ὀλύμπια, ἐναγίζειν τῷ Οἰβώτᾳ, καὶ ἢν κρατήσωσιν, ἐν Ὀλυμπίᾳ στεφανοῦν τοῦ Οἰβώτα τὴν εἰκόνα.

CAPUT XVIII.

De Piro amne et urbe Oleno — Patrensium urbe et Glauco amne — Patrensium de Baccho narratio — Patrei stemma — urbs Patrae relicta et ab Augusto imperatore restituta — de memorandis urbis Patrensium, templo et signo Dianae Laphriae — sacris anniversariis Dianae Laphriae.

Σταδίους δὲ ὅσον τεσσαράκοντα προελθόντι ἐκ Δύμης ποταμὸς Πεῖρος ἐς θάλατταν κάτεισι· καὶ Ἀχαιῶν πόλις ποτὲ Ὤλενος ᾠκεῖτο παρὰ τῷ Πείρῳ. ὁπόσοι δὲ ἐς Ἡρακλέα καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πεποιήκασιν, ἔστιν οὐκ ἐλάχιστά σφισι δείγματα τοῦ λόγου Δεξαμενὸς ὁ ἐν Ὠλένῳ βασιλεύς, καὶ ὁποίων Ἡρακλῆς παρ' αὐτῷ ξενίων ἔτυχε. καὶ

picarum palmarum compotes fieri nunquam amplius potuisse, Delphos ad oraculum miserunt: et tunc quidem, quum et alia in Oebotae honorem instituissent, virique statuam in Olympiam misissent, *mox* Sostratus Pelleneus in stadio pueros vicit. Et hac etiamnum aetate Achaeis athletis solenne, ut priusquam in Olympicum certamen descendant, Oebotae parentent, eiusque statuae victores coronam imponant.

Cap. XVIII. Stadia ferme XL progressis a Dyme, Pyrus amnis in mare decurrit: in cuius prope ripa Achaeorum urbs Olenus olim incolebatur. Et Herculis sane, qui vitam ac res gestas versibus commemorarunt, prope omnes in eo non minimam carminum suorum partem consumserunt, a quo Oleni rege, et quibus muneribus hospitaliter fuerit

ὅτι μὲν ἦν πόλισμα μικρὸν ἐξ ἀρχῆς ἡ Ὤλενος, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ μου καὶ ἐλεγεῖον ἐς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον. ἀνὰ χρόνον δὲ τοὺς οἰκήτορας ἐκλιπεῖν ὑπὸ ἀσθενείας φασὶ τὴν Ὤλενον, καὶ ἐς 568
Πειράς τε καὶ ἐς Εὐρυτειὰς ἀποχωρῆσαι. (2) *Τοῦ δὲ Πείρου ποταμοῦ περὶ τοὺς ὀγδοήκοντα ἀφέστηκε σταδίους Πατρέων ἡ πόλις· οὐ πόῤῥω δὲ αὐτῆς ποταμὸς Γλαῦκος ἐκδίδωσιν ἐς θάλασσαν. Πατρέων δὲ οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντές φασιν, Εὔμηλον αὐτόχθονα οἰκῆσαι πρῶτον ἐν τῇ χώρᾳ, βασιλεύοντα οὐ πολλῶν αὐτὸν ἀνθρώπων. Τριπτολέμου δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφικομένου, τόν τε καρπὸν λαμβάνει τὸν ἥμερον, καὶ οἰκίσαι διδαχθεὶς πόλιν, Ἀρόαν ὠνόμασεν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ τῆς γῆς. ὡς δὲ πρὸς ὕπνον ἐτρέπετο ὁ Τριπτόλεμος, ἐνταῦθα Ἀνθείαν παῖδα Εὐμήλου τοὺς δράκοντάς φασιν ὑπὸ τοῦ Τριπτολέμου τὸ ἅρμα ζεύξαντα ἐθελῆσαι καὶ αὐτὸν σπεῖραι. καὶ τὸν μὲν ἐπιλαμβάνει τὸ χρεὼν, ἐκπεσόντα τοῦ ἅρματος· Τριπτόλεμος δὲ καὶ Εὔμηλος Ἄνθειαν πόλιν οἰκίζουσιν*

acceptus. Ac parvum certe ab initio olim fuisse oppidum testantur elegi, quos in Eurytionem Centaurum fecit Hermesianax: insequentibus dein temporibus ex Oleno propter civitatis imbecillitatem, Piras et Euryteas se incolas recepisse. (2) Ab amne Piro stadia ferme LXXX distat Patrensium urbs; a qua non procul in mare Glaucus amnis erumpit. Qui de Patrensium antiquitate monumenta conficiunt, eam regionem primum omnium incoluisse indigenam Eumelum tradunt, et paucis hominibus imperasse. *Ad eum* ex Attica venisse Triptolemum, a quo et fruges acceperit Eumelus, et rationem urbis condendae: et *primam* quidem urbem, sumto nomine de terrae cultu, Aroan appellatam, Triptolemo consopito Eumeli filium Anthean ad Triptolemi currum dracones iungere ausum, et *ex eo* frumenta serere, de curru vero excussum, diem obisse: Eumelum et Triptolemum de pueri nomine communi consilio a se conditam urbem Anthean nuncupasse: *quo tempore* ter-

ἐν κοινῷ, τοῦ Εὐμήλου παιδὸς ἐπώνυμον. ᾠκίσθη δὲ καὶ τρίτη μεταξὺ Ἀνθείας καὶ Ἀρόης Μεσάτις πόλις. (3) Ὁποσα δὲ οἱ Πατρεῖς περὶ Διονύσου λέγουσι, τραφῆναί τε αὐτὸν ἐν τῇ Μεσάτει, καὶ ἐνταῦθα ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ Πανῶν, ἐς παντοῖον ἀφικέσθαι κίνδυνον, οὐκ ἐναντιούμενος τοῖς Πατρεῦσι τῆς Μεσάτεως τὸ ὄνομα, αὐτοῖς σφισιν ἐξηγεῖσθαι παρίημι. Ἀχαιῶν δὲ ὕστερον ἐκβαλόντων Ἴωνας, Πατρεὺς ὁ Πρευγένους τοῦ Ἀγήνορος ἐς μὲν Ἄνθειαν καὶ ἐς Μεσάτιν μὴ ἐνοικίζεσθαι τοῖς Ἀχαιοῖς ἀπεῖπε· περίβολον δὲ τείχους πρὸς τῇ Ἀρόῃ βαλόμενος μείζονα, ἵνα ἐντός οἱ τοῦ περιβόλου καὶ ἡ Ἀρόη γένηται, ὄνομα ἔθετο ἀφ' ἑαυτοῦ Πάτρας τῇ πόλει. (4) Ἀγήνωρ δὲ ὁ πατὴρ τοῦ Πρευγένους Ἀρέως παῖς ἦν τοῦ Ἄμπυκος· ὁ δὲ Ἄμπυξ Πελίου τοῦ Αἰγινήτου τοῦ Δηρείτου τοῦ Ἁρπάλου τοῦ Ἀμύκλα τοῦ Λακεδαίμονος. Πατρεῖ μὲν τοιαῦτα ἐς τοὺς προγόνους ὑπάρχοντα ἦν. (5) Ἰδίᾳ δὲ ἀνὰ χρόνον Πατρεῖς διέβησαν ἐς Αἰτωλίαν Ἀχαιῶν μόνοι κατὰ φιλίαν τὴν Αἰτωλῶν, τὸν πόλεμόν σφισι τὸν πρὸς Γαλάτας συνδιοίσοντες. προσπταίσαντες δ' ἐν ταῖς

tiam quoque urbem inter Aroan et Anthean, Messatin erectam memorant. (3) Quae vero Patrenses praedicant de Libero Patre, quod intra Messatin oppidum educatus, quodque ibidem Panum insidiis prope fuerit circumventus, nihil sermones de Messatis nomine refellens, ipsismet rem totam exponendam relinquo. Eiectis deinde ab Achaeis Ionibus, Patreus Preugenis filius, Agenoris nepos, Achaeos edicto vetuit Anthean et Messatin incolere: Aroes vero pomoerio ampliato, veterem oppidi ambitum novo inclusit, et Aroen de suo nomine Patras vocavit. (4) Agenor fuit Preugenis pater, Arei filius, Ampycis nepos: Ampyx vero Peliae filius. Is ab Aegineta, Derito, Harpalo, Amycla, Lacedaemone ordinem gentilitatis ducebat. Hi Patreo natales fuere. (5) Patrenses vero privatim aliquando soli ex Achaeis omnibus in Aetoliam transmiserunt, quo Aetolis veteribus amicis adversus Gallos auxilium ferrent. Insigni

μάχαις λόγου μειζόνως, καὶ ὑπὸ πενίας ἅμα οἱ πολλοὶ
πιεζόμενοι, Πάτρας μὲν πλὴν ὀλίγων τινῶν ἐκλείπουσιν· 569
οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ χώραν ὑπὸ φιλεργίας ἐσκεδάσθησαν,
καὶ πολίσματα παρὲξ αὐτὰς Πάτρας τοσάδε ἄλλα ᾤκησαν,
Μεσάτιν, καὶ Ἄνθειαν, καὶ Βολίνην, καὶ Ἀργυρᾶν τε
καὶ Ἀρβᾶν. Αὔγουστος δὲ ἢ τοῦ παράπλου νομίζων κεῖ-
σθαι καλῶς τὰς Πάτρας, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ αἰτίαν, ἐπανή-
γαγεν αὖθις ἐκ τῶν πολισμάτων τῶν ἄλλων τοὺς ἄνδρας
ἐς τὰς Πάτρας· προσσυνῴκισε δέ σφισι καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς
ἐκ Ῥυπῶν, καταβαλὼν ἐς ἔδαφος Ῥύπας. καὶ ἔδωκε μὲν
ἐλευθέροις Ἀχαιῶν μόνοις τοῖς Πατρεῦσιν εἶναι· ἔδωκε
δὲ καὶ ἐς τὰ ἄλλα γέρα σφίσιν, ὁπόσα τοῖς ἀποίκοις νέ-
μειν οἱ Ῥωμαῖοι νομίζουσι. (6) Πατρεῦσι δὲ ἐν ἄκρᾳ
τῇ πόλει Λαφρίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· ξενικὸν μὲν τῇ
θεῷ τὸ ὄνομα, εἰσηγμένον δὲ ἑτέρωθεν καὶ τὸ ἄγαλμα.
Καλυδῶνος γὰρ καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης ὑπὸ Αὐγούστου
βασιλέως ἐρημωθείσης διὰ τὸ ἐς Νικόπολιν, τὴν ὑπὲρ
τοῦ Ἀκτίου, συνοικίζεσθαι καὶ τὸ Αἰτωλικόν, οὕτω τὸ

vero clade pluribus praeliis accepta fortunis prope omnibus eversi, Patras longe maxima pars reliquere. Hi per agrum dispersi, quo se ex terrae cultu recolligerent, oppida incolere coeperunt Messatin, Antheau, Bolineu, Argyran, Aroan. Augustus deinde, vel quod ad navium appulsum Patras valde esse appositas indicaret, vel alia quacunque de causa, remigrare omnem illam multitudinem ex illis oppidis Patras iussit. Quin eodem Rhypis Achaeorum urbe, funditus eversa, multitudinem omnem traduxit. Et solis certe Patrensibus, ex Achaeis omnibus, ut sua libertate uterentur, concessit; atque alia in eam civitatem beneficia contulit, quibus a se deductas colonias Romani afficere consueverunt. (6) Est Patrensibus in arce Laphriae Dianae fanum: peregrinum deae cognomen, et ipsum deae signum aliunde huc deportatum. Calydonem enim, atque adeo ceteram Aetoliam, quum pervastasset Augustus, quo Nicopolin a se conditam urbem ad Actium promontorium nobili-

etiam Iovis est area, cognomento Servatoris: et in primo sane fori aditu ad laevam simulacra aenea duo, quorum alterum imberbis effigiem prae se ferens, multo esse videbatur antiquius. At aenea signa, quae recta per *militarem* viam progressis, in cella quadam Neptuno et Herculi, Iovi item et Minervae dicata sunt, Argivos nuncupant, vel quod (ut Argivi dicunt) Argis fabricata fuerint; vel quod Aegienses (ut ipsi quidem narrant) deposita illa apud se ab Argivis, asservarint: quibus quum iussi essent quotidie sacra facere, quo id sine publica impensa fieret, excogitasse, ut ea ipsa, quibus postea in epulationibus vescerentur, disque rem divinam facerent, consecrarent. Sed enim quum *depositum* aliquando repetissent Argivi, se quoque repetisse quam in sacra erogassent pecuniam; illos, quum solvendo non essent, signa reliquisse. Prope forum communis Apollini et Dianae aedes dedicata est. In foro etiam est Dianae templum: sagittas dea eiaculantis effigiem prae se fert. Est

τοξευούσῃ δὲ εἴκασται. καὶ Ταλθυβίου τοῦ κήρυκος τάφος· κέχωσται δὲ τῷ Ταλθυβίῳ καὶ ἄλλο μνῆμα ἐν Σπάρτῃ, καὶ αὐτῷ αἱ πόλεις ἐναγίζουσιν ἀμφότεραι.

CAPUT XXIV.

Aegii urbis memoranda porro enumerantur — Iovis Homagyrii signum et Cereris Panachaeae — synedrium Achaeorum in urbe Aegio — de Helice urbe et Neptuno Heliconio — Helice terrae motu funditus eversa — de variis signis, quae terrae motus praecedunt, et horum varia ratione — Sipyli eversio.

Πρὸς θαλάσσῃ δὲ Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐν Αἰγίῳ, καὶ μετ' αὐτὸ Ποσειδῶνος, Κόρῃ τε πεποίηται τῇ Δήμητρος, καὶ τέταρτον Ὁμαγυρίῳ Διΐ. ἐνταῦθα Διὸς καὶ Ἀφροδίτης ἐστὶ καὶ Ἀθηνᾶς ἀγάλματα. (2) Ὁμαγύριος δὲ ἐγένετο τῷ Διΐ ἐπίκλησις, ὅτι Ἀγαμέμνων ἤθροισεν ἐς τοῦτο τὸ χωρίον τοὺς λόγου μάλιστα ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀξίους, μεθέξοντας ἐν κοινῷ βουλῆς, καθ' ὅντινα χρὴ τρόπον ἐπὶ ἀρχὴν τὴν Πριάμου στρατεύεσθαι. Ἀγαμέμνονι δὲ καὶ ἄλλα ἐστὶν ἐς ἔπαινον, καὶ ὅτι τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀκολουθήσασι, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπελθούσης ὕστερον στρατιᾶς, τὴν

etiam Talthybii caduceatoris sepulcrum; cui Spartae quoque tumulus est aggesta terra exstructus: et utraque civitas Talthybio parentat.

Cap. XXIV. In maritima Aegii parte Veneris delubrum est: Neptuno deinde, Proserpinae etiam, et Iovi Homagyrio *(quod est ac si Congregatori dicas)* templa dedicata fuere. In Iovis, dei ipsius, Veneris, et Minervae signa exstant. (2) Homagyrium cognomine appellarunt, quod in hunc locum Graeciae principes Agamemnon coegit, quo de illorum sententia consilium caperet, quae foret Priami regnum bello adoriendi optima ratio. Agamemnoni ipsi et aliae potuerunt laudes attribui, et ea *summa fuit omnium*, quod *semel habito dilectu*, cum iis tantum, qui nomina dederant,

τε Ἴλιον ἐπόρθησε, καὶ ὅσαι περίοικοι πόλεις ἦσαν. ἐφεξῆς δὲ τῷ Ὁμαγυρίῳ Διῒ Παναχαιᾶς ἐστι Δήμητρος. παρέχεται δὲ ὁ αἰγιαλὸς, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἱερὰ Αἰγιεῦσίν ἐστι τὰ εἰρημένα, ὕδωρ ἄφθονον, θεάσασθαί τε καὶ πιεῖν ἐκ πηγῆς ἡδύ. ἔστι δέ σφισι καὶ Σωτηρίας ἱερόν· ἰδεῖν μὲν δὴ τὸ ἄγαλμα οὐδενὶ πλὴν τῶν ἱερουμένων ἐστί· δρῶσι δὲ ἄλλα τε καὶ τοιαῦτα· λαμβάνοντες παρὰ τῆς θεοῦ πέμματα ἐπιχώρια, ἀφιᾶσιν ἐς θάλασσαν, πέμπειν δὲ τῇ ἐν Συρακούσαις Ἀρεθούσῃ φασὶν αὐτά. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα Αἰγιεῦσιν ἀγάλματα χαλκοῦ πεποιημένα, Ζεύς τε ἡλικίαν παῖς, καὶ Ἡρακλῆς, οὐδὲ οὗτος ἔχων πω γένεια, Ἀγελάδα τέχνη τοῦ Ἀργείου. τούτοις κατὰ ἔτος ἱερεῖς αἱρετοὶ γίνονται, καὶ ἑκάτερα τῶν ἀγαλμάτων ἐπὶ ταῖς οἰκίαις μένει τοῦ ἱερωμένου. τὰ δὲ ἔτι παλαιότερα 585
προεκέκριτο ἐκ τῶν παίδων ἱερᾶσθαι τῷ Διῒ ὁ νικῶν κάλλει· ἀρχομένων δὲ αὐτῷ γενείων, ἐς ἄλλον παῖδα ἡ ἐπὶ τῷ κάλλει μετῄει τιμή. ταῦτα μὲν οὕτως ἐνομίζετο. (3) Ἐς δὲ Αἴγιον καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔτι συνέδριον τῶν Ἀχαιῶν ἀθροίζεται, καθότι ἐς Θερμοπύλας τε καὶ ἐς Δελφοὺς οἱ

nullo evocato *e Graecia* supplemento, et Ilium et finitimas urbes expugnarit. Proximum est Homagyrii, Panachaeae Cereris fanum. Sunt in Aegiensium litore eodem, in quo templa, *haec memoratu digna.* Aqua perennis, quae ab ipso usque fonte quum adspectu tum potu est iucunda. Salutis fanum: in quo signum cernere fas nemini, praeter eos, qui sacerdotio funguntur. Ibi sacra, et alia rite peragunt, et ex ara deae sumta liba in mare porriciunt, mittere se illa Arethusae Syracusas testantes. Sunt et alia apud Aegienses ex aere fabricata signa, Iupiter puerili aetate, et Hercules impuber, Ageladae Argivi opera. His deliguntur quotannis sacerdotes; quorum in aedibus asservantur signa. Priscis quidem temporibus decernebatur Iovis sacerdotium puero, qui primas pulchritudinis tulisset: cui iam pubescenti alius succedebat. Hae patriae Aegiensibus religiones. (3) Conventus autem apud eos Achaeorum, hac etiam aetate cele-

Ἀμφικτύονες. ἰόντι δὲ ἐς τὸ πρόσω, Σελινοῦς τε ποταμὸς, καὶ ἀπωτέρω τεσσαράκοντα Αἰγίου σταδίοις ἐπὶ θαλάσσῃ χωρίον ἐστὶν Ἑλίκη. (4) Ἐνταῦθα ᾤκητο Ἑλίκη πόλις, καὶ Ἴωσιν ἱερὸν ἁγιώτατον Ποσειδῶνος ἦν Ἑλικωνίου. διαμεμενηκέναι δέ σφισι, καὶ ὡς ὑπὸ Ἀχαιῶν ἐκπεσόντες ἐς Ἀθήνας, καὶ ὕστερον ἐξ Ἀθηνῶν ἐς τὰ παραθαλάσσια ἀφίκοντο τῆς Ἀσίας, σέβεσθαι Ποσειδῶνα Ἑλικώνιον. καὶ Μιλησίοις τε ἰόντι ἐπὶ τὴν πηγὴν τὴν Βιβλίδα Ποσειδῶνος πρὸ τῆς πόλεώς ἐστιν Ἑλικωνίου βωμός· καὶ ὡσαύτως ἐν Τέῳ περίβολός τε καὶ βωμός ἐστι τῷ Ἑλικωνίῳ θέας ἄξιος. ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐς Ἑλίκην καὶ τὸν Ἑλικώνιον Ποσειδῶνα. (5) Χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀχαιοῖς τοῖς ἐνταῦθα, ἱκέτας ἄνδρας ἀποστήσασιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ καὶ ἀποκτείνασιν, οὐκ ἐμέλλησε τὸ μήνιμα ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος, ἀλλὰ σεισμὸς ἐς τὴν χώραν σφίσιν αὐτίκα κατασκήψας, τῶν τε οἰκοδομημάτων τὴν κατασκευὴν, καὶ ὁμοῦ τῇ κατασκευῇ καὶ αὐτὸ τῆς πόλεως τὸ ἔδαφος ἀφανὲς ἐς τοὺς ἔπειτα ἐποίησεν.

bratur: uti ad Thermopylas et Delphos, Amphictyonum. Hinc progressis, amnis Selinus; et ab Aegio stadium intervallo XL, ad mare vicus est Helice, frequentis olim urbis nomen. (4) In ea fuit Ionibus religiosissimum Neptuni Heliconii templum. Mansisse apud se cultum eius dei memorant, etiam tum quum ab Achaeis eiecti, Athenas primum, atque inde postea ad maritimam Asiae oram confugere. In Milesiis etiam, qua ad Bibliadem fontem iter est, ante ipsam urbem ara monstratur Neptuni Heliconii. Et item apud Teios ambitus est et ara Heliconii plane opere spectando. Quin et Homerus Helices et Heliconii Neptuni mentionem versibus inseruit suis. (5) Interiecto dein tempore, quum habitantes ibi Achaei supplices e templo abstractos trucidassent, non fuit lenta *aut segnis* Dei *ad poenam reposcendam* ira. Vehemens enim terrae ac repentinus motus non ipsa tantum moenia, et aedificiorum superficiem subvertit; sed urbis etiam totius aream ita obruit, ut ne

(6) Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἐπὶ τοῖς σεισμοῖς, ὅσοι μεγέθει τε ὑπερήρκασι καὶ ἐπὶ μήκιστον διϊκνοῦνται τῆς γῆς, προσημαίνειν ὁ θεὸς κατὰ τὰ αὐτὰ ὡς ἐπίπαν εἴωθεν· ἢ γὰρ ἐπομβρίαι συνεχεῖς ἢ αὐχμοὶ πρὸ τῶν σεισμῶν συμβαίνουσιν ἐπὶ χρόνον πλείονα· καὶ ὁ ἀὴρ παρὰ τὴν ἑκάστοτε τοῦ ἔτους ὥραν, χειμῶνός τε γίνεται καυματωδέστερος, καὶ ἐν θέρει μετὰ ἀχλύος μᾶλλον ὁ κύκλος παρέχεται τοῦ ἡλίου τὴν χρόαν παρὰ τὸ εἰωθὸς, ἤτοι ἐς τὸ ἐρυθρότερον, ἢ καὶ ἡσυχῇ τρέπουσαν ἐς τὸ μελάντε- 586
ρον· τῶν τε ὑδάτων ὡς τὸ πολὺ ἐπιλείπουσιν αἱ πηγαὶ, καὶ ἀνέμων ἔστιν οἷς ἐνέπεσον ἐς τὴν χώραν ἐμβολαὶ, περιτρέπουσαι τὰ δένδρα· καί που καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ διαδρομαὶ σὺν πολλῇ τῇ φλογί· τὰ δὲ καὶ ἀστέρων ὤφθη σχήματα, οὔτε ἐγνωσμένα ὑπὸ τῶν πρότερον, καὶ μεγάλην τοῖς ὁρῶσιν ἐμποιοῦντα ἔκπληξιν· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῆς γῆς κάτω πνευμάτων ὑπήχησις ἰσχυρά· ἄλλα τε πολλὰ ὁ θεὸς ἐπὶ τοῖς βιαίοις τῶν σεισμῶν ἐθέλει προδείκνυσθαι. Τῆς δὲ κινήσεως αὐτῆς καθέστηκεν οὐχ εἷς τρό-

vestigia quidem ulla posteris agnoscenda relinquerentur. (6) Et alias quidem quoties labes huiusmodi aliqua insignior facta est, quae terram longe lateque concusserit, praecesserunt certa quaedam divinitus rerum miracula, perpetui imbres, diuturnae siccitates, tepidae hyemes; aestate anni, solis orbis vel caligine obductus, vel incensus rutilo, vel subatro lividus fuit colore: fontes exsiccati: ventorum turbines, quocunque *vehementius* irrupissent, *praevalidas* arbores *radicitus* convellerunt. Iam vero ignes longo flammarum tractu per coelum discurrere. Siderum etiam non ante conspectae formae, magnum hominibus pavorem incussere. Densiores praeterea ab ima terra halitus erupere. His et aliis multis prodigiis, antequam terrae tam violenti motus evenirent, homines praemonitos Deus vult. Sed huius tantae motionis non unam nobis quasi formam, aut simplex genus, ii quibus haec iam pridem investigare curae fuit, et eorum discipuli ac sectatores, prodidere. Pluribus enim

πος· ἀλλ' οἱ φροντίσαντες τὰ τοιαῦτα ἐξαρχῆς, καὶ οἱ παρ' ἐκείνων διδαχθέντες, ἰδέας καταμαθεῖν ἐδυνήθησαν τοσάσδε ἐπὶ τοῖς σεισμοῖς. ἠπιώτατος μέν ἐστιν αὐτῶν, (ἣν δὴ ἐν κακῷ γε τοσούτῳ ῥᾳστώνην ἐκεῖναί τινα ἡγησώμεθα) ἐπειδὰν ὁμοῦ τῇ κινήσει τῇ ἀρξαμένῃ τὸ πρῶτον καὶ τῇ ἐς τὸ ἔδαφος τροπῇ τῶν οἰκοδομημάτων ἀντιστᾶσα ἐναντία κίνησις ἐξεγείρῃ τὰ ἤδη τραπέντα· καὶ ἐν τῇ τοιᾷδε ἰδέᾳ τοῦ σεισμοῦ κίονας ὁρᾶν ἔστιν ἀνορθουμένους, οἳ ὀλίγου ἐδέησαν ἐς ἅπαν ἐκριφῆναι, καὶ ὁπόσα διέστη τοίχων, συνερχόμενα ἐς τὸ ἐξαρχῆς· δοκοὶ δὲ, ὅσας ἐκτὸς ὀλισθεῖν ἐποίησεν ἡ κίνησις, ἐπανίασιν αὖθις ἐς τὰς ἕδρας· ὡσαύτως δὲ καὶ ὀχετῶν κατασκευῆς, καὶ εἰ δή τι ἄλλο ἐπὶ ὕδατος ῥοαῖς προάγει, καὶ τούτων συνδεῖ τὰ διεσπασμένα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων τεκτόνων. ὁ δὲ δὴ δεύτερος τῶν σεισμῶν ἀπώλειάν τε τῶν ἑτοιμοτέρων φέρει, καὶ, ἐφ' ὅ τι ἂν βάλῃ τὴν ὁρμὴν, ἀνέκλινεν αὐτίκα τοῖς ἐς πολιορκίαν μηχανήμασιν ὁμοίως. τὸν δὲ αὐτῶν ὀλεθριώτατον τοιῷδέ τινι ἐθέλουσιν εἰκάζειν,

modis, tremente terra, affici, quae moveantur, animadvertere. Levissima est omnium motio (si quid tamen leve esse possit in tam atroci malo), quoties quae in partem unam impulsa fuerint, et prope iam solo aequata, obnitens ab imo contrarius quidam motus surrigat et restituat. Videre itaque est quum terra in hunc modum moverit, columnas e recto statu iam pene humi deiectas, erigi: et distractas parietum partes denuo coagmentari; trabes etiam loco dimotas in pristinam sedem reponi: ad haec fistulas et qui fastigio ducendis aquis defodiuntur, tubulos, si forte convulsi discesserint, ad unguem rursus compingi, ut non aptius fabrorum arte cohaerere posse videantur. Diversus est ab hoc impetus, quo irruente, nulla est *tectorum aut moenium* tam firma superficies, quae non corruat ac sternatur, aeque ac si fuisset bellicis obsidionum tormentis labefactata. Eum vero qui omnium est perniciosissimus, non absimili modo fieri volunt quam si spiritus qui in intimis

τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα εἰ συνεχεῖ πυρετῷ πυκ- 587
νότερόν τε καὶ ὑπὸ πολλῆς ἄνω τῆς βίας ὠθοῖτο· τοῦτο δὲ ἀλλαχοῦ τε τοῦ σώματος ἐπισημαίνει, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὑπὸ ἑκάτερον μάλιστα τὸν καρπόν· κατὰ ταὐτὰ οὖν καὶ τὸν σεισμὸν [εἴτ'] εὐθὺ ὑποδύεσθαι τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ θεμέλια ἀναπάλλειν φασὶν αὐτὸν, καθότι καὶ τὰ ἔργα τῶν ἀσπαλάκων ἐκ μυχοῦ τῆς γῆς ἀναπέμπεται. μόνη τε ἡ τοιαύτη κίνησις οὐδὲ τοῦ οἰκισθῆναί ποτε ὑπολείπει σημεῖα ἐν τῇ γῇ. τότε ἰδέαν μὲν ταύτην ἐπὶ τῇ Ἑλίκῃ τοῦ σεισμοῦ τὴν ἐς τὸ ἔδαφος ἀνακινοῦσαν, σὺν δὲ αὐτῇ καὶ ἄλλο πῆμα τοιόνδε οἱ ἐπιγενέσθαι φασὶν ὥρᾳ χειμῶνος. ἐπῆλθε γάρ σφισιν ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας ἡ θάλασσα, καὶ τὴν Ἑλίκην περιέλαβεν ἐν κύκλῳ πᾶσαν· καὶ δὴ καὶ τὸ ἄλσος τοῦ Ποσειδῶνος ἐπὶ τοσοῦτον ἐπέσχεν ὁ κλύδων, ὡς τὰ ἄκρα τῶν δένδρων σύνοπτα εἶναι μόνον. σείσαντος δὲ ἐξαίφνης τοῦ θεοῦ, καὶ ὁμοῦ τῷ σεισμῷ τῆς θαλάσσης ἀναδραμούσης, καθείλκυσεν αὔτανδρον τὸ κῦμα τὴν Ἑλίκην. (7) Τοιοῦτό γε δὴ κατέλα-

humani corporis penetralibus sedem habet, continua febri densior magnaque cum vi sursum trudatur; eiusque rei se quum in aliis corporis partibus indicia ostendant, tum sub utriusque manus eam iuncturam, quae cubitum cum manu extrema committit. Eodem plane modo istum terrae motum rectà subire aedificia, et fundamenta evibrare non alio ferme modo, quam terram talpae suppellentes egerunt. Solus hic motus ita vehemens est, ut aedificiorum ne vestigia quidem ulla in solo relinquat. Hoc vastitatis genere perculsam ab imo solo Helicen memorant. Accessisse vero et alteram huiuscemodi cladem; Maris eluvione hyeme anni Helicen totam circunquaque incinctam; ipsumque Neptuni lucum ita inundatione ea obrutum, ut vix summa extarent arborum cacumina. Quo factum ut repente tum terrae motione violentissima, tum vero maris aestu effusius stagnante, urbs tota cum omni civium numero pessum ierit. (7) Talis

βεν ἕτερον τὴν Ἰδέαν ἐν Σιπύλῳ πόλιν ἐς χάσμα ἀφανισθῆναι· ἐξότου δὲ ἡ Ἰδέα κατεάγη, τοῦ ὄρους ὕδωρ αὐτόθεν ἐῤῥύη, καὶ λίμνη τε ὀνομαζομένη Σαλόη τὸ χάσμα ἐγένετο· καὶ ἐρείπια πόλεως δῆλα ἦν ἐν τῇ λίμνῃ, πρὶν ἢ τὸ ὕδωρ ἀπέκρυψεν αὐτὰ τοῦ χειμάῤῥου. σύνοπτα δὲ καὶ Ἑλίκης ἐστὶ τὰ ἐρείπια, οὐ μὴν ἔτι γε ὁμοίως, ἅτε ὑπὸ τῆς ἅλμης λελυμασμένα.

CAPUT XXV.

Pietatis in supplices exhibitae et laesae exempla memorantur — de tempore Helices excidii — oppido Cerynea — memorandis Ceryneae — oppido Bura — Herculis Buraïci oraculo, quod talis editur — amne Crathide et Aegis oppido — Gaeo, Telluris templo.

588 Τὸ δὲ τοῦ Ἱκεσίου μήνιμα, πάρεστι μὲν τοῖς ἐς τὴν Ἑλίκην, πάρεστι δὲ καὶ ἄλλοις διδαχθῆναι πολλοῖς, ὡς ἐστιν ἀπαραίτητον. φαίνεται δὲ καὶ ὁ θεὸς παραινῶν ὁ ἐν Δωδώνῃ, νέμειν ἐς ἱκέτας αἰδῶ. Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ ἡλικίᾳ μάλιστα τῇ Ἀφείδαντος ἀφίκετο παρὰ τοῦ ἐν Δωδώνῃ Διὸς τὰ ἔπη τάδε·

et Ideam urbem, quae fuit olim in Sipylo monte, casus delevit: etsi fuit ille aperientis se terrae hiatus: ac montis quidem ipsius labe facta, defluentes aquae portum effecere in extremis eius voraginis faucibus, cui nunc Saloe nomen. Et sane in portu cernebantur eius urbis ruinae, priusquam omnia torrentium limo obducerentur. Helices etiam ruinae quaedam eminent, ea facie, qua esse consueverunt, quae marinis exesa sunt aquis.

Cap. XXV. Ob violatos quidem supplices implacabilem esse numinis iram, non Helices modo exitium, sed alia etiam talium eventorum exempla documento esse possunt. Exstat enim Dodonaei Iovis oraculum Atheniensibus Aphidantis aetate redditum, *quo supplices sacrosanctos esse debere* his versibus *monentur:*

Φράζεο δ' Ἄρειόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
Εὐμενίδων, ὅθι χρὴ Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι
Δουρὶ πιεζομένους· τοὺς μὴ σὺ κτεῖνε σιδήρῳ,
Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν· ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

ταῦτα Ἕλλησιν ἦλθεν ἐς μνήμην, ὅτε ἀφίκοντο ἐπὶ Ἀθήνας Πελοποννήσιοι, τότε Κόδρου τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ Μελάνθου βασιλεύοντος. ὁ μὲν δὴ ἄλλος στρατὸς τῶν Πελοποννησίων ἀπεχώρησεν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ἐπειδὴ ἐπύθοντο τοῦ Κόδρου τὴν τελευτὴν, καὶ ὅντινα ἐγένετο αὐτῷ τρόπον· οὐ γὰρ εἶναι νίκην ἔτι σφίσι κατὰ τὸ ἐκ Δελφῶν μάντευμα ἤλπιζον. Λακεδαιμονίων δὲ ἄνδρες γενόμενοι μὲν ἐντὸς τείχους λανθάνουσιν ἐν τῇ νυκτὶ, ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τούς τε ἑαυτῶν ἀπεληλυθότας αἰσθάνονται, καὶ ἀθροιζομένων ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων καταφεύγουσιν ἐς τὸν Ἄρειον πάγον καὶ ἐπὶ τῶν θεῶν, αἳ Σεμναὶ καλοῦνται, τοὺς βωμούς. Ἀθηναῖοι δὲ τότε μὲν διδόασι τοῖς ἱκέταις ἀπελθεῖν ἀζημίοις. χρόνῳ δὲ ὕστερον αὐτοὶ οἱ ἔχοντες τὰς ἀρχὰς διέφθειραν τῆς Ἀθηνᾶς ἱκέτας τῶν

Ara tibi Eumenidum fumans, et curia Martis
Sint cordi. Huc bello domiti nam forte Lacones
Suppliciter tristes venient. Ne confice ferro
Nec viola. Supplex sacer est et crimine purus.

Haec redierunt in memoriam Graecis, quum essent Peloponnesii Athenas adorti, regnante Codro Melanthi filio. Tunc enim ex Attica reliquae Peloponnesiorum copiae retrocesserunt, audita Codri morte, cognitoque mortis genere. Neque enim ulla fuit victoriae reliqua spes, *quum* ex Delphici Apollinis responso *se Codrus devovisset.* Pars autem Lacedaemoniorum noctu clam ingressi erant in urbem; quum vero orta luce se a suis destitutos animadverterent, et in eos Atheniensium *ex omni urbis parte* concursus fierent, ad aras dearum, quae Severae appellantur, in Areopagum se receperunt: et tunc quidem incolumes dimissi sunt. Post aliquot deinde annos quum ipsi magistratus Minervae supplices occidissent, ex ea nimirum factione quae cum Cy-

Κύλωνι ὁμοῦ τὴν ἀκρόπολιν κατειληφότων· καὶ αὐτοί τε οἱ ἀποκτείναντες ἐνομίσθησαν καὶ οἱ ἐξ ἐκείνων ἐναγεῖς τῆς θεοῦ. Λακεδαιμονίοις δὲ ἀποκτείνασι καὶ τούτοις ἄνδρας εἰς τὸ ἱερὸν καταπεφευγότας τὸ ἐπὶ Ταινάρῳ τοῦ Ποσειδῶνος, οὐ μετὰ πολὺ ἐσείσθη σφίσιν ἡ πόλις συνεχεῖ τε ὁμοῦ καὶ ἰσχυρῷ τῷ σεισμῷ, ὥστε οἰκίαν μηδεμίαν τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀντισχεῖν. (2) Ἐγένετο δὲ
589 τῆς Ἑλίκης ἀπώλεια Ἀστείου μὲν Ἀθήνησιν ἔτι ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ πρῶτον. Ἑλικαίων δὲ οὐκ ἔτι ὄντων νέμονται τὴν χώραν οἱ Αἰγιεῖς.

(3) Μετὰ δὲ Ἑλίκην ἀποτραπήσῃ τε ἀπὸ θαλάσσης ἐς δεξιὰν, καὶ ἥξεις ἐς πόλισμα Κερύνειαν· ᾤκισται δὲ ὑπὲρ τὴν λεωφόρον ἐν ὄρει, καί οἱ τὸ ὄνομα ἢ δυνάστης ἐπιχώριος, ἢ ὁ Κερυνίτης ποταμὸς πεποίηκεν, ὃς ἐξ Ἀρκαδίας καὶ ὄρους Κερυνείας ῥέων Ἀχαιοὺς τοὺς ταύτῃ παρέξεισι. παρὰ τούτους σύνοικοι Μυκηναῖοι κατὰ

lone arcem occupaverat, et ipsi interfectores, et omnes eorum posteri violatae per caedem religionis damnati, obnoxii deae fuere. Lacedaemonii etiam quum in eos viros saevissent, qui supplices in templum Neptuni, quod ad Taenarum est, evaserant, Sparta non multo post tam crebris, tamque vehementibus terrae impulsibus concussa est, ut nulla prope domus ruinae expers fuerit. (2) Deleta est ad internecionem Helice, Asteo Athenis summum magistratum gerente, Olympiadis primae et centesimae anno quarto, qua Damon Thurius victor primum renunciatus est. Agrum Helicensem, quum nemo ex incolis superstes manserit, tenent Aegienses. (3) Ab Helice et eius maritima ora divertens dextrorsum, ad oppidum pervenias in monte conditum supra militarem viam, cui Cerynea nomen, sive ab eorum locorum regulo, sive ab amne *proximo, qui* Cerynites *dicitur.* Profluit is e Cerynea Arcadiae monte, et Achaeorum finitimos agros praeterlabitur. Huc aliquando commigrarunt

συμφορὰν ἀφίκοντο ἐκ τῆς Ἀργολίδος. Μυκηναίοις μὲν γὰρ τὸ μὲν τεῖχος ἁλῶναι κατὰ τὸ ἰσχυρὸν οὐκ ἐδύνατο ὑπὸ Ἀργείων, (ἐτετείχιστο γὰρ κατὰ ταὐτὰ τῷ ἐν Τίρυνθι ὑπὸ τῶν Κυκλώπων καλουμένων) κατὰ ἀνάγκην δὲ ἐκλείπουσι Μυκηναῖοι τὴν πόλιν, ἐπιλειπόντων σφᾶς τῶν σιτίων· καὶ ἄλλοι μέν τινες ἐς Κλεωνὰς ἀποχωροῦσιν ἐξ αὐτῶν· τοῦ δήμου δὲ πλέον μὲν ἢ ἥμισυ ἐς Μακεδονίαν καταφεύγουσι παρὰ Ἀλέξανδρον, ᾧ Μαρδόνιος ὁ Γωβρύου τὴν ἀγγελίαν ἐπίστευσεν ἐς Ἀθηναίους ἀπαγγεῖλαι· ὁ δὲ ἄλλος δῆμος ἀφίκοντο ἐς τὴν Κερύνειαν. καὶ δυνατωτέρα τε ἡ Κερύνεια οἰκητόρων πλήθει, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἐγένετο ἐπιφανεστέρα διὰ τὴν συνοίκησιν τῶν Μυκηναίων. (4) Ἐν Κερυνείᾳ δέ ἐστιν ἱερὸν Εὐμενίδων· ἱδρύσασθαι δὲ αὐτὸ Ὀρέστην λέγουσιν. ὃς δ' ἂν ἐνταῦθα ἢ αἵματι ἢ ἄλλῳ τῳ μιάσματι ἔνοχος, ἢ καὶ ἀσεβὴς, ἐσέλθῃ θέλων θεάσασθαι, αὐτίκα λέγεται δείμασιν ἐκτὸς τῶν φρενῶν γίνεσθαι· καὶ τοῦδε εἵνεκα οὐ τοῖς πᾶσιν ἡ ἔσοδος, οὔτε ἐξ ἐπιδρομῆς ἐστι. τοῖς μὲν δὴ ἀγάλμασι ξύλων εἰργασμένοις μέγεθός εἰσιν οὐ μεγάλαι, κατὰ δὲ τὴν

Micenaei ex Argivorum finibus profugi. Quum Mycenes enim muros Argivi deiicere non potuissent, quod validissimi essent, atque adeo, ut a Cyclopibus (sicuti Tirynthis etiam muri) exstructi dicerentur, postremo fame victi urbem deserere Micenaei coacti sunt. Eorum alii Cleonas: sed maior dimidia fere populi pars in Macedoniam ad Alexandrum regem, eum nempe, cui Mardonius Gobryae filius mandata ad Athenienses dedit: reliqua multitudo Cerynean confugit. Ea inquilinorum accessio, opulentiorem multo et clariorem Cerynean reddidit. (4) In eo oppido Eumenidum fanum est: dedicatum ab Oreste tradunt. Huc si quis vel caede, vel quovis incesti aut impietatis genere pollutus, intrarit spectandi causa, statim eum mente capi diris terroribus exagitatum credidere. Quare non omnes neque ut quisque accurrit illico intrare potest. Dearum signa e ligno, modica

ἔσοδον ἐς τὸ ἱερὸν γυναικῶν εἰκόνες λίθου τέ εἰσιν εἰργασμέναι, καὶ ἔχουσαι τέχνης εὖ· ἐλέγοντο δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἱέρειαι ταῖς Εὐμενίσιν αἱ γυναῖκες γενέσθαι. (5) Ἐκ Κερυνείας δὲ ἐπανελθόντι ἐς τὴν λεωφόρον καὶ ὁδεύσαντι οὐκ ἐπὶ πολὺ, δεύτερα ἔστιν ἐς Βοῦραν ἀπο-
590 τραπέσθαι· θαλάσσης δὲ ἐν δεξιᾷ καὶ ἡ Βοῦρα ἐν ὄρει κεῖται. τεθῆναι δέ φασι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ γυναικὸς Βούρας, θυγατέρα δὲ αὐτὴν Ἴωνος τοῦ Ξούθου καὶ Ἑλίκης εἶναι. ὅτε δὲ Ἑλίκην ἐποίησεν ἄδηλον ἐξ ἀνθρώπων ὁ θεὸς, τότε καὶ τὴν Βοῦραν σεισμὸς ἐπέλαβεν ἰσχυρὸς, ὡς μηδὲ τὰ ἀγάλματα ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑπολειφθῆναι τὰ ἀρχαῖα. ὁπόσοι δὲ τηνικαῦτα ἀποδημοῦντες ἢ στρατείας ἕνεκα ἔτυχον, ἢ κατὰ πρόφασιν ἀλλοίαν, μόνοι τε οὗτοι Βουραίων ἐλείφθησαν, καὶ αὐτοὶ τῆς Βούρας ἐγένοντο οἰκισταί. ναὸς δὲ ἐνταῦθα Δήμητρος· ὁ δὲ Ἀφροδίτης, Διονύσου τέ ἐστι, καὶ ἄλλος Εἰλειθυίας. λίθου τοῦ Πεντελησίου τὰ ἀγάλματα, Ἀθηναίου δὲ ἔργα Εὐκλείδου· καὶ τῇ Δήμητρί ἐστιν ἐσθής. πεποίηται δὲ καὶ Ἴσιδι ἱερόν. (6) Καταβάντων δὲ ἐκ Βούρας ὡς ἐπὶ θάλασσαν, ποτα-

magnitudine, elaborata. Intra templi vestibulum positae sunt muliebres imagines marmoreae exquisitae artis. Sacerdotes eas fuisse Eumenidum putant incolae. (5) E Cerynea reversos in militarem viam, atque illinc aliquantum progressos, devius trames Buram ducit, quae in dextera maris in monte ipsa etiam sita fuit: appellatam vero aiunt a Bura Ionis et Helices filia. Oppidum hoc idem terrae, qui Helicen delevit, motus tam vehementer perculit, ut in templis prisca omnia deorum signa fuerint abolita. Civium ii duntaxat reliqui fuere, qui forte vel militiae, vel negotii cuiuspiam obeundi causa domo abfuissent: atque ii quidem *lapsam et pene excisam* civitatem restituere. Burae aedes est Cereris, Veneris, Liberi Patris, et Lucinae. *Horum numinum* simulacra e Pentelico lapide sunt, Atheniensis Euclidae opera. Ceres veste velatur. Habet etiam Isis templum. (6) Qua ad mare descenditur, amnis est Buraicus

μός τε Βουραϊκὸς ὀνομαζόμενος, καὶ Ἡρακλῆς οὐ μέγας ἐστὶν ἐν σπηλαίῳ· ἐπίκλησις μὲν καὶ τούτου Βουραϊκός. μαντείας δὲ ὑπὸ πίνακί τε καὶ ἀστραγάλοις ἔστι λαβεῖν. εὔχεται μὲν γὰρ πρὸ τοῦ ἀγάλματος ὁ τῷ θεῷ χρώμενος, ἐπὶ δὲ τῇ εὐχῇ λαβὼν ἀστραγάλους (οἱ δὲ ἄφθονοι παρὰ τῷ Ἡρακλεῖ κεῖνται) τέσσαρας ἀφίησιν ἐπὶ τῆς τραπέζης. ἐπὶ δὲ παντὶ ἀστραγάλῳ σχήματα γεγραμμένα ἐν πίνακι ἐπίτηδες ἐξήγησιν ἔχει τοῦ σχήματος. σταδίων δὲ ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα ὡς τριάκοντα ἐξ Ἑλίκης ὁδὸς ἡ εὐθεῖά ἐστιν. (7) Προελθόντι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους, ποταμὸς ἐς θάλασσαν ἐκδίδωσιν ἀέναος, ἐξ ὄρους Ἀρκαδικοῦ κατερχόμενος· ὄνομα δὲ αὐτῷ καὶ τῷ ποταμῷ Κρᾶθις, [ἔνθα αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ τῷ ὄρει]· ἀπὸ ταύτης τῆς Κράθιδος καὶ πρὸς Κρότωνι τῇ ἐν Ἰταλίᾳ ποταμὸς ὄνομα ἔσχηκε. πρὸς δὲ τῇ Ἀχαϊκῇ Κράθιδι Ἀχαιῶν ποτε ᾤκητο Αἰγαὶ πόλις· ἐκλειφθῆναι δὲ αὐτὴν ἀνὰ χρόνον ὑπὸ ἀσθενείας λέγουσι. τούτων δὲ καὶ Ὅμηρος τῶν Αἰγῶν ἐν Ἥρας λόγοις ἐποιήσατο μνήμην·

Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι.

nomine. In *proxima* spelunca non utique magnum Herculis signum; Buraico et ipsi cognomen. Oraculi sortes capiuntur ex tabula per talos. Qui consultum venere, precatione ad signum peracta, votisque nuncupatis, talos ex ea, quae in promptu est, copia iaciunt quatuor super mensam. Inscripti sunt certis notis tali singuli: earum illi notarum interpretationem in tabula *similitudinem secuti* requirunt. Ab Helice ad Herculis, via ducit recta stadium ferme XXX. (7) Ab Hercule discedentes perennis aquae fluvius excipit, ex Arcadiae monte in mare defluens, nomen et monti, in quo fons, et flumini, Crathis; a quo Italiae fluvius Crathis nomen accepit. Ad hunc Achaicum Crathidem *celebris* olim fuit urbs Aegae; quam postea desertam, quum pristinis fuisset spoliata opibus, ferunt. Huius urbis mentionem etiam Homerus fecit, eo quem Iunoni tribuit sermone:

Ast hi grata ferent Helicen tibi munera et Aegas.

591 δῆλον ὡς γέρα τοῦ Ποσειδῶνος ἐπίσης ἔν τε Ἑλίκῃ καὶ ἐν ταῖς Αἰγαῖς ἔχοντος. οὐ πολὺ δὲ ἀπωτέρω Κράθιδος σῆμά τε ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἄνδρα εὑρήσεις ἐπὶ τῷ μνήματι, ἵππῳ παρεστῶτα, ἀμυδρὰν γραφήν. (8) Ὁδὸς δὲ ἀπὸ τοῦ τάφου σταδίων ὅσον τριάκοντα ἐπὶ τὸν καλούμενον Γαῖον· Γῆς δὲ ἱερόν ἐστιν ὁ Γαῖος ἐπίκλησιν Εὐρυστέρνου· ξόανον δὲ ἐν τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἐστὶν ἀρχαῖον. γυνὴ δὲ ἡ ἀεὶ τὴν ἱερωσύνην λαμβάνουσα ἁγιστεύει μὲν τὸ ἀπὸ τούτου, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ πρότερά ἐστι πλέον ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐς πεῖραν ἀφιγμένη. πίνουσαι δὲ αἷμα ταύρου δοκιμάζονται· ἣ δ' ἂν αὐτῶν τύχῃ μὴ ἀληθεύουσα, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην ἔσχεν. ἢν δὲ ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης ἀφίκωνται γυναῖκες εἰς ἀμφισβήτησιν πλέονες, ἡ τῷ κλήρῳ λαχοῦσα προτετίμηται.

Quod scilicet aeque Helice atque Aegis Neptunus coleretur. Non ita procul a Crathide; ad dexteram viae monumentum offendas, cum equestris viri iam pene abolita pictura. (8) Ab eo tumulo triginta circiter stadium via ad Gaeum ducit. Telluris id fanum est, quam Eurysternon *(id est, lati deam pectoris)* cognomento nuncupant. Signum deae vetustissimum. Sacerdotium mulieri decernitur: quo statim suscepto, vitam illa agit coelibem omne aetatis reliquum tempus: quanquam et ante eam oportuit unum tantummodo virum expertam esse. Taurini sanguinis haustu periculum faciunt: quo illa epoto, si falsum dixerit, extemplo poenam luit. Quod si plures forte sacerdotium petant, sorti creatio committitur.

CAPUT XXVI.

De urbe Aegira eiusque navali — prisco urbis nomine Hyperesia et recentioris origine — templis et signis Aegirae memorandis — Phelloë oppido eiusque memorandis — Pellene urbe — Donusa (Gonusa) oppido — Aristonautis, Pelleneorum navali.

Ἐς δὲ τὸ ἐπίνειον τὸ Αἰγειρατῶν, (ὄνομα τὸ αὐτὸ ἥ τε πόλις καὶ τὸ ἐπίνειον ἔχει) ἐς οὖν τὸ ἐπίνειον Αἰγειρῶν δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν Βουραϊκὴν εἰσιν Ἡρακλέους στάδιοι. ἐπὶ θαλάσσῃ μὲν δὴ Αἰγειράταις οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην· ὁδὸς δ' ἐκ τοῦ ἐπινείου δύο σταδίων καὶ δέκα ἐς τὴν ἄνω πόλιν. (2) Ὁμήρου δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὑπερησία ὠνόμασται· τὸ δὲ ὄνομα τὸ νῦν ἐγένετο Ἰώνων ἐποικούντων, ἐγένετο δὲ ἐπ' αἰτίᾳ τοιᾷδε. Σικυωνίων ἀφίξεσθαι στρατὸς ἔμελλεν αὐτοῖς πολέμιος ἐς τὴν γῆν. οἱ δὲ (οὐ γὰρ ἐδόκουν ἀξιόμαχοι τοῖς Σικυωνίοις εἶναι) ἀθροίζουσιν αἶγας, ὁπόσαι σφίσιν ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ. συλλέξαντες δὲ ἔδησαν πρὸς τοῖς κέρασιν αὐτῶν δᾷδας, καί, ὡς πρόσω νυκτὸς ἦν, ἐξάπτουσι τὰς δᾷδας. Σικυώνιοι δὲ (ἰέναι γὰρ συμμάχους τοῖς Ὑπερησιεῦσιν ἤλπιζον, καὶ εἶναι τὴν φλόγα ἐκ

Cap. XXVI. Ad Aegiratarum navale (cui idem quod Aegiris urbi nomen est) stadia intersunt LXXII ab Hercule Buraico. Nihil vero in maritima ora habent Aegiratae memoratu dignum. A navali superior urbs stadia abest XII: (2) appellata ab Homero est Hyperesia. Nomen quod nunc usurpat, obtinuit quum Iones eam tenerent coloniam, obtinuit autem ex huiuscemodi causa. Quum Sicyonii comparato exercitu agrum invasuri essent, intelligerentque Hyperesienses nullo se pacto pares illis numero et viribus futuros, capras omnes, quae intra fines erant, in unum coegerunt; adligatasque ad cornua faces, intempesta nocte accendere. Hostes ignes eos esse ab auxiliaribus Aegiratarum suspicati, retro agmen egere. A capris itaque, (*αἶγας Graeci*

τοῦ ἐπικουρικοῦ πυρὸς) οἱ μὲν οἴκαδε ἐπανήρχοντο, Ὑπερησίας δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα τὸ νῦν μετέθεντο ἀπὸ τῶν αἰγῶν· καὶ καθότι αὐτῶν ἡ καλλίστη καὶ ἡγουμένη τῶν ἄλλων ὤκλασεν, Ἀρτέμιδος Ἀγροτέρας ἐποιήσαντο ἱερὸν, τὸ σόφισμα ἐς τοὺς Σικυωνίους οὐκ ἄνευ τῆς Ἀρτέμιδός
591 σφισιν ἐπελθεῖν νομίζοντες. οὐ μὴν καὶ αὐτίκα γε ἐξενίκησεν Αἴγειραν ἀντὶ Ὑπερησίας καλεῖσθαι· ἐπεὶ κατ' ἐμὲ ἦσαν ἔτι, οἳ Ὠρεὸν τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τῷ ὀνόματι Ἑστίαιαν ἐκάλουν τῷ ἀρχαίῳ. (3) Παρείχετο δὲ ἡ Αἴγειρα ἐς συγγραφὴν ἱερὸν Διὸς καὶ ἄγαλμα καθήμενον, λίθου μὲν Πεντελησίου, Ἀθηναίου δὲ ἔργον Εὐκλείδου. ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἕστηκε· πρόσωπόν τε καὶ ἄκραι χεῖρες ἐλέφαντος καὶ οἱ πόδες, τὸ δὲ ἄλλο ξόανον χρυσοῦ τε ἐπιπολῆς διηνθισμένον ἐστὶ καὶ φαρμάκοις. Ἀρτέμιδός τε ναὸς καὶ ἄγαλμα τέχνης τῆς ἐφ' ἡμῶν· ἱερᾶται δὲ παρθένος, ἔστ' ἂν ἐς ὥραν ἀφίκηται γάμου. ἕστηκε δὲ καὶ ἄγαλμα ἐνταῦθα ἀρχαῖον, Ἰφιγένεια ἡ Ἀγαμέμνονος, ὡς οἱ Αἰγειρᾶται φασιν· εἰ δὲ ἀληθῆ λέ-

vocant) mutato veteri nomine, urbs Aegira est appellata: quoque loco ex illis una eximia specie, quaeque ceteris dux erat, procubuerat, ibi templum Dianae Agrestis erexere, quod illius propitio numine in mentem sibi venisse interpretati sunt, eo dolo hostem eludere. Neque vero continuo novum nomen inolevit. *Nam sic propemodum Hyperesiae nomen mansit,* ut Oreum in Euboea non desunt, qui hac ipsa aetate veteri nomine Hestiaean appellant. (3) Habet Aegira quae literis mandentur digna, Iovis templum, et in eo signum dei sedens, e Pentelico lapide, Euclidae Atheniensis opus. Ligneum ibidem stat Minervae signum, facie, summis manibus ac pedibus eburneis; reliquum corpus inauratum, et coloribus distinctum est. Habet et Dianae aedem cum simulacro, quod temporis nostri artem prae se fert. Sacerdotio fungitur puella ad nubilem usque aetatem. Extat ibidem priscum signum, quod Iphigeniae esse dictitant Aegiratae, Agamemnonis filiae. Id si ita est, credi facile

γουσιν οὗτοι, δῆλός ἐστιν ἐξαρχῆς Ἰφιγενείᾳ ποιηθεὶς ὁ ναός. ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐς τὰ μάλιστα ἀρχαῖον, τό τε ἱερὸν αὐτὸ καὶ ὁπόσα ἐν τοῖς ἀετοῖς· ἀρχαῖον δὲ καὶ τοῦ θεοῦ τὸ ξόανον, γυμνὸς, μεγέθει μέγας· τὸν ποιήσαντα δὲ εἶχεν οὐδεὶς τῶν ἐπιχωρίων εἰπεῖν· ὅστις δὲ ἤδη τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐν Σικυῶνι ἐθεάσατο, τεκμαίροιτο ἂν καὶ ἐν Αἰγείρᾳ τὸν Ἀπόλλωνα ἔργον εἶναι τοῦ αὐτοῦ Φλιασίου Λαφάους. Ἀσκληπιοῦ δὲ ἀγάλματα ὀρθά ἐστιν ἐν ναῷ, καὶ Σαράπιδος ἑτέρωθι καὶ Ἴσιδος, λίθου καὶ ταῦτα Πεντελησίου. τὴν δὲ Οὐρανίαν σέβουσι μὲν τὰ μάλιστα· ἐσελθεῖν δὲ ἐς τὸ ἱερὸν οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις. Θεοῦ δὲ, ἣν Συρίαν ἐπονομάζουσιν, ἐς ταύτης τὸ ἱερὸν εἰσίασιν ἐν ἡμέραις ῥηταῖς, ἄλλα τε, ὅσα νομίζουσι, προκαθαριεύσαντες καὶ ἐς τὴν δίαιταν. οἶδα καὶ οἴκημα ἐν Αἰγείρᾳ θεασάμενος· ἄγαλμα ἦν ἐν τῷ οἰκήματι Τύχης, τὸ κέρας φέρουσα τὸ Ἀμαλθείας· παρὰ δὲ αὐτὴν Ἔρως πτερὰ ἔχων ἐστίν· ἐθέλει δὲ σημαίνειν, ὅτι ἀν-

potest iam tum ab initio aedem fuisse Iphigeniae dedicatam. Spectandum ipsa maxima antiquitate Apollinis delubrum. Vetera sunt fastigii ornamenta; vetus ipsum Dei *maxime* signum: nudum id est, atque insigni magnitudine: neque quis fecerit opifex, populares habent dicere: qui tamen Sicyone Herculem viderit, facile *ex operum similitudine* coniiciat, utrumque opus fuisse Phliasii Laphais. Sunt praeterea in *eodem* delubro signa *aliquot* Aesculapii stantia; et seorsum Serapidis et Isidis, e lapide omnia Pentelico. *Prae ceteris* quidem *diis* religiosissime Coelestem Venerem colunt; in cuius aedem penetrare viris nefas. In eius vero, quam Syriam nominant, deae, non nisi statis diebus intrant, ubi se et reliquis certo ritu expiationibus, et victus praecipue moderatione lustraverint. Aedicula etiam quaedam Aegirae est, in qua Fortunae signum sum conspicatus, Amaltheae cornu prae se gerens; cui adsistit volucer Cupido. Significat haec nimirum Amoris cum Fortuna coniunctio, plus

θρώποις καὶ τὰ ἐς ἔρωτα τύχῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ κάλλους
κατορθοῦται. ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τε ἄλλα πείθο-
μαι τῇ ᾠδῇ, καὶ Μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν Τύχην, καὶ
ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν. ἐν Αἰγείρᾳ δὲ, ἐν τούτῳ
593 τῷ οἰκήματι, ἀνήρ τε ἤδη γέρων ἴσα καὶ ὀδυρόμενος,
καὶ γυναῖκες αἱ τρεῖς ἀφαιρούμεναι ψέλιά εἰσι, καὶ ἴσοι
νεανίσκοι ταῖς γυναιξὶν, ὁ δὲ ἐνδεδυκὼς θώρακα. εἰς
τοῦτόν φασιν, Ἀχαιοῖς γενομένου πολέμου μαχεσάμενον
ἀνδρειότατα Αἰγειρατῶν τελευτῆσαι, καὶ αὐτοῦ τὸν θά-
νατον οἱ λοιποὶ τῶν ἀδελφῶν οἴκαδε ἀπήγγειλαν· καὶ
τοῦδε εἵνεκα αἵ τε ἀδελφαὶ διὰ τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ πένθος ἀπο-
κοσμοῦνται, καὶ τὸν πατέρα ἐπονομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι
Συμπαθῆ, ἅτε ἐλεεινὸν καὶ ἐν τῇ εἰκόνι. (4) Ὁδὸς δὲ
ἐξ Αἰγείρας εὐθεῖα ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διὸς διά τε ὀρῶν
καὶ ἀνάντης [ἑστῶσά] ἐστι· μῆκος μὲν οὖν τῆς ὁδοῦ
τεσσαράκοντά εἰσι στάδιοι, ἄγει δὲ ἐς Φελλόην, πόλισμα
οὐκ ἐπιφανές· οὐδὲ ἀεὶ ᾠκεῖτο καὶ Ἰώνων ἔτι ἐχόντων
τὴν γῆν. τὰ δὲ περὶ τὴν Φελλόην ἐς φυτείαν ἀμπέλων

fere in amore homines ope Fortunae, quam pulchritudine proficere. Facile autem mihi Pindarus in suis canticis quum alia multa persuadet, tum vero unam esse Parcarum Fortunam, et eam quidem potestate sororibus antecellere. Est in eadem aedicula vir senex iam, propemodum eiulantis facie: mulieres tres armillas sibi detrahunt, et adolescentes totidem: ipse lorica est indutus. Hunc Achaei bellica virtute omnibus Aegiratis praestitisse tradunt; qui quum fortissime pugnans cecidisset, fratres eius mortem domum nunciarunt. Sorores itaque luctus causa, usitati cultus ornamenta abiiciunt. Patrem ipsum populares commiserabundum nuncupant, quod ipsa etiam effigies miserationem *sibi* conciliat. (4) Recta sane ab Aegira discedentes a Iovis templo, et per montes ardua, stadiûm XL nihilo brevior, Phelloen via ducit. Castellum id est minime clari nominis. Nam neque Ionibus quidem ea loca tenentibus perpetuo incolebatur. Ager vites feliciter educat. Ea qua maxime

ἐστὶν ἐπιτήδεια· καὶ ὅσα πετρώδη τῆς χώρας, δρῦς τέ εἰσι καὶ θηρία, ἔλαφοι καὶ ὗς ἄγριοι. εἰ δέ τινα τῶν ἐν Ἕλλησι πολισματίων ἀφθόνῳ καταῤῥεῖται τῷ ὕδατι, ἀριθμεῖν καὶ τὴν Φελλόην ἔστιν ἐν τούτοις. Θεῶν δὲ ἱερὰ Διονύσου καὶ Ἀρτέμιδός ἐστιν· ἡ μὲν χαλκοῦ πεποίηται, βέλος δὲ ἐκ φαρέτρας λαμβάνουσα· τῷ Διονύσῳ δὲ ὑπὸ κινναβάρεως τὸ ἄγαλμά ἐστιν ἐπηνθισμένον. ἐς δὲ τὸ ἐπίνειον καταβᾶσιν ἐξ Αἰγείρας, καὶ αὖθις ἐς τὰ πρόσω βαδίζουσιν, ἔστιν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγροτέρας, ἔνθα τὴν αἶγα ὀκλάσαι λέγουσιν. (5) Τῆς δὲ Αἰγειρατῶν ἔχονται Πελληνεῖς· πρὸς Σικυῶνος δὲ οὗτοι καὶ μοίρας τῆς Ἀργολίδος Ἀχαιῶν οἰκοῦσιν ἔσχατοι. τὸ δὲ ὄνομα ἐγένετο τῇ πόλει, λόγῳ μὲν τῷ Πελληνέων, ἀπὸ Πάλλαντος, (τῶν Τιτάνων δὲ καὶ Πάλλαντα εἶναι λέγουσι) δόξῃ δὲ τῇ Ἀργείων, ἀπὸ ἀνδρὸς Ἀργείου Πελλήνος· Φόρβαντος δὲ εἶναι τοῦ Τριόπα παῖδα αὐτὸν λέγουσιν. (6) Αἰγείρας δὲ ἐν τῷ μεταξὺ καὶ Πελλήνης πόλισμα ὑπήκουν Σικυωνίων Δονοῦσα καλουμένη, ἐγένετο μὲν ὑπὸ τῶν Σικυωνίων ἀνάστατος· μνημονεύειν 594

saxosus est parte, *multae passim* quercus, *multae* item ferae, cervi *in primis*, et apri. Ac si ulla Graecorum castella maxime sunt perennibus aquis irrigua, inter ea merito fuerit Phelloe numeranda. Sunt illic deorum templa, Liberi, et Dianae. Diana ex aere fabricata, sagittam e pharetra promens. Liber Pater *e ligno*, cinnabari illitus. Ab Aegira descendentibus ad navale, atque illinc progressis paulo longius, ad viae dexteram est aedes Agrestis *Dianae*, quo loco capellam procubuisse memorant. (5) Aegiratis contigui Pellenenses, Achaeorum postremi inter Sicyonem et Argolicae terrae fines. Appellatos ipsi se praedicant a Pallante: qui fuerit de Titanibus unus: at Argivi a Pellene putant Argivo, Phorbantis filio, Triopae nepote. (6) Inter Aegiram et Pellenem castellum et sub ditione Sicyoniorum, cui Donussa nomen, deleta ab *ipsis olim* Sicyoniis;

δὲ καὶ Ὅμηρον ἐν καταλόγῳ τῶν σὺν Ἀγαμέμνονί φασιν αὐτῆς ποιήσαντα ἔπος·

Οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Δονόεσσαν.

Πεισίστρατον δὲ, ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον, ἢ τῶν τινα ἑταίρων μεταποιῆσαι τὸ ὄνομα ὑπὸ ἀγνοίας. (7) Ἔστι δὲ Ἀριστοναῦται Πελληνεῦσιν ἐπίνειον. ἐς τοῦτο ἐξ Αἰγείρας τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ σταδίων ἐστὶν εἴκοσιν ὁδὸς καὶ ἑκατόν· ταύτης δὲ ἡμίσεια ἐς Πελλήνην ἀπὸ τοῦ ἐπινείου. ὄνομα δὲ Ἀριστοναύτας γενέσθαι τῷ ἐπινείῳ λέγουσιν, ὅτι καὶ ἐς τοῦτον τὸν λιμένα ὡρμίσαντο οἱ πλεύσαντες ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς. Πελληνεῦσι δὲ ἡ πόλις ἐστὶν ἐπὶ λόφου κατὰ ἄκραν τὴν κορυφὴν ἐς ὀξὺ ἀνεστηκότος. τοῦτο μὲν δὴ ἀπότομον, καὶ δι' αὐτό ἐστιν ἀοίκητον· τῷ δὲ χθαμαλωτέρῳ πεπόλισταί σφισιν οὐ συνεχὴς ἡ πόλις, ἐς δὲ μοίρας νενεμημένη δύο ὑπὸ τῆς ἄκρας μεταξὺ ἀνεχούσης.

et eius mentionem ab Homero factam affirmant in Agamemnonis delectu: eo scilicet versu;

Quique Hyperesiam, atque altam coluere Donussam.

Sedenim Pisistratum, quum dissipata Homeri carmina, et passim per alia literarum monumenta dispersa, in unum colligeret, vel ipsum, vel operis illius adiutorem *loci* ignoratione nomen immutasse. (7) Suum Pelleneorum navale Aristonautae appellatur. Distat ab Aegirae maritima parte stadia CXX: dimidio brevior a navali Pellenen via. Hoc nominis inditum ferunt, quod in eum portum appulerint Argonautae. Est oppidum ipsum in iugo situm. Iugi supremus vertex in acutissimum assurgit fastigium: sed nullae ea in parte, quod maxime ardua et praerupta est, domus. In planiore clivi parte conditum est oppidum, non continuum illud quidem sed in duas partes divisum, sub cacumine scilicet inter utramque urbis partem eminente.

CAPUT XXVII.

Memoranda in via Pellenen versus, Mercurius Dolius — templum et festum Bacchi Lampteris et Apollinis Theoxenii — de Pellenaeorum gymnasio et de Promacho — Posidio, Neptuni templo, et Mysaeo, templo Cereris Mysiae — Cyro, templo Aesculapii.

Ἰόντων δὲ ἐς Πελλήνην, ἄγαλμά ἐστιν Ἑρμοῦ κατὰ τὴν ὁδόν· ἐπίκλησιν μὲν Δόλιος, εὐχὰς δὲ ἀνθρώπων ἕτοιμος τελέσαι· σχῆμα δὲ αὐτῷ τετράγωνον· γένειά τε ἔχει, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πῖλον εἰργασμένον. κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν ἐστὶν Ἀθηνᾶς, λίθου μὲν ἐπιχωρίου, ναός, ἐλέφαντος δὲ τὸ ἄγαλμα καὶ χρυσοῦ· Φειδίαν δὲ εἶναι τὸν εἰργασμένον φασί, πρότερον ἔτι ἢ ἐν τῇ ἀκροπόλει τε αὐτὸν τῇ Ἀθηναίων, καὶ ἐν Πλαταιαῖς ποιῆσαι τῆς Ἀθηνᾶς τὰ ἀγάλματα. λέγουσι δὲ οἱ Πελληνεῖς καὶ ἄδυτον τῆς Ἀθηνᾶς καθήκειν ἐς βάθος τῆς γῆς, εἶναι δὲ τὸ ἄδυτον τοῦτο ὑπὸ τοῦ ἀγάλματος τῷ βάθρῳ, καὶ τὸν ἀέρα ἐκ τοῦ ἀδύτου νότιόν τε εἶναι, καὶ δι' αὐτὸ τῷ ἐλέφαντι ἐπιτήδειον. ὑπὲρ δὲ τὸν ναὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστιν ἄλσος περιῳκοδομημένον τείχει Σωτείρας ἐπίκλησιν

Cap. XXVII. Qua Pellenen iter, in ipsa via Mercurii signum est, cui cognomen Dolio: hominum vota maxime rata facere creditur: figura est quadrangula barbatus, pileo caput velante. In eadem via propius urbem est Minervae templum, lapide extructum vernaculo: deae signum ex ebore et auro: artificem Phidian fuisse dicunt; atque hanc quidem Minervam elaborasse illum antequam vel Atheniensibus eam, quae in arce collocata est, vel suam Plataeensibus Minervam fecisset. Aiunt Pelenei sub ipsa Minervae basi alte descendere adytum, atque ex eo humidum halitum efflari, qui sit ebori tuendo peridoneus. Supra Minervae delubrum lucus est muro circumseptus, Dianae Sospitae sacer. Per huius numen de rebus maximis iusiurandum conci-

595 Ἀρτέμιδος, καὶ ὀμνύουσιν ἐπὶ μεγίστοις αὐτήν· ἔσοδος δὲ πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν, ἄλλῳ γε οὐδενί ἐστιν ἀνθρώπων. ἱερεῖς δὲ ἄνδρες τῶν ἐπιχωρίων εἰσὶ κατὰ δόξαν γένους μάλιστα αἱρούμενοι. τοῦ δὲ ἄλσους τῆς Σωτείρας ἱερὸν ἀπαντικρὺ Διονύσου Λαμπτῆρός ἐστιν ἐπίκλησιν. τούτῳ καὶ Λαμπτηρίαν ἑορτὴν ἄγουσι, καὶ δᾷδάς τε ἐς τὸ ἱερὸν κομίζουσιν ἐν νυκτὶ, καὶ οἴνου κρατῆρας ἱστᾶσιν ἀνὰ τὴν πόλιν πᾶσαν. ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ἱερόν· τὸ δὲ ἄγαλμα χαλκοῦ πεποίηται· καὶ ἀγῶνα ἐπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι, τιθέντες ἀργύριον ἆθλα τῆς νίκης· καὶ ἄνδρες ἀγωνίζονται τῶν ἐπιχωρίων. πλησίον δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος ναός ἐστιν Ἀρτέμιδος· τοξευούσης δὲ ἡ θεὸς παρέχεται σχῆμα. ᾠκοδόμηται δὲ καὶ ἔλυτρον κρήνης ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ λουτρά ἐστιν αὐτοῖς τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἐπεί τοι πίνειν πηγαί σφισιν ὑπὸ τὴν πόλιν εἰσὶν οὐ πολλαί· τὸ δὲ χωρίον, ἔνθα αἱ πηγαὶ, Γλυκείας ὀνομάζουσι. (2) Γυμνάσιον δὲ ἀρχαῖον ἐς ἐφήβων μάλιστα τελεῖται μελέτην·

piunt: nulli vero cuiquam hominum praeterquam sacrificulis illuc aditus patet. Praesident sacris indigenae homines, generis dignatione clarissimus quisque. Contra lucum Sospitae, est Liberi Patris templum, quem Lamptera *a luminibus* nuncupant, festumque ei diem Lampteriam celebrant, illatis noctu intra aedem accensis facibus, passimque per urbem dispositis vini crateris. Est etiam apud Pelleneos Apollinis Theoxenii templum; cuius ex aere simulacrum. Ludos faciunt in honorem Apollinis, Theoxenia: argentum victoribus praemium exponitur: descendunt in certamen *soli* cives. Prope Apollinis, aedes Dianae est: iaculatricis ornatum dea prae se fert. In foro erectum videas aquae per occultos meatus ductae conceptaculum. Ad lavacra, ex imbribus collectitia utuntur aqua. Nam poculentae pauci sunt infra urbem fontes, eo loco, quas *(a dulcibus aquis)* Glyceas appellant. (2) Priscum ibi gymnasium, ubi se epheti exercent: neque vero in civitatis

οὐδὲ ἐς τὴν πολιτείαν ἐγγραφῆναι πρότερον καθέστηκεν οὐδενὶ, πρὶν ἂν ἐφηβεύσωσιν. ἐνταῦθα ἀνὴρ Πελληνεὺς ἕστηκε Πρόμαχος ὁ Δρύωνος, ἀνελόμενος παγκρατίου νίκας, τὴν μὲν Ὀλυμπίασι, τρεῖς δ' Ἰσθμίων, καὶ Νέμεα δύο· καὶ αὐτοῦ καὶ εἰκόνας ποιήσαντες οἱ Πελληνεῖς, τὴν μὲν ἐς Ὀλυμπίαν ἀνέθεσαν, τὴν δὲ ἐν γυμνασίῳ, λίθου ταύτην καὶ οὐ χαλκοῦ. λέγεται δὲ καὶ ὡς, Κορινθίου συνεστῶτος πολέμου Πελληνεῦσιν, ἀποκτείνειεν ὁ Πρόμαχος πλείστους τῶν ἀντιτεταγμένων. λέγεται δὲ καὶ ὡς Πουλυδάμαντος τοῦ Σκοτουσσαίου κρατήσειεν ἐν Ὀλυμπίᾳ· τὸν δὲ Πουλυδάμαντα δεύτερα τότε ἐς ἀγῶνα ἀφῖχθαι τὸν Ὀλυμπιακὸν παρὰ βασιλέως τοῦ Περσῶν ἀνασωθέντα οἴκαδε. Θεσσαλοὶ δὲ, ἡσσηθῆναι Πουλυδάμαντα οὐχ ὁμολογοῦντες, παρέχονται καὶ ἄλλα ἐς πίστιν, καὶ ἐλεγεῖον ἐπὶ τῷ Πουλυδάμαντι·

Ὦ τροφὲ Πουλυδάμαντος ἀνικάτου Σκοτόεσσα. 596

Πελληνεῖς δ' οὖν Πρόμαχον τὰ μάλιστα ἄγουσιν ἐν τιμῇ.

album quisquam inscribitur, nisi ante puberum exercitationes obierit. Hoc in gymnasio posita statua est Promacho Pelleneo, Dryonis filio, una ex Olympicis, tribus ab Isthmicis, duabus e Nemeis ludis de pancratio palmis reportatis. Unam ei sui cives *ex aere* Olympiae; alteram e marmore, in gymnasio, *de quo modo diximus*, statuam dedicarunt. Hunc Promachum, bello, quod inter Pelleneos et Corinthios gestum est, *unum* hostes quamplurimos pugnantem occidisse memoriae proditum. Ab eodem etiam Olympiae superatum Polydamantem Scotussaeum, quo tempore a Persarum rege in patriam reversus Polydamas, in Olympicum certamen iterum descendit. At Thessali Polydamantem *ex ullo unquam certamine* inferiorem discessisse minime confitentes, et alia eius rei afferunt argumenta, et in primis elegos ad Polydamantis statuam adscriptos:

O Scotoessa altrix invicti Polydamantis.

Pellenenses utique magno Promachum honore prosequuntur,

Χαίρωνα δὲ δύο ἀνελόμενον πάλης νίκας * καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τέσσαρας, οὐδὲ ἀρχὴν ἐθέλουσιν ὀνομάζειν, ὅτι κατέλυσε πολιτείαν ἐμοὶ δοκεῖν τὴν ἐν Πελλήνῃ, δῶρον τὸ ἐπιφθονώτατον παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου λαβὼν, τύραννος πατρίδος τῆς αὑτοῦ καταστῆναι. ἔστι δὲ καὶ Εἰλειθυίας Πελληνεῦσιν ἱερόν· τοῦτο ἐν μοίρᾳ τῆς πόλεως τῇ ἐλάσσονί ἐστιν ἱδρυμένον. (3) Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον Ποσείδιον τὰ μὲν ἀρχαιότερα ἦν δῆμος, ἔρημον δὲ ἐφ' ἡμῶν. ἔστι μὲν δὴ τὸ Ποσείδιον τοῦτο ὑπὸ τὸ γυμνάσιον· διαμεμένηκε δὲ καὶ ἐς τόδε ἔτι αὐτῷ Ποσειδῶνος ἱερὸν νομίζεσθαι. Πελλήνης δὲ ὅσον στάδια ἑξήκοντα ἀπέχει τὸ Μύσαιον, ἱερὸν Δήμητρος Μυσίας· ἱδρύσασθαι δὲ αὐτὸ Μύσιόν φασιν ἄνδρα Ἀργεῖον· ἐδέξατο δὲ οἴκῳ Δήμητρα καὶ ὁ Μύσιος λόγῳ τῷ Ἀργείων. ἔστι δὲ ἄλσος ἐν τῷ Μυσαίῳ, δένδρα ὁμοίως τὰ πάντα, καὶ ὕδωρ ἄφθονον ἄνεισιν ἐκ πηγῶν· ἄγουσι δὲ καὶ ἑορτὴν τῇ Δήμητρι ἐνταῦθα ἡμερῶν ἑπτά· τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ὑπεξίασιν οἱ ἄνδρες ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καταλειπόμεναι

duasque eius de lucta ad Chaeroneam, quatuor Olympiae acceptas palmas praedicant. Nominare tamen eum respuunt, ob eam causam credo: quod Pellenensium rempublicam sustulerit. Corruptus enim ab Alexandro Philippi filio invidiosissimo dominationis munere, se patriae suae tyrannum imponi facile passus est. Est Lucinae etiam aedes, a Pellenensibus in parte oppidi minore dedicata. (3) Quod vero Posidion *(id est Neptunium)* dicitur, fuit olim curia, aetate nostra desertus plane locus, infra gymnasium; permansit tamen ei haec usque ad praesens saeculum dignatio, ut Neptuno sacer habeatur. A Pellene stadia circiter sexaginta abest Mysaeum, Mysiae Cereris sacrarium. Dedicatum ferunt a Mysio Argivo homine; et ab eo quidem hospitio Cererem acceptam Argivorum sermo vulgavit. Lucus est in Mysaeo condensus omnis generis arboribus, et perennium fontium aquis irriguus. Festos dies agitant septem: quorum tertio, e templo viri omnes exeunt: mulieres intus

δὲ αἱ γυναῖκες δρῶσιν ἐν τῇ νυκτὶ, ὁπόσα νόμος ἐστὶν αὐταῖς· ἀπελαύνονται δὲ οὐχ οἱ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κυνῶν τὸ ἄῤῥεν. ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἀφικομένων ἐς τὸ ἱερὸν τῶν ἀνδρῶν, αἱ γυναῖκές τε ἐς αὐτοὺς, καὶ ἀνὰ μέρος ἐς τὰς γυναῖκας οἱ ἄνδρες γέλωτί τε ἐς ἀλλήλους χρῶνται καὶ σκώμμασιν. (4) Ἀπωτέρω δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Μυσαίου ἱερόν ἐστιν Ἀσκληπιοῦ καλούμενον Κῦρος, καὶ ἰάματα ἀνθρώποις παρὰ τοῦ θεοῦ γίνεται. ὕδωρ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἀνέδην ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τῇ μεγίστῃ τῶν πηγῶν τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἄγαλμα ἵδρυται. Ποταμοὶ δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν κατέρχονται ὑπὲρ τὴν Πελλήνην, πρὸς μὲν Αἰγείρας καλούμενος Κρῖος· ἔχειν δὲ αὐτὸν τὸ ὄνομα ἀπὸ Τιτᾶνος Κρίου· * καὶ ἄλλος ὠνόμασται ποταμὸς, ὃς ἀρχόμενος ἐκ Σιπύλου τοῦ ὄρους ἐς τὸν Ἕρμον κά- 597
τεισι. καθότι δὲ Πελληνεῦσιν ὅροι τῆς χώρας πρὸς Σικυωνίους εἰσὶ, κατὰ τοῦτο ποταμός σφισι Σύθας, ἔσχατος ποταμῶν τῶν Ἀχαϊκῶν, ἐς τὴν Σικυωνίαν ἐκδίδωσι θάλασσαν.

relictae, ritu a maioribus tradito nocturnum peragunt sacrum. Neque vero viros tantum excludunt, sed canes etiam masculos eiiciunt. Postero die revisunt foeminas in templo viri, multoque cum risu ultro citroque sales et dicta iaciuntur. (4) Modico a Mysaeo intervallo surgit Aesculapii templum: Cyros appellatur. *Multa* hic monstrantur morborum remedia. Aqua hic etiam effusissime scatet, et ad fontium ibi maximum dei ipsius positum signum. Flumina item *aliquot* descendunt e montibus, qui supra Pellenen sunt. Eorum unus manat ab ea parte quae Aegiram spectat; is Crius appellatur, a Crio Titane nomen inditum putant. At Alsus nominatur, qui e Sipylo descendens, in Hermum influit. Qua vero parte finitimi sunt Sicyoniis Pellenenses, amnis quidam Achaicorum postremus in Sicyonium mare decurrit.

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

ΑΡΚΑΔΙΚΑ.

ΑΡΚΑΔΙΚΑ SEU LIB. VIII.

CAPUT I.

Arcadas mediterraneam Peloponnesi partem tenere, ex reliquarum civitatum finium summa breviter repetita ostenditur — de Pelasgo.

Ἀρκάδων δὲ τὰ πρὸς τῆς Ἀργείας Τεγεᾶταί τε ἔχουσι 598 καὶ Μαντινεῖς. νέμονται δὲ οὗτοί τε καὶ τὸ ἄλλο Ἀρκαδικὸν τὸ μεσόγαιον τῆς Πελοποννήσου. Κορίνθιοι γὰρ οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ πρῶτοι· Κορινθίοις δὲ τὰ πρὸς θαλάσσης εἰσὶν Ἐπιδαύριοι γείτονες. τὰ δὲ ἐς Ἐπίδαυρον καὶ Τροιζῆνά τε καὶ Ἑρμιόνα, ὁ κόλπος ἐστὶν ὁ Ἀργολικὸς καὶ ὅσα ἐπιθαλάσσια τῆς Ἀργείας. ταύτης δὲ ἔχονται τῆς χώρας Λακεδαιμονίων περίοικοι. τούτοις δὲ ὅμορος ἡ Μεσσηνία· καταβαίνει γὰρ μέχρι θαλάσσης ἐς Μεθώνην καὶ Πύλον καὶ ἐπὶ Κυπαρισσιάς. τὰ δὲ πρὸς Λεχαίου Κορινθίοις Σικυώνιοι προσοικοῦσιν ἔσχατοι ταύτῃ

Cap. I. Arcadiae partem eam, quae fines Argivorum contingit, Tegeatae et Mantinenses tenent: et Arcadici quidem nominis populi omnes mediterraneum Peloponnesi agrum colunt. Corinthii enim primi Isthmum obtinent. His contigui Epidaurii, qua parte ad Aegeum mare ora est exposita. Quod vero attinet ad Epidaurum, Troezenem et Hermionem, eas excipit sinus Argolicus et quidquid Argolicae terrae ad mare situm est. Adiacent circumquaque Lacedaemoniorum civitates. His finitima Messenia, quae ad mare descendit Methonen usque, Pylon, et Cyparissias. Ad Lechaeum vicini Corinthiis Sicyonii, postremi hi Argolicorum

μοίρας τῆς Ἀργολίδος. μετὰ Σικυῶνα Ἀχαιοὶ τὸ ἐντεῦθέν εἰσιν οἱ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν οἰκοῦντες. τὸ δὲ ἕτερον Πελοποννήσου πέρας τὸ ἀπαντικρὺ τῶν Ἐχινάδων οἰκοῦσιν Ἠλεῖοι. τῆς δὲ γῆς τῆς Ἠλείας κατὰ μὲν Ὀλυμπίαν καὶ τοῦ Ἀλφειοῦ τὰς ἐκβολὰς πρὸς τὴν Μεσσηνίαν εἰσὶν ὅροι, τὰ δὲ πρὸς Ἀχαΐαν Δυμαῖοί εἰσιν ὅμοροι. τούτων τῶν κατειλεγμένων καθηκόντων ἐπὶ θάλασσαν, Ἀρκάδες τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσης πανταχόθεν· ὅθεν σφᾶς καὶ Ὅμηρος ἀφικέσθαι φησὶν ἐς Τροίαν παρ' Ἀγαμέμνονος πλοῖα εἰληφότας, καὶ οὐχὶ ναυσὶν οἰκείαις.
599 (2) Φασὶ δὲ Ἀρκάδες, ὡς Πελασγὸς γένοιτο ἐν τῇ γῇ ταύτῃ πρῶτος. εἰκὸς δὲ ἔχει τοῦ λόγου, καὶ ἄλλους ὁμοῦ τῷ Πελασγῷ, μηδὲ αὐτὸν Πελασγὸν γενέσθαι μόνον· ποίων γὰρ ἂν καὶ ἦρχεν ὁ Πελασγὸς ἀνθρώπων; μεγέθει μέντοι καὶ κατὰ ἀλκὴν καὶ κάλλος προεῖχεν ὁ Πελασγὸς, καὶ γνώμην ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἦν, καὶ τούτων εἵνεκα αἱρεθῆναί μοι δοκεῖ βασιλεύειν ὑπ' αὐτῶν. Πεποίηται δὲ καὶ Ἀσίῳ τοιάδε ἐς αὐτόν·

hac in parte finium. Sicyonem excipiunt Achaei litoris accolae. Ad alterum Peloponnesi latus, quod Echinadibus insulis ex adverso est, habitant Elei. Elei agri fines cum Messenia iunguntur, qua parte Olympia est, et Alphei ostium: at inter Eleam terram et Achaiam, medii Dymaei sunt. Pertinent populi, quos enumeravi, ad mare omnes. Interiores Arcades a mari undecunque seclusi. Quare Homerus profectos ad Troiam dicit, non suis ipsorum, sed acceptis ab Agamemnone navibus. (2) Ac primum quidem omnium Pelasgum memorant Arcades in hac terra extitisse: sed consentaneum certe est non solum illum, sed alios etiam *in iisdem locis* una cum eo fuisse. Nam quibus omnino imperasset hominibus? Crediderim ego Pelasgum magnitudine, robore, ac forma, quin et animi dotibus, ceteros superasse: eamque ob rem ei a suis regnum decretum: cuiusmodi ei testimonium suis versibus Asius etiam dedit:

Ἀντίθεον δὲ Πελασγὸν ἐν ὑψικόμοισιν ὄρεσσι
Γαῖα μέλαιν' ἀνέδωκεν, ἵνα θνητῶν γένος εἴη.

Πελασγὸς δὲ βασιλεύσας, τοῦτο μὲν ποιήσασθαι καλύβας ἐπενόησεν, ὡς μὴ ῥιγοῦν τε καὶ ὕεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, μηδὲ ὑπὸ τοῦ καύματος ταλαιπωρεῖν· τοῦτο δὲ τοὺς χιτῶνας τοὺς ἐκ τῶν δερμάτων τῶν ὑῶν, οἷς καὶ νῦν περί τε Εὔβοιαν ἔτι χρῶνται καὶ ἐν τῇ Φωκίδι, ὁπόσοι βίου σπανίζουσιν, οὗτός ἐστιν ὁ ἐξευρών. καὶ δὴ καὶ τῶν φύλλων τὰ ἔτι χλωρά, καὶ πόας τε καὶ ῥίζας οὐδὲ ἐδωδίμους, ἀλλὰ ὀλεθρίους ἐνίας, σιτουμένους τοὺς ἀνθρώπους, τούτων μὲν ἔπαυσεν ὁ Πελασγός· ὁ δὲ τὸν καρπὸν τῶν δρυῶν οὔτι που πασῶν, ἀλλὰ τὰς βαλάνους τῆς φηγοῦ τροφὴν ἐξεῦρεν εἶναι. παρέμεινέ τε ἐνίοις ἐς τοσοῦτον ἀπὸ Πελασγοῦ τούτου ἡ δίαιτα, ὡς καὶ τὴν Πυθίαν, ἡνίκα Λακεδαιμονίοις γῆς τῆς Ἀρκάδων ἀπηγόρευεν ἅπτεσθαι, καὶ τάδε εἰπεῖν τὰ ἔπη·

Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,
Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μεγαίρω.

Montibus alticomis peperit nigra terra Pelasgum
Dis similem, et generi tribuit nova regna futuro.

Pelasgus igitur quum regnare coepisset, primum quidem rudes homines docuit tuguria, ad frigoris, imbrium, et aestus incommoda arcenda, aedificare. Idem tunicas facere instituit e suillis coriis; qualibus his ipsis temporibus in Euboea et Phocide tenuiores homines utuntur. Ad haec quum vulgo virente adhuc fronte, herbisque ac radicibus non modo non cibariis, sed plerumque perniciosis *incautius* vescerentur, salubriores multo glandes esse; neque omnes, sed quae e sola fago legerentur, persuasit. Fuit vero tam frequens ac diuturnus hic glandium cibus Arcadibus, ut quo tempore monuit Apollo Lacedaemonios, ne Arcades bello lacesserent, hunc illis victum e glandibus hisce versibus attribuerit:

Haud equidem invideo tibi ego: sed plurimus Arças
Glande alitus dura coepto prohibebit inani.

Πελασγοῦ δὲ βασιλεύοντος γενέσθαι καὶ τῇ χώρᾳ Πελασγίαν φασὶν ὄνομα.

CAPUT II.

De Lycaone, Iove Lycaeo, ludis Lycaeis et Panathenaeis — hominibus deorum hospitibus et convivis — hominibus in deos relatis — fabulis vero superstructis.

ante usurparat Cimon Miltiadis filius, in Eione ad Strymonem amnem obsidenda, propugnante Boe Medo homine cum Persarum praesidio. Hoc illius factum quum ex Pellenensibus audisset, imitatus est Agesipolis. Et captam quidem Mantinean magna ex parte diruit, paucis relictis ad habitandum, aedificiis; reliquam multitudinem in proximos vicos divisit. (6) At Thebani post Leuctricam pugnam, e vicis, *in quos fuerant dissipati*, rursus in pristinas sedes Mantinenses reduxere. Non tamen illi satis gratos se praebuerunt. Nam *post* circumclusi, per legatos pacem cum Lacedaemoniis seorsum ab Arcadum concilio pepigerunt: aperte quidem societatem cum Spartanis profiteri, Thebanorum simultatem veriti, non sunt ausi. In Mantinensi certe pugna Lacedaemoniis contra Epaminondam praesto fuere; a quibus postea, dissidio orto, descivere ad Achaeos; Aginque Eudamidae filium, Spartanorum regem, praelio fu-

νικῶσι δὲ προσλαβόντες Ἀχαιῶν στρατιὰν, καὶ Ἄρατον ἡγεμόνα ἐπ᾽ αὐτῇ. μετέσχον δὲ καὶ πρὸς Κλεομένην τοῦ ἔργου τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ συγκαθεῖλον Λακεδαιμονίων τὴν ἰσχύν. Ἀντιγόνου δὲ ἐν Μακεδονίᾳ Φίλιππον τὸν Περσέως πατέρα ἔτι παῖδα ἐπιτροπεύοντος, καὶ Ἀχαιοῖς ἐς τὰ μάλιστα ὄντος ἐπιτηδείου, ἄλλα τε ἐς τιμὴν αὐτοῦ Μαντινεῦσιν ἐποιήθη, καὶ ὄνομα τῇ πόλει μετέθεντο Ἀντιγόνειαν. χρόνῳ δὲ ὕστερον Αὐγούστου πρὸς τῇ ἄκρᾳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἀκτίου ναυμαχήσειν μέλλοντος, Μαντινεῖς ἐμαχέσαντο ὁμοῦ Ῥωμαίοις, τὸ δὲ ἄλλο Ἀρκαδικὸν συνετάχθησαν Ἀντωνίῳ, κατ᾽ ἄλλο μὲν, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐδὲν, ὅτι δὲ ἐφρόνουν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ Αὐγούστου. δέκα δὲ ὕστερον γενεαῖς ἐβασίλευσέ τε Ἀδριανὸς, καὶ ἀφελὼν Μαντινεῦσι τὸ ὄνομα τὸ ἐκ Μακεδονίας ἐπακτὸν, ἀπέδωκεν αὖθις Μαντίνειαν καλεῖσθαί σφισι τὴν πόλιν.

sum, extra fines suos eiecere; *non ipsi quidem per se, sed* accitis in auxilium Achaeis, eorumque duce Arato. Iidem cum Achaeis advorsum Cleomenem arma tulere, et Lacedaemoniorum opes infregere. Antigono vero, dum Philippi, qui Persei pater fuit, tutelam gereret, quod is Achaeorum perstudiosus esset, et alios honores habuere, et in eius gratiam Mantinean mutato nomine Antigonean appellarunt. Iam vero *multis* post *aetatibus* in pugna Actiaca ad Apollinis promontorium Augusti studia secuti sunt, quum ceteri Arcadici nominis populi cum Antonio facerent, non aliam opinor ob causam, quam quod Lacedaemonii in Augusti erant partibus. Aetatibus deinde post haec *amplius* X, quum ad imperium Adrianus accessisset, adventitium cognomen urbis illud Macedonicum sustulit, eamque suo pristino nomine iussit vocari.

CAPUT IX.

De Mantineae urbis templis et signis memorandis — Arcadis sepulcro et aliis monumentis — templo Veneris Symmachiae et Minerva Alea — Antinoi templo, cultu et imaginibus — Podaris heroo.

Ἔστι δὲ Μαντινεῦσι ναὸς διπλοῦς μάλιστά που κατὰ 616
μέσον τοίχῳ διειργόμενος· τοῦ ναοῦ δὲ τῇ μὲν ἄγαλμά ἐστιν Ἀσκληπιοῦ, τέχνη δὲ Ἀλκαμένους· τὸ δὲ ἕτερον Λητοῦς ἐστιν ἱερὸν καὶ τῶν παίδων· Πραξιτέλης δὲ τὰ ἀγάλματα εἰργάσατο τρίτῃ μετὰ Ἀλκαμένην ὕστερον γενεᾷ· τούτων πεποιημένα ἐστὶν ἐπὶ τῷ βάθρῳ Μοῦσα καὶ Μαρσύας αὐλῶν. ἐνταῦθα ἀνὴρ ἐπείργασται στήλῃ Πολύβιος ὁ Λυκόρτα· καὶ τοῦ μὲν ἐπιμνησθησόμεθα καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα. Μαντινεῦσι δέ ἐστι καὶ ἄλλα ἱερά, τὸ μὲν Σωτῆρος Διός, τὸ δὲ Ἐπιδώτου καλούμενον· ἐπιδιδόναι γὰρ δὴ ἀγαθὰ αὐτὸν ἀνθρώποις. ἔστι δὲ Διοσκούρων, καὶ ἑτέρωθι Δήμητρος καὶ Κόρης ἱερόν· πῦρ δὲ ἐνταῦθα καίουσι, ποιούμενοι φροντίδα, μὴ λάθῃ σφίσιν ἀποσβεσθέν. καὶ Ἥρας πρὸς τῷ θεάτρῳ ναὸν ἐθεασάμην· Πραξιτέλης δὲ τὰ ἀγάλματα, αὐτήν τε καθημέ-

Cap. IX. Mantineae geminum est templum, medio pariete dispertitum: in uno Aesculapii signum visitur, Alcamenis opus:' in altero, Latonae, eiusque liberorum cella est. Signa fecit Praxiteles tertia post Alcamenem aetate. In basi Musa insculpta, et Marsias tibiis canens. Ibidem pilae insistit Polybius Lycortae filius, de quo alio loco nobis erit mentio. Habent et alia Mantinenses delubra: Iovis Servatoris, et eius, quem idcirco, quod hominibus fortunas exauget, Epidoten nuncupant. Gemellorum etiam, et in diversa urbis parte Cereris ac Proserpinae. Hoc in fano ignem accendunt; cui summa religione ne exstinguatur cavent. Vidi etiam prope theatrum Iunonis aedem: Deam Praxiteles in solio sedentem fecit, eique adsistentes Minervam et

νην ἐν θρόνῳ, καὶ παρεστῶσας ἐποίησεν Ἀθηνᾶν, καὶ Ἥβην παῖδα Ἥρας. (2) Πρὸς δὲ τῆς Ἥρας τῷ βωμῷ καὶ Ἀρκάδος τάφος τοῦ Καλλιστοῦς ἐστι. τὰ δὲ ὀστᾶ τοῦ Ἀρκάδος ἐπηγάγοντο ἐκ Μαινάλου χρησμοῦ σφισιν ἐλθόντος ἐκ Δελφῶν·

> Ἔστι δὲ Μαιναλίη δυσχείμερος, ἔνθα τε κεῖται
> Ἀρκὰς, ἀφ' οὗ δὴ πάντες ἐπίκλησιν καλέονται.
> Ἔνθα σ' ἐγὼ κέλομαι στείχειν, καὶ εὔφρονι θυμῷ
> Ἀρκάδ' ἀειραμένους κατάγειν εἰς ἄστυ ἐραννὸν,
> Οὗ τρίοδος καὶ τετράοδος καὶ πεντακέλευθος,
> Ἔνθα τε δὴ τέμενός τε θυηλάς τ' Ἀρκάδι τεύχειν.

τὸ δὲ χωρίον τοῦτο, ἔνθα ὁ τάφος ἐστὶ τοῦ Ἀρκάδος, καλοῦσιν Ἡλίου βωμούς. τοῦ θεάτρου δὲ οὐ πόῤῥω μνήματα προήκοντά ἐστιν ἐς δόξαν· τὸ μὲν ἑστία καλουμένη κοινὴ, περιφερὲς σχῆμα ἔχουσα· Ἀντινόην δὲ αὐτόθι ἐλέγετο κεῖσθαι τὴν Κηφέως· τῷ δὲ στήλη τε ἐφέστηκε, καὶ ἀνὴρ ἱππεὺς ἐπειργασμένος ἐστὶν ἐπὶ τῇ στήλῃ, Γρύλλος ὁ Ξενοφῶντος. (3) Τοῦ θεάτρου δὲ ὄπισθεν ναοῦ

Heben Iunonis filiam. (2) Ab ara deae proxime abest Arcadis Callistus filii tumulus. Huc enim ex Delphici Apollinis oraculo e Maenalo sunt Arcadis ossa deportata. *Oraculi vox fuit,*

> Frigida Maenaliae regio est, ubi conditus Arças,
> Arcades a cuius dicuntur nomine cuncti.
> Huc ego ferre pedem iubeo te, et pectore laeto
> Arcada sublatum pulchram transponere in urbem,
> Quae trivia est, quae quadrivia, et quae quinque viarum.
> Hic Arcas lucum, sacrorum hic munera habeto.

Locum ubi Arcadis est sepulcrum, Solis aras vocant. Non longe a theatro illustria exstant monumenta. Inter ea focus, qui communis dicitur, rotunda figura, in quo sitam Autonoen creditum Cephei filiam. Eminet pila supra *tumulum* cum equestri statua: Gryllus is est Xenophontis filius. (3) A tergo theatri reliqua adhuc sunt templi ve-

τε Ἀφροδίτης ἐπίκλησιν Συμμαχίας ἐρείπια καὶ ἄγαλμα 617
ἐλείπετο· τὸ δὲ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ βάθρῳ τὴν ἀναθεῖσαν τὸ ἄγαλμα ἐδήλου θυγατέρα εἶναι Πασέου Νικίππην. τὸ δὲ ἱερὸν κατεσκευάσαντο τοῦτο οἱ Μαντινεῖς, ὑπόμνημα ἐς τοὺς ἔπειτα τῆς ὁμοῦ Ῥωμαίοις ἐπ' Ἀκτίῳ ναυμαχίας. σέβουσι δὲ καὶ Ἀθηνᾶν Ἀλέαν, καὶ ἱερόν τε καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς ἐστιν Ἀλέας αὐτοῖς. (4) Ἐνομίσθη δὲ καὶ Ἀντίνους σφίσιν εἶναι θεός· ναῶν δὲ ἐν Μαντινείᾳ νεώτατος ὁ τοῦ Ἀντίνου ναὸς οὗτος ἐσπουδάσθη περισσῶς δή τι ὑπὸ βασιλέως Ἀδριανοῦ. ἐγὼ δὲ μετ' ἀνθρώπων μὲν ἔτι αὐτὸν ὄντα οὐκ εἶδον, ἐν δὲ ἀγάλμασιν εἶδον καὶ ἐν γραφαῖς. ἔχει μὲν δὴ γέρα καὶ ἑτέρωθι, καὶ ἐπὶ τῷ Νείλῳ πόλις Αἰγυπτίων ἐστὶν ἐπώνυμος Ἀντίνου· τιμὰς δὲ ἐν Μαντινείᾳ κατὰ τοιόνδε ἔσχηκε. γένος ἦν ὁ Ἀντίνους ἐκ Βιθυνίας, τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ· οἱ δὲ Βιθυνεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν. τούτων εἵνεκα ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο αὐτῷ καὶ ἐν Μαντινείᾳ τιμάς, καὶ τελετή τε κατὰ ἔτος ἕκαστον καὶ ἀγών ἐστιν

stigia, quod Veneri olim dicatum fuit Sociali, et in eo signa quaedam. Indicat in basi *incisa* inscriptio, dedicasse Nicippen Paseae filiam. Templum erexere Mantinenses, quo monumentum esset posteris, ipsos, quum navalis ad Actium pugna committeretur, in Romanorum fuisse partibus. Minervam praeterea Alean *cognomento* venerantur, cui templum et signum dedicarunt. (4) Antinoi etiam religio est divinis honoribus sancita. Est Antinoi aedes Mantinensibus recentissima; quam praecipua quadam cura Adrianus Imperator exornavit. Illum ego viventem non vidi, statuas certe et pictas imagines sum conspicatus. Habentur ei et alibi honores, et in Aegypto apud Nilum urbs de eius nomine est appellata. Colitur Mantineae ob huiusmodi causam. Patria ei fuit Bithynia supra Sangarium amnem. Bithyni ipsi ex Arcadia oriundi, Mantinenses olim fuere. Ob eam rem *divinos* ei honores a Mantinensibus haberi voluit Imperator Romanus; annua praeterea initia, et quinquen-

αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτον. οἶκος δέ ἐστιν ἐν τῷ γυμνασίῳ Μαντινεῦσιν ἀγάλματα ἔχων Ἀντίνου, καὶ ἐς τὰ ἄλλα θέας ἄξιος, λίθων εἵνεκα, οἷς κεκόσμηται, καὶ ἀπιδόντι ἐς τὰς γραφάς· αἱ δὲ Ἀντίνου εἰσὶν αἱ πολλαὶ, Διονύσῳ μάλιστα εἰκασμέναι. καὶ δὴ καὶ τῆς ἐν Κεραμικῷ γραφῆς, ἣ τὸ ἔργον εἶχε τὸ Ἀθηναίων ἐν Μαντινείᾳ, καὶ ταύτης αὐτόθι ἐστὶ μίμημα. (5) Μαντινεῦσι δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ γυναικός τε εἰκὼν χαλκῆ, καὶ Μαντινεῖς καλοῦσι Δεομένειαν Ἀρκάδος· καὶ ἡρῷόν ἐστιν Ποδάρους· φασὶ δὲ, ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐν τῇ πρὸς Ἐπαμινώνδαν καὶ Θηβαίους μάχῃ. γενεαῖς δὲ τρισὶν ἐμοῦ πρότερον μετέθεσαν τοῦ τάφου τὸ ἐπίγραμμα ἐς ἄνδρα ἀπόγονον μὲν ἐκείνου Ποδάρους καὶ ὁμώνυμον, γεγονότα δὲ καθ' ἡλικίαν, ὡς πολιτείας ἤδη Ῥωμαίων μετειληφέναι. Ποδά-
618 ρην δ' ἐπ' ἐμοῦ τὸν ἀρχαῖον ἐτίμων οἱ Μαντινεῖς, λέγοντες, ὡς ἄριστος μὲν καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων γένοιτο ἐν τῇ μάχῃ Γρύλλος ὁ Ξενοφῶντος, Αἰγεῖ * δὲ

nale ludicrum celebrari. Domus in gymnasio est, in qua Antinoi signa servantur, tum reliquis ornamentis, tum lapidum nobilitate, tum vero pictis Antinoi imaginibus insignis. Earum imaginum multae Liberi Patris insignia prae se ferunt. Quin et eius picturae quae in Ceramico Athenis res ab Atheniensibus ad Mantinean gestas repraesentat, ibi quoque ex illo veluti exemplari efficta cernitur imago. (5) Est praeterea in Mantinensium foro mulieris aenea effigies, Deomenean vocant *et* Arcadis *filiam dicunt fuisse.* Sepulcrum etiam heroicum Podaris; quem in acie cecidisse aiunt, contra Epaminondam ac Thebanos pugnantem. Tribus autem ante me aetatibus inscriptionem tumuli ad minorem Podarem, qui superioris nepos eodem fuit nomine, transtulerunt. Vixit sic iis temporibus, ut Romanorum etiam reipublicae particeps fuerit. Sedenim aetate mea apud Mantinenses antiquior Podares colebatur. In ea enim pugna, quum virtute cives ac socios omnes anteisse Gryllum Xenophontis filium fateantur, alteram quidem palmam Cephi-

τῷ Γρύλλου Κηφισόδωρος Μαραθώνιος· οὗτος δὲ τηνικαῦτα Ἀθηναίοις ἐτύγχανεν ἱππαρχῶν· τρίτα δὲ ἀνδραγαθίας Ποδάρει νέμουσιν.

CAPUT X.

De memorandis ad vias, quae ab Mantinea in reliquam Arcadiam ducunt — monte Alesio et Neptuni Hippii templo — undae marinae scatebris in variis templis — tropaeo de Lacedaemoniis victis erecto et huius pugnae ratione — diis in proeliis opem ferentibus — cervi cuiusdam sacri longaevitate.

Ἐς Ἀρκαδίαν δὲ τὴν ἄλλην εἰσὶν ἐκ Μαντινείας ὁδοί· ὁπόσα δὲ ἐφ' ἑκάστης αὐτῶν μάλιστα ἦν θέας ἄξια, ἐπέξειμι καὶ ταῦτα. ἰόντι ἐς Τεγέαν ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ τῆς λεωφόρου παρὰ τοῖς Μαντινέων τείχεσι χωρίον ἐς τῶν ἵππων τὸν δρόμον, καὶ οὐ πόῤῥω τούτου στάδιον, ἔνθα ἐπὶ τῷ Ἀντίνῳ τὸν ἀγῶνα τιθέασιν. (2) Ὑπὲρ δὲ τοῦ σταδίου τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀλήσιον, διὰ τὴν ἄλην, ὥς φασι, καλούμενον τὴν Ῥέας, καὶ Δήμητρος ἄλσος ἐν τῷ ὄρει. παρὰ δὲ τοῦ ὄρους τὰ ἔσχατα τοῦ Ποσειδῶνός ἐστι τοῦ Ἱππίου τὸ ἱερὸν, οὐ πρόσω σταδίου Μαντινείας. τὰ δὲ

sodoro Marathonio, qui Atheniensium equestres copias duxit; tertiam huic ipsi Podari, de quo nunc loquimur, tribuunt.

Cap. X. In reliquam Arcadiam viae ex Mantinea ducunt; in quarum unaquaque, quae spectantem detinere possint, iam persequar. Tegean contendentibus ad laevam militaris viae ante ipsos Mantineae muros campus est, ubi equorum curriculum; nec procul hinc stadium ludicro, quod in Antinoi honorem celebratur, attributum. (2) Supra stadium mons est Alesium: ab erroribus Rheae sic appellatum tradunt. In eo monte Cereris lucus: et ubi mons desinit, aedes consurgit equestris Neptuni, stadium circiter a Mantinea distans, non amplius: de qua aede nihil ego praeter

ἐς τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐγώ τε ἀκοῇ γράφω, καὶ ὅσοι μνήμην ἄλλοι περὶ αὐτοῦ πεποίηνται. τὸ μὲν δὴ ἱερὸν τὸ ἐφ' ἡμῶν ᾠκοδομήσατο Ἀδριανὸς βασιλεὺς, ἐπιστήσας τοῖς ἐργαζομένοις ἐπόπτας ἄνδρας, ὡς μήτε ἐνίδοι τις ἐς τὸ ἱερὸν τὸ ἀρχαῖον, μήτε τῶν ἐρειπίων τι αὐτοῦ μετακινοῖτο· πέριξ δὲ ἐκέλευε τὸν ναὸν σφᾶς οἰκοδομεῖσθαι τὸν καινόν. τὰ δὲ ἐξ ἀρχῆς τῷ Ποσειδῶνι τὸ ἱερὸν τοῦτο Ἀγαμήδης λέγονται καὶ Τροφώνιος ποιῆσαι, δρυῶν ξύλα ἐργασάμενοι καὶ ἁρμόσαντες πρὸς ἄλληλα· ἐσόδου δὲ ἐς αὐτὸ εἴργοντες ἀνθρώπους, ἔρυμα μὲν πρὸ τῆς ἐσόδου προεβάλοντο οὐδὲν, μίτον δὲ διατείνουσιν ἐρεοῦν, τάχα μέν που τοῖς τότε ἄγουσι τὰ θεῖα ἐν τιμῇ δεῖμα καὶ τοῦτο ἔσεσθαι νομίζοντες· τάχα δ' ἄν τι μετείη καὶ ἰσχύος τῷ μίτῳ. φαίνεται δὲ καὶ Αἴπυτος ὁ Ἱππόθου, μήτε πηδήσας ὑπὲρ τὸν μίτον, μήτε ὑποδὺς, διακόψας δὲ αὐ-
619 τὸν, ἐσελθὼν ἐς τὸ ἱερόν· καὶ ποιήσας οὐχ ὅσια, ἐτυφλώθη τε ἐμπεσόντος ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῷ τοῦ κύματος, καὶ αὐτίκα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεὼν αὐτόν. (3) Θα-

auditum habeo: sed neque quisquam alius, qui eius mentionem fecerit. Quod enim aetate nostra exstat templum, exaedificandum curavit D. Adrianus, adhibitis inter fabros speculatoribus, ne quis aut intra vetus templum aspiceret, aut ruderis ex eo quicquam sineret alio transportari. Ita vero aedificari iussit, ut vetus templum novo circumquaque incingeretur. Priscum illud templum quernis inter se *arcte* compactis trabibus, Agamedes et Trophonius erexisse dicuntur. Aditu autem homines prohibuisse, non obicis ullius oppositu, sed laneum duntaxat funiculum obtendisse; sive quod, vigente tunc religione, satis sacrosanctum esse deum metu locum putarint; sive quod ei funiculo occulta inesset ad homines arcendos vis. Vulgatum est certe Aepytum Hippothoi filium, quum neque subisset, neque transsiluisset, sed filum conscidisset, ubi primum templum intravit, sacrique religionem violavit, marinae aquae *e sacris scatebris erumpentis* vi subita obcaecatum, neque multo post suo

λάσσης δὲ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ λόγος ἐστὶν ἀρχαῖος· ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει, καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, ὃν φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ καλοῦσιν Ὀγώα. Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαλήρῳ θάλασσα· ὡσαύτως δὲ καὶ Μυλασεῦσιν ἐπίνειον σταδίους ὀγδοήκοντα ἀπέχον ἐστὶν ἀπὸ τῆς πόλεως· Μαντινεῦσι δὲ ἐκ μακροτάτων τε ἡ θάλασσα ἄνεισιν, ἐκφανέστατα δὴ κατὰ τοῦ θεοῦ γνώμην. (4) Πέραν δὲ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος τρόπαιόν ἐστι λίθου πεποιημένον ἀπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Ἄγιδος. λέγεται δὲ καὶ ὁ τρόπος τῆς μάχης· τὸ μὲν δεξιὸν εἶχον οἱ Μαντινεῖς αὐτοὶ, στρατιάν τε ἀπὸ πάσης ἡλικίας καὶ στρατηγὸν παρεχόμενοι Ποδάρην, ἀπόγονον τρίτον Ποδάρους τοῦ Θηβαίοις ἐναντία ἀγωνισαμένου· παρῆν δέ σφισι καὶ μάντις Ἠλεῖος Θρασύβουλος Αἰνέου τῶν Ἰαμιδῶν· οὗτος ὁ ἀνὴρ νίκην τε τοῖς Μαντινεῦσι

oppressum fato. (3) Pervetus sane fama prodidit in hoc templo marinae undae scatebras esse. Idem est etiam de aqua marina Atheniensium arcis proditum memoriae: deque eo fonte qui apud Mylasenses (quae Cariae civitas est) in eius dei templo scatet, quem ipsi patria lingua Ogoa nominant. *Tantum interest, quod* Athenae a Phalero *(ab ea enim parte mare proximum est)* absunt stadia haud amplius XX. Mylasensium vero navale abest ab oppido stadia LXXX. At Mantinensibus, quum plurimum a mari recedant, non nisi divinitus extitisse eam in templo aquam existimandum. (4) Ubi Neptuni templum praeterieris, trophaeum lapideum videas de Lacedaemoniis victis, eorumque duce Agide erectum. Pugna ad hunc modum commissa narratur. Dexterum cornu tenuere Mantinenses ipsi, habito ex omni aetate delectu: dux fuit Podares, Podaris illius pronepos, quem paulo ante cum Thebanis strenue pugnasse memoravimus. Aderat vates Eleus Thrasybulus Aenei filius, ex Iamidarum gente; qui et victoriam praedixit, et periculi socius Man-

V 2

προηγόρευσε, καὶ αὐτός σφισιν τοῦ ἔργου μετεῖχεν. ἐπὶ δὲ τῷ εὐωνύμῳ πᾶν τὸ ἄλλο Ἀρκαδικὸν ἐτάσσοντο. ἄρχοντες δὲ κατὰ πόλεις τε ἦσαν, καὶ Μεγαλοπολιτῶν Λυδιάδης καὶ Λεωκύδης· Ἀράτῳ δὲ ἐπετέτραπτο καὶ Σικυωνίοις τε καὶ Ἀχαιοῖς τὸ μέσον. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Ἆγις ἐπεξέτειναν τὴν φάλαγγα, ὡς τῶν ἐναντίων τῷ στρατεύματι ἀντιπαρήκοιεν· τὸ μέσον δὲ Ἆγις καὶ οἱ περὶ τὸν βασιλέα εἶχον. Ἄρατος δὲ ἀπὸ τοῦ συγκειμένου αὐτῷ πρὸς τοὺς Ἀρκάδας ὑπέφευγεν αὐτός τε καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς, οἷα δὴ τῶν Λακεδαιμονίων σφίσιν ἐγκειμένων· ὑποφεύγοντες δὲ ἅμα τὸ σύνταγμα σφῶν ἠρέμα ἐποίουν μηνοειδές. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Ἆγις νίκην τε ἤλπιζον, καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον ἐνέκειντο ἀθρόοι μᾶλλον· ἐπηκολούθουν δέ σφισι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν κεράτων, Ἄρατον καὶ τὴν σὺν αὐτῷ στρατιὰν τρέψασθαι μέγα ἀγώνισμα ἡγούμενοι. ἔλαθόν τε δὴ κατὰ νώτου γε-
620 νόμενοί σφισιν οἱ Ἀρκάδες, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι κυκλωθέντες τῆς ἄλλης στρατιᾶς τὸ πολὺ ἀποβάλλουσι, καὶ

tinensibus fuit. Stetere in laevo cornu reliquae Arcadici nominis copiae. Suos civitates singulae duces habuere: duos Megalopolitae, Lydiadem et Leocydem. Media acies Arato Sicyoniorum et Achaeorum duci commissa fuerat. Lacedaemonii phalangem suam dilatarant, quo in hostilem aciem omni ex parte frontem obverterent. In medio agmine Agis cum suo globo constiterat. Ibi Aratus (re ita cum Arcadibus composita) cum sua manu fugam simulat, quasi vero impressionem Spartanorum sustinere non posset. Ea fugae specie acies in lunae modum incurvata est. Agis cum sua cohorte victoriae spe incitatus, fugientes urget. Iam et a cornibus utrinque imperatorem suum cupidius secuti in eandem incumbunt partem: quippe qui confectum negotium interpretabantur, si Arati manum fudissent. A tergo inconsultius progressos Mantinenses adorti, mox densa incingunt corona. Spartanorum magnus numerus cum Agide Eu-

βασιλεὺς ἔπεσεν Ἆγις Εὐδαμίδου. φανῆναι δὲ καὶ τὸν Ποσειδῶνα ἀμύνοντά σφισιν ἔφασαν οἱ Μαντινεῖς, καὶ τοῦδε εἵνεκα τρόπαιον ἐποιήσαντο ἀνάθημα τῷ Ποσειδῶνι. Πολέμῳ δὲ καὶ ἀνθρώπων φόνοις παρεῖναι θεοὺς ἐποίησαν μὲν, ὅσοις τὰ ἡρώων ἐμέλησεν ἐν Ἰλίῳ παθήματα· ᾄδεται δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων, ὡς θεοί σφισιν ἐν Μαραθῶνι καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοῦ ἔργου μετάσχοιεν· ἐκδηλότατα δὲ ὁ Γαλατῶν στρατὸς ἀπώλετο ἐν Δελφοῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐναργῶς ὑπὸ δαιμόνων. οὕτω καὶ Μαντινεῦσιν ἕπεται, οὐκ ἄνευ τοῦ Ποσειδῶνος τὸ κράτος γενέσθαι σφίσι. Λεωκύδους δὲ τοῦ Μεγαλοπολιτῶν ὁμοῦ Λυδιάδῃ στρατηγήσαντος πρόγονον ἔνατον Ἀρκεσίλαον οἰκοῦντα ἐν Λυκοσούρᾳ λέγουσιν οἱ Ἀρκάδες, ὡς ἴδοι τὴν ἱερὰν τῆς καλουμένης Δεσποίνης ἔλαφον πεπονηκυῖαν ὑπὸ γήρως· τῇ δὲ ἐλάφῳ ταύτῃ ψέλιόν τε εἶναι περὶ τὸν τράχηλον, καὶ γράμματα ἐπὶ τῷ ψελίῳ·

Νεβρὸς ἐὼν ἑάλων, ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ.

damidae filio rege suo caesi. Visum in eo praelio Neptunum dimicantem pro suis partibus memorant Mantinenses; ob idque erga se meritum ei trophaeum dedicarunt. Ac deos quidem praeliis hominum ac caedibus interesse solitos, testantur quicunque heroum apud Ilium casus persecuti sunt. Praedicant Athenienses, ad Salaminem et Marathonem praesto sibi deos fuisse. Nihil vero certius quam ab Apolline et *patriis* dis deletum apud Delphos Gallorum exercitum. Quo minus mirum videri debet, si Neptuni praesenti ope Mantinenses tunc prospere pugnarunt. Leocydem nempe eum, qui Lydiade collega Megalopolitanis *eo bello* praefuit, nono gentilitatis gradu oriundum ab Arcesilao fuisse tradunt, eo sane qui quum Lycosurae domicilium haberet, cervam vidisse dicitur ei, quam Dominam nominant, deae sacram, confectam iam aetate, cum torque, in quo incisae erant literae:

Hinnulus excipior solvente Agapenore Troiam.

οὗτος μὲν δὴ ἐπιδείκνυσιν ὁ λόγος, ἔλαφον εἶναι πολλῷ καὶ ἐλέφαντος μακροβιώτερον θηρίον.

CAPUT XI.

De loco Pelagos dicto — Peliae filiarum tumulis et Peliae nece — loco Phoezon dicto — Epaminondae morte — Epaminondae sepulcro — fraudis ex nominum similitudine enatae exempla proferuntur.

Μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος χωρίον ὑποδέξεταί σε δρυῶν πλῆρες, καλούμενον Πέλαγος· καὶ ἐκ Μαντινείας ἡ ἐς Τεγέαν ὁδὸς φέρει διὰ τῶν δρυῶν. Μαντινεῦσι δὲ ὅροι πρὸς Τεγεάτας εἰσὶν ὁ περιφερὴς ἐν τῇ λεωφόρῳ βωμός. (2) Ἢν δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἐς ἀριστερὰν ἐκτραπῆναι θελήσειας, σταδίους ἕξεις μάλιστά που πέντε, καὶ ἐπὶ τῶν Πελίου θυγατέρων ἀφίξῃ τοὺς τάφους. ταύτας φασὶν οἱ Μαντινεῖς μετοικῆσαι σφᾶς τὰ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς ὀνείδη φευγούσας. ὡς γὰρ δὴ ἀφίκετο ἡ Μήδεια ἐς Ἰωλκὸν, αὐτίκα ἐπεβούλευε τῷ Πελίᾳ, τῷ ἔργῳ μὲν συμπράσσουσα τῷ Ἰάσονι, τῷ λόγῳ δὲ ἀπεχθανομένη· ἐπαγγέλλεται τοῦ Πελίου ταῖς

Argumento versus hic est, multo esse quam elephantem cervum vivaciorem.

Cap. XI. A Neptuni fano in saltum pervenias quercubus condensum: Pelagus nominant. Per *medias* quercus via a Mantinea Tegeam ducit: et inter Tegeatas quidem ac Mantinenses terminus est rotunda in populari via ara. (2) Quod si a Neptuni ad laevam deflectere malueris; stadium V. itinere confecto, ad Peliae filiarum tumulos pervenias. Has Mantinenses narrant paternae necis invidiam fugientes, huc se recepisse. Medea enim ubi primum Iolcon venit, Peliae insidias machinata est, re quidem Iasoni ad regnum viam muniens, quum in eum tamen verbo hostili animo esse videretur. Persuadet itaque regiis puellis, earum pa-

θυγατράσιν, ὡς τὸν πατέρα αὐταῖς, ἣν ἐθέλωσιν, ἀπο-
φῆναι νέον ἀντὶ γέροντος παλαιοῦ. κατασφάξασα δὲ ὅτῳ 621
τρόπῳ κριὸν, τὰ κρέα ὁμοῦ φαρμάκοις ἐν λέβητι ἥψη-
σεν, εἶτ᾽ ἐκ τοῦ λέβητος τὸν κριὸν ἑψόμενον ἄρνα ἐξή-
γαγε ζῶντα. παραλαμβάνει δὴ τὸν Πελίαν κατακόψασα
ἑψῆσαι, καὶ αὐτὸν ἐκομίσαντο αἱ θυγατέρες οὐδὲ ἐς τα-
φὴν [ἔτι] ἐπιτήδειον. τοῦτο ἠνάγκασε τὰς γυναῖκας ἐς
Ἀρκαδίαν μετοικῆσαι, καὶ ἀποθανούσαις τὰ μνήματα ἐχώ-
σθη σφίσιν [αὐταῖς]· ὀνόματα δὲ αὐταῖς ποιητὴς μὲν
ἔθετο οὐδεὶς, οἷά γ᾽ ἐπελεξάμεθα ἡμεῖς, Μίκων δὲ ὁ
ζωγράφος Ἀστερόπειάν τε εἶναι καὶ Ἀντινόην ἐπὶ ταῖς
εἰκόσιν αὐτῶν ἐπέγραψε. (3) Χωρίον δὲ ὀνομαζόμενον
Φοίζων περὶ εἴκοσί που σταδίους τῶν τάφων ἐστὶν ἀπω-
τέρω· τούτων δὲ Φοίζων μνῆμά ἐστι περιεχόμενον κρη-
πῖδι, ἀνέχον δὲ οὐ πολὺ ὑπὲρ τῆς γῆς. κατὰ τοῦτο ἥ
τε ὁδὸς μάλιστα στενὴ γίνεται, καὶ τὸ μνῆμα Ἀρηϊθόου
λέγουσιν εἶναι Κορυνήτου διὰ τὸ ὅπλον ἐπονομασθέντος.

rentem se *medicamentis* a summa senectute ad iuventutem revocaturam. Nam et *vetulum* arietem dedita opera iugulatum, quum inter venena coxisset, tenellum agnum dicitur e lebete eduxisse. Mox vero quum Pelian ipsum in frusta dissectum in ferventis aquae lebetem immisisset, senis corpus filiae ita resolutum recepere, ut ne reliquum quidem quicquam esset, quod sepulturae traderent. Hic casus ut in Arcadiam exilii causa abirent puellas adegit: ac fato quidem suo perfunctis, sepulcra congesta terra *ab Arcadibus* exstructa. Nomina virginum poetarum indicavit nemo, eorum quos ipsi legimus. Micon certe pictor earum imaginibus Asteropean et Antinoen adscripsit. (3) Ab iis tumulis stadia ferme XX distat locus, qui Phoezorum dicitur. Ibi Phoezorum tumulus crepidine circumseptus, modice a terra surgit. Est ea in parte via valde angusta: monstrant *incolae* Areithoei sepulcrum, cui Corynetae, a clava, *qua in pugna utebatur*, cognomen fuit. Iam secundum eam viam,

Μετὰ δὲ τὴν ἐς Παλλάντιον ἐκ Μαντινείας ἄγουσαν προελθόντι ὡς τριάκοντά που σταδίους, παρήκει κατὰ τοῦτο ἐς τὴν λεωφόρον ὁ τοῦ Πελάγους καλουμένου δρυμός· καὶ τὰ ἱππικὰ τῶν Ἀθηναίων τε καὶ Μαντινέων ἐνταῦθα ἐμαχέσαντο ἐναντία τῆς Βοιωτίας ἵππου. (4) Ἐπαμινώνδαν δὲ ἀποθανεῖν Μαντινεῖς μὲν ὑπὸ Μαχαιρίωνος Μαντινέως φασὶν ἀνδρός. ὡσαύτως δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι Σπαρτιάτην λέγουσιν εἶναι τὸν ἀποκτείναντα Ἐπαμινώνδαν, τίθενται δὲ Μαχαιρίωνα ὄνομα καὶ οὗτοι τῷ ἀνδρί. ὁ δὲ Ἀθηναίων ἔχει λόγος, (ὁμολογοῦσι δὲ αὐτῷ καὶ Θηβαῖοι) τρωθῆναι τὸν Ἐπαμινώνδαν ὑπὸ Γρύλλου·
622 παραπλήσια δέ σφίσιν ἐστι καὶ τὰ ἐν τῇ γραφῇ τὸ ἔργον ἐχούσῃ τὸ ἐν Μαντινείᾳ. φαίνονται δὲ οἱ Μαντινεῖς, Γρύλλον μὲν δημοσίᾳ τε θάψαντες, καὶ, ἔνθα ἔπεσεν, ἀναθέντες εἰκόνα ἐπὶ τιμῇ ἀνδρὸς ἀρίστου τῶν συμμάχων. Μαχαιρίωνα δὲ λόγῳ μὲν καὶ αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν, ἔργῳ δὲ οὔτε ἐν Σπάρτῃ Μαχαιρίων ἐστὶν οὐδείς, οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ Μαντινεῦσιν, ὅτῳ γε-

qua Pallantium iter est a Mantinea, stadia ferme XXX progressis, ad militarem viam pertingit ea quercuum sylva, quae Pelagus appellatur. In eo loco equestres Atheniensium et Mantinensium copiae, cum Boeotiorum equitatu conflixere. (4) Quum in eo praelio Epaminondas cecidisset, Mantinenses a Machaerione suo cive occisum praedicant: Lacedaemonii Machaerionem hunc Spartanum fuisse contendunt. Sed Athenienses, quibus assentiuntur Thebani, transfossum a Gryllo dictitant, attestante id pictura, in qua Mantinensis pugna exposita est. Id et Mantinenses videntur sensisse, qui quum Gryllum publico funere extulissent, eo loco, quo cecidit, statuam in eius honorem posuerunt, quod prae omnibus sociis virtus eius enituisset. Machaerionem vero verbo potius quam re novere Lacedaemonii. Nam neque Spartae, neque apud Mantinenses ipsos, cuiquam virtutis ergo, cui fuerit Machaerioni nomen, honorem habi-

γόνασιν ὡς ἀνδρὶ ἀγαθῷ τιμαί. ὡς δὲ ἐτέτρωτο Ἐπαμινώνδας, ἐκκομίζουσιν ἔτι ζῶντα ἐκ τῆς παρατάξεως αὐτόν. ὁ δὲ τέως μὲν τὴν χεῖρα ἔχων ἐπὶ τῷ τραύματι, ἐταλαιπώρει, καὶ ἐς τοὺς μαχομένους ἀφεώρα· ὁπόθεν δὲ ἀπέβλεπεν ἐς αὐτοὺς, ὠνόμαζον Σκοπὴν οἱ ἔπειτα· λαβόντος δὲ ἴσον τοῦ ἀγῶνος πέρας, οὕτω τὴν χεῖρα ἀπέσχεν ἀπὸ τοῦ τραύματος· καὶ αὐτὸν ἀφέντα τὴν ψυχὴν ἔθαψαν, ἔνθα σφισιν ἐγένετο ἡ συμβολή. (5) Τῷ τάφῳ δὲ κίων τε ἐφέστηκε καὶ ἀσπὶς ἐπ' αὐτῷ δράκοντα ἔχουσα ἐπειργασμένον· ὁ μὲν δὴ δράκων ἐθέλει σημαίνειν, τοῦ γένους τῶν Σπαρτῶν καλουμένων εἶναι τὸν Ἐπαμινώνδαν. στῆλαι δέ εἰσιν ἐπὶ τῷ μνήματι, ἡ μὲν ἀρχαία καὶ ἐπίγραμμα ἔχουσα Βοιώτιον· τὴν δὲ αὐτήν τε ἀνέθηκεν Ἀδριανὸς βασιλεὺς, καὶ ἐποίησε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῇ. τὸν δὲ Ἐπαμινώνδαν τῶν παρ' Ἕλλησι στρατηγίας ἕνεκα εὐδοκιμησάντων μάλιστα ἐπαινέσαι τις ἂν, ἢ ὕστερόν γε οὐδενὸς ποιήσαιτο. Λακεδαιμονίων μὲν γὰρ καὶ Ἀθηναίων τοῖς ἡγεμόσι πόλεών τε ἀξίωμα

tum comperi. Epaminondas quidem, quum eum saucium sui ex acie retulissent, vulnus opposita manu compressit; pugnamque prospectans ex eo loco, quem Speculam postera aetas *ab ipsius facto* appellavit, dolorem eousque pertulit, donec aequatum vidit pugnae exitum. Inde quum amota manu animam efflasset, eo ipso in loco, quo fuerat praelium commissum, est sepulturae mandatus. (5) Eius tumulo imposita est columna cum scuto, in quo draco caelatus est. Indicat hoc insigne, Epaminondam ab iis ortum ducere, qui Sparti sunt nuncupati, *quod editi in lucem dicantur e draconis dentium satione.* Pilae vero in monumento duae eminent; prisci operis altera, cum Boeotica inscriptione; alteram Adrianus Imperator dedicavit, et inscriptionem ipse addidit. Et Epaminondam quidem gloria praestantibus apud Graecos Imperatoribus, iure optimo parem potius quam inferiorem quovis ducas. Nam quum Lacedaemoniorum et Atheniensium ducibus priscus patriae

ὑπῆρχεν ἐκ παλαιοῦ, καὶ οἱ στρατιῶται φρονήματος ἦσαν ἔχοντες· Θηβαίους δὲ Ἐπαμινώνδας ἀθύμους τὰς γνώμας, καὶ ἄλλων ἀκούειν εἰωθότας, ἀπέφηνεν ἐν οὐ πολλῷ πρωτεύοντας. (6) Ἐγεγόνει δὲ τῷ Ἐπαμινώνδᾳ μαντεία πρότερον ἔτι ἐκ Δελφῶν, πέλαγος αὐτὸν φυλάσσεσθαι·
623 καὶ ὁ μὲν τριήρους τε μὴ ἐπιβῆναι, μηδὲ ἐπὶ νεὼς φορτίδος πλεῦσαι δεῖμα εἶχε. τῷ δὲ ἄρα Πέλαγος δρυμὸν καὶ οὐ θάλασσαν προέλεγεν ὁ δαίμων. χωρία δὲ ὁμώνυμα καὶ Ἀννίβαν ὕστερον τὸν Καρχηδόνιον, καὶ πρότερον ἔτι Ἀθηναίους ἠπάτησεν. Ἀννίβᾳ γὰρ χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος, ὡς ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται Λιβύσσῃ. ὁ μὲν δὴ ἤλπιζεν, ἀρχήν τε τὴν Ῥωμαίων καθαιρήσειν, καὶ οἴκαδε ἐς τὴν Λιβύην ἐπανελθὼν τελευτήσειν γήρᾳ τὸν βίον. Φλαμινίου δὲ τοῦ Ῥωμαίου ποιουμένου σπουδὴν, ἑλεῖν ζῶντα αὐτὸν, ἀφικόμενος παρὰ Προυσίαν ἱκέτης, καὶ ἀπωσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ἀνεπήδα τε ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ γυμνωθέντος τοῦ ξίφους, τιτρώσκε-

splendor magno fuerit *ad res magnas capessendas* adiumento, militesque ipse ducum magnitudini virtute sua facile responderint, Epaminondas Thebanos, quos rebus suis maxime diffidentes nactus fuerat, et aliarum *Graeciae civitatum* imperiis assuefactos, brevi ad principatus gloriam evexit. (6) Acceperat is iampridem ex Delphici Apollinis oraculo, Pelagus sibi cavendum. Quare fuit illi praecipua cautio, ne aut triremibus, aut oneraria unquam navi veheretur. At praemonuerat deus non mare, sed saltum eum devitandum, cui Pelagus nomen. Haec nominum ambiguorum similitudo Annibalem postea Carthaginensem, et Athenienses antea fefellit. Annibali quidem oraculum redditum fuerat ex Ammonis fano, fore, ut mortuus Libyssa humo contegeretur. Quare in spem venerat, deleto Romanorum imperio, in patria se postremum vitae diem exacta iam aetate clausurum. Atenim quum Flaminius illum *ex foedere* vivum sibi dedi postulasset, a Prusia *Bithyniae rege*, ad quem supplex confugerat, reiectus, quum in equum ascen-

ται τὸν δάκτυλον. προελθόντι δέ οἱ στάδια οὐ πολλά, πυρετός τε ἀπὸ τοῦ τραύματος καὶ ἡ τελευτὴ τριταίῳ συνέβη. τὸ δὲ χωρίον, ἔνθα ἀπέθανε, καλοῦσιν οἱ Νικομηδεῖς Λίβυσσαν. Ἀθηναίοις δὲ μάντευμα ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, Σικελίαν οἰκίζειν· ἡ δὲ οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως ἡ Σικελία λόφος ἐστὶν οὐ μέγας. οἱ δὲ οὐ συμφρονήσαντες τὸ εἰρημένον, ἔς τε ὑπερορίους στρατείας προήχθησαν, καὶ ἐς τὸν Συρακουσίων πόλεμον. ἔχοι δ' ἄν τις καὶ πλέονα τοῖς εἰρημένοις ἐοικότα ἄλλα ἐξευρεῖν.

CAPUT XII.

De templo Iovis Charmonis, vario quercuum genere in saltibus Arcadum et vico Methydrio — campo Alcimedonte et Alcimedonte heroë eiusque filia Phillo — loco Petrosaca dicto — viis Orchomenum versus, Ladae stadio et Penelopes tumulo — priscae Mantineae et vici Maerae reliquiis — monte Anchisia et Anchisae monumento.

Τοῦ τάφου δὲ τοῦ Ἐπαμινώνδα μάλιστά που σταδίου μῆκος Διὸς ἀφέστηκεν ἱερὸν ἐπίκλησιν Χάρμωνος. Ἀρ-

deret, *sponte* ense nudato digitum laesit: atque inde non multorum sane stadiorum itinere confecto, quum eius vulneris *inflammationem* febris esset consecuta, tertio post die interiit. Oraculi itaque vocem *fatalis* vici nomen implevit. Libyssam enim Nicomedenses appellabant. Atheniensibus etiam responsum e Dodona redditum fuerat, Siciliam coloniam deducendam. Non longe ab urbe aberat terrae non sane magnus tumulus, cui Siciliae nomen: at illi oraculi vocem alio trahentes, extra fines bellum inferre ausi, apud Syracusas *magna clade temeritatem suam luere.* Sed persimilis *errationis* multa colligi possint exempla *ab iis, quibus hoc praecipue fuerit curae: nos ad institutum redeamus.*

Cap. XII. Ab Epaminondae sepulcro haud amplius uno stadio distat Iovis templum, Charmonis cognomine. In Ar-

κάδων δ' ἐν τοῖς δρυμοῖς εἰσιν αἱ δρῦς διάφοροι· καὶ τὰς μὲν πλατυφύλλους αὐτῶν, τὰς δὲ φηγοὺς καλοῦσιν· αἱ τρίται δὲ ἀραιὸν τὸν φλοιὸν καὶ οὕτω δὴ παρέχονται κοῦφον, ὥστε ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐν θαλάσσῃ ποιοῦνται ση-
624 μεῖα ἀγκύραις καὶ δικτύοις. ταύτης τῆς δρυὸς τὸν φλοιὸν ἄλλοι τε Ἰώνων καὶ Ἑρμησιάναξ, ὁ τὰ ἐλεγεῖα ποιήσας, φελλὸν ὀνομάζουσιν. Ἐς Μεθύδριον δὲ πόλιν μὲν οὐκ ἔτι, κώμην δὲ ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν συντελοῦσαν, ἐς τοῦτό ἐστι τὸ Μεθύδριον ἐκ Μαντινείας ὁδός. (2) Προελθόντι δὲ σταδίους τριάκοντα, πεδίον τε ὀνομαζόμενον Ἀλκιμέδων, καὶ ὑπὲρ τοῦ πεδίου τὸ ὄρος ἐστὶν ἡ Ὀστρακίνα, ἐν δὲ αὐτῷ σπήλαιον, ἔνθα ᾤκησεν Ἀλκιμέδων, ἀνὴρ τῶν καλουμένων ἡρώων. τούτου τοῦ Ἀλκιμέδοντος θυγατρὶ συγγενέσθαι Φιλλοῖ, ὡς Φιγάλιοι λέγουσιν, Ἡρακλέα· ὡς δὲ ᾔσθετο αὐτὴν ὁ Ἀλκιμέδων τεκοῦσαν, ἐκτίθησιν ἀπολουμένην ἐς τὸ ὄρος, σὺν δὲ αὐτῇ καὶ τὸν παῖδα, ὃν ἔτεκε· καλοῦσι δὲ Αἰχμαγόραν αὐτὸν οἱ Ἀρκάδες· ἀνακλαίοντος δὲ, ὡς ἐξέκειτο, τοῦ παιδὸς, κίσσα ἡ ὄρνις ἐπήκουέ τε ὀδυρομένου καὶ ἀπεμιμεῖτο τὰ κλαύ-

cadum saltibus quercus diversa inter se *forma* sunt. Earum alias *a latiore folio* platyphyllos; alias fagos nuncupant. Tertium est genus tam raro et levi cortice, ut ex eo anchorarum in mari indices, et fundarum faciant. *Quare et* Iones reliqui et Hermesianax elegorum poeta, phellon *(id est suberem)* eum ipsum corticem nominant. Ad Methydrium, non sane amplius oppidum, sed vicum Megalopolitarum ditionis, via *una* e Mantinea perducit. (2) Progressos stadia XXX, campus excipit, cui nomen Alcimedon: supra quem mons Ostracina: in quo antrum, ubi Alcimedon habitavit. Fuit hic de heroibus unus; cuius filiam nomine Phillonem vitiatam ab Hercule Phigalii memorant: a patre vero statim a puerperio in *proximum* montem feris expositam cum puero. Ibi vagientem infantem quum pica imitaretur, ad avis vocem, quod puerilem esse credidisset,

ματα· καί πως ὁ Ἡρακλῆς ἐρχόμενος τὴν ὁδὸν ταύτην, ἐπήκουσε τῆς κίσσης, καὶ (ἐνόμισε γὰρ παιδὸς εἶναι, καὶ οὐκ ὄρνιθος, τὸν κλαυθμὸν) ἐτράπετο εὐθὺ τῆς φωνῆς· γνωρίσας δὲ, αὐτήν τε ἔλυσε τῶν δεσμῶν, καὶ τὸν παῖδα ἀνεσώσατο. ἐξ ἐκείνου δὲ ἡ πλησίον πηγὴ Κίσσα ἀπὸ τῆς ὄρνιθος ὀνομάζεται. (3) Τεσσαράκοντα δὲ ἀπὸ τῆς πηγῆς στάδια ἀφέστηκε Πετροσάκα καλούμενον χωρίον· Μεγαλοπολιτῶν δὲ καὶ Μαντινέων ὅρος ἐστὶν ἡ Πετροσάκα. Ἐπὶ δὲ ὁδοῖς ταῖς κατειλεγμέναις δύο ἐς Ὀρχομενόν εἰσιν ἄλλαι, καὶ τῇ μέν ἐστι καλούμενον Λάδα στάδιον, ἐς ὃ ἐποιεῖτο Λάδας μελέτην δρόμου, καὶ παρ' αὐτὸ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καὶ ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ γῆς χῶμα ὑψηλόν· Πηνελόπης δὲ εἶναι τάφον φασὶν, οὐχ ὁμολογοῦντες τὰ ἐς αὐτὴν ποιήσει τῇ Θεσπρωτίδι ὀνομαζομένῃ. ἐν ταύτῃ μέν γέ ἐστι τῇ ποιήσει, ἐπανήκοντι ἐκ Τροίας Ὀδυσσεῖ τεκεῖν τὴν Πηνελόπην Πτολιπόρθην παῖδα. Μαντινέων δὲ ὁ ἐς αὐτὴν λόγος Πηνελόπην φησὶν ὑπὸ Ὀδυσσέως καταγνωσθεῖσαν, ὡς ἐπισπάστους ἐσαγάγοιτο ἐς τὸν οἶκον, καὶ ἀποπεμφθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, τὸ μὲν παραυτίκα

Herculem forte illac iter habentem conversum, puellam, et a se genitum puerum (quem Aechmagoram appellatum tradunt) agnovisse,ambosque vinculis liberasse. De rei eventu fontem proximum Cissam *(id est picam)* nuncupatum. (3) Ab hoc fonte stadia XL abest Petrosaca vicus, in ipso Megalopolitarum et Mantinensium confinio. Sed praeter eas, quas ante indicavimus vias, duae aliae Orchomenum deducunt. In earum una stadium est, quod Ladae appellant, quod in eo se Ladas ad cursum exercere sit solitus. Proxime est Dianae aedes: et ad viae dexteram terrae editus agger: Penelopes tumulum esse dicunt. Neque enim de Penelope Arcadum sermo cum Thesprodite poesi congruit. In ea enim proditum est memoriae, post Ulyssis a Troia reditum, Penelopen ei Ptoliportham peperisse. At Mantinenses longe alium distulerunt sermonem, ab Ulysse *eo crimine* damnatam, quod ultro procos invitasset: domoque

ἐς Λακεδαίμονα ἀπελθεῖν, χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐκ τῆς Σπάρτης ἐς Μαντίνειαν μετοικῆσαι, καί οἱ τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ἐνταῦθα συμβῆναι. (4) Τοῦ τάφου δὲ ἔχεται
625 τούτου πεδίον οὐ μέγα, καὶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῷ πεδίῳ, τὰ ἐρείπια ἔτι Μαντινείας ἔχον τῆς ἀρχαίας· καλεῖται δὲ τὸ χωρίον ἐφ' ἡμῶν Πτόλις. κατὰ δὲ τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς προελθόντι ὁδὸν οὐ μακρὰν, Ἀλαλκομενίας ἐστὶ πηγὴ, τῆς πόλεως δὲ μετὰ σταδίους τριάκοντα κώμης ἐρείπια καλουμένης Μαίρας· εἰ δὴ ἐνταῦθα, καὶ μὴ ἐν τῇ Τεγεατῶν ἐτάφη· Τεγεάταις γὰρ τοῦ λόγου τὸ εἰκὸς καὶ οὐ Μαντινεῦσιν ἕπεται, Μαῖραν τὴν Ἄτλαντος παρὰ σφίσι ταφῆναι· τάχα δ' ἂν καὶ ἀπόγονος τῆς Ἄτλαντος Μαίρας ἑτέρα Μαῖρα ἀφίκοιτο ἐς τὴν Μαντινικήν. (5) Λείπεται δὲ ἔτι τῶν ὁδῶν ἡ ἐς Ὀρχομενὸν, καθ' ἥντινα Ἀγχισία τε ὄρος καὶ Ἀγχίσου μνῆμά ἐστιν ὑπὸ τοῦ ὄρους τοῖς ποσίν. ὡς γὰρ δὴ ἐκομίζετο ἐς Σικελίαν ὁ Αἰνείας, ἔσχε ταῖς ναυσὶν ἐς τὴν Λακωνικὴν, καὶ πόλεών τε Ἀφρο-

exactam, Spartam prius, deinde Mantinean se recepisse: ibique vitae ei finem contigisse. (4) Proxima, atque adeo huic tumulo contigua planities est non sane magna. In ea mons; ubi ruinae cernuntur priscae Mantineae. Locus hac etiamnum aetate Ptolis dicitur. Hunc aquilonem versus digressus, modico viae spatio confecto, ad fontem Alalcomeniae pervenias. Ab urbe stadia XXX absunt rudera vici, cui Maerae nomen: si modo Maera hoc in loco, et non in Tegeatum finibus fuit sepulta. Veri enim, quae de eius sepulcro dicunt Tegeatae, quam quae Mantinenses, similiora videntur; fuisse scilicet Atlantis filiam Maeram apud se humatam. Forte vero ex huius stirpe, alia et ipsa nomine Maera, in Mantinensium fines venit; *quae ibi sepulta, vico nomen reliquit.* In altera viarum, quae Orchomenum contendunt, Anchisia mons est; et ad imum montem Anchisae sepulcrum. Quum enim in Siciliam transmitteret Aeneas, in Laconicam terram appulit; atque ibi Aphrodisiade et

δισιάδος καὶ Ἤτιδος ἐγένετο οἰκιστής, καὶ τὸν πατέρα Ἀγχίσην, κατὰ πρόφασιν δή τινα παραγενόμενον ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, καὶ αὐτόθι τοῦ βίου τῇ τελευτῇ χρησάμενον, ἔθαψεν ἐνταῦθα· καὶ τὸ ὄρος τοῦτο ἀπὸ τοῦ Ἀγχίσου καλοῦσιν Ἀγχισίαν. τούτου δὲ συντελοῦσιν ἐς πίστιν Αἰολέων οἱ Ἴλιον ἐφ' ἡμῶν ἔχοντες, οὐδαμοῦ τῆς σφετέρας ἀποφαίνοντες μνῆμα Ἀγχίσου. πρὸς δὲ τοῦ Ἀγχίσου τῷ τάφῳ ἐρείπιά ἐστιν Ἀφροδίτης ἱεροῦ, καὶ Μαντινέων ὅροι πρὸς Ὀρχομενίους καὶ ἐν ταῖς Ἀγχισίαις εἰσίν.

CAPUT XIII.

De memorandis in Orchomeniorum finibus, templo Dianae Hymniae — Orchomeniorum priscae urbis reliquiis et memorandis — monte Trachy, et urbe Caphya — Aristocratis monumento, fontibus Teneis et vico Amilo — via Stymphalum versus et Pheneum, ac Carya vico.

Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Ὀρχομενίων, ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀπὸ Ἀγχισιῶν, ἐν ὑπτίῳ τοῦ ὄρους, τὸ ἱερόν ἐστι τῆς Ὑμνίας Ἀρτέμιδος· μέτεστι δὲ αὐτοῦ καὶ Μαντινεῦσι· 626
καὶ ἱέρειαν καὶ ἄνδρα ἱερέα, τούτοις οὐ μόνον τὰ ἐς τὰς μίξεις, ἀλλὰ καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἁγιστεύειν καθέστηκε τὸν

Oeetide urbibus conditis, Anchisem patrem, qui, quum in haec loca quacunque de causa venisset, diem suum obierat, ad sepulturam ibidem dedit. Anchisiae itaque monti ab Anchisa nomen inditum. Huic rei fidem facit, quod Aeolenses qui aetate nostra Ilium incolunt, nusquam Anchisae tumulum ostendunt. Adiacent Anchisae sepulcro templi, quod Veneri dicatum fuerat, rudera. Sunt etiam ad Anchisias agrorum inter Mantinenses et Orchomenios termini.

Cap. XIII. Intra Orchomeniorum fines ad viae laevam, iis qui ab Anchisiis digressi fuerint, in declivi montis parte aedes est Dianae, Hymniae *cognomento.* In ea Mantinenses etiam rei divinae operam dant. Apud hos sancitum est, ut sacerdos foemina pariter et mas castimoniam colant non

χρόνον τοῦ βίου πάντα· καὶ οὔτε λουτρὰ, οὔτε δίαιτα λοιπὴ κατὰ τὰ αὐτὰ σφίσι, καθὰ καὶ τοῖς πολλοῖς ἐστιν, οὐδὲ ἐς οἰκίαν παρίασιν ἀνδρὸς ἰδιώτου. τοιαῦτα οἶδα ἕτερα ἐνιαυτὸν καὶ οὐκ ἀεὶ πρὸς Ἐφεσίων ἐπιτηδεύοντας τοὺς τῇ Ἀρτέμιδι ἱστιάτορας τῇ Ἐφεσίᾳ γινομένους, καλουμένους δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν Ἐσσῆνας. τῇ δὲ Ἀρτέμιδι τῇ Ὑμνίᾳ καὶ ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. (2) Ὀρχομενίοις δὲ ἡ προτέρα πόλις ἐπὶ ὄρους ἦν ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ, καὶ ἀγορᾶς τε καὶ τειχῶν ἐρείπια λείπεται· τὴν δὲ ἐφ' ἡμῶν πόλιν ὑπὸ τὸν περίβολον οἰκοῦσι τοῦ ἀρχαίου τείχους. θέας δὲ αὐτόθι ἄξια πηγή τε, ἀφ' ἧς ὑδρεύονται, καὶ Ποσειδῶνός ἐστι καὶ Ἀφροδίτης ἱερὰ, λίθου δὲ τὰ ἀγάλματα. πρὸς δὲ τῇ πόλει ξόανόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· ἵδρυται δὲ ἐν κέδρῳ μεγάλῃ, καὶ τὴν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῆς κέδρου Κεδρεάτιν. σωροὶ δὲ ὑπὸ τὴν πόλιν λίθων εἰσὶ διεστηκότες ἀπὸ ἀλλήλων· ἐγενήθησαν δὲ ἐν πολέμῳ πεσοῦσιν ἀνδράσιν εἰς τιμήν. οἵτισι δὲ Πελοποννησίων

tantum quod ad venereos congressus attinet, verum etiam in caeteris, idque per totum vitae spatium; iisdem non balnea, non cetera victus ratio cum vulgo communis: neque in privati ullius hominis aedes pedem unquam inferunt. Eadem apud Ephesios factitari scio ab iis, qui Ephesiae Dianae leguntur antistites: (hestiatores caeteri Graeci i. e. *epulones*, Ephesii essenas i. e. *reges* appellant) non quidem perpetuo sed annuo tantum spatio. Hymniae etiam Dianae quotannis festos dies agitant. (2) Orchomeniorum vetus oppidum in summo olim fuit montis vertice; *quo in loco* reliqua sunt fori et moenium vestigia. Nam quae hac aetate habitatur urbs, sub ipso est veterum murorum ambitu. Spectatu in ea digna, fons perennis aquae, Neptuni et Veneris delubra cum signis marmoreis. In suburbanis Dianae in magna cedro inclusa est *prisci operis* lignea effigies: deam ab arbore Cedreatim appellant. Infra oppidum per intervalla sunt e congestis lapidibus tumuli; quos in honorem peremptorum in praelio hominum erectos apparet:

ἐπολέμησαν τῶν ἄλλων ἢ Ἀρκάδων αὐτῶν, οὔτε ἐπιγράμματα ἐπὶ τοῖς τάφοις ἐσήμαινεν, οὔτε οἱ Ὀρχομένιοι μνημονεύουσιν. (3) Ἔστι δὲ ἀπαντικρὺ τῆς πόλεως ὄρος Τραχύ. τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ διὰ χαράδρας ῥέον κοίλης μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ Τραχέος ὄρους, κάτεισιν ἐς ἄλλο Ὀρχομένιον πεδίον· τὸ δὲ πεδίον τοῦτο μεγέθει μὲν μέγα, τὰ πλείω δέ ἐστιν αὐτοῦ λίμνη. ἰόντι δὲ ἐξ Ὀρχομενοῦ, καὶ σταδίους προελθόντι ὅσον τρεῖς, ἡ μὲν εὐθεῖα ἐπὶ πόλιν Καφυὰν ἄγει, παρά τε αὐτὴν τὴν χα- 627
ράδραν, καὶ μετὰ ταύτην ἐν ἀριστερᾷ παρὰ τὸ ὕδωρ τὸ λιμνάζον· ἡ δὲ ἑτέρα τῶν ὁδῶν διαβάντι τὸ ὕδωρ τὸ διὰ τῆς χαράδρας ῥέον ὑπὸ Τραχύ ἐστιν ὄρος. (4) Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην πρῶτον μὲν μνῆμά ἐστιν Ἀριστοκράτους, ὃς βίᾳ ποτὲ ᾔσχυνε τὴν ἱερωμένην τῇ Ὑμνίᾳ θεῷ παρθένον. μετὰ δὲ τοῦ Ἀριστοκράτους τὸν τάφον πηγαί τε εἰσὶ καλούμεναι Τενεῖαι, καὶ ἀπέχει τῶν πηγῶν στάδια ὡς ἑπτὰ Ἄμιλος χωρίον· πόλιν δὲ τὴν Ἄμιλόν ποτε εἶναι λέγουσι. (5) Κατὰ τοῦτο αὖθις τὸ χωρίον

verum cum quibus vel Peloponnesiorum, vel Arcadum ipsorum bellatum sit, neque ullae in sepulcris indicant inscriptiones, neque ipsi Orchomenii memoriae proditum habent. (3) Ex adverso urbis mons est, cui Trachys *(id est, Asper)* nomen. Inter eum montem et urbis moenia, pluvia aqua profundo excepto alveo, in alteram Orchomeniorum planitiem defluit: longe lateque illam quidem patentem, sed cuius maximam partem palus occupet. Ab Orchomeno stadia prope tria profectis, altera via recta in oppidum Caphyam ducit praeter supra dicti torrentis alveum, et deinceps praeter stagnum ad sinistram, altera sub Trachyn montem est, ubi torrentis alveum transieris; (4) iuxta quam Aristocratis sepulcrum, eius nempe, qui virgini Hymniae Dianae sacerdoti olim per vim vitium obtulit. Modico intervallo ab Aristocratis sepulcro absunt fontes, Teneae appellati. Distat ab his stadia ferme septem Amilus: qui vicus olim urbs fuisse dicitur. (5) Hic se rursus in bivium

διχῇ ἡ ὁδὸς τέμνεται· καὶ ἡ μὲν ἐπὶ Στύμφηλον, ἡ δὲ ἐς Φενεὸν αὐτῶν ἄγει. κατὰ δὲ τὴν ἐς Φενεὸν ἐκδέξεταί σε ὄρος· ἐν δὲ τῷ ὄρει τούτῳ συνάπτουσιν Ὀρχομενίων καὶ Φενεατῶν τε καὶ Καφυατῶν ὅροι τῆς γῆς. ἀνατείνει δὲ ὑπὲρ τοὺς ὅρους κρημνὸς ὑψηλός· πέτραν Καφυατικὴν ὀνομάζουσι τὸν κρημνόν. μετὰ δὲ τοὺς ὅρους ταῖς κατειλεγμέναις πόλεσι φάραγξ τε ὑπόκειται, καὶ φέρει δι' αὐτῆς ἡ ἐς Φενεὸν ὁδός. κατὰ μέσην δέ που μάλιστα τὴν φάραγγα ὕδωρ ἄνεισιν ἐκ πηγῆς, καὶ ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς φάραγγος Καρυαὶ χωρίον.

CAPUT XIV.

De priscae urbis Phenei reliquiis — Laonome, Amphitryonis matre — alveo Olbii fluvii ab Hercule ducto — urbe Pheneo, memorandis in eius arce et Neptuni Hippii signo ab Ulysse posito — primis aeris conflandi inventoribus — Iphiclis monumento et Iolao — Mercurio a Pheneatis inprimis culto, ludis Hermaeis et Myrtilo — maris Myrtoi denominatione, sacris Eleusiniis a Pheneatis factis et Nao.

Φενεατῶν δὲ τὸ πεδίον κεῖται μὲν ὑπὸ ταῖς Καρυαῖς· πλεονάσαντος δέ ποτε αὐτῷ τοῦ ὕδατος, κατακλυσθῆναί φασι τὴν ἀρχαίαν Φενεόν· ὥστε καὶ ἐφ' ἡμῶν σημεῖα

findit via: pars eius altera Stymphalon, Pheneon altera ducit. Per hanc Pheneon versus progressos mons excipit: in monte iuncta sunt Orchomeniorum, Pheneatûm, Caphyatûm confinia. Supra eos praeruptum saxum est: petram Caphyaticam accolae nominant. Secundum fines ipsos, iis quas paulo ante nominavimus urbibus vallis subiacet: per eam via transit, qua Pheneon iter est. In media valle aqua oritur e fonte: in extrema est vicus, *cui nomen* Caryae.

Cap. XIV. Pheneatarum campi Caryis subiecti. Ex iis campis aqua immodice stagnante veterem Pheneon deletam memorant. Manent aetate etiam nostra in montibus eius

ἐλείπετο ἐπὶ τῶν ὀρῶν, εἰς ἃ ἐπαναβῆναι τὸ ὕδωρ λέγουσι. Καρυῶν δὲ στάδια πέντε ἀφέστηκεν ἥ τε Ὄρεξις καλουμένη, καὶ ἕτερον ὄρος Σκίαθις· ὑφ' ἑκατέρῳ δέ ἐστι τῷ ὄρει βάραθρον τὸ ὕδωρ καταδεχόμενον τὸ ἐκ τοῦ πεδίου. (2) Τὰ δὲ βάραθρα οἱ Φενεᾶται ταῦτά φασιν εἶναι χειροποίητα, ποιῆσαι δὲ αὐτὰ Ἡρακλέα τηνικαῦτα ἐν Φενεῷ παρὰ Λαονόμῃ τῇ Ἀμφιτρύωνος μητρὶ οἰκοῦντα· γενέσθαι γὰρ Ἀμφιτρύωνα ἐκ Λαονόμης Ἀλκαίῳ τῆς Γούνεω, γυναικὸς Φενεάτιδος, καὶ οὐκ ἐκ τῆς Πέλοπος Λυσιδίκης. εἰ δὲ Ἡρακλῆς ἀληθεῖ λόγῳ παρὰ 628
τοὺς Φενεάτας μετῴκησε, πείθοιτο ἄν τις, διωχθέντα ἐκ Τίρυνθος ὑπὸ Εὐρυσθέως αὐτὸν οὐκ αὐτίκα ἐς Θήβας, πρότερον δὲ ἐς Φενεὸν ἀφικέσθαι. (3) Διὰ μέσου δὲ ὤρυξεν Ἡρακλῆς τοῦ Φενεατῶν πεδίου, ῥεῦμα εἶναι τῷ ποταμῷ τῷ Ὀλβίῳ, ὅντινα Ἀροάνιον Ἀρκάδων καλοῦσιν ἕτεροι, καὶ οὐκ Ὄλβιον. μῆκος μὲν τοῦ ὀρύγματος στάδιοι πεντήκοντά εἰσι· βάθος δὲ, ὅσον μὴ πεπτωκός ἐστιν αὐτοῦ, καὶ ἐς τριάκοντα καθήκει πόδας. οὐ μὴν ταύτῃ γε ἔτι κάτεισιν ὁ ποταμὸς, ἀλλὰ ἐς τὸ ῥεῦμα ἀπεχώρη-

eluvionis signa, quae, quantum aqua ascenderit, indicant. A Caryis stadia quinque distant montes Orexis et Sciathis. Ad ima utriusque montis ingentes foveae sunt, quae aquam e campis defluentem excipiunt. (2) Eas foveas manu factas Pheneatae putant, Herculem hoc operis effecisse, dum Phenei apud Laonomen Amphitryonis matrem degeret. Amphitryonem enim Alcaeo ex Gunei filia Laonome, foemina Pheneatide, non autem ex Lysidice Pelopis genitum ferunt. Quod si non vanus est hominum sermo, ad Pheneatas Herculem migrasse, adduci quis facile possit ut credat, Tirynthe ab Eurystheo pulsum, non Thebas eum primum, sed Pheneum se recepisse. (3) Ac fossam ille quidem per medios Pheneatici agri campos duxit, ut per eam Olbius amnis, quem Arcadum alii Araonium appellant, laberetur. Operis longitudo stadia L excurrit: alte subsidit, qua ripae integrae sunt, pedes haud minus XXX. Verum hoc Her-

σεν αὖθις τὸ ἀρχαῖον, καταλιπὼν τὸ ἔλυτρον, τοῦ Ἡρακλέους τὸ ἔργον. (4) Τῶν βαράθρων δὲ ἐν τοῖς εἰρημένοις πεποιημένων ὄρεσιν ἀπωτέρω πεντήκοντά που σταδίοις ἐστὶν ἡ πόλις· οἰκιστὴν δὲ οἱ Φενεᾶται λέγουσιν ἄνδρα αὐτόχθονα εἶναι Φενεόν. ἔστι δέ σφισιν ἀκρόπολις ἀπότομος πανταχόθεν, τὰ μὲν πολλὰ ἔχουσα οὕτω, ὀλίγα δὲ αὐτῆς καὶ ὠχυρώσαντο ὑπὲρ ἀσφαλείας. ἐνταῦθα ἐν τῇ ἀκροπόλει ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Τριτωνίας· ἐρείπια δὲ ἐλείπετο αὐτοῦ μόνα. καὶ Ποσειδῶν χαλκοῦς ἕστηκεν ἐπωνυμίαν Ἵππιος· ἀναθεῖναι δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ποσειδῶνος Ὀδυσσέα ἔφασαν· ἀπολέσθαι γὰρ ἵππους τῷ Ὀδυσσεῖ, καὶ αὐτὸν γῆν τὴν Ἑλλάδα κατὰ ζήτησιν ἐπιόντα τῶν ἵππων, ἱδρύσασθαι μὲν ἱερὸν ἐνταῦθα Ἀρτέμιδος, καὶ Εὑρίππαν ὀνομασθῆναι τὴν θεὸν, ἔνθα τῆς Φενεατικῆς χώρας εὗρε τὰς ἵππους· ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοῦ Ποσειδῶνος τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἱππίου. τῷ δὲ Ὀδυσσεῖ λέγουσιν εὑρόντι τὰς ἵππους, γενέσθαι οἱ κατὰ γνώμην, ἐν χώρᾳ τῇ Φενεατῶν ἔχειν ἵππους, καθάπερ γε καὶ τὰς βοῦς ἐν τῇ ἠπείρῳ τῆς Ἰθάκης ἀπαντικρὺ τρέφειν αὐτόν.

culeo alveo iam destituto, fluvius meatum pristinum repetiit. (4) Ab iis quidem foveis, sub iis montibus, de quibus ante egimus, dehiscentibus, quinquaginta circiter stadia progressis occurrit urbs ipsa Pheneos; cuius conditorem Pheneatae perhibent Pheneum virum indigenam. Arx est undique praetupta, et partim natura loci, partim etiam operibus munita. In ea Minervae templum fuit, cui Tritoniae cognomentum: sed eius iam sola rudera reliqua sunt. Neptuni etiam cognomine Equestris, ex aere simulacrum, Ulyssem dedicasse aiunt. Quum enim equas perdidisset, et eas quaerens *totam* Graeciam peragrasset, postremo quo loco eas reperit, ibi Dianae templum, quam Heurippen cognominarit, addito Equestris Neptuni signo, erexisse: ac sane inventas equas, ita in ea Pheneatici agri parte, ut in continenti contra Ithacam terra boves, pascendas locasse. Mihi

καί μοι καὶ γράμματα οἱ Φενεᾶται παρείχοντο ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος γεγραμμένα τῷ βάθρῳ, τοῦ Ὀδυσσέως δή τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους. (5) Τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἑπομένοις ἡμῖν τῷ Φενεατῶν λόγῳ εἰκὸς προσέσται· τὸ δὲ ἄγαλμα Ὀδυσσέα ἀναθεῖναι τὸ χαλκοῦν, οὐκ ἔχω πείθεσθαί σφισιν. οὐ γάρ πω τότε τοῦ χαλκοῦ τὰ ἀγάλματα διὰ παντὸς ἠπίσταντο ἐργάσασθαι καθάπερ ἐσθῆτα ἐξυφαίνοντες. τρόπον δὲ, ὅστις ἦν αὐτοῖς ἐς τὰ χαλκᾶ ἐργασίας, ἔδειξεν ἤδη μοι τοῦ ἐς Σπαρτιάτας λό- 629
γου τὰ ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος τοῦ Ὑπάτου Διός. διέχεαν δὲ χαλκὸν πρῶτοι καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο Ῥοῖκός τε Φιλαίου καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους Σάμιοι. Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τοῦ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει τε τὰ μάλιστα, καὶ ἐπ' αὐτῇ περισσῶς δή τι ἠγάλλετο. (6) Φενεατῶν δὲ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως καταβαίνοντι, ἔστι μὲν στάδιον, ἔστι δὲ ἐπὶ λόφου μνῆμα Ἰφικλέους ἀδελφοῦ τε Ἡρακλέους καὶ Ἰολάου πατρός. Ἰόλαον μὲν δὴ τὰ πολλὰ

quidem Pheneatae in simulacri basi inscriptas literas monstrarunt, quibus quae cum pastoribus Ulysses pepigisset, consignata fuerint. (5) Non tamen, ut ceteris quae dicunt fidem habeam, illud ut assentiar adduci possum, ex aere signum ab Ulysse dicatum, quum nondum illis temporibus traditum fuisset, signa ex aere solido facere, tanquam vestem in textrina. Sed quale fuerit tunc aeris opificium, ostendi iam ante in eo, qui est de rebus Laconicis commentario, quum de Summi Iovis simulacro verba facerem. Primi aes fuderunt et statuas inde conflarunt Rhoecus Philaei, et Teleclis filius Theodorus, ambo Samii. Theodorus certe et smaragdum illum caelavit, quem frequentissime gestabat, quoque maxime delectabatur Polycrates Samiorum tyrannus. (6) Qua ab arce Pheneatum descenditur, stadium est, et in edito vertice sepulcrum Iphiclis, qui frater fuit Herculis, Iolai pater, Herculis laborum consortem magna ex parte fuisse Iolaum Graeci testantur. Eius vero

Ἡρακλεῖ συγκάμνειν λέγουσιν Ἕλληνες. Ἰφικλῆς δὲ ὁ Ἰολάου πατὴρ, ἡνίκα ἐμαχέσατο Ἡρακλῆς πρὸς Ἠλείους τε καὶ Αὐγέαν τὴν προτέραν μάχην, τότε ὑπὸ τῶν παίδων ἐτρώθη τῶν Ἄκτορος, καλουμένων δὲ ἀπὸ Μολιόνης τῆς μητέρος· καὶ ἤδη κάμνοντα κομίζουσιν οἱ προσήκοντες ἐς Φενεόν. ἐνταῦθα ἀνὴρ Φενεάτης αὐτὸν Βουφάγος καὶ ἡ τοῦ Βουφάγου γυνὴ Πρώμνη περιεῖπόν τε εὖ, καὶ ἀποθανόντα ἐκ τοῦ τραύματος ἔθαψαν· Ἰφικλεῖ μὲν δὴ καὶ ἐς τόδε ἔτι ἐναγίζουσιν ὡς ἥρωϊ. (7) Θεῶν δὲ τιμῶσιν Ἑρμῆν Φενεᾶται μάλιστα, καὶ ἀγῶνα ἄγουσιν Ἕρμαια· καὶ ναός ἐστιν Ἑρμοῦ σφισι, καὶ ἄγαλμα λίθου· τοῦτο ἐποίησεν ἀνὴρ Ἀθηναῖος, Εὔχειρ ὁ Εὐβουλίδου. Ὄπισθεν δέ ἐστι τοῦ ναοῦ τάφος Μυρτίλου, τοῦτον Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι Μυρτίλον λέγουσιν Ἕλληνες. ἡνιοχεῖν δὲ αὐτὸν Οἰνομάῳ· καὶ ὁπότε ἀφίκοιτό τις μνώμενος τοῦ Οἰνομάου τὴν θυγατέρα, ὁ μὲν ἠπείγετο ὁ Μυρτίλος σὺν τέχνῃ τοῦ Οἰνομάου τὰς ἵππους, ὁ δὲ ἐν τῷ δρόμῳ τὸν μνηστῆρα, ὁπότε ἐγγὺς γένοιτο, κατηκόντιζεν. Ἱπποδαμείας δὲ ἦρα μὲν καὶ αὐτὸς ὁ Μυρτίλος,

pater Iphicles, quum in prima Herculis contra Augean Eleorum regem pugna, ab Actoris filiis, qui *Molionidae* sunt a Molione matre appellati, vulnus accepisset, a propinquis Pheneon delatus est. Ibi eum Pheneates Buphagus, et eius uxor Promne valde accurate tractarunt, et ex vulnere mortuum sepelierunt: et Iphicli hac etiam aetate tanquam heroi parentare solenne habent. (7) Deorum vero omnium maxime Mercurium Pheneatae venerantur, eique ludos faciunt Hermaea. Templum exstat Mercurii cum signo marmoreo, quod fecit Atheniensis Euchir Eubulidae filius. A tergo templi est, Myrtili sepulchrum, quem Graeci Mercurii filium fuisse tradidere, Oenomai aurigam: quoties vero quis de procis filiae in certamen descendisset, currus ea arte regere solitum, ut Oenomaus victores assecutus, *hasta* eos *emissa* transfigeret. Hippodamiae ipse etiam amore captus, quum

ἐς δὲ τὸν ἀγῶνα ἀτόλμως ἔχων ὑπεῖκε, καὶ ἡνιόχει τῷ Οἰνομάῳ. τέλος δὲ καὶ ἀναφανῆναι τοῦ Οἰνομάου προδότην φασὶν αὐτὸν ὑπαχθέντα ὅρκοις, ὥς οἱ νύκτα ὁ Πέλοψ μίαν Ἱπποδαμείᾳ συγγενέσθαι παρήσει. ἀναμιμνήσκοντα οὖν τῶν ὅρκων ὁ Πέλοψ ἐξέβαλεν ἐκ τῆς νεώς· Φενεᾶται δὲ τοῦ Μυρτίλου τὸν νεκρὸν ἐκβληθέντα ὑπὸ τοῦ κλύδωνος λέγουσιν ἀνελόμενοι θάψαι, καὶ νύκτωρ 630
κατὰ ἔτος ἐναγίζουσιν αὐτῷ. (8) Ἔστι δὲ ὁ Πέλοψ δῆλος οὐ πολλήν τινα παραπλεύσας θάλασσαν, ἀλλὰ ὅσον ἀπὸ τοῦ Ἀλφειοῦ τῶν ἐκβολῶν ἐς τὸ ἐπίνειον τὸ Ἠλείων. οὐκ ἂν οὖν τό γε πέλαγος τὸ Μυρτῷον ἀπὸ Μυρτίλου τοῦ Ἑρμοῦ φαίνοιτο κεκλημένον, ἀρχόμενόν τε ἀπὸ Εὐβοίας καὶ παρ' Ἑλένην ἔρημον νῆσον καθῆκον ἐς τὸ Αἰγαῖον. ἀλλά μοι δοκοῦσιν Εὐβοέων οἱ τὰ ἀρχαῖα μνημονεύοντες εἰκότα εἰρηκέναι, λέγοντες ἀπὸ γυναικὸς Μυρτοῦς τῷ πελάγει γεγονέναι τὸ ὄνομα τῷ Μυρτῴῳ. Φενεάταις δὲ καὶ Δήμητρός ἐστιν ἱερὸν ἐπίκλησιν Ἐλευσινίας, καὶ ἄγουσι τῇ θεῷ τελετὴν, τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δρώ-

non auderet in certamine fortunam experiri suam, pergebat aurigae munera obire. Proditum postremo ab eo Oenomaum narrant, quum Pelopem iureiurando adegisset, ut una sibi Hippodamiae nocte concederet: verum quum victorem promissi moneret, ab eo e navi *in mare* abiectum aiunt. Eius cadaver aestu eiectum sepulturae mandasse Pheneatae dicuntur: sua certe Myrtilo parentalia stata quotannis nocte faciunt. (8) Satis perspicuum est, non fuisse longinquo mari vectum Pelopem; sed ab Alphei ostio *profectum*, ad Eleorum navale *applicuisse*. Quare ne Myrtoum quidem mare a Myrtilo Mercurii filio nomen accepisse credendum, quum ab Euboea *fere* incipiens, ad insulam desertam, quae Helene dicitur, cum Aegaeo iungatur. Probabilior mihi Euboeensium antiquariorum sententia videtur, qui a Myrtone puella nomen ei pelago inditum putant. Est apud Pheneatas etiam Cereris cognomento Eleusiniae fanum; cui initia eodem ritu, quo apud Eleusinem peraguntur, quippe quo-

μενα καὶ παρὰ σφίσι τὰ αὐτὰ φάσκοντες καθεστηκέναι· ἀφικέσθαι γὰρ αὐτοῖς Νάον κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν· τρίτον δὲ ἀπόγονον Εὐμόλπου τοῦτον εἶναι τὸν Νάον.

CAPUT XV.

De Petromate apud Pheneatas et persona Cereris Cidariae Cererisque Thesmiae fano — memorandis in via Pellenen et Aegiram versus — Telamone et Chalcodonte Herculis contra Eleos sociis — Pheneatarum et Achaeorum finibus, monte Crathide et Dianae Pyroniae templo.

Παρὰ δὲ τῆς Ἐλευσινίας τὸ ἱερὸν πεποίηται Πέτρωμα καλούμενον, λίθοι δύο ἡρμοσμένοι πρὸς ἀλλήλους μεγάλοι. ἄγοντες δὲ παρὰ ἔτος, ἥντινα τελετὴν μείζονα ὀνομάζουσι, τοὺς λίθους τούτους τηνικαῦτα ἀνοίγουσι· λαβόντες γράμματα ἐξ αὐτῶν ἔχοντα ἐς τὴν τελετὴν, καὶ ἀναγνόντες ἐς ἐπήκοον τῶν μυστῶν, κατέθεντο ἐν νυκτὶ αὖθις τῇ αὐτῇ. Φενεατῶν δὲ οἶδα τοὺς πολλοὺς καὶ ὀμνύντας ὑπὲρ μεγίστων τῷ Πετρώματι. καὶ ἐπίθημα ἐπ' αὐτῷ περιφερές ἐστιν, ἔχον ἐντὸς Δήμητρος πρόσωπον

rum eosdem plane ritus apud se quoque institutos fuisse dictitent. Venisse enim in haec loca ex Apollinis Delphici oraculo Naum, *a quo sacrorum ritus acceperint:* et Naum quidem Eumolpi pronepotem fuisse.

Cap. XV. Prope fanum Eleusiniae, lapides eminent praegrandes duo, alter apte alteri impositus: Petroma vocant. Eos lapides, ubi anniversarii sacri, quae Maiora nominant initia, dies appropinquant, disiungunt, atque inde literas educunt, quibus pompae ritus, et quae fieri oportet omnia consignata sunt. Eum commentarium quum audientibus iis qui initiati fuerint recitandum curarint, ea ipsa nocte in pristinam sedem reponunt. Ad eam lapidum compagem compertum habeo, Pheneatarum multitudinem de maximis quibusque rebus iusiurandum concipere solitam. Operimentum ei imminet rotundo ambitu. In eo facies Cereris

Κιδαρίας. τοῦτο ὁ ἱερεὺς περιθέμενος τὸ πρόσωπον ἐν τῇ μείζονι καλουμένῃ τελετῇ, ῥάβδοις κατὰ λόγον δή τινα τοὺς ὑποχθονίους παίει. Φενεατῶν δέ ἐστι λόγος (καὶ πρὶν ἢ Νάον ἀφικέσθαι γὰρ καὶ ἐνταῦθα Δήμητρα πλανωμένην), ὅσοι Φενεατῶν οἴκῳ τε καὶ ξενίοις ἐδέξαντο αὐτὴν, τούτοις τὰ ὄσπρια ἡ θεὸς τὰ ἄλλα, κύαμον δὲ οὐκ ἔδωκέ σφισι. κύαμον μὲν οὖν ἐφ' ὅτῳ μὴ καθαρὸν εἶναι νομίζουσιν ὄσπριον, ἔστιν ἱερὸς ἐπ' αὐτῷ λόγος. 631
οἱ δὲ τῷ Φενεατῶν μὲν λόγῳ δεξάμενοι τὴν θεὸν, Τρισαύλης καὶ Δαμιθάλης, ἐποιήσαντο μὲν Δήμητρος ναὸν, (θέσθαι δὲ ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κυλλήνῃ) κατεστήσαντο δὲ αὐτῇ καὶ τελετὴν, ἥντινα καὶ νῦν ἄγουσιν. ὁ δὲ ναὸς οὗτος τῆς Θεσμίας σταδίους πέντε μάλιστά που καὶ δέκα ἐστὶν ἀπωτέρω τῆς πόλεως.

(2) Ἐς δὲ Πελλήνην ἐκ Φενεοῦ καὶ ἐς Αἴγειραν ἰόντι Ἀχαιῶν πόλιν, πέντε που προεληλυθότι καὶ δέκα σταδίους, Ἀπόλλωνός ἐστι Πυθίου ναός· ἐρείπια δ' ἐλείπετο αὐτοῦ μόνα, καὶ βωμὸς μέγας λίθου λευκοῦ. ἐνταῦθα

cognomento Cidariae servatur. Eam faciem sacerdos tanquam personam indutus, statis, quae initia maiora appellantur, diebus populares patrio quodam ritu virgis caedit. Venisse in haec etiam loca Pheneatae Cererem dictitant ante Naum, dum errabunda *Proserpinam quaeritaret;* et iis qui se comiter ac liberaliter accepissent, legumina divisisse omnia, praeter fabam. Qua enim maxime de causa impurum legumen faba sit, arcanis commentariis mandatum est. Iam vero qui (uti Pheneatae narrant) Cererem hospitio acceperunt, quique ei templum ad imam Cyllenen erexerunt, et initia deae instituere, quae nunc etiam in officio permanent, Trisaules iis et Damithales nomina. Abest hoc *Cereris cognomento* Thesmiae fanum ab urbe stadia prope XV.
(2) Qua Pellenen et Aegiran a Pheneo iter est, stadia circiter XV progressi, ad Apollinis Pythii templum accedant. Sedenim ex eo sola rudera, et magnam e candido lapide aram vetustas reliqua fecit. Ad eam aram Pheneatae hoc

ἔτι καὶ νῦν Ἀπόλλωνι Φενεᾶται καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν, Ἡρακλέα ἑλόντα Ἦλιν τὸ ἱερὸν λέγοντες ποιῆσαι. (3) Ἔστι δὲ αὐτόθι καὶ ἡρώων μνήματα, ὅσοι σὺν Ἡρακλεῖ στρατείας ἐπὶ Ἠλείους μετασχόντες οὐκ ἀπεσώθησαν οἴκαδε ἐκ τῆς μάχης. τέθαπται δὲ Τελαμὼν ἐγγύτατα τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἀροανίου, ἀπωτέρω μικρὸν ἢ ἔστι τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος· Χαλκώδων δὲ οὐ πόῤῥω κρήνης καλουμένης Οἰνόης. τὸν μὲν δὴ Ἐλεφήνορος τοῦ νηυσὶν ἐς Ἴλιον ἡγησαμένου, καὶ τὸν Αἴαντός τε καὶ Τεύκρου, τούτων μὲν τοὺς πατέρας οὐκ ἀποδέξαιτο ἄν τις ἐν τούτῳ πεσεῖν τῷ ἀγῶνι. πῶς μὲν γὰρ συνεπελάβετο Ἡρακλεῖ τοῦ ἔργου Χαλκώδων, ὃν πρότερον ἔτι ἀπέκτεινεν Ἀμφιτρύων; καὶ μαρτυρεῖται καὶ πιστεύειν ἄξιά ἐστιν ἐν Θήβαις. πῶς δὲ Τεῦκρος ᾤκισεν ἂν Σαλαμῖνα ἐν Κύπρῳ πόλιν, μηδενὸς, ὡς ἀνέστρεψεν ἐκ Τροίας, ἐκβαλόντος ἐκ τῆς οἰκίας; τίς δ' ἂν ἐξήλασεν ἄλλος πλὴν ὁ Τελαμὼν αὐτόν; δῆλα οὖν ἐστι, Χαλκώδοντα οὐ τὸν ἐξ Εὐβοίας, καὶ Τελαμῶνα οὐ τὸν Αἰγινήτην, ἐπὶ Ἠλείους Ἡρακλεῖ

etiamnum tempore Apollini et Dianae sacra faciunt: Herculem Elide capta eam aedem memorant dedicasse. (3) Extant heroum illorum sepulcra, qui quum eius expeditionis Herculi socii fuissent, pugnando cecidere. Ac Telamon quidem proxime flumen Aroanium modico ab Apollinis intervallo conditus est: Chalcodon non longe a fonte Oenoe. Neminem vero errare velim, existimantem vel Chalcodontem hunc Elephenoris, qui inter duces classe ad Ilium profectus est; vel *quem ante nominavimus* Telamonem, Aiacis et Teucri patres fuisse. Qui enim Herculem Chalcodon in hoc bellum sequi potuit, quum interfectum ab Amphitryone haud dubiis Thebanorum monumentis testatum sit? Vel quonam pacto Teucer Salaminem in Cypro condidit, si nemo eum a Troia redeuntem domo prohibuit? Ecquisnam vero arcere eum praeter Telamonem potuisset? Quocirca alios omnino hos qui Herculem iuverint, ab Euboico Chalcodonte, et Aegineta Telamone, fuisse statuendum est. Epim-

μετεσχηκέναι τῆς στρατείας· ὁμώνυμοι δὲ ἐπιφανέσιν ἄνδρες ἀφανέστεροι καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔτι καὶ τὸν ἅπαντα ἐγίγνοντο ὁμοίως χρόνον. (4) Φενεάταις δὲ πρὸς τὸ Ἀχαϊκὸν τὸ ὅμορον οὐ καθ' ἓν ὅροι τῆς γῆς εἰσιν, ἀλλὰ πρὸς 632
μὲν Πελλήνην ὁ καλούμενος Πορίνας, πρὸς δὲ τὴν Αἰγειράτιν τὸ ἐπ' Ἄρτεμιν. ἐν δὲ αὐτῶν Φενεατῶν τῇ χώρᾳ, μετὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου, προήξεις τε οὐκ ἐπὶ πολὺ, καὶ ἐντὸς ἔσῃ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὸ ὄρος ἀγούσης τὴν Κρᾶθιν. ἐν τούτῳ τῷ ὄρει τοῦ ποταμοῦ τῆς Κράθιδός εἰσιν αἱ πηγαί· ῥεῖ δὲ ἐς θάλασσαν παρὰ Αἰγὰς, ἔρημον τὰ ἐπ' ἐμοῦ χωρίον, τὰ δὲ παλαιότερα Ἀχαιῶν πόλιν. ἀπὸ τούτου δὲ καλεῖται τοῦ Κράθιδος καὶ ἐν Ἰταλίᾳ ποταμὸς ἐν τῇ Βρεττίων. ἐν δὲ τῇ Κράθιδι τῷ ὄρει Πυρωνίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα παρὰ τῆς θεοῦ ταύτης ἐπήγοντο Ἀργεῖοι πῦρ ἐς τὰ Λερναῖα.

vero uti nostra aetate, sic propemodum superioribus omnibus seculis, illustriorum plerunque virorum nomina cum iis qui non tam clari fuerint, communicata sunt. (4) Pheneatas autem a finitimis Achaeis non uni dirimunt fines. Nam ad Cyllenen *inter utrosque terminus* est *fluvius*, qui Porinas dicitur: ad Aegiraticum agrum, Dianium. Intra Pheneatarum fines, secundum Pythii Apollinis templum paululum progressus in viam ingrediare, quae ad Crathin montem ducit. In eo monte Crathidis amnis fontes sunt. Labitur is in mare praeter Aegas desertum aetate mea vicum, Achaeorum olim urbem. Ab eo nomen accepit Crathis Italiae in Brutiis fluvius. Est in Crathide monte Pyroniae Dianae fanum: ex quo antiquitus Argivi ad Lernaea ignem deportabant.

CAPUT XVI.

De monte Geronteo et tribus fontibus Tricrena dictis — monte Sepia et Aepyti sepulcro — aliis memorandis sepulcris, Mausoleo et Helenae, Hebraeae mulieris, sepulcro.

Ἐκ δὲ Φενεοῦ πρὸς ἥλιον ἰόντι ἀνίσχοντα, ὄρους ἐστὶν ἄκρα, Γερόντειον, καὶ κατὰ ταύτην ὁδός· Φενεάταις δὲ ὅροι πρὸς Στυμφαλίους τῆς γῆς τοῦτό ἐστι τὸ Γερόντειον. τοῦ Γεροντείου δὲ ἐν ἀριστερᾷ διὰ τῆς Φενεατικῆς ὁδεύοντι ὅροι Φενεατῶν ἐστι Τρίκρηνα καλούμενα, καί εἰσιν αὐτόθι κρῆναι τρεῖς· ἐν ταύταις λοῦσαι τεχθέντα Ἑρμῆν αἱ περὶ τὸ ὄρος λέγονται Νύμφαι, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὰς πηγὰς ἱερὰς Ἑρμοῦ νομίζουσι. (2) Τρικρήνων δὲ οὐ πόῤῥω ἄλλο ἐστὶν ὄρος Σηπία, καὶ Αἰπύτῳ τῷ Ἐλάτου λέγουσιν ἐνταῦθα γενέσθαι τὴν τελευτὴν ἐκ τοῦ ὄφεως, καί οἱ τὸν τάφον ἐποίησαν αὐτόθι· οὐ γὰρ οἷά τε ἦν σφισιν ἐς τὸ πρόσω φέρειν τὸν νεκρόν. τούτους οἱ Ἀρκάδες τοὺς ὄφεις γίνεσθαι καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν ἔτι ἐν τῷ ὄρει φασίν, οὐ μέντοι πολλούς γε, ἀλλὰ καὶ μάλιστα

Cap. XVI. A Pheneo Orientem versus iugum montis est vertex, Geronteum nomine: eaque ducit trames. Geronteum istud Pheneatarum et Stymphaliorum fines disterminat. Ad laevam montis per Pheneaticum agrum contendentibus, Pheneatis ii sunt fines, quae Tricrena nominant, a tribus, qui illic sunt, fontibus, *quasi Trifontium dixeris.* In illis aquis *recens* in lucem editum Mercurium accolae montis Nymphae abluisse dicuntur: ob eamque rem eos fontes *tanquam* Mercurio sacros *multa cum religione* colunt. (2) Non longe a Trifontio mons est alius, *cui* Sepia *nomen;* ubi Aepytum Elati filium serpentis morsu periisse dicunt; eoque in loco humatum, quod longius cadaver efferre *(ob odoris opinor gravitatem)* non potuerint. Eius generis in eo monte ali nostra etiam aetate serpentes Arcades tradunt, sed valde iam paucos, quod, quum *densis*

σπανίους· ἅτε γὰρ τοῦ ἔτους τὸ πολὺ νιφομένου τοῦ ὄρους, οἵ τε ἀποληφθέντες τῶν φωλεῶν ἐκτὸς ὑπὸ τῆς χιόνος διαφθείρονται, καί, ἣν πρότερον καταφυγόντες τύχωσιν ἐς τὰ φωλεά, ὅμως ἡ χιὼν μέρος τι αὐτῶν ἀπόλλυσιν, ἅτε καὶ εἰς αὐτὰ τὰ φωλεὰ καθικνουμένου τοῦ κρύους. τὸν δὲ τοῦ Αἰπύτου τάφον σπουδῇ μάλιστα ἐθεασάμην, ὅτι ἐν τοῖς ἐς τοὺς Ἀρκάδας ἔπεσιν ἔσχεν Ὅμηρος λόγον τοῦ Αἰπύτου μνήματος. ἔστι μὲν οὖν γῆς χῶμα οὐ μέγα, λίθου κρηπῖδι ἐν κύκλῳ περιεχόμενον· Ὁμήρῳ 633
δὲ (οὐ γὰρ εἶδεν ἀξιολογώτερον μνῆμα) εἰκότως παρέξειν ἔμελλε θαῦμα· ἐπεὶ καὶ Ἡφαίστου τὸν χορὸν ἐπὶ τῇ Ἀχιλλέως ἀσπίδι εἰργασμένον εἰκάζει χορῷ Δαιδάλου ποιηθέντι, σοφώτερα οὐ θεασάμενος. (3) Τάφους δὲ ἀξίους θαύματος ἐπιστάμενος πολλούς, δυοῖν ἐξ αὐτῶν ἐπιμνησθήσομαι· τοῦ τε ἐν Ἁλικαρνασσῷ, καὶ ἐν τῇ Ἑβραίων. ὁ μὲν δὴ ἐν Ἁλικαρνασσῷ Μαυσώλῳ βασιλεύσαντι Ἁλικαρνασσέων πεποίηται. μέγεθος δὲ οὕτω δή τί ἐστι μέγας καὶ ἐς κατασκευὴν περίβλεπτος τὴν πᾶσαν, ὥστε καὶ Ῥωμαῖοι μεγάλως δή τι αὐτὸν θαυμάζοντες τὰ παρὰ σφί-

nivibus mons magna anni parte *undique* obducatur, vel sub divo deprehensi necentur; vel si forte in sua lustra confugerint, gelu tamen conficiantur. Atque eo quidem Aepyti sepulcrum valde studiose sum contemplatus, quod eius mentionem facit Homerus. Est vero terrae agger non utique magnus, lapidea crepidine in orbem circumseptus. Fuit sane Homero admirationi, quod scilicet nullum fuerat ille nobilius monumentum conspicatus. Nam et idem chorum in Achillis clypeo a Vulcano fabricatum, *idcirco* cum *Ariadnae* choro quem fecerat Daedalus, comparat, quia nullum sollertioris artificii opus viderat. (3) Equidem quum multa norim *ubi sint* admiratione digna sepulcra, duorum *tamen duntaxat hoc loco* mentionem faciam: alterum Halicarnassi est, in Hebraeis alterum. Erectum illud fuit Mausolo, qui Halicarnassi regnavit; ea operis magnitudine, atque omni ornamentorum magnificentia, ut Romani rei miraculo ad-

σιν ἐπιφανῆ μνήματα Μαυσωλεῖα ὀνομάζουσιν. Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις, ἣν ἐς ἔδαφος κατέβαλεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς. μεμηχάνηται δὲ ἐν τῷ τάφῳ τὴν θύραν, ὁμοίως πάντα οὖσαν τῷ τάφῳ λιθίνην, μὴ πρότερον ἀνοίγεσθαι, πρὶν ἂν ἡμέραν τε ἀεὶ καὶ ὥραν τὸ ἔτος ἐπαγάγῃ τὴν αὐτήν· τότε δὲ ὑπὸ μόνου τοῦ μηχανήματος ἀνοιχθεῖσα καὶ οὐ πολὺ ἐπισχοῦσα, συνεκλείσθη δι' ὀλίγης. τοῦτον μὲν δὴ οὕτω, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἀνοῖξαι πειρώμενος, ἀνοίξαις μὲν οὐκ ἂν, κατάξεις δὲ αὐτὴν πρότερον βιαζόμενος.

CAPUT XVII.

De monte Cyllene et Mercurio Cyllenio — vario materiae genere, qua ad lignea simulacra usi sunt veteres — variorum animalium candido colore — monte Chelydorea — urbe Nonacri et Stygis aqua.

Μετὰ δὲ τοῦ Αἰπύτου τὸν τάφον ὄρος τε ὑψηλότατον ὀρῶν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Κυλλήνη, καὶ Ἑρμοῦ Κυλληνίου κατεῤῥιμμένος ναός ἐστιν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους. δῆλα δέ ἐστιν ἀπὸ Κυλλῆνος τοῦ Ἐλάτου τῷ τε ὄρει τὸ ὄνομα

ducti, magnificentissima quaeque apud se monumenta Mausolea appellarint. At apud Hebraeos in Solymorum urbe, quam Romanorum Imperator funditus excidit, Helenae indigenae mulieris sepulcrum *miri operis* est. In eo enim ostium fabricatum est e marmore, uti ceterae sepulcri partes. Id anni stato die, atque hora, occulto machinae cuiusdam motu aperitur; neque ita multo post occluditur. Quod si alio tempore aperire conatus fueris, effringas facilius, quam ulla vi recludas.

Cap. XVII. Ab Aepyti sepulcro ad Arcadicorum omnium montium excelsissimum Cyllenen venias. In eius *summo* vertice Mercurii Cyllenii templum eminet; *sed* collapsum. Dubium vero nihil est, et monti et Deo a Cyllene

καὶ ἡ ἐπίκλησις γεγενημένη τῷ θεῷ. (2) Τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον, ὁπόσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν, τοσάδε ἦν, ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο· ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύϊνα, ἡ σμίλαξ, ὁ λωτός· τῷ δὲ Ἑρμῇ τῷ Κυλληνίῳ τούτων μὲν ἀπὸ οὐδενὸς, θύου δὲ πεποιημένον τὸ ἄγαλμά ἐστιν· ὀκτὼ δὲ εἶναι ποδῶν μάλιστα αὐτὸ εἰκάζομεν. (3) Παρέχεται δὲ 634
καὶ θαῦμα τοιόνδε ἡ Κυλλήνη· κόσσυφοι γὰρ οἱ ὄρνιθες ὁλόλευκοί εἰσιν ἐν αὐτῇ. οἱ δὲ ὑπὸ κωμῳδῶν καλούμενοι, γένος ἄλλο πού τί εἰσιν ὀρνίθων, οὐκ ᾠδικόν. ἀετοὺς μὲν ὀνομαζομένους κυκνίας, μάλιστα ἐοικότας κύκνῳ λευκότητα, οἶδα ἐν Σιπύλῳ θεασάμενος περὶ λίμνην καλουμένην Ταντάλου· ὗς δὲ ἀγρίους λευκοὺς, καὶ ἄρκτους τῶν Θρᾳκίων λευκὰς, ἃς δή που καὶ ἄνδρες ἐκτήσαντο ἰδιῶται. λαγῴ δὲ καὶ ἔλαφοι, τὸ μὲν Λιβυκὸν θρέμμα οἱ λαγῴ εἰσι λευκοί· ἐλάφους δὲ ἐν Ῥώμῃ λευκὰς εἶδόν τε καὶ ἰδὼν θαῦμα ἐποιησάμην· ὁπόθεν δὲ ἢ τῶν ἠπείρων οὖσαι ἢ νησιώτιδες ἐσεκομίσθησαν, οὐκ ἐπῆλθεν ἐρέσθαι μοι. τάδε μὲν ἡμῖν λελέχθω τῶν ἐν Κυλ-

Elati filio cognomina indita. (2) Ac prisci quidem homines, quantum *ex antiquitatis monumentis* didicimus, *non aliis* materiae generibus ad simulacra deorum usi sunt, *quam* hebeno, cyparisso, cedro, quercu, smilace *seu hedera Cilicia*, loto. Verum Mercurio Cyllenio e citro signum aedificatum est; pedum (uti coniicio) haud minus VIII altitudine. (3) Habet praeterea (quod admirere) Cyllene mons merulas undecunque albas. Nam quae aves *hoc nomine* a Comicis appellantur, aliud quoddam genus sunt, haudquaquam canorae. Aquilas quidem, quas Cycnias vocant, candore oloribus persimiles, ipse in Sipylo ad stagnum, quod Tantali dicitur, conspexi. Apros certe, et ex Thracia ursas albas, vulgo privati homines; lepores albos inter altilia Libyes habent: cervas vero albas Romae cum admiratione spectavi: neque percontari in mentem tamen venit, e continentene aliqua, an vero ex insulis fuerint deportatae. Huc

λήνῃ κοσσύφων εἵνεκα, ὡς μὴ τοῖς ῥηθεῖσιν ἐς τὴν χρόαν αὐτῶν ἀπιστοίη μηδείς. (4) Ἔχεται δὲ ἄλλο ὄρος Κυλλήνης Χελυδόρεα, ἔνθα εὑρὼν χελώνην Ἑρμῆς ἐκδεῖραι τὸ θηρίον, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς λέγεται ποιήσασθαι λύραν. ἐνταῦθα Φενεάταις καὶ Πελληνεῦσιν ὅροι τῆς γῆς εἰσι, καὶ τοῦ ὄρους τῶν Χελυδορέων οἱ Ἀχαιοὶ τὸ πλέον νέμονται. (5) Ἐκ Φενεοῦ δὲ ἰόντι ἐπὶ ἑσπέρας καὶ ἡλίου δυσμῶν, ἡ μὲν ἀριστερὰ τῶν ὁδῶν ἐς πόλιν ἄγει Κλείτορα, ἐν δεξιᾷ δὲ ἐπὶ Νώνακριν καὶ τὸ ὕδωρ τῆς Στυγός. τὸ μὲν δὴ ἀρχαῖον Νώνακρις πόλισμα ἦν Ἀρκάδων, καὶ ἀπὸ τῆς Λυκάονος γυναικὸς τὸ ὄνομα εἰλήφει· τὰ δὲ ἐφ᾽ ἡμῶν ἐρείπια ἦν, οὐδὲ τούτων τὰ πολλὰ ἔτι δῆλα. τῶν δὲ ἐρειπίων οὐ πόῤῥω κρημνός ἐστιν ὑψηλός· οὐχ ἕτερον ἐς τοσοῦτο ἀνήκοντα ὕψους οἶδα· καὶ ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ στάζει· καλοῦσι δ᾽ Ἕλληνες αὐτὸ ὕδωρ Στυγός.

sum digressus, ne commentitium quis putaret, quod de Cylleniis merulis commemoravi. (4) Coniungitur cum Cyllene mons alius, *cui nomen* Chelydorea: in eo nempe Mercurius dicitur repertam testudinem excoriasse, lyramque inde confecisse. Hic fines inter Pheneatas et Pellenenses: montis multo maximam partem Achaei possident. (5) A Pheneo ad eam, quae ad Occasum est, partem discedentes, viae excipiunt duae; Clitorem laeva, Nonacrin dextera, et ad Stygis aquam perducit. Fuit olim Nonacris Arcadum oppidulum, cui nomen Lycaonis uxor dederat. Solae aetate nostra ruinae extant; et eae quidem magna etiam ex parte obrutae. Ab iis ruinis non longe crepido montis tam alte se attolit, ut locum nusquam viderim celsiorem. Ex ea aqua stillatim defluit, quam Stygis aquam Graeci nuncupant.

CAPUT XVIII.

De Styge varia a poëtis memoriae prodita — Stygis aquae vi mortifera, frangente et dissolvente — montibus Aoraniis, vico Lusis et Proeti filiabus a Melampode ibi sanatis.

Εἶναι δὲ τὴν Στύγα Ἡσίοδος μὲν ἐν Θεογονίᾳ πεποίηκεν, (Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἳ νομίζουσι), πεποιημένα οὖν ἐστιν ἐνταῦθα, Ὠκεανοῦ θυγατέρα τὴν Στύγα, γυναῖκα δὲ αὐτὴν εἶναι Πάλλαντος· ἐοικότα δὲ πεποιηκέναι τούτοις καὶ Λίνον φασίν. ἐμοὶ δ' 635
ἐπιλεγομένῳ παντάπασιν ἐφαίνετο ταῦτά γε εἶναι κίβδηλα. Ἐπιμενίδης δὲ ὁ Κρὴς εἶναι μὲν καὶ οὗτος θυγατέρα Ὠκεανοῦ τὴν Στύγα ἐποίησε, συνοικεῖν δὲ αὐτὴν οὐ Πάλλαντι, ἀλλὰ ἐκ Πείραντος Ἔχιδναν τεκεῖν, ὅστις δὴ ὁ Πείρας ἐστίν. μάλιστα δὲ τῆς Στυγὸς τὸ ὄνομα ἐς τὴν ποίησιν ἐπεσηγάγετο Ὅμηρος· ἐν μέν γε Ἥρας ἐποίησεν ὅρκῳ·

Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ.

ταῦτα μὲν δὴ ἐποίησεν ὡς ἂν ἰδὼν ἐς τὸ ὕδωρ τῆς Στυ-

Cap. XVIII. Ac Stygem quidem Hesiodus in eo libro, qui de gentilitate deorum inscriptus est (neque enim desunt, qui carmen illud Hesiodo adscribant) Oceani filiam, et Pallantis uxorem fuisse memoriae prodidit. Ab his nihil fere discrepantia suis etiam versibus Linum cecinisse tradunt. Mihi quidem ea legenti plane videbantur esse adulterina. Epimenides Cretensis, et ipse Stygem filiam Oceano genitam dixit; non tamen Pallanti, sed Piranti nuptam, (quicunque ille Piras fuerit) cui etiam Hydram pepererit. Omnium maxime Stygis nomen in poemata sua induxit Homerus. Nam et qua in parte iusiurandum concipientem Iunonem fecit, sic inquit:

Hoc sciat omniparens tellus, caelumque profundum
Undaque de Stygiis emanans fontibus.

Haec ille in poemate suo scripsit ut oculis conversis in

γὸς στάζον. βούλεται δὲ καὶ ἐν καταλόγῳ τῶν μετὰ Γουνέως, Τιταρησίῳ ποταμῷ ῥεῖν τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς Στυγός. ἐποίησε δὲ καὶ ἐν ᾅδου ὕδωρ εἶναι, καὶ Ἀθηνᾶ τὸν Δία οὐ μεμνῆσθαί φησιν, ὅτι δι' αὐτῆς Ἡρακλέα ἔσωξεν ἐκ τῶν Εὐρυσθέως ἄθλων·

Εἰ γὰρ ἐγὼ τόδε ᾔδε' ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν,
Εὖτέ μιν εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο προὔπεμψεν
Ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο,
Οὐκ ἂν ὑπεξέφυγε Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα.

(2) Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον ἐπιπίπτει μὲν πρῶτον ἐς πέτραν ὑψηλὴν, διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας ἐς τὸν Κρᾶθιν ποταμὸν κάτεισι· θάνατον δὲ τὸ ὕδωρ φέρει τοῦτο καὶ ἀνθρώπῳ καὶ ἄλλῳ ζώῳ παντί. λέγεται δὲ, ὅτι γένοιτό ποτε ὄλεθρος ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰξὶν, αἳ τοῦ ὕδατος ἔπιον πρῶτον. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐγνώσθη, καὶ εἰ δή τι ἄλλο πρόσεστι τῷ ὕδατι τῶν ἐς θαῦμα ἡκόντων. ὕαλος μέν γε καὶ κρύ-

stillantem Stygis aquam. Iam vero in enumeratione eorum, qui Guneum secuti sunt, ubi Titaresium amnem nominat, fluere a Styge illum autumat. Postremo esse apud inferos Stygem dicit, quo loco exprobrantem Iovi Minervam facit, quod non meminerit sua maxime opera servatum Herculem, quo minus iis, quos imperasset Eurystheus, laboribus conficeretur:

Quod si ego praesaga id potuissem mente videre,
Tunc quum ipsum indomiti demisit in atria Ditis,
Colla canis traheret furvi quo regis ab aula,
Nulla arte elapsus Stygiis remeasset ab undis.

(2) Aqua sane illa, quae ex praerupta rupe ad Nonacrin guttatim in praecelsum saxum cadit, inde permeato saxo in Crathin fluvium delabitur. Mortifera illa quidem est tum homini, tum cuivis alii animantium generi. Nam et capellae *saepius* aquae eius potu extinctae sunt; quod tamen ex intervallo temporis cognitum est. Accedit et aliud ad eius aquae miracula. Vasa et pocula omnia, sive vitrea, sive

σταλλος καὶ μόῤῥια καὶ ὅσα ἐστὶν ἀνθρώποις ἄλλα λίθου ποιούμενα, καὶ τῶν σκευῶν τὰ κεράμεα, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς Στυγὸς τοῦ ὕδατος ῥήγνυται· κεράτινα δὲ καὶ ὀστέϊνα, σίδηρός τε καὶ χαλκὸς, ἔτι δὲ μόλιβδός τε καὶ κασσίτερος καὶ ἄργυρος καὶ τὸ ἤλεκτρον ὑπὸ τούτου σήπεται τοῦ ὕδατος· τὸ δὲ αὐτὸ ἐν μετάλλοις τοῖς πᾶσι καὶ ὁ χρυσὸς πέπονθε, καί τοί γε καθαρεύειν γε τὸν χρυσὸν ἀπὸ τοῦ ἰοῦ, ἥ τε ποιήτρια μάρτυς ἐστὶν ἡ Λεσβία, καὶ αὐτὸς ὁ χρυσὸς ἐπιδείκνυσιν. ἔδωκε δ' ἄρα ὁ θεὸς τοῖς μάλιστα ἀπεῤῥιμμένοις κρατεῖν τῶν ὑπερηρκότων τῇ δόξῃ. τοῦτο μὲν γὰρ τὰ μάργαρα ἀπόλλυσθαι πέφυκεν ὑπὸ τοῦ ὄξους· τοῦτο δὲ τὸν ἀδάμαντα λίθον ὄντα ἰσχυρότατον τοῦ τράγου κατατήκει τὸ αἷμα. καὶ δὴ καὶ τὸ ὕδωρ οὐ δύναται τῆς Στυγὸς ὁπλὴν ἵππου βιάσασθαι μόνην, ἀλλὰ ἐμβληθὲν κατέχεταί τε ὑπ' αὐτῆς, καὶ οὐ διεργάζεται τὴν ὁπλήν. εἰ δὲ καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου συνέβη τὴν τελευτὴν διὰ τοῦ φαρμάκου γενέσθαι τούτου, σαφῶς μὲν οὐκ οἶδα, λεγόμενον δὲ οἶδα. (3) Ὑπὲρ δὲ τὴν Νώνα- 636

crystallina, sive murrhina, seu e lapide aut testa sint fictili, aquae illius vi franguntur. Quin etiam cornea et ossea vasa ferrum item, aes, plumbum, stannum, argentum, et electrum, ea aqua infusa solvuntur. Ipsum quoque aurum, quod neque situ, neque rubigine vitiari, et Lesbia poetria testatur, et res ipsa indicio est, aquae tamen huius virus non sustinet. Atenim *vilioribus et* abiectioribus *plerumque* rebus vim eam Deus indidit, ut ea superarent, quae maximae essent inter homines aestimationis. Nam et aceto uniones resolvuntur; et adamantem lapidum omnium *adversus quemlibet ictum* pervicacissimum, hirci sanguis tabefacit. Consimili modo Stygis aqua ungulam equi superare non potest. Hac enim *sola* ita continetur, ut vasculum non findat. Fueritne hoc veneni genere enectus Alexander Philippi filius, pro comperto non habeo: memoriae certe proditum scio. (3) Supra Nonacrin montes sunt Aroania ap-

κριν ὄρη τε καλούμενα Ἀροάνια καὶ σπήλαιόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ἐς τοῦτο ἀναφυγεῖν τὸ σπήλαιον τὰς θυγατέρας τὰς Προίτου μανείσας λέγουσιν, ἃς ὁ Μελάμπους θυσίαις τε ἀποῤῥήτοις καὶ καθαρμοῖς κατήγαγεν ἐς χωρίον καλούμενον Λουσούς. τοῦ μὲν δὴ ὄρους τοῦ Ἀροανίων Φενεᾶται τὰ πολλὰ ἐνέμοντο· οἱ δὲ ἐν ὅροις ἤδη Κλειτορίων εἰσὶν οἱ Λουσοί· πόλιν μὲν δή ποτε εἶναι λέγουσι τοὺς Λουσούς· καὶ Ἀγησίλαος ἀνὴρ Λουσεὺς ἀνηγορεύθη κέλητι ἵππῳ νικῶν, ὅτε πρώτην ἐπὶ ταῖς δέκα ἐτίθεσαν Πυθιάδα Ἀμφικτύονες· τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν οὐδὲ ἐρείπια ἔτι
637 λειπόμενα ἦν Λουσῶν. τὰς δὲ θυγατέρας τοῦ Προίτου κατήγαγεν ὁ Μελάμπους ἐς τοὺς Λουσοὺς, καὶ ἠκέσατο τῆς μανίας ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ· καὶ ἀπ' ἐκείνου τὴν Ἄρτεμιν ταύτην Ἡμερησίαν καλοῦσιν οἱ Κλειτόριοι.

pellati: in quibus spelunca, intra quam furore actas Proeti filias memorant se abdidisse: inde vero extractas a Melampode arcanis quibusdam sacris et expiationibus, in eum vicum venisse, quos Lusos nuncupant. Aroaniorum partem utique magnam Pheneatae incolunt. Nam Lusi intra fines Clitoriorum sunt: Lusosque istos civitatem olim fuisse tradunt. Agesilaus certe Lusensis victor renunciatus est accepta de iniuge equo palma, quum prima post decimam Pythiade ludos Amphictyones faciundos curassent. Nostra tamen aetate ne ipsae quidem Lusorum ruinae extant. Filias certe Proeti Melampus Lusos compulit, *lustratasque* in Dianae, insania liberavit. Ab eo sane tempore *ad hodiernum usque diem* Hemeresiam (*quasi placabilem dixeris*) Dianam *templi eius praesidem* Clitorii nuncupant.

CAPUT XIX.

De Cynaethaënsibus et memorandis apud illos — fontis Alyssi sanandi vi — via Clitorem versus.

Εἰσὶ δέ τινες γένους μὲν καὶ οὗτοι τῶν Ἀρκάδων, ὄνομα δέ σφισι Κυναιθαεῖς, οἳ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ ἄγαλμα ἀνέθεσαν τοῦ Διὸς, κεραυνὸν ἐν ἑκατέρᾳ ἔχοντα τῇ χειρί· οὗτοι οἱ Κυναιθαεῖς τεσσαράκοντα ἀπωτέρω σταδίοις μᾶλλον οἰκοῦσι· καί σφισιν ἐν ἀγορᾷ πεποίηνται μὲν θεῶν βωμοὶ, πεποίηται δὲ Ἀδριανοῦ βασιλέως εἰκών· τὰ δὲ μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην, Διονύσου ἐστὶν ἐνταῦθα ἱερόν. καὶ ἑορτὴν ὥρᾳ ἄγουσι χειμῶνος, ἐν ᾗ λίπα ἀληλιμμένοι ἄνδρες ἐξ ἀγέλης βοῶν ταῦρον, ὃν ἂν σφισιν ἐπὶ νοῦν αὐτὸς ὁ θεὸς ποιήσῃ, ἀράμενοι κομίζουσι πρὸς τὸ ἱερόν· θυσία μὲν τοιαύτη σφίσι καθέστηκε. (2) Πηγὴ δέ ἐστιν αὐτόθι ὕδατος ψυχροῦ, δύο μάλιστα ἀπὸ τοῦ ἄστεως ἀπωτέρω σταδίοις, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς πλάτανος πεφυκυῖα. ὃς δ' ἂν ὑπὸ κυνὸς κατασχέτου λύσσῃ ἤτοι ἕλκος ἢ καὶ ἄλλως κίνδυνον εὕρηται, τὸ ὕδωρ οἱ πίνοντι ἴαμα· καὶ Ἄλυσσον τοῦδε εἵνεκα ὀνομάζουσι τὴν πηγήν.

Cap. XIX. Est vero etiam Arcadici nominis gens ea, qui Cynaethaenses vocantur. Hi in Olympia Iovis signum posuere, fulmen utraque manu praeferens: absunt hi *a Dianae* stadia ferme XL. In eorum foro et arae *multae* deorum, et Adriani Caesaris est effigies. Quod vero memoratu apud ipsos non indignum est, Liberi Patris templum habent: *in quo* festos dies anni *summa* hyeme agitant, adipe peruncti: sublatum *humeris* e grege taurum, quem ipse Deus ut deligerent in mentem venire voluisset, ad templum deportant: hoc solenne ipsis est sacrum. (2) Abest ab oppido stadia haud amplius duo fons praegelidae aquae: fontem obumbrat platanus. Si quis ex rabidi canis morsu, vel vulnus, vel noxam quovis modo traxerit, aqua hausta statim sanatur. E re itaque ipsa fontem Alyssoii, *quod per*

καὶ οὕτω φαίνοιτο ἂν Ἀρκάσι τὸ μὲν πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν, ἐπ' ἀνθρώπου συμφορᾷ ἀνευρημένον, ἡ δὲ πηγὴ ἐν Κυναιθαεῦσιν ἀγαθὸν οὖσα ἀντίῤῥοπον τῷ ἐκεῖ πήματι. (3) Λείπεται δὲ ἐκ Φενεοῦ τῶν ὁδῶν, αἵ εἰσι πρὸς ἡλίου δυσμῶν, τὰ ἐν ἀριστερᾷ. αὕτη δὲ ἡ ὁδὸς ἄγει μὲν ἐς Κλείτορα· καθήκει δὲ παρὰ τοῦ Ἡρακλέους τὸ ἔργον, ὃ τῷ ποταμῷ ῥεῦμα ἐποίησεν εἶναι τῷ Ἀροανίῳ. παρὰ τοῦτον ἡ ὁδὸς κάτεισιν ἐπὶ χωρίον Λυκουρίαν· καὶ ἔστι Φενεάταις ἡ Λυκουρία πρὸς Κλειτορίους ὅροι τῆς γῆς.

CAPUT XX.

De Ladonis fluvii fontibus et Ladone ipso — de Daphne et Leucippo narratio.

638 Προελθόντων δὲ σταδίους ὡς πεντήκοντα ἐκ Λυκουρίας, ἐπὶ τοῦ Λάδωνος ἀφίξῃ τὰς πηγάς. ἤκουσα δὲ, ὡς τὸ ὕδωρ λιμνάζον ἐν τῇ Φενεατικῇ, κατερχόμενον ἐς τὰ βάραθρα τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἄνεισιν ἐνταῦθα καὶ ποιεῖ τῷ Λάδωνι τὰς πηγάς· τοῦτο μὲν δὴ οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν,

eum sedetur rabies, nominant. Videtur itaque natura Arcadibus, quum in Pheneatum finibus Stygis aquam ad perniciem hominum dedisset, hunc etiam qui in Cynaethaensibus est, fontem, longe diversa vi, aequata boni malique sorte, salutis causa tribuere voluisse. (3) Reliqua est earum, quae a Pheneo ad solis occasum ad laevam viae sunt, una quae Clitorem ducit: pertingit autem ad illud Herculis opus, quo effecit ut perenni Aroanius amnis aqua flueret: secundum quem *amnem* ad Lycuriam vicum iter est. Ibi inter Clitorios et Pheneatas agrorum sunt fines.

Cap. XX. Progressus hinc stadia prope L, ad Ladonis fontem accedas. Equidem audivi aquam eam, quae in stagnum se in Pheneatico agro diffundit, *illinc proximorum* montium cavernas subeuntem, *mox* hoc loco eruptione facta, fontes Ladonis efficere. Id ego itane se habeat, an vero

εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἐστὶν ἔχον. ὁ δὲ *Λάδων* ποταμῶν τῶν ἐν Ἑλλάδι ὕδωρ παρέχεται κάλλιστον· ἔχει δὲ καὶ ἄλλως ἐς ἀνθρώπους φήμην, *Δάφνης* τε εἵνεκα καὶ διὰ τὰ ᾀδόμενα ἐς τὴν *Δάφνην*. (2) Τοῦ λόγου δὲ τοῦ ἐς *Δάφνην* τὰ μὲν *Συρίας* τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ Ὀρόντῃ τῷ ποταμῷ παρίημι· λέγεται δὲ καὶ ἄλλα τοιάδε ὑπὸ *Ἀρκάδων* καὶ *Ἠλείων*. *Οἰνομάῳ* τῷ δυναστεύσαντι ἐν *Πίσῃ* *Λεύκιππος* ἦν υἱός. οὗτος ἐρασθεὶς *Δάφνης* ὁ *Λεύκιππος*, ἐκ μὲν τοῦ εὐθέος μνώμενος, γυναῖκα ἕξειν ἀπεγίνωσκεν αὐτὴν, ἅτε ἅπαν τὸ ἄρσεν γένος φεύγουσαν· παρέστη δέ οἱ τοιόνδε ἐς αὐτὴν σόφισμα. ἔτρεφεν ὁ *Λεύκιππος* κόμην τῷ *Ἀλφειῷ*· ταύτην οἷα δὴ παρθένος πλεξάμενος τὴν κόμην, καὶ ἐσθῆτα ἐνδὺς γυναικείαν, ἀφίκετο ὡς τὴν *Δάφνην*· ἐλθὼν δὲ *Οἰνομάου* τε ἔλεγεν εἶναι θυγάτηρ, καὶ ὡς συνθηρᾶν ἐθέλοι τῇ *Δάφνῃ*. ἅτε δὲ εἶναι παρθένος νομιζόμενος, καὶ τὰς ἄλλας ὑπερβεβλημένος παρθένους γένους τε ἀξιώματι καὶ σοφίᾳ τῇ ἐς τὰ κυνηγέσια, πρὸς δὲ καὶ τῇ θεραπείᾳ περισσῇ χρώμενος, ἐς

aliter, non habeo tanquam de explorata re dicere. Ladon quidem ipse aquae pulchritudine omnibus Graeciae fluminibus antecellit: celebratur vero maxime Daphnes causa, et ob ea, quae de illa *poetae* decantarunt. (2) Ego sane de Daphne quae commemorant Syri Orontis accolae, praetereo. Nam *longe* diversa ab Arcadibus et Eleis tradita sunt. Oenomao narrant Pisae regi filium fuisse Leucippum nomine; qui puellae amore captus, quum eam si uxorem sibi palam peteret, operam se lusurum pro certo haberet, quod illa omnino a marum consuetudine abhorrebat, ad eam fallendam huiusmodi excogitasse astum dicitur. Alebat adolescens Alpheo comam: eam ille quum, quo virgines more solent, religasset, cum muliebri veste ad Daphnen venit, filiam se Oenomai simulans, quae socia venationis esse cuperet. Quum itaque virgo esse *ex corporis habitu facile* crederetur, anteiret vero ceteras comites generis dignitate, ac venandi peritia, et in primis obsequentem se illis ma-

φιλίαν ἰσχυρὰν ἐπάγεται τὴν Δάφνην. οἱ δὲ τὸν Ἀπόλλωνος ἔρωτα ἐς αὐτὴν ᾄδοντες, καὶ τάδε ἐπιλέγουσιν· Ἀπόλλωνα Λευκίππῳ νεμεσῆσαι τῆς ἐς τὸν ἔρωτα εὐδαιμονίας. αὐτίκα δὲ ἐπεθύμησεν ἐν τῷ Λάδωνι ἡ Δάφνη καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι νήχεσθαι, καὶ τὸν Λεύκιππον ἀποδύουσιν ἄκοντα· ἰδοῦσαι δὲ οὐ παρθένον, τοῖς τε ἀκοντίοις αὐτὸν καὶ ἐγχειριδίοις τύπτουσαι διέφθειραν. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγουσι.

CAPUT XXI.

De fluvio Clitore et Aroanii fluvii piscibus Poeciliae dictis — Clitoriorum urbe, eiusque memorandis — templo et signo Minervae Coriae.

639 Τοῦ Λάδωνος δὲ τῶν πηγῶν ἀπέχει στάδια ἑξήκοντα ἡ Κλειτορίων πόλις· ἡ δὲ ὁδὸς ἡ ἀπὸ τῶν πηγῶν τοῦ Λάδωνός ἐστιν αὐλὼν στενὸς παρὰ τὸν Ἀροάνιον ποταμόν· πρὸς δὲ τῇ πόλει διαβήσῃ ποταμὸν καλούμενον Κλείτορα. ἐκδίδωσιν οὖν ὁ Κλείτωρ ἐς τὸν Ἀροάνιον, οὐ πλέον τῆς πόλεως σταδίους ἀπέχοντα ἑπτά. εἰσὶ δὲ

xime praeberet, miro sibi Daphnen amore devinxit. At qui de Apollinis amore fabulam vulgarunt, hoc amplius addunt: Apollinem graviter ferentem Leucippi in amore felicitatem effecisse, ut Daphne cum suo comitatu virginum natandi causa in Ladonem descendens, ipsum etiam Leucippum *recusantem et* invitum illuc pertraheret: ac mox veste detracta, quum virginis ementitum habitum deprehendissent, impetu facto *ipsae Daphnes comites* illum iaculis et pugiunculis transfixum interemerint. Haec in vulgus *de Daphne* prodita.

Cap. XXI. Abest vero a Ladonis fontibus haud minus LX stadia Clitoriorum urbs. Huc via ducit ab ipsis fontibus Ladonis secundum Aroanium amnem angusto calle. Prope ipsum Clitoriorum oppidum traiicitur Clitor amnis. Influit is in Aroanium stadia haud plus septem procul ab

ἰχθῦς ἐν τῷ Ἀροανίῳ καὶ ἄλλοι, καὶ οἱ ποικιλίαι καλούμενοι· τούτους λέγουσι τοὺς ποικιλίας φθέγγεσθαι κίχλῃ τῇ ὄρνιθι ἐοικός. ἐγὼ δὲ ἀγρευθέντας μὲν εἶδον, φθεγγομένων δὲ ἤκουσα οὐδὲν καταμείνας πρὸς τῷ ποταμῷ καὶ ἐς ἡλίου δυσμάς, ὅτε δὴ φθέγγεσθαι μάλιστα ἐλέγοντο οἱ ἰχθῦς. (2) Τῇ δὲ Κλειτορίων πόλει τὸ μὲν ὄνομα ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἐτέθη τοῦ Ἀζᾶνος, οἰκεῖται δ' ἐν ὁμαλῷ, κύκλῳ δὲ ὄρη περιέχοντά ἐστιν οὐ μεγάλα. Κλειτορίοις δὲ ἱερὰ τὰ ἐπιφανέστατα Δήμητρος, τό τε Ἀσκληπιοῦ, τρίτον δέ ἐστιν Εἰλειθυίας εἶναι * καὶ ἀριθμὸν ἐποίησεν οὐδένα ἐπ' αὐτοῖς. Λύκιος δὲ, ὃς ἦν ἀρχαιότερος τὴν ἡλικίαν, Δηλίοις ὕμνους καὶ ἄλλοις ποιήσας, καὶ ἐς Εἰλείθυιάν τε, εὔλινόν τε αὐτὴν ἀνακαλεῖ, δῆλον ὡς τῇ Πεπρωμένῃ τὴν αὐτὴν, καὶ Κρόνου πρεσβυτέραν φησὶν εἶναι. Κλειτορίοις δὲ καὶ Διοσκούρων, καλουμένων δὲ θεῶν μεγάλων, ἐστὶν ἱερὸν, ὅσον τέσσαρα ἀπέχον στάδια ἀπὸ τῆς πόλεως; καὶ ἀγάλματά ἐστιν αὐτοῖς

oppido. Pisces educat Aroanius tum alios, tum eos, qui Poeciliae *(credo a coloris varietate)* appellantur. Hos haud absimilem turdorum avium voci sonum fundere aiunt. Vidi ego sane *pisces* iam captos; vocem vero eorum nullam audivi, quum tamen ad solis usque occasum circa Aroanium commoratus essem, quod eo maxime tempore vocales eos esse pisces dictitant. (2) Urbi nomen ab Azanis filio est impositum. Sita est plano loco, non magnis circumvallata montibus. Templa in ea sunt maxime illustria, Cereris, Aesculapii, Lucinae, * neque numerum versibus prodidit. At Lycius, qui *multo* fuit aetate superior, patria Delius, hymnis et in alios *deos* et in Lucinam ipsam conscriptis, Eulinon *(quasi dicas probe lini stamina deducentem)* appellat: eandem esse innuens cum ea, quae Pepromene *(hoc est, Fati sors)* dicitur; et Saturno antiquiorem. Est etiam apud Clitorios Castorum templum, Magnorum Deûm nomine; ab urbe seiunctum stadia quatuor. Signa dis aenea extant.

χαλκᾶ. (3) Πεποίηται δὲ καὶ ἐπὶ ὄρους κορυφῆς σταδίοις τριάκοντα ἀπωτέρω τῆς πόλεως ναὸς καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς Κορίας.

CAPUT XXII.

De Stymphalo urbe — Stymphaliorum de Iunone narratio — de Stymphali fonte et amne Stymphalo — volucribus Stymphalidibus — Diana Stymphalia et signis virginum cum avium cruribus — miraculo a Diana Stymphalia patrato.

640 Ἐπανάγει δὲ ὁ λόγος με ἐπὶ Στύμφηλον καὶ ἐπὶ τὸ Φενεατῶν καὶ Στυμφαλίων ὄρος τὸ ὀνομαζόμενον Γερόντειον. Στυμφάλιοι δὲ τεταγμένοι μὲν οὐ μετὰ Ἀρκάδων ἔτι εἰσὶν, ἀλλ' ἐς τὸ Ἀργολικὸν συντελοῦσι, μεταστάντες ἐς αὐτὸ ἐθελονταί· γένους δὲ εἶναι σφᾶς τοῦ Ἀρκάδων, τὰ ἔπη μαρτυρεῖ τὰ Ὁμήρου, καὶ ὁ Στύμφαλος ὁ οἰκιστὴς ἀπόγονος ἦν τρίτος Ἀρκάδος τοῦ Καλλιστοῦς. λέγεται δὲ ἐξ ἀρχῆς ἑτέρωθι οἰκισθῆναι τῆς χώρας, καὶ οὐκ ἐς τὴν ἐφ' ἡμῶν πόλιν. (2) Ἐν δὲ τῇ Στυμφάλῳ τῇ ἀρχαίᾳ Τήμενόν φασιν οἰκῆσαι τὸν Πελασγοῦ, καὶ Ἥραν ὑπὸ τοῦ Τημένου τραφῆναι τούτου, καὶ αὐ-

(3) Iam vero in montis vertice procul ab urbe stadia ferme XXX, aedes est cum signo Minervae Coriae.

Cap. XXII. Sed me *proposita* expositio revocat ad Stymphalum, et ad Pheneatarum, ac Stymphaliorum montem Geronteum. Stymphalii quidem ipsi non Arcadibus iam se contribuunt, sed ad Argivorum se concilium ultro defectione facta applicuerunt. Cognatos vero Arcadum esse, Homeri carmina testantur, praeterquam quod Stymphalus oppidum muniit, Arcadis Callistus filii nepos: non tamen quo nunc loco extat, sed in parte diversa conditum fuisse memorant. (2) In prisca vero Stymphalo Temenum Pelasgi filium habitasse, a quo fuerit Iuno educata, cui fana tria cum deae cognominibus totidem dedicarit. Puellam

τὸν ἱερὰ τῇ θεῷ τρία ἱδρύσασθαι, καὶ ἐπικλήσεις τρεῖς ἐπ' αὐτῇ θέσθαι, παρθένῳ μὲν ἔτι οὔσῃ Παῖδα· γημαμένην δὲ ἔτι τῷ Διΐ, ἐκάλεσεν αὐτὴν Τελείαν· διενεχθεῖσαν δὲ ἐφ' ὅτῳ δὴ ἐς τὸν Δία, καὶ ἐπανήκουσαν ἐς τὴν Στύμφαλον, ὠνόμασεν ὁ Τήμενος Χήραν. τάδε μὲν ὑπὸ Στυμφαλίων λεγόμενα οἶδα ἐς τὴν θεόν. (3) Ἡ δὲ ἐφ' ἡμῶν πόλις τῶν μὲν εἰρημένων οὐδὲν, ἄλλα δὲ εἶχε τοσάδε. ἔστιν ἐν τῇ Στυμφαλίων πηγὴ, καὶ ἀπὸ ταύτης ὕδωρ βασιλεὺς Ἀδριανὸς Κορινθίοις ἤγαγεν ἐς τὴν πόλιν. ἐν δὲ τῇ Στυμφάλῳ χειμῶνος μὲν ὥρᾳ λίμνην τε οὐ μεγάλην ἡ πηγὴ, καὶ ἀπ' αὐτῆς ποταμὸν ποιεῖ τὸν Στύμφαλον· ἐν θέρει δὲ προλιμνάζει μὲν οὐδὲν ἔτι, ποταμὸς δὲ αὐτίκα ἐστὶν ἀπὸ τῆς πηγῆς. οὗτος ἐς χάσμα γῆς κάτεισιν ὁ ποταμὸς, ἀναφαινόμενος δὲ αὖθις ἐν τῇ Ἀργολίδι μεταβάλλει τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸν ἀντὶ Στυμφάλου καλοῦσιν Ἐρασῖνον. (4) Ἐπὶ δὲ τῷ ὕδατι τῷ ἐν Στυμφάλῳ κατέχει λόγος, ὄρνιθάς ποτε ἀνδροφάγους ἐπ' αὐτῷ τραφῆναι· ταύτας κατατοξεῦσαι τὰς ὄρνιθας Ἡρακλῆς λέγεται. Πείσανδρος δὲ αὐτὸν ὁ Καμιρεὺς ἀποκτεῖ-

enim dum virgo esset: Iovi vero iam nuptam, Adultam: divortio a Iove facto, quum Stymphalum se recepisset, Viduam appellasse. Atque haec a Stymphaliis de Iunone prodita memoriae non ignoro. Sed horum nihil haec habet, de qua nunc agimus, urbs. (3) Habet tamen alia, *quae de ea memorari possint*, atque haec propemodum. In agro Stymphaliorum fons est, e quo Adrianus Caesar aquam Corinthiis intra moenia deduxit. In oppido stagnans hyeme fons lacum efficit non utique magnum; unde Stymphalus amnis exit: aestate autem lacu siccato, amnis aequato labitur alveo; ac terram per cuniculum subiens, in Argolico se demum agro profert; ibique nomine mutato, pro Stymphalo Erasinus vocatur. (4) Fabulis vulgatum est, Stymphali aliquando aves, quae humana carne victitarent, ab Hercule sagittis confectas; at Pisander Camirensis non per-

ναι τὰς ὄρνιθάς οὔ φησιν, ἀλλὰ ὡς ψόφῳ κροτάλων ἐκδιώξειεν αὐτάς. γῆς δὲ τῆς Ἀράβων ἡ ἔρημος παρέχεται καὶ ἄλλα θηρία, καὶ ὄρνιθας καλουμένας Στυμφα-
641 λίδας, λεόντων καὶ παρδάλεων οὐδέν τι ἡμερωτέρας ἀνθρώποις. αὗται τοῖς ἐπὶ ἄγραν αὐτῶν ἀφικνουμένοις ἐπιπέτονται, καὶ τιτρώσκουσί τε τοῖς ῥάμφεσι καὶ ἀποκτείνουσιν. ὅσα μὲν δὴ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φοροῦσιν οἱ ἄνθρωποι, διατρυπῶσιν αἱ ὄρνιθες· ἢν δὲ ἐσθῆτα φλοΐνην παχεῖαν πλέξωνται, τὰ ῥάμφη τῶν Στυμφαλίδων ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος ἔχεται τῆς φλοΐνης, καθὰ καὶ πτέρυγες ὀρνίθων τῶν μικρῶν προσέχονται τῷ ἰξῷ. αὗται μέγεθος μὲν κατὰ γέρανόν εἰσιν αἱ ὄρνιθες, ἐοίκασι δὲ ἴβεσι, ῥάμφη δὲ ἀλκιμώτερα φέρουσι, καὶ οὐ σκολιά, ὥσπερ αἱ ἴβεις. εἰ μὲν δὴ καὶ ὡς κατ᾽ ἐμὲ ὄρνιθες αἱ Ἀράβιοι τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ ποτὲ ὀρνίθων τὸ ὄνομα, εἶδος δὲ οὐ τὸ αὐτὸ ἐκείναις ἔχουσιν, οὐκ οἶδα· εἰ δὲ τὸν πάντα αἰῶνα κατὰ τὰ αὐτὰ ἱέραξι καὶ ἀετοῖς καὶ Στυμφαλίδες εἰσὶν ὄρνιθες, Ἀράβιόν τε εἶναί μοι θρέμμα αἱ ὄρνιθες

emptas eas ab Hercule aves, sed crepitaculorum sonitu e loco pulsas tradidit. Arabiae quidem deserta praeter ceteras feras, volucres etiam alunt, quas Stymphalidas nuncupant, hominibus nihilo mitiores leonibus et pardis: si quidem in eos, qui ad earum aucupia exierint, involant; et rostris corpora verberantes, interimunt: ac aenea quidem vel ferrea corporis tegumenta *facile* rostris perfodiunt: at si densam sibi e cortice vestem contexant, Stymphalidum rostra in corticeo illo vestimento ita inhaerescunt, ut in visco minorum avium alae. Gruibus illae quidem sunt magnitudine pares, forma ibibus persimiles; rostra tamen et validiora, neque ut ibes adunca habent. An fuerint vero aliquando in Arcadia aves eodem nomine, quo sunt aetate mea in Arabia, non eadem tamen forma, id ego perspectum non habeo. At si ita suum semper Stymphalidum genus fuit, ut accipitrum, aquilarum, *et aliarum volucrum*, facile adducor indigenas esse Arabiae aves; quarum devolarit

αὗται φαίνονται, καὶ δύναιτο ἂν πετομένη ποτὲ μοῖρα ἐξ αὐτῶν ἐς Ἀρκαδίαν ἀφικέσθαι ἐπὶ Στύμφαλον. ὑπὸ μὲν δὴ τῶν Ἀράβων ἄλλως που ἐξ ἀρχῆς καλοῖντο ἄν, καὶ οὐ Στυμφαλίδες· τοῦ Ἡρακλέους δὲ ἡ δόξα, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν πρὸ τοῦ Βαρβαρικοῦ τετιμημένον ἐξενίκησεν, ὡς καὶ τὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Ἀράβων Στυμφαλίδας ἐπὶ ἡμῶν ὀνομάζεσθαι. (5) Ἐν Στυμφάλῳ δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδός ἐστιν ἀρχαῖον Στυμφαλίας· τὸ δὲ ἄγαλμα ξόανόν ἐστι τὰ πολλὰ ἐπίχρυσον. πρὸς δὲ τοῦ ναοῦ τῷ ὀρόφῳ πεποιημέναι καὶ αἱ Στυμφαλίδες εἰσὶν ὄρνιθες· σαφῶς μὲν οὖν χαλεπὸν ἦν διαγνῶναι, πότερον ξύλου ποίημα ἦν, ἢ γύψου· τεκμαιρομένοις δὲ ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι ξύλου μᾶλλον ἢ γύψου. εἰσὶ δὲ αὐτόθι καὶ παρθένοι λίθου λευκοῦ, σκέλη δέ σφισιν ἐστὶν ὀρνίθων, ἑστᾶσι δὲ ὄπισθεν τοῦ ναοῦ. (6) Λέγεται δὲ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενέσθαι θαῦμα τοιόνδε. ἐν Στυμφάλῳ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Στυμφαλίας τὴν ἑορτὴν κατά τε ἄλλα ἦγον οὐ σπουδῇ, καὶ τὰ ἐς αὐτὴν καθεστηκότα ὑπερέβαινον τὰ πολλά. ἐσπε-

aliquando pars in Arcadiam ad Stymphalum, *unde nomen acceperint:* et sane quum *ante* alio fortasse in Arabia nomine appellarentur, Herculis gloria, et Graecorum nomen, multo quam Barbarorum honoratius, obtinuit, ut quae in Arabiae desertis degunt, et ipsae Stymphalides hac aetate nominentur. (5) Stymphali Dianae etiam vetusta aedes est, Stymphaliae *cognomento:* deae signum e ligno, *rude atque impolitum,* maxima *tamen* ex parte inauratum. Sub templi lacunaribus Stymphalides etiam aves positae sunt: ligneaene illae, an gypseae sint, *a solo conspicientibus* non est facile internoscere. Mihi quidem quantum coniectura consequi potui, e ligno potius quam e gypso factae videntur. Sunt ibidem in postica tamen parte, virginum signa cum avium cruribus e candido lapide. Miraculum vero *in hoc templo* aetate nostra huiusmodi evenisse narrant. (6) Quum Stymphaliae Dianae festum tum cetera indiligentius agitarent, tum latas super festo leges magna ex parte transgrederen-

σοῦσα οὖν ὕλη κατὰ τοῦ βαράθρου τὸ στόμα, ᾗ κάτεισιν ὁ ποταμὸς [ὅς ἐστιν] ὁ Στύμφαλος, ἀνεῖργε μὴ καταδύεσθαι τὸ ὕδωρ, λίμνην τε ὅσον ἐπὶ τετρακοσίους σταδίους τὸ πεδίον σφίσι γενέσθαι λέγουσι. φασὶ δὲ, ἕπεσθαι θηρευτὴν ἄνδρα ἐλάφῳ φευγούσῃ, καὶ τὴν μὲν ἐς
642 τὸ τέλμα ἵεσθαι, τὸν δὲ ἄνδρα τὸν θηρευτὴν ἐπακολουθοῦντα ὑπὸ τοῦ θυμοῦ κατόπιν τῆς ἐλάφου νήχεσθαι· καὶ οὕτω τὸ βάραθρον τήν τε ἔλαφον, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸν ἄνδρα ὑπεδέξατο· τούτοις δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸ ὕδωρ ἐπακολουθῆσαί φασιν, ὥστε ἐς ἡμέραν Στυμφαλίοις ἐξήραντο ἅπαν τοῦ πεδίου τὸ λιμνάζον· καὶ ἀπὸ τούτου τῇ Ἀρτέμιδι τὴν ἑορτὴν φιλοτιμίᾳ πλέον ἄγουσι.

CAPUT XXIII.

De Alea urbe, Bacchi festo Scieria dicto et feminas flagellandi ritu — fluvio Trago — Caphyensium urbe, monte Cnacalo et fonte Menelaïde — arboribus vetustate insignibus — vico Condylea et Dianae cognominis Apanchomenes origine — Sorone querceto, Arcadiae feris et Siris inter Clitorios et Psophidios finibus.

Μετὰ δὲ Στύμφαλόν ἐστιν Ἀλέα, συνεδρίου μὲν τοῦ Ἀργολικοῦ μετέχουσα καὶ αὕτη· Ἀλεὸν δὲ τὸν Ἀφείδαν-

tur, lucus *repente* supra eam cavernam corruit, quam subter Stymphalus amnis meat. Obsepto igitur ostio aqua refluens late omnem campum haud minus stadiûm CCCC, *perpetuo* stagno occupavit. *Forte ita accidit, ut* venator cervam fugientem persequens, quum illa se in eius paludis coenum abiecisset, animi impetu concitatus, per aquas natans eam urgere non prius desierit, quam idem hiatus et feram et venatorem absumserit. Mox et stagnantem aquam, *amni via patefacta*, consecutam, ac totam paludem uno die siccatam tradunt. Ex eo tempore sacrum Dianae apparatius et magnificentius factum.

Cap. XXIII. Post Stymphalum, Alea *inter Arcadiae oppida* numeratur, Argolici tamen conventus particeps.

τος γενέσθαι σφίσιν ἀποφαίνουσιν οἰκιστήν. θεῶν δὲ ἱερὰ αὐτόθι Ἀρτέμιδός ἐστιν Ἐφεσίας, καὶ Ἀθηνᾶς Ἀλέας, καὶ Διονύσου ναὸς καὶ ἄγαλμα. τούτῳ παρὰ ἔτος Σκιερίαν ἑορτὴν ἄγουσι, καὶ ἐν Διονύσου τῇ ἑορτῇ κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν μαστιγοῦνται γυναῖκες, καθὰ καὶ οἱ Σπαρτιατῶν ἔφηβοι παρὰ τῇ Ὀρθίᾳ. (2) Ἐδήλωσα δὲ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Ὀρχομενίους, ὡς πρῶτα μὲν παρὰ τὴν χαράδραν ἐστὶν εὐθεῖα, τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ ὕδατος τοῦ λιμνάζοντος. ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τῷ Καφυῶν πεποίηται γῆς χῶμα, δι' οὗ ἀπείργεται τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τῆς Ὀρχομενίας μὴ εἶναι Καφυέων βλάβος τῇ ἐνεργῷ. κατὰ δὲ τὸ ἐντὸς τοῦ χώματος ἔξεισιν ὕδωρ ἄλλο, πλήθει μὲν ὅσον τε εἶναι ποταμὸν, κατερχόμενον δὲ ἐς χάσμα γῆς ἄνεισιν αὖθις παρὰ Νάσους καλουμένας· τὸ δὲ χωρίον, ἔνθα ἄνεισιν, ὀνομάζεται Ῥεῦνος· ἀνατείλαντος δὲ ἐνταῦθα, τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τούτου παρέχεται ποταμὸν ἀέναον, Τράγον. (3) Τὸ δὲ ὄνομά ἐστι μὲν δῆλον ἀπὸ Κηφέως τοῦ Ἀλεοῦ τῇ πόλει γεγονός· ὀνομά-

Aleum Aphidantis filium conditorem celebrant. Templa illic exstant Dianae Ephesiae, et Minervae Aleae: Liberi Patris delubrum cum simulacro. Huic quotannis Scierium festum agitant: in quo ex Delphici oraculi iussu, quo more apud Spartanos ad Orthiae aram ephebi, foeminae flagris caeduntur. (2) Dictum est, quo loco de Orchomeniis egimus, primum quidem secundum torrentis alveum rectam viam ducere, deinde ad sinistram aquae stagnantis eandem viam descendere. At in Caphyensium campis eminet agger, ad aquam, quae ab Orchomeniorum finibus *hac* evadit, arcendam, ne scilicet eluvionibus Caphyatarum arva obnoxia sint. Intra aggerem aqua alia iusto praeterlabitur amne: quae *ex intervallo* terrae hiatu excepta, erumpit rursus ad *scatebras* eas, quae Nasi vocantur. Vicus, iuxta quem se aqua iterum ostendit, Rheunus dicitur. Inde elapsa, fluvium perennis aquae efficit, qui Tragus vocatur. (3) Oppido nomen impositum a Cepheo Alei filio satis constat: ut Ca-

ξεσθαι δὲ αὐτὴν φωνῇ τῇ Ἀρκάδων Καφυὰς ἐκνενίκηκε.
φασὶ δὲ οἱ Καφυεῖς τὰ ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἶναι
χώρας, ἐκβληθέντες δὲ ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Ἀρκα-
643 δίαν φυγεῖν, καὶ ἱκέται γενόμενοι Κηφέως οἰκῆσαι ἐν-
ταῦθα. τὸ μὲν δὴ πόλισμα ἐπὶ τοῦ πεδίου τῷ πέρατι
ὀρῶν οὐκ ἄγαν ὑψηλῶν παρὰ τοῖς ποσίν ἐστι. Καφυά-
ταις δὲ ἱερὰ θεῶν Ποσειδῶνός ἐστι καὶ ἐπίκλησιν Κνα-
καλησίας Ἀρτέμιδος. ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ ὄρος Κνάκαλος,
ἔνθα ἐπέτειον τελετὴν ἄγουσι τῇ Ἀρτέμιδι. ὀλίγον δὲ
ὑπὲρ τὴν πόλιν πηγή τέ ἐστι, καὶ ἐπὶ τῇ πηγῇ πλάτανος
μεγάλη καὶ εὐειδὴς πέφυκε· καλοῦσι δὲ αὐτὴν Μενελαΐδα·
Μενέλαον γὰρ στρατὸν ἀθροίζοντα ἐς Τροίαν ἀφικέσθαι
τε ἐνταῦθα, καὶ ἐπὶ τῇ πηγῇ τὴν πλάτανον φυτεῦσαι
λέγοντες· ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ καὶ τὴν πηγὴν κατὰ ταὐτὰ τῇ
πλατάνῳ καλοῦσι Μενελαΐδα. (4) Εἰ δὲ Ἑλλήνων τοῖς
λόγοις ἑπόμενον καταριθμήσασθαι δεῖ με, ὁπόσα δένδρα
σῶα ἔτι καὶ τεθηλότα λείπεται, πρεσβύτατον μὲν ἡ λύ-
γος ἐστὶν αὐτῶν, ἡ ἐν τῷ Σαμίων πεφυκυῖα ἱερῷ Ἥρας·

phyae tamen appellentur, Arcadicae linguae consuetudo obtinuit. Ac se Caphyenses quidem ex Attica terra oriundos, eiectos vero ab Aegeo, quum ad Cepheum supplices confugissent, ab eo se dicunt in domicilii partem receptos. Oppidum sane modicum est in extremis campis ad imos montes, non valde illos quidem editos. Templa ibi Neptuni, et Cnacalesiae Dianae: a monte dea Cnacalo nomen accepit, in quo anniversaria ei initia peraguntur. Paulo supra oppidum fons est, et prope fontem ingens et eximia specie platanus, quam Menelaida nuncupant: Menelaum Troiano bello suscepto, ad comparandas copias huc venisse, et eam ab ipso platanum ibi satam esse dictitantes. Hoc sane tempore, et fontem, et platanum Menelaida appellant. (4) Quod si ex Graecorum monumentis vetustissimas arbores adhuc superstites et vegetas percensere velimus, antiquissima omnium vitex est, quae apud Samios ad Iunonis exstat. Ei

μετὰ δὲ αὐτὴν ἡ ἐν Δωδώνῃ δρῦς, καὶ ἐλαία ἥ τε ἐν Ἀκροπόλει, καὶ ἡ παρὰ Δηλίοις· τρίτα δὲ ἕνεκα ἀρχαιότητος νέμοιεν ἂν τῇ δάφνῃ τῇ παρά σφισιν οἱ Σύριοι· τῶν δὲ ἄλλων ἡ πλάτανός ἐστιν αὕτη παλαιότατον. (5) Καφυῶν δὲ ἀφέστηκεν ὅσον στάδιον Κονδυλέα χωρίον, καὶ Ἀρτέμιδος ἄλσος· καὶ ναός ἐστιν ἐνταῦθα καλουμένης Κονδυλεάτιδος τὸ ἀρχαῖον· μετονομασθῆναι δὲ ἐπὶ αἰτίᾳ τὴν θεόν φασι τοιαύτῃ. παιδία περὶ τὸ ἱερὸν παίζοντα (ἀριθμὸν δὲ αὐτῶν οὐ μνημονεύουσιν) ἐπέτυχε καλωδίῳ· δήσαντα δὲ τὸ καλώδιον τοῦ ἀγάλματος περὶ τὸν τράχηλον, ἐπέλεγον, ὡς ἀπάγχοιτο ἡ Ἄρτεμις. φωράσαντες δὲ οἱ Καφυεῖς τὰ ποιηθέντα ὑπὸ τῶν παίδων, καταλεύουσιν αὐτά· καί σφισι ταῦτα ἐργασαμένοις ἐσέπεσεν ἐς τὰς γυναῖκας νόσος, τὰ ἐν τῇ γαστρὶ πρὸ τοκετοῦ τεθνεῶτα ἐκβάλλεσθαι, ἐς ὃ ἡ Πυθία θάψαι τε τὰ
παιδία ἀνεῖπε, καὶ ἐναγίζειν αὐτοῖς κατὰ ἔτος· ἀποθα- 644
νεῖν γὰρ αὐτὰ οὐ σὺν δίκῃ. Καφυεῖς δὲ ποιοῦσι τά τε

vetustate proxima quercus Dodonaea: olea deinde in Athenarum arce, et quae Deli *adhuc* exstat *palma.* Nam tertium vivacitatis locum lauro suae *iure fortasse* Syrii tribuerint. Praeter has, platanus haec est omnium veterrima. (5) Abest a Caphyis stadium haud longius unum Condyleae vicus; in quo lucus, et fanum Dianae, cognomine olim Condyleatidis. Immutatum vero hoc deae cognomen ob huiusmodi causam ferunt. Quum pueri aliquot (neque enim certus traditur numerus) circa templum luderent, funiculo forte invento statuae collum obligabant, hocque insuper adiiciebant dicterium, Dianam sese strangulare. Eos Caphyenses quum deprehendissent, *violati numinis crimine damnatos,* lapidibus obruerunt. Quod tamen factum non bene eis vertit. *Communis* enim pestis foeminis incessit, ut omnes, quae uterum ferrent, foetus per abortum abiicerent mortuos: neque ante malum cohiberi potuit, quam oraculi monitu iussi sunt sepulturae pueris honorem habere, et illis quotannis inferias mittere; quod insontes perempti

ἄλλα καὶ ἔτι καὶ νῦν κατ' ἐκεῖνο τὸ μάντευμα, καὶ τὴν ἐν ταῖς Κονδυλέαις θεὸν (προςεῖναι γὰρ καὶ τόδε ἐπὶ τῷ χρησμῷ φασι) καλοῦσιν Ἀπαγχομένην ἐξ ἐκείνου. (6) Ἀνελθὼν δὲ ἐκ Καφυῶν ὅσον σταδίους ἑπτὰ, ἐπὶ Νάσους καλουμένας καταβήσῃ· πεντήκοντα δὲ προελθόντι αὐτόθι σταδίους ἐστὶν ὁ Λάδων. διαβήσῃ τε δὴ τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ δρυμὸν ἀφίξῃ Σόρωνα, διά τε Ἀργεαθῶν καὶ Λυκούντων καλουμένων καὶ Σκοτάνης· ἄγει μὲν δὴ ὁ Σόρων τὴν ἐπὶ Ψωφίδος. θηρία δὲ οὗτός τε καὶ ὅσοι δρυμοὶ τοῖς Ἀρκάσιν εἰσὶν ἄλλοι, παρέχονται τοσάδε· ἀγρίους ὗς, καὶ ἄρκτους, καὶ χελώνας μεγίστας μεγέθει· λύρας ἂν ποιήσαιο ἐξ αὐτῶν χελώνης Ἰνδικῆς λύρᾳ παρισουμένας. τοῦ Σόρωνος δὲ πρὸς τοῖς πέρασιν ἔστι μὲν Πάου κώμης ἐρείπια· εἰσὶ δὲ οὐ πολὺ ἀπωτέρω καλούμεναι Σεῖραι· ὅροι δὲ Κλειτορίοις τῆς χώρας πρὸς Ψωφιδίους εἰσὶν αἱ Σεῖραι.

essent. Observant itaque et alia omnia Caphyenses ex oraculo, hac etiam aetate; et Condyleatidem Dianam (nam et hoc ad Apollinis vocem referunt) Apanchomenen *(quod est ac si laqueo se strangulantem dicas)* exinde appellarunt. (6) A Caphyis stadia ferme septem adverso clivo profectus, *mox* in vicum descendes, quem ante Nasos dixi vocari. Hinc stadia prope L progressus, ad amnem Ladonem pervenias. Quem ubi transieris, ad Soronem quercetum accedas, per *vicos*, qui Argeathae, Lycuntes, Scotane nominantur. Inde per Soronem via Psophidem ducit. Hoc quercetum, uti aliae Arcadum sylvae, feras alit, apros, ursos, testudines insigni magnitudine; ex quibus lyrae fieri *facile* possint, pares iis, quae ex Indica testudine fiunt. Ad extremos Soronis fines extant Pai vici rudera; nec procul inde quae vocantur Sirae, id est Catenae. Sunt autem Sirae agri fines inter Clitorios et Psophidios.

CAPUT XXIV.

De Psophide urbe eiusque conditore — Psophide, Zacynthiorum arce, fluviis Aroanio et Erymantho, monte Lampea atque apro Erymanthio — memorandis urbis Psophidis, templo Veneris Erycinae — Alcmaeone, Amphiarai filio, et Eriphyles monili — insulis Echinadibus — Erymanthi fluvii templo et signo, ac Nili signis e nigro lapide — de Aglai Psophidii felicitate narratio.

Ψωφίδος δὲ οἱ μὲν φασιν οἰκιστὴν γενέσθαι Ψωφίδα τὸν Ἄῤῥωνος τοῦ Ἐρυμάνθου τοῦ Ἀρίστα τοῦ Παρθάονος τοῦ Περιφήτου τοῦ Νυκτίμου· τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένα, θυγατέρα Ψωφίδα εἶναι Ξάνθου τοῦ Ἐρυμάνθου τοῦ Ἀρκάδος. τὰ μὲν οὖν οὕτω κατὰ τὴν Ἀρκάδων ἐς τοὺς βασιλέας ἔχει μνήμην· ὁ δὲ ἀληθέστατος τῶν λόγων ἐστὶν, Ἔρυκος τοῦ ἐν Σικανίᾳ δυναστεύσαντος παῖδα εἶναι τὴν Ψωφίδα· ἣν ἐς τὸν οἶκον οὐκ ἠξίου ἄγειν *, καταλείπει δὲ ἔχουσαν ἐν τῇ γαστρὶ παρὰ Λυκόρτᾳ, ξένῳ μὲν ὄντι αὐτοῦ, παροικοῦντι δὲ ἐν πόλει Φηγίᾳ, πρὸ δὲ τοῦ Φηγέως τῆς βασιλείας Ἐρυμάνθῳ καλουμένῃ. ἐπιτραφέντες δὲ αὐτόθι Ἐχέφρων καὶ Πρόμαχος Ἡρακλέους τε ὄντες καὶ τῆς γυναικὸς τῆς Σικανῆς, μετέθεντο τῇ

Cap. XXIV. Psophidis conditorem fuisse tradunt Arrhonis filium Psophidem, *perpetua maiorum suorum serie* ab Erymantho, Arista, Parthaone, Periphete, Nyctimo originem ducentem. Non defuerunt tamen, qui *urbis primordia* attribuerint Psophidi puellae, Xanthi filiae: quum Xanthum ipsum Erymanthus genuisset, Arcadis filius. Verum haec Arcadum monumentis de suis regibus mandata sunt. Est enim multo verissima *diversa a superioribus* sententia, Erycis principis in Sicania viri filiam fuisse Psophidem; patrem, quum *oblatum puellae vitium comperisset*, *et* gravidam domo sua non dignaretur, eam Phegiae (quae urbs ante Phegei regnum Erymanthus dicebatur) apud Lycortam hospitem suum reliquisse: ibi educatos Echephrona et Promachum, e Sicana puella satu Herculis editos, de matris

Φηγίᾳ τὸ ὄνομα Ψωφίδα ἀπὸ τῆς μητρός. (2) Ἔστι δὲ
645 καὶ Ζακυνθίων τῇ ἀκροπόλει Ψωφὶς ὄνομα, ὅτι ναυσὶν
ἐς τὴν νῆσον ἐπεραιώθη πρῶτος, καὶ ἐγένετο οἰκιστὴς
ἀνὴρ Ψωφίδιος, Ζάκυνθός γε ὁ Δαρδάνου. Σειραίων
μὲν δὴ σταδίοις ἐστὶν ἀπωτέρω τριάκοντα ἡ Ψωφίς· παρὰ
δὲ αὐτὴν ὅ τε Ἀροάνιος ποταμὸς, καὶ ὀλίγον ἀπωτέρω
τῆς πόλεως Ἐρύμανθος ῥέουσιν. ἔχει δὲ τὰς πηγὰς ὁ
Ἐρύμανθος ἐν ὄρει Λαμπείᾳ· τὸ δὲ ὄρος τοῦτο ἱερὸν
εἶναι Πανὸς λέγεται· εἴη δ' ἂν τοῦ ὄρους τοῦ Ἐρυμάν-
θου μοῖρα ἡ Λάμπεια. ἐποίησε δὲ Ὅμηρος, ὡς ἐν Ταϋ-
γέτῳ τε καὶ Ἐρυμάνθῳ * θηρευτὴς ἦν * τῆς Λαμπείας
ὁ Ἐρύμανθος, καὶ Ἀρκαδίαν διεξελθὼν, ἐν δεξιᾷ μὲν τὸ
ὄρος ἔχων τὴν Φολόην, ἐν ἀριστερᾷ δὲ πάλιν Θελπου-
σίαν χώραν, κάτεισιν ἐς τὸν Ἀλφειόν. λέγεται δὲ, ὡς
Ἡρακλῆς κατὰ πρόσταγμα Εὐρυσθέως παρὰ τῷ Ἐρυμάν-
θῳ θηράσειεν ὗν μεγέθει καὶ ἀλκῇ τοὺς ἄλλους ὑπερηρ-
κότα. Κυμαῖοι δὲ οἱ ἐν Ὀπικοῖς συὸς ὀδόντας ἀνακει-
μένους παρὰ σφίσιν ἐν Ἀπόλλωνος ἱερῷ λόγῳ μὲν λέγου-

nomine Phegiam Psophidem nuncupasse. (2) Sed arci etiam Zacynthiorum Psophis nomen, quod primus in eam insulam classe transmisit Psophidius civis, Zacynthus, Dardani filius; *a quo* conditore *videlicet suo*, *urbi nomen inditum.* Abest a Siraeis Psophis stadia XXX. Praeterfluit amnis Aroanius, et modico ab urbe intervallo Erymanthus. Fontes Erymanthus habet suos in Lampea monte, qui sacer Panos esse dicitur: ac fortasse Erymanthi montis pars est Lampea. Venari solitum in Taygeto et Erymantho Lampeae amatorem Erymanthum suis Homerus versibus mandavit. Intersecans *fluvius hic* Arcadiam, relicto ad dexteram Pholoe monte, ad laevam vero agro, quae Thelpusa dicitur, in Alpheum illabitur. Pervulgatum est etiam, Herculem Eurysthei iussa exsequentem, in Erymantho aprum confecisse, insignem magnitudine et robore. Cumani vero in Opicis, dentes monstrant in Apollinis templo suspensos: quos apri

σιν, ὡς οἱ ὀδόντες ὑὸς εἶεν τοῦ Ἐρυμανθίου· τῷ λόγῳ δὲ αὐτῶν οὐδ' ἐπ' ὀλίγον μέτεστι τοῦ εἰκότος. (3) Ψωφιδίοις δὲ ἐν τῇ πόλει, τοῦτο μὲν Ἀφροδίτης ἱερὸν Ἐρυκίνης ἐστὶν ἐπίκλησιν, ἧς ἐρείπια ἐφ' ἡμῶν ἐλείπετο αὐτοῦ μόνα· ἐλέγετο δέ οἱ Ψωφῖδος αὐτὸ ἱδρύσασθαι παῖδας. καὶ τῷ λόγῳ τὸ εἰκὸς πρόσεστι. ἔστι γὰρ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Ἐρυκίνης ἱερὸν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Ἔρυκος, ἁγιώ- 646
τατόν τε ἐκ παλαιοτάτου καὶ οὐκ ἀποδέον πλούτῳ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Πάφῳ. Προμάχου δὲ καὶ Ἐχέφρονος τῶν Ψωφῖδος οὐκ ἐπιφανῆ κατ' ἐμὲ ἔτι ἦν τὰ ἡρῷα. (4) Τέθαπται δὲ καὶ Ἀλκμαίων ἐν Ψωφῖδι ὁ Ἀμφιαράου, καί οἱ τὸ μνῆμά ἐστιν οἴκημα οὔτε μεγέθει, οὔτε ἄλλως κεκοσμημένον· περὶ δὲ αὐτὰ κυπάρισσοι πεφύκασιν ἐς τοσοῦτον ὕψος ἀνήκουσαι, ὥστε καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ Ψωφῖδι κατεσκιάζετο ὑπ' αὐτῶν. ταύτας οὐκ ἐθέλουσιν ἐκκόπτειν ἱερὰς τοῦ Ἀλκμαίωνος νομίζοντες· καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων παρθένοι. Ὁ δὲ Ἀλκμαίων ἡνίκα τὴν μητέρα ἀποκτείνας ἔφυγεν ἐξ Ἄργους, τότε εἰς τὴν

Erymanthii esse dicunt; sed nihil omnino ad fidem faciendam satis probabile afferunt. (3) Psophidiis fuerunt intra urbem templa duo, Veneris Erycinae cognomento alterum; cuius hac aetate solae exstant ruinae. Dedicasse creditur Psophis Erycis filia; neque id omnino a veritate abhorret. Nam et in Sicilia in subiecto Eryci *monti* agro Erycinae *Veneris* fanum visitur, magnae iam tum ab initio religionis; et eo, quod Paphi est, nihilo donariorum opulentia inferius. Exstant aetate etiamnum mea Promachi et Echephronis Psophidis filiorum heroica sepulcra, egregio opere exornata. (4) Alcmaeon etiam Amphiarai filius Psophide sepultus est. Eius tumulus neque aedificii magnitudine, neque ullo ornatus genere insignis. Creverunt circa eum cupressi eousque, ut earum proceritate mons etiam is, qui Psophidi imminet, obumbretur. Eas non caedunt, quod Alcmaeoni sacras putant: easdemque Virgines indigenae appellant. Enimvero Alcmaeon occisa matre Argis fugiens,

Ψωφίδα ἐλθών, Φηγίαν ἔτι ἀπὸ τοῦ Φηγέως ὀνομαζομένην, συνῴκησεν Ἀλφεσιβοίᾳ τῇ Φηγέως θυγατρὶ, καὶ αὐτῇ δῶρα (ὡς τὸ εἰκὸς) καὶ ἄλλα καὶ τὸν ὅρμον δίδωσιν. ὡς δὲ οἰκοῦντι αὐτῷ παρὰ τοῖς Ἀρκάσιν οὐδὲν ἐγίνετο ἡ νόσος ῥᾴων, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δελφοῖς. καὶ αὐτὸν ἡ Πυθία διδάσκει, τὸν Ἐριφύλης ἀλάστορα ἐς ταύτην οἱ χώραν οὐ συνακολουθήσειν, ἥτις ἐστὶ νεωτάτη, καὶ ἡ θάλασσα τοῦ μητρῴου μιάσματος ἀνέφηνεν ὕστερον αὐτήν. καὶ ὁ μὲν ἐξευρὼν τοῦ Ἀχελώου τὴν πρόσχωσιν, ἐνταῦθα ᾤκησε καὶ γυναῖκα ἔσχε Καλλιρόην τοῦ Ἀχελώου θυγατέρα λόγῳ τῷ Ἀκαρνάνων· καί οἱ παῖδες Ἀκαρνάν τε καὶ Ἀμφότερος ἐγένοντο. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκαρνᾶνος τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ τὸ ὄνομα τὸ νῦν γενέσθαι λέγουσι τὰ πρὸ τοῦ Κούρησι καλουμένοις. ἐς ἐπιθυμίας δὲ ἀνοήτους πολλοὶ μὲν ἄνδρες, γυναῖκες δὲ πλέον ἐξοκέλλουσιν. ἐπεθύμησεν ἡ Καλλιρόη τῆς Ἐριφύλης οἱ γενέσθαι τὸν ὅρμον, καὶ δι' αὐτὸ ἐς

Psophidem, quae tunc Phegia ac Phegeo nominabatur, se recipit: ibi Phegei filiam Alphesiboean uxorem duxit; cui inter cetera *nuptialia* dona, *decantatum* etiam illud monile dedit. Ubi vero in Arcadibus domicilium habenti insaniae morbus non decessit, ad Apollinem Delphos veniens responsum accepit, in eam terram ei migrandum, quae omnium esset recentissima, quamque mare edidisset, posteaquam ille se Eriphyles matris sanguine polluisset. Neque enim eo ultorem matris genium ipsum esse consecuturum. Quare nactus terram, Acheloi alluvione congestam, in ea consedit; ibique Callirhoen, quam Acheloi *ipsius* filiam fuisse Acarnanes dictitant, in matrimonio habuit. Ex ea Acarnana et Amphoterum suscepit. Ab Acarnane gentem, quae illam continentis oram tenet, denominatam existimant, quum ante Curetes vocarentur. Extimulant saepe viros, multo vero saepius foeminas acriores cupiditatum aculei. *Quare et* Callirhoe monilis, quod Eriphyles fuerat, potiundi *vehementi*

τὴν Φηγίαν τὸν Ἀλκμαίωνα ἔστειλεν ἄκοντα, καὶ αὐτὸν ὑπὸ Φηγέως τῶν παίδων Τημένου καὶ Ἀξίονος δολοφονηθέντα ἐπέλαβεν ἡ τελευτή· τοῦ Φηγέως δὲ οἱ παῖδες 647
τῷ Ἀπόλλωνι ἀναθεῖναι τῷ ἐν Δελφοῖς λέγονται τὸν ὅρμον. καὶ ἐπὶ τῶν βασιλευόντων ἐν Φηγίᾳ, τότε ἔτι καλουμένῃ τῇ πόλει Φηγίᾳ, στρατεῦσαί φασιν Ἕλληνας ἐς Τροίαν· σφᾶς δὲ οἱ Ψωφίδιοι τοῦ στόλου φασὶν οὐ μετασχεῖν, ὅτι αὐτῶν τοῖς βασιλεῦσιν οἱ Ἀργείων ἀπηχθάνοντο ἡγεμόνες, κατὰ γένος τε τῷ Ἀλκμαίωνι οἱ πολλοὶ προσήκοντες, καὶ τῆς ἐπιστρατείας αὐτῷ κοινωνήσαντες ἐς Θήβας. (5) Τὰς δὲ Ἐχινάδας νήσους ὑπὸ τοῦ Ἀχελώου μὴ σφᾶς ἤπειρον ἄχρι ἡμῶν ἀπειργάσθαι, γέγονεν αἰτία τὸ Αἰτωλῶν ἔθνος· γεγόνασι δὲ αὐτοί τε ἀνάστατοι καὶ ἡ γῆ σφισι πᾶσα ἠρήμωται. ταῖς Ἐχινάσιν οὖν, ἅτε ἀσπόρου μενούσης τῆς Αἰτωλίας, οὐχ ὁμοίως ὁ Ἀχελῷος ἐπάγει τὴν ἰλύν. μαρτύριον δέ μοι τοῦ λόγου· ὁ γὰρ Μαίανδρος διὰ τῆς Φρυγῶν καὶ Καρῶν ἀρουμένης ὅσα ἔτη ῥέων, τὴν μεταξὺ Πριήνης καὶ Μιλήτου θάλασ-

flagravit cupiditate: Alcmaeonem itaque etiam invitum, ut Phegiam iret, perpulit: ubi ille Phegei filiorum Temeni et Axionis insidiis circumventus, periit. Iidem vero Phegei filii monile Delphico Apollini dedicarunt. Graecos quidem ad Troianum bellum profectos dicunt Psophidii, quo tempore urbs Phegia adhuc dicebatur, suosque reges habebat: non tamen fuisse se eius expeditionis socios propter simultates Argivorum ducum cum regibus suis susceptas; quod eorum bona pars Alcmaeonem propinquitate attingebant, et ad Thebas *altero* bello eum secuti fuerant. (5) Quod vero Echinades insulae non sint adhuc continenti terrae annexae, Aetolorum opera factum est. Sedibus enim suis pulsi, agrum colere desierunt. Eo factum, ut Achelous *minus iam lutulentus* per deserta fluens, medium *inter continentis terrae litus et eas insulas* fretum non oblimaverit. Huic rei Maeander argumento esse possit: qui Phrygum et Carum cultissimos agros perlabens, medium inter Prienen et Miletum

σαν ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ πεποίηκεν ἤπειρον. (6) Ψωφιδίοις δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἐρυμάνθῳ ναός ἐστιν Ἐρυμάνθου καὶ ἄγαλμα. ποιεῖται δὲ πλὴν τοῦ Αἰγυπτίου Νείλου ποταμοῖς τοῖς ἄλλοις λίθου λευκοῦ τὰ ἀγάλματα· τῷ Νείλῳ δὲ, ἅτε διὰ τῆς Αἰθιόπων κατιόντι ἐς θάλασσαν, μέλανος λίθου τὰ ἀγάλματα ἐργάζεσθαι νομίζουσιν. (7) Ὃν δὲ ἤκουσα ἐν Ψωφίδι ἐπὶ Ἀγλαῷ λόγον ἀνδρὶ Ψωφιδίῳ κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδὸν, ὡς ὁ Ἀγλαὸς τὸν χρόνον τοῦ βίου πάντα γένοιτο εὐδαίμων, οὔ με ἔπειθεν ὁ λόγος. ἀλλὰ ἀνθρώπων μὲν τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ κακὰ ἄν τις ἐλάσσονα ἀναδέξαιτο, καθὰ καὶ ναῦς ἧσσον ἂν χειμασθείη νεὼς ἄλλης· ἄνδρα δὲ συμφορῶν ἀεὶ στάντα ἐκτὸς
648 ἢ τὰ πάντα οὐρίῳ ναῦν χρησαμένην πνεύματι οὐκ ἔστιν ὅπως δυνησόμεθα ἐξευρεῖν. ἐπεὶ καὶ Ὅμηρος κατακείμενον παρὰ τῷ Διῒ ἀγαθῶν πίθον, τὸν δὲ ἕτερον κακῶν ἐποίησεν, ὑπὸ τοῦ ἐν Δελφοῖς θεοῦ δεδιδαγμένος, ὃς αὐτόν ποτε Ὅμηρον κακοδαίμονά τε προσεῖπε καὶ ὄλβιον, ὡς φύντα ἐπὶ ἀμφοτέροις ὁμοίως.

mare brevi in continentis orae naturam vertit. (6) Est etiam Psophidiis ad Erymanthum, Erymanthi templum, cum signo *ipsius herois.* Ac praeter Aegyptium Nilum reliquis fluviis simulacra fiunt e candido lapide: Nilo autem, ut qui per Aethiopiam in mare labitur, nigro lapide statuas fabricare solemne est. (7) Quod vero Psophide audivi Aglaum Psophidium, tempore Croesi Lydorum regis totum vitae spatium in perpetua felicitate transegisse, id ego ut credam, non facile adducor. Fieri quidem potest ut alicui minus obtingat malorum quam aliis sui temporis hominibus, sicut scilicet navis nave minus experitur tempestates: at hominem qui toto vitae spatio extra calamitatum aleam fuerit, aut navem quae secundis semper ventis usa fuerit, invenire haud quaquam poterimus. Nam et Homerus *id sensisse videtur, quo loco duo*, bonorum unum, alterum malorum, dolia apud Iovem statuit. Id enim ille ex Delphico Apolline didicerat; qui ipsum et miserum simul, et beatum dixerat, utpote ad utramque vitae sortem genitum.

CAPUT XXV.

Memoranda ad viam a Psophide Thelpusam versus, Tropaea, Aphrodisium — de urbe Thelpusa, et fluvii Ladonis meatu ac memorandis ad illum — templo XII deorum Thelpusae et templo Cereris Erinnyos in Oncio — origine cognominum Cereris Erinnyos et Lusiae, ac Neptuni Hippii — Arione equo — de Trygone, Aesculapii nutrice, narratio — de amne Tuthoa et insulis Ladonis.

Ἐς δὲ Θέλπουσαν ἰόντι ἐκ Ψωφῖδος πρῶτα μὲν χωρίον Τρόπαιά ἐστιν ὀνομαζόμενον ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Λάδωνος· Τροπαίων δὲ ἔχεται δρυμὸς Ἀφροδίσιον. τρίτα δέ ἐστιν ἀρχαῖα ἐν στήλῃ γράμματα, ὅροι Ψωφιδίοις πρὸς τὴν Θελπουσίαν. ἐν δὲ τῇ γῇ τῇ Θελπουσίᾳ ποταμός ἐστιν Ἄρσην καλούμενος. τοῦτον δὴ διαβήσῃ, καὶ ὅσον πέντε ἀπ' αὐτοῦ σταδίους ἀφίξῃ καὶ εἴκοσι ἐπὶ ἐρείπια Καοῦντος κώμης, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ Καουσίου πεποιημένον ἐν τῇ ὁδῷ. (2) Τοῦ δὲ ἱεροῦ τούτου σταδίους τεσσαράκοντα μάλιστα ἀφέστηκεν ἡ πόλις· τεθῆναι δὲ αὐτῇ ὄνομα ἀπὸ νύμφης λέγουσι Θελπούσης, ταύτην δὲ θυγατέρα εἶναι Λάδωνος. τῷ δὲ Λάδωνι ἄρχεται μὲν τὸ ὕδωρ ἐν πηγαῖς τῆς Κλειτορίας, καθὰ ὁ λόγος ἐδήλωσεν

Cap. XXV. Thelpusan a Psophide iter habentibus, ad laevam Ladonis, vicus est, cui Trophaea nomen. Trophaeis adiacet saltus, *quod* Aphrodisium *vocatur*, incisae illic in columna pervetustae literae, fines eos esse inter Thelpusios et Psophidios indicant. In Thelpusiaco agro amnis labitur Arsen. Eum ubi transieris, progressus inde stadia circiter XXV, pervenies ad rudera vici, cui Calunti nomen: quem *vicum* Aesculapii etiam fanum appellant, *quod* in via *dei huius templum* erectum est. (2) Ab Aesculapii distat stadia ferme XL urbs, cui a nympha Thelpusa nomen impositum tradunt; eam vero Ladonis filiam fuisse. Ladonis ipsius fontes in agro Clitorio sunt, sicuti et ante exposui.

ἤδη μοι· ῥεῖ δὲ πρῶτον μὲν παρὰ Λευκάσιον χωρίον
καὶ Μεσόβοα, καὶ διὰ τῶν Νάσων, ἐπί τε Ὄρυγά τε καὶ
Ἁλοῦντα ὀνομαζόμενον· ἐξ Ἁλοῦντος δὲ ἐπὶ Θαλιάδας
γε καὶ ἐπὶ Δήμητρος ἱερὸν κάτεισιν Ἐλευσινίας. τὸ δὲ
ἱερὸν τοῦτο ἔστι μὲν Θελπουσίων ἐν ὅροις· ἀγάλματα δὲ
ἐν αὐτῷ, ποδῶν ἑπτὰ οὐκ ἀποδέον ἕκαστον, Δήμητρός
ἐστι καὶ ἡ παῖς καὶ ὁ Διόνυσος, τὰ πάντα ὁμοίως λίθου.
μετὰ δὲ τῆς Ἐλευσινίας τὸ ἱερὸν καὶ Θέλπουσαν τὴν πό-
λιν ὁ Λάδων παρέξεισιν ἐν ἀριστερᾷ, κειμένην μὲν ἐπὶ
λόφου μεγάλου, τὰ πλείω δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔρημον· ὥστε
καὶ τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τῷ πέρατι οὖσάν φασιν ἐν τῷ με-
649 σαιτάτῳ ποιηθῆναι τὸ ἐξ ἀρχῆς. (3) Ἔστι δὲ ἐν Θελ-
πούσῃ ναὸς Ἀσκληπιοῦ, καὶ θεῶν ἱερὸν τῶν δώδεκα·
τούτου τὰ πολλὰ ἐς ἔδαφος ἔκειτο ἤδη. μετὰ δὲ Θέλπου-
σαν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος ὁ Λάδων κάτεισι τὸ ἐν
Ὀγκείῳ· καλοῦσι δὲ Ἐριννὺν οἱ Θελπούσιοι τὴν θεόν·
ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ Ἀντίμαχος ἐπιστρατείαν Ἀργείων
ποιήσας ἐς Θήβας· καί οἱ τὸ ἔπος ἔχει·

Primum autem praeter Leucasium vicum, et Mesoboa, perque Nasos, ad Orygem, et eum quem Haluntem vocant, elapsus, inde ad Thaliadas, et Cereris *cognomento* Eleusiniae fanum evadit. Est hoc templum in Thelpusiorum finibus. Signa in eo sunt, septenum haud minus eorum quodlibet pedum, Cereris, Proserpinae, Liberi Patris, e marmore aeque omnia. Ab Eleusiniac, Thelpusan urbem a laeva praeterfluit Ladon. Eminet illa in praecelso tumulo; sed aetate nostra maiore ex parte deserta: quandoquidem forum quod olim fuisse dicunt in ipso urbis umbilico, in extremo nunc recessu est. (3) Aesculapii *inter* Thelpusae *ruinas*, et duodecim deorum delubrum extat: cuius tamen magnam partem solo aequavit *vetustas*. Thelpusan praeterlapsus, ad Cereris, quod in Oncio est, templum Ladon defluit: Thelpusii deam Erinnyn nominant: quod ipsum *cognomen* agnoscit Antimachus, *illud usurpans* eo carmine, quo Argivorum in Thebanos expeditionem persecutus est. Versus sic habet,

Δήμητρος τόθι φασὶν Ἐριννύος εἶναι ἕδεθλον.

ὁ μὲν δὴ Ὄγκος Ἀπόλλωνός ἐστι κατὰ τὴν φήμην, καὶ ἐν τῇ Θελπουσίᾳ περὶ τὸ χωρίον ἐδυνάστευε τὸ Ὄγκειον. (4) Τῇ θεῷ δὲ Ἐριννὺς γέγονεν ἐπίκλησις· πλανωμένῃ γὰρ τῇ Δήμητρι, ἡνίκα τὴν παῖδα ἐζήτει, λέγουσιν ἕπεσθαί οἱ τὸν Ποσειδῶνα ἐπιθυμοῦντα αὐτῇ μιχθῆναι, καὶ τὴν μὲν ἐς ἵππον μεταβάλλουσαν ὁμοῦ ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὄγκου· Ποσειδῶν δὲ συνίησιν ἀπατώμενος, καὶ συγγίνεται τῇ Δήμητρι, ἄρσενι ἵππῳ καὶ αὐτὸς εἰκασθείς· τὸ μὲν δὴ παραυτίκα τὴν Δήμητρα ἐπὶ τῷ συμβάντι ἔχειν ὀργίλως, χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ τε θυμοῦ παύσασθαι, καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι. ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γεγόνασι, τοῦ μηνίματος εἵνεκα Ἐριννὺς, ὅτι τῷ θυμῷ χρῆσθαι καλοῦσιν ἐριννύειν οἱ Ἀρκάδες, Λουσία δὲ ἐπὶ τῷ λούσασθαι τῷ Λάδωνι. τὰ δὲ ἀγάλματά ἐστι τὰ ἐν τῷ ναῷ ξύλου, πρόσωπα δέ σφισι καὶ χεῖρες ἄκραι καὶ πόδες εἰσὶ Παρίου λίθου· τὸ μὲν δὴ τῆς Ἐριννύος τήν τε κίστην καλουμένην ἔχει, καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ δᾷδα· μέγεθος δὲ εἰκά-

Delubrum Cereris fama est ubi Erinnydos esse.

Hanc quidem aedem Apollinis fuisse *demum* fama proditum. Is enim ad Oncium in Thelpusio agro *aliquando* principatum obtinuit. (4) Dea vero ipsa Erinnys cognomento appellata est *ob huiusmodi causam.* Neptunum aiunt Cereri, dum illa errans filiam quaereret, eius amore captum, vitium offerre conatum. Sed quum in equam se dea vertisset, et ad Oncium armentis permista pasceret, Neptunum non fefellit. Nam et ipse in equum mutatus, eam compressit. Quod illa primum iracunde tulit: verum postea placabilior facta, lavisse dicitur in Ladone. Cognomina itaque deae attributa; Erinnys, a verbo ἐριννύειν, quod furere Arcadibus est: Lusia vero, quod se in flumine abluisset. Signa eius templi, os, summas manus, et imos pedes, e Pario marmore habent; *reliquae partes* ligneae sunt. Erinnys cistam laeva, dextera facem tenet: proceritate pedum novem

ζομεν ἐννέα εἶναι ποδῶν αὐτήν· ἡ Λουσία δὲ ποδῶν ἓξ ἐφαίνετο εἶναι. ὅσοι δὲ Θέμιδος, καὶ οὐ Δήμητρος τῆς Λουσίας, τὸ ἄγαλμα εἶναι νομίζουσι, μάταια ἴστωσαν ὑπειληφότες. (5) Τὴν δὲ Δημήτερα τεκεῖν φασιν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα, ἧς τὸ ὄνομα ἐς ἀτελέστους λέγειν οὐ νομίζουσι, καὶ ἵππον τὸν Ἀρίονα· ἐπὶ τούτῳ δὲ παρὰ σφίσιν Ἀρκάδων πρώτοις Ἵππιον Ποσειδῶνα ὀνομασθῆναι. ἐπάγονται δὲ ἐξ Ἰλιάδος ἔπη καὶ ἐκ Θηβαΐδος μαρτυρίας σφίσιν εἶναι τῷ λόγῳ. ἐν μὲν Ἰλιάδι ἐς αὐτὸν Ἀρίονα πεποιῆσθαι·

> Οὐδ' εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρίονα δῖον ἐλαύνειν,
> Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν.

ἐν δὲ [τῇ] Θηβαΐδι, ὡς Ἄδραστος ἔφευγεν ἐκ Θηβῶν·

> Εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρίονι κυανοχαίτῃ.

αἰνίσσεσθαι οὖν ἐθέλουσι τὰ ἔπη, Ποσειδῶνα Ἀρίονι εἶναι πατέρα. Ἀντίμαχος δὲ παῖδα εἶναι γῆς φησιν·

> Ἄδραστος Ταλαῶ υἱὸς Κρηθηϊάδαο

esse coniicio. Lusia pedes non amplius quam sex eminere videtur. Qui vero Themidis, non Lusiae Cereris signum hoc esse dictitant, neutiquam audiendi sunt. (5) Cererem quidem ipsam Neptuno filiam peperisse tradunt; cuius nomen ne ad profanos ederetur, religione sanxerunt: equum praeterea, cui nomen Arion fuit. Et Hippium *(id est Equutium)* Neptunum, eam ob causam apud se ex omnibus Arcadibus primos nuncupatum autumant. Testimonia ex Iliade et Thebaide afferunt. Ex Iliade quidem versus eos:

> Non etiam si a tergo agitans, vel Ariona dium
> Adrasti moderetur equum, divinitus ortum.

Ex Thebaide vero, ubi de Adrasti fuga agitur:

> Cum pullo ornatu, glaucus quem vexit Arion.

His certe versibus innui putant, Neptuni satu ortum Arionem, etsi Antimachus e terra genitum Arionem *his versibus* cecinit:

> Adrastus Talao Crethide natus, Achivum

Πρώτιστος Δαναῶν νέω, αἰνετὼ ἤλασεν ἵππω,
Καιρόν τε κραιπνὸν καὶ Ἀρίονα Θελπουσαῖον·
Τόν ῥά τ' Ἀπόλλωνος σχεδὸν ἄλσεος Ὀγκαίοιο
Αὐτὴ γαῖ' ἀνέδωκε, σέβας θνητοῖσιν ἰδέσθαι.

δύναιτο δὲ καὶ ἀναφύντι ἐκ γῆς τῷ ἵππῳ ἐκ θεοῦ τε εἶναι τὸ γένος, καὶ αἱ τρίχες οἱ τὴν χροιὰν ἐοικέναι κυανῷ. λέγεται δὲ καὶ τοιάδε· Ἡρακλέα πολεμοῦντα Ἠλείοις αἰτῆσαι παρ' Ὄγκου τὸν ἵππον, καὶ ἑλεῖν τὴν Ἦλιν ἐπὶ τῷ Ἀρίονι ὀχούμενον ἐς τὰς μάχας. δοθῆναι δὲ ὑπὸ Ἡρα- 651
κλέους ὕστερον Ἀδράστῳ τὸν ἵππον. ἐπὶ τούτῳ δὲ ἐς τὸν Ἀρίονα ἐποίησεν Ἀντίμαχος·

Ὅς ῥα τότ' Ἀδράστῳ τριτάτῳ δέδμηθ' ὑπ' ἄνακτι.

(6) Ὁ δὲ Λάδων τῆς Ἐριννύος τὸ ἱερὸν ἀπολιπὼν, [ἐν ἀριστερᾷ] παρέξεισιν ἐν ἀριστερᾷ μὲν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ὀγκαιάτου τὸν ναὸν, τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ παρ' Ἀσκληπιοῦ Παιδὸς ἱερὸν, ἔνθα ἐστὶ Τρυγόνος μνῆμα τροφοῦ· τροφὸν δὲ Ἀσκληπιοῦ τὴν Τρυγόνα εἶναι λέγουσιν. ἐν γὰρ τῇ Θελπούσῃ τῷ Ἀσκληπιῷ παιδὶ ἐκκειμένῳ φασὶν

Primus duxit equos insigni laude superbos,
Et Caerum pernicem, et Ariona Thelpusaeum,
Quem iuxta Oncei Phoebi nemus edidit ipsa
Terra parens, cunctorum oculis mirabile monstrum.

Sed potest ille equus, etiamsi e terra sit editus, nihilominus et genus a deo ducere, et caerulei coloris crines habere. Narrantur et alia quaedam ad hunc prope modum: Herculem cum Eleis bellantem Arionem ab Onco poposcisse: eoque invectum, Elidem expugnasse: ab Hercule deinde Adrasto concessum. Insuper *hoc* de Arione versibus mandavit Antimachus:

Tertium ab Adrasto est domitus ductore Pelasgum.

(6) At Ladon Erinnys templo relicto, a laeva Apollinis Onceatae praeterlabitur; a dextera, Aesculapii pueri aedem; ubi Trygonis nutricis est sepulcrum. Aesculapii ipsius hanc nutricem fuisse memorant. Quum Aesculapium enim expositum in Thelpusio agro offendisset Autolaus Arcadis nothus

ἐπιτυχόντα Αὐτόλαον Ἀρκάδος υἱὸν νόθον ἀναθέσθαι τὸ παιδίον. καὶ ἐπὶ τούτῳ παῖδα Ἀσκληπιὸν εἰκότα εἶναι μᾶλλον ἡγούμην, ὃ καὶ ἐδήλωσα ἐν τοῖς Ἐπιδαυρίων. (7) Ἔστι δὲ Τουθόα ποταμός· ἐμβάλλει δὲ ἐς τὸν Λάδωνα καὶ ἡ Τουθόα κατὰ τὸν Θελπουσίων ὅρον πρὸς Ἡραιεῖς, καλούμενον δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων Πεδίον. καθότι δὲ αὐτὸς ὁ Λάδων ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Ἀλφειὸν, Κοράκων ὠνόμασται Νᾶσος. Οἱ δὲ ἥγηνται, τὴν Ἐνίσπην καὶ Στρατίην τε καὶ Ῥίπην τὰς ὑπὸ Ὁμήρου κατειλεγμένας γενέσθαι νήσους ποτὲ ἐν τῷ Λάδωνι ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκουμένας· ἃ οἱ πεπιστευκότες μάταια ἴστωσαν· οὐ γὰρ ἄν ποτε οὐδὲ νηῒ παρισουμένας πορθμίδι παράσχοιτο ὁ Λάδων νήσους. κάλλους μὲν γὰρ εἵνεκα οὐδενὸς ποταμῶν δεύτερος, οὔτε τῶν βαρβαρικῶν ἐστιν οὔτε Ἕλληνος, μέγεθος δὲ οὐ τοιοῦτος, ὡς ἐν αὐτῷ καὶ νήσους ἀναφαίνεσθαι, καθάπερ ἐν Ἴστρῳ τε καὶ Ἠριδανῷ.

filius, infantem dicitur sustulisse. Hinc facile adducor Aesculapio puero aedem dicatam: quod ipsum in explicandis etiam Epidauriorum rebus exposui. (7) Influit in Ladonem Tuthoa amnis in Thelpusiorum et Heraeensium confinio; quem locum Arcades Planitiem nuncupant. Qua vero Ladon ipse in Alpheum erumpit, locus ille Coracωn nasos *(id est Corvorum insula)* nominatur. Non defuerunt, qui Enispen, Stratiam, et Rhipen, quae loca Homerus enumerat, insulas in Ladone fuisse putarent, ab hominibus olim habitatas. Quod ego qui credant, magnopere errare arbitror. Vix enim pontonibus pares insulas Ladon habet: qui ut sit fluviorum omnium, qui vel Barbarorum vel Graecorum terras permeant, multo pulcherrimus; non tamen ea est magnitudine, ut in eo, quales vel in Istro, vel in Pado, insulae existere potuerint.

CAPUT XXVI.

De Heraea urbe eiusque memorandis — templis Bacchi Politae et Axitae — Coroebi sepulcro — urbe Aliphera eiusque memorandis, Iovis Lecheatae ara, fonte Tritonide et Myiagri herois sacris — urbe Melaeneis et Buphagio.

Ἡραιεῦσι δὲ οἰκιστὴς μὲν γέγονεν Ἡραιεὺς ὁ Λυκάο- 652
νος, κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀλφειοῦ, τὰ μὲν πολλὰ ἐν ἠρέμα προσάντει, τὰ δὲ καὶ ἐπ' αὐτὸν καθήκει τὸν Ἀλφειόν. δρόμοι τε παρὰ τῷ ποταμῷ πεποίηνται μυρσίναις καὶ ἄλλοις ἡμέροις διακεκριμένοι δένδροις· καὶ τὰ λουτρὰ αὐτόθι. (2) Εἰσὶ δὲ καὶ Διονύσῳ ναοὶ, τὸν μὲν καλοῦσι Πολίτην, τὸν δὲ Αὐξίτην· καὶ οἴκημά ἐστί σφισιν, ἔνθα τῷ Διονύσῳ τὰ ὄργια ἄγουσιν. ἔστι καὶ ναὸς ἐν τῇ Ἡραίᾳ Πανὸς, ἅτε τοῖς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίου. τῆς δὲ Ἥρας τοῦ ναοῦ καὶ ἄλλα ἐρείπια καὶ κίονες ἔτι ἐλείποντο. ἀθλητὰς δὲ, ὁπόσοι γεγόνασιν Ἀρκάσιν, ὑπερῆρκε τῇ δόξῃ Δημάρατος Ἡραιεὺς, ὃς τὸν ὁπλίτην δρόμον ἐνίκησεν ἐν Ὀλυμπίᾳ πρῶτος. ἐς δὲ τὴν Ἠλείαν κατιὼν ἐξ Ἡραίας, στάδια μέν που πεντεκαίδεκα ἀποσχὼν Ἡραίας, διαβήσῃ τὸν Λάδωνα· ἀπὸ τούτου δὲ ἐς Ἐρύ-

Cap. XXVI. Heraean condidit Heraeeus Lycaonis filius, ad Alphei amnis dexteram. oppidi pars maior in clivo molliter surgenti; altera ad Alphei ipsius ripas sita est. Curricula prope amnem myrtis et aliis felicibus intersepta arboribus. Ibidem balneae sunt: (2) templa praeterea Liberi Patris duo; Politen unum, Axiten alterum vocant: *seorsum* aedes, in qua initia Liberi Patris celebrantur. Habet et Pan templum suum: quippe qui Arcadibus indigena deus est. Fani quidem eius, quod *olim* Iunoni dicatum fuit, rudera tantum et columnae reliquae sunt. Athletas vero omnes, quotcunque Arcadici nominis fuerunt, gloria vicit Demaratus Heraeensis, qui primus ex armatorum cursu Olympicam palmam tulit. Ab Heraea in Eleum agrum stadia ferme xv progressus, Ladonem traiicias; atque inde stadiis

μανθον ὅσον εἴκοσι ἀφίξῃ σταδίους. (3) Τῇ δὲ Ἡραίᾳ ὅροι πρὸς τὴν Ἠλείαν λόγῳ μὲν τῶν Ἀρκάδων ἐστὶν ὁ Ἐρύμανθος· Ἠλεῖοι δὲ τὸν Κοροίβου τάφον φασὶ τὴν χώραν σφίσιν ὁρίζειν. ἡνίκα δὲ τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπιακὸν ἐκλιπόντα ἐπὶ χρόνον πολὺν ἀνεσώσατο Ἴφιτος, καὶ αὖθις ἐξ ἀρχῆς Ὀλύμπια ἤγαγον, τότε δρόμου σφίσιν ἆθλα ἐτέθη μόνον, καὶ ὁ Κόροιβος ἐνίκησε· καὶ ἔστιν ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ μνήματι, ὡς Ὀλυμπίασιν ὁ Κόροιβος ἐνίκησε, καὶ ἀνθρώπων πρῶτος, καὶ ὅτι τῆς Ἠλείας ἐπὶ τῷ πέρατι ὁ τάφος αὐτῷ πεποίηται. (4) Ἔστι δὲ Ἀλίφηρα πόλισμα οὐ μέγα· ἐξελείφθη γὰρ ὑπὸ οἰκητόρων πολλῶν, ὑπὸ τὸν συνοικισμὸν τῶν Ἀρκάδων ἐς Μεγάλην πόλιν. ἐς τοῦτο οὖν τὸ πόλισμα ἐρχόμενος ἐξ Ἡραίας, τόν τε Ἀλφειὸν διαβήσῃ, καὶ σταδίων μάλιστά που δέκα διελθὼν πεδίον, ἐπὶ ὄρος ἀφίξῃ· καὶ αὖθις στάδια ὅσον τριάκοντα ἐς τὸ πόλισμα ἀναβήσῃ διὰ τοῦ ὄρους. Ἀλιφηρεῦσι δὲ τὸ μὲν ὄνομα τῇ πόλει γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδός. ἱερὰ δὲ Ἀσκληπιοῦ τέ ἐστι καὶ Ἀθηνᾶς, ἣν θεῶν σέβονται μάλιστα, γενέσθαι

confectis circiter xx, ad Erymanthum pervenias. (3) Heraeae fines et Eleae terrae medios, Arcades Erymanthum ipsum produnt: at Elei Coroebi sepulcrum agri sui terminum dictitant. Atenim quum Olympicos ludos olim intermissos Iphitus restituisset, et cursus duntaxat certamina proposuisset, *primis ludis* Coroebus vicit. Hoc inscriptio tumuli testatur, primum scilicet Olympia vicisse, et sepulcrum ei in ipsis Elei agri finibus erectum esse. (4) Est et Aliphera civitas haud sane magna, quod multitudinis bona pars tunc discessit, quo tempore communi Arcadum consilio Megalopolis colonia deducta est. Huc ab Heraea si veniendum fuerit, Alpheum ubi transieris, campo decem ferme stadiorum peragrato, ad montem accedas: unde stadiûm pene xxx itinere per clivum in oppidum adscendas. Nomen Alipherae, a Lycaonis filio Aliphero inditum. Aedes ibi sacrae Aesculapii, et Minervae; quam, quod apud se

καὶ τραφῆναι παρὰ σφίσιν αὐτὴν λέγοντες· καὶ Διός τε
ἱδρύσαντο Λεχεάτου βωμὸν, ἅτε ἐνταῦθα τὴν Ἀθηνᾶν 653
τεκόντος· καὶ κρήνην καλοῦσι Τριτωνίδα, τὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ Τρίτωνι οἰκειούμενοι λόγον. τῆς δὲ Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα πεποίηται χαλκοῦ, Ὑπατοδώρου τε ἔργον, θέας ἄξιον μεγέθους τε εἵνεκα καὶ ἐς τὴν τέχνην. ἄγουσι δὲ καὶ πανήγυριν ὅτῳ δὴ θεῶν· δοκῶ δὲ σφᾶς ἄγειν τῇ Ἀθηνᾷ. ἐν ταύτῃ τῇ πανηγύρει Μυιάγρῳ προθύουσιν, ἐπευχόμενοί τε κατὰ τῶν ἱερείων τῷ ἥρωϊ, καὶ ἐπικαλούμενοι τὸν Μυίαγρον· καί σφισι ταῦτα δράσασιν, οὐδὲν ἔτι ἀνιαρόν εἰσιν αἱ μυῖαι. (5) Κατὰ δὲ τὴν ἐξ Ἡραίας ἄγουσαν ἐς Μεγάλην πόλιν εἰσὶ Μελαινεαί· ταύτας ᾤκισε μὲν Μελαινεὺς ὁ Λυκάονος· ἔρημος δὲ ἦν ἐφ᾽ ἡμῶν, ὕδατι δὲ καταῤῥεῖται. Μελαινεῶν δὲ τεσσαράκοντά ἐστιν ἀνωτέρω σταδίοις Βουφάγιον, καὶ ὁ ποταμὸς ἐνταῦθα ἔχει πηγὰς ὁ Βουφάγος κατιὼν ἐς τὸν Ἀλφειόν. τοῦ Βουφάγου δὲ περὶ τὰς πηγὰς ὅροι πρὸς Μεγαλοπολίτας Ἡραιεῦσίν εἰσιν.

natam et educatam praedicant, praecipuis dignantur honoribus. *Quo loco* et Lecheatae Iovi aram dedicarunt; *cognomine ab eo ducto*, quod ibi Minervam pepererit. Fontem etiam Tritonidem nuncupant, fabulam de Tritone fluvio sibi ceu peculium vindicantes. Deae ipsius ex aere signum est, Hypatodori opus, spectatu dignum tum magnitudinis tum artificii causa. Iam vero et nundinas celebrant; cui deo, non satis constat; Minervae arbitror. In iis nundinis *uni* ante omnes Myiagro rem divinam faciunt, heroemque super hostiis precati, et Myiagri nomine implorato, securitatem sibi fore *inter immolandum* ab omni muscarum protervitate pro certo habent. (5) Circa viam, quae ab Heraea Megalopolin ducit, Melaeneae sunt; quas Lycaonis filius Melaeneus condidit: aetate vero nostra desertus vicus aquis *stagnantibus* diluitur. Supra Melaeneas stadia abest XL Buphagium, ubi fontes habet suos Buphagus amnis. Is in Alpheum influit. Ad ipsos Buphagi fontes, inter Heraeenses et Megalopolitanos fines sunt.

CAPUT XXVII.

De Megalopoli urbe — Megalopolis conditore — nomina civitatum enumerantur, quarum incolae Megalopolin migrarunt — de Trapezuntiis emigrantibus — Megalopolitanorum vicis — tempore Megalopolis conditae — Megalopolitani a Lacedaemoniis eiiciuntur — Aristodemo Megalopolitan. imperium obtinente Lacedaemonii Megalopolin invadunt et superantur — Lydiade Megalopolitanis imperante Lacedaemonii Megalopolin obsident — Cleomenes Megalopolin expugnat — de Buphago amne et heroë.

Ἡ δὲ Μεγάλη πόλις νεωτάτη πόλεών ἐστιν, οὐ τῶν Ἀρκαδικῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν Ἕλλησι, πλὴν ὅσον κατὰ συμφορὰν ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων μεταβεβήκασιν οἰκήτορες. συνῆλθον δὲ ὑπὲρ ἰσχύος ἐς αὐτὴν οἱ Ἀρκάδες, ἅτε καὶ Ἀργείους ἐπιστάμενοι τὰ μὲν ἔτι παλαιότερα μονονοὺ κατὰ μίαν ἡμέραν ἑκάστην κινδυνεύοντας ὑπὸ Λακεδαιμονίων παραστῆναι τῷ πολέμῳ· ἐπεὶ δὲ ἀνθρώπων πλήθει τὸ Ἄργος ἐπηύξησαν καταλύσαντες Τίρυνθα καὶ Ὑσιάς τε καὶ Ὀρνεὰς καὶ Μυκήνας καὶ Μιδείαν, καὶ εἰ δή τι ἄλλο πόλισμα οὐκ ἀξιόλογον ἐν τῇ Ἀργολίδι ἦν, τά τε ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἀδεέστερα τοῖς Ἀργείοις ὑπάρ-

Cap. XXVII. Megalopolis quidem ipsa non solum Arcadicarum, sed Graecarum etiam *omnium* civitatum recentissima est; iis tamen exceptis, in quas post imperii calamitatem ab urbe Roma coloni immigrarunt. Roboris autem sui *confirmandi* gratia, Megalopolin Arcades coloniam deduxerunt. Meminerant enim Argivos iam tum ab initio nullo non pene die, summo cum libertatis periculo, a Lacedaemoniis bello vexari solitos. Eosdem aliquot non sane magnae aestimationis oppidis, Tirynthe, Hysiis, Orneis, Mycenis, et Midea excisis, *traductaque ex illis* Argos *multitudine*, civitatem inquilinorum numero adeo auxisse, ut in posterum et a Lacedaemoniis minus multo sibi metuerent, et adversus alios finitimos firmiora haberent praesidia. Hoc

ξαντα, καὶ ἅμα ἐς τοὺς περιοίκους ἰσχὺν γενομένην αὐ- 654
τοῖς· γνώμῃ μὲν τοιαύτῃ συνῳκίζοντο οἱ Ἀρκάδες. (2) Τῆς πόλεως δὲ οἰκιστὴς Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος σὺν τῷ δικαίῳ καλοῖτο ἄν· τούς τε γὰρ Ἀρκάδας οὗτος ἦν ὁ ἐπεγείρας ἐς τὸν συνοικισμὸν, Θηβαίων τε χιλίους λογάδας, καὶ Παμμένην ἀπέστειλεν ἡγεμόνα ἀμύνειν τοῖς Ἀρκάσιν, εἰ κωλύειν πειρῶνται οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν οἰκισμόν. ᾑρέθησαν δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων οἰκισταὶ, Λυκομήδης καὶ Ὁπολέας, καὶ Τίμων τε καὶ Πρόξενος· οὗτοι μὲν ἐκ Τεγέας, Λυκομήδης δὲ καὶ Ὁπολέας Μαντινεῖς· Κλειτορίων δὲ Κλεόλαος καὶ Ἀκρίφιος· Εὐκαμπίδας δὲ καὶ Ἱερώνυμος ἐκ Μαινάλου· Παῤῥασίων δὲ Πασικράτης τε καὶ Θεόξενος. (3) Πόλεις δὲ τοσαίδε ἦσαν, ὁπόσας ὑπό τε προθυμίας καὶ διὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων πατρίδας σφίσιν οὔσας ἐκλιπεῖν ἐπείθοντο οἱ Ἀρκάδες· Ἀλέα, Παλλάντιον, Εὐταία, Σουματία, Ἰασαία, Περαιθεῖς, Ἑλισσὼν, Ὀρεσθάσιον, Δίπαια, Ἀλυκαία· ταύτας μὲν ἐκ Μαινάλου· ἐκ δὲ Εὐτρησίων, Τρι-

igitur consilio Arcades *e suis quique urbibus Megalopolin* commigrarunt. (2) Coloniae vero auctor Thebanus Epaminondas iure optimo vocetur. Is enim Arcadas in unum congregavit; et mille Thebanorum delectam manum, duce Pammene, Arcadibus misit, qui auxilio essent, si forte Lacedaemonii, colonia quo minus deduceretur, impedire essent aggressi. Ab ipsis etiam Arcadibus viri *decem*, quorum ductu et auspiciis in coloniam iretur, delecti sunt: e Tegea Timon et Proxenus; ex Mantinea Lycomedes et Poleas; e Clitoriis Cleolaus et Acriphius; a Maenalo Eucampidas et Hieronymus; ex Parrhasiis Pasicrates et Theoxenus. (3) Civitates vero, quae tum novae coloniae studio, tum Lacedaemoniorum odio, ut patriam suam quaeque desererent, *facile* sibi ab Arcadibus persuaderi passae sunt, hae fuere: E Maenalo Halia, Pallantium, Eutasum, Amatium, Iasaea, Aperethes, Helisson, Oresthasium, Dipaea, Alycaea. Ab Eutresiis, Tri-

κόλωνοι, καὶ Ζοίτιον, καὶ Χαρισία, καὶ Πτολέδερμα, κα-
Κναῦσον, καὶ Παρωρία· παρὰ δὲ Αἰγυτῶν * καὶ Σκιρ-
τώνιον, καὶ Μαλαία, καὶ Κρῶμοι, καὶ Βλένινα, καὶ
Λεῦκτρον· Παῤῥασίων, Λυκοσουρεῖς, Θωκνεῖς, Τραπε-
ζούντιοι, Προσεῖς, Ἀκακήσιον, Ἀκόντιον, Μακαρία, Δα-
σέα· ἐκ δὲ Κυνουραίων τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ, Γόρτυς, καὶ
655 Θείσοα ἡ πρὸς Λυκαίῳ, καὶ Λυκοᾶται, καὶ Ἀλίφηρα· ἐκ
δὲ τῶν συντελούντων ἐς Ὀρχομενὸν, Θείσοα, Μεθύδριον,
Τεῦθις· προσεγένετο δὲ καὶ Τρίπολις ὀνομαζομένη, Καλ-
λία, καὶ Δίποινα, καὶ Νώνακρις. τὸ μὲν δὴ ἄλλο Ἀρκα-
δικὸν οὔτε τι παρέλυε τοῦ κοινοῦ δόγματος, καὶ συνε-
λέγοντο ἐς τὴν Μεγάλην πόλιν σπουδῇ· Λυκαιᾶται δὲ
καὶ Τρικολωνεῖς καὶ Λυκοσουρεῖς τε καὶ Τραπεζούντιοι,
μετεβάλλοντο Ἀρκάδων μόνοι, καὶ (οὐ γὰρ συνεχώρουν
ἔτι τὰ ἄστεα τὰ ἀρχαῖα ἐκλιπεῖν) οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ἄκον-
τες ἀνάγκῃ κατήγοντο ἐς τὴν Μεγάλην πόλιν. (4) Τρα-
πεζούντιοι δὲ ἐκ Πελοποννήσου τὸ παράπαν ἐξεχώρησαν,
ὅσοι τε αὐτῶν ἐλείφθησαν, καὶ μὴ σφᾶς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ

coloni, Zoetium, Charisia, Ptolederma, Cnauson, Parorea. Ab Aegiensibus, Scirtonium, Malaea, Cromi, Blenina, Leuctron. *Ad hos*, Parrhasiorum, Lycosurenses, Thocnenses, Trapezuntii, Prosenses, Acacesium, Acontimacaria, Dasea. Ex Cynuraeis, iis nempe, qui in Arcadia sunt, Gortys, Thisa, quae ad Lycaeum est; Lycotae, et Aliphera. Iam ex iis qui cum Orchomeniis censebantur, Thisoa, Methydrium, Teuthis: quibus et Tripolis, Callia nomine, accessit; necnon Dipoenae, et Nonacris. Ex iis omnibus populis, ceteri communi Arcadum decreto, nihil omnino recusantes paruerunt, summaque alacritate nomina in coloniam dedere: Lycosurenses duntaxat et Trapezuntii ab Arcadibus descivere: quippe qui antiqua patriae suae ut relinquerent moenia, adduci non poterant. horum pars magna inviti et necessitate coacti Megalopolin convenerunt: (4) at Trapezuntii, in quos primo irae impetu Arcades non saevierant, e *tota* prorsus Peloponneso abierunt: eos quum navibus in

παραυτίκα διεχρήσαντο οἱ Ἀρκάδες· τοὺς δὲ αὐτῶν ἀνασωθέντας ἀναπλεύσαντας ναυσὶν ἐς τὸν Πόντον, συνοίκους ἐδέξαντο μητρόπολιν τάττοντες καὶ ὁμωνύμους οἱ Τραπεζοῦντα ἔχοντες τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ. Λυκοσουρεῦσι δὲ καὶ ἀπειθήσασιν ἐγένετο ὅμως παρὰ τῶν Ἀρκάδων αἰδὼς, Δήμητρός τε εἵνεκα καὶ Δεσποίνης ἐλθόντας τὸ ἱερόν. (5) Τῶν δὲ ἄλλων τῶν κατειλεγμένων πόλεων, αἱ μὲν ἐς ἅπαν εἰσὶν ἐφ' ἡμῶν ἔρημοι, τὰς δὲ ἔχουσιν οἱ Μεγαλοπολῖται κώμας, Γόρτυνα, Διποίνας, Θείσοαν τὴν πρὸς τῷ Ὀρχομενῷ, Μεθύδριον, Τεῦθιν, Καλλιὰς, Ἑλισσόντα. μόνη δὲ ἐξ αὐτῶν Παλλάντιον ἔμελλεν ἄρα ἠπιωτέρου πειρᾶσθαι καί ποτε τοῦ δαίμονος. τοῖς δὲ Ἀλιφηρεῦσι παραμεμένηκεν, ἐξ ἀρχῆς πόλιν σφᾶς καὶ ἐς
τόδε νομίζεσθαι. (6) Συνῳκίσθη δὲ ἡ Μεγάλη πόλις 656
ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ, καὶ μησί τε ὀλίγοις ὕστερον, ἢ τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις, Φρασικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ δευτέρας, ἣν Δάμων Θούριος

Pontum incolumes applicuissent, qui Trapezuntem iam metropolim in Euxini ora condebant, tanquam gentiles suos recepere. Lycosurenses vero, etsi neque ipsi in officio permanserant, quod tamen in Cereris et Poserpinae confugerant, violare Arcades veriti sunt. (5) Aliarum certe *omnium*, quas percensuimus urbium, partim hodie plane desertae sunt; partim in vicorum formam redactas Megalopolitani tenent, Gortynam videlicet, Dipoenas, Thisoam ad Orchomenum, Methydrion, Teuthidem, Callias, Helissontem. Unum Pallantium tunc quoque deos habuit mitiores. Sed et Alipherenses in hunc usque diem urbis suae vetus nomen retinuerunt. (6) Deducta autem Megalopolis est, eodem anno, paucis post mensibus, quam Lacedaemonii Leuctricam cladem acceperunt, Athenis summum magistratum gerente Phrasiclide, Olympiadis centesimae secundae anno altero, qua Thurius Damon e stadio palmam tulit.

ἐνίκα στάδιον. (7) Μεγαλοπολίταις δὲ ἐς τὴν Θηβαίων συμμαχίαν ἐγγραφεῖσιν, ἀπὸ Λακεδαιμονίων δεῖμα ἦν οὐδέν. ὡς δὲ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ἱερὸν ὀνομασθέντα οἱ Θηβαῖοι κατέστησαν, καὶ αὐτοῖς ἐπέκειντο οἱ Φωκεῖς, τήν τε ὅμορον τὴν Βοιωτῶν ἔχοντες, καὶ ὄντες οὐκ ἀδύνατοι χρήμασιν, ἅτε τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς κατειληφότες, τηνικαῦτα οἱ Λακεδαιμόνιοι προθυμίας μὲν εἵνεκα Ἀρκάδας τε ἂν τοὺς ἄλλους, καὶ τοὺς Μεγαλοπολίτας ἐποίησαν ἀναστάτους. ἀμυνομένων δὲ τῶν τότε οὐκ ἀθύμως, καὶ ἅμα τῶν περιοίκων ἀπροφασίστως σφίσιν ἐπικουρούντων, λόγου μὲν συνέπεσεν οὐδὲν ἄξιον γενέσθαι παρὰ οὐδετέρων. Φίλιππον δὲ τὸν Ἀμύντου καὶ Μακεδόνων τὴν ἀρχὴν οὐχ ἥκιστα αὐξηθῆναι τὸ ἔχθος τὸ Ἀρκάδων ἐς Λακεδαιμονίους ἐποίησε· καὶ Ἕλλησιν ἐν Χαιρωνείᾳ, καὶ αὖθις περὶ Θεσσαλίαν τοῦ ἀγῶνος οὐ μετέσχον οἱ Ἀρκάδες. (8) Χρόνον δὲ οὐ μετὰ πολὺν Ἀριστόδημος Μεγαλοπολίταις ἀνέφυ τύραννος, Φιλαγεὺς μὲν γένος καὶ υἱὸς Ἀρτύλα, ποιησαμένου δὲ αὐτὸν Τριταίου τῶν οὐκ

(7) Ac tunc quidem Megalopolitani Thebanorum societate freti, nihil omnino sibi a Lacedaemoniis metuebant. At posteaquam Thebani a Phocensibus, qui et Boeotorum vicinitate nitebantur, et capto Delphici Apollinis templo pecunia abundabant, armis lacessiti, in id bellum, quod Sacrum fuit appellatum, incubuere: Lacedaemonii, qua erant animorum alacritate, cum ceteros Arcadas tum Megalopolitanos, suis deturbare sedibus adorti sunt. Verum quum cives acriter obsisterent, et a finitimis alacritate summa adiuvarentur, nihil utrinque memoratu dignum geri contigit. Philippum quidem Amyntae filium, et Macedonum imperium, Arcadum in Lacedaemonios odium ad summas opes provexit. Neque enim aut ad Chaeroneam, aut in eo praelio, quod in Thessalia commissum est, Graecis Arcades praesto fuere. (8) Non longo vero post tempore Megalopolitanis Aristodemus tyrannus exortus est, Phigalensis ille quidem patria, Artylae filius; quem tamen Tritaeus, homo

ἀδυνάτων ἐν Μεγάλῃ πόλει· τούτῳ τῷ Ἀριστοδήμῳ καὶ τυραννοῦντι ἐξεγένετο ὅμως ἐπικληθῆναι Χρηστῷ. ἐπὶ τούτου τυραννοῦντος ἐσβάλλουσιν ἐς τὴν Μεγαλοπολῖτιν στρατιᾷ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τοῦ βασιλέως Κλεομένους ὁ πρεσβύτατος τῶν παίδων Ἀκρότατος. ἐγενεαλόγησα δὲ ἤδη τά τε ἐς τοῦτον καὶ ἐς τὸ πᾶν γένος τῶν ἐν Σπάρτῃ βασιλέων. γενομένης δ' ἰσχυρᾶς μάχης, καὶ ἀποθανόντων πολλῶν παρ' ἀμφοτέρων, κρατοῦσιν οἱ Μεγαλοπολῖται τῇ συμβολῇ· καὶ ἄλλοι τε διεφθάρησαν Σπαρτιατῶν, καὶ Ἀκρότατος, οὐδέ οἱ τὴν πατρῴαν παραλαβεῖν ἐξεγένετο ἀρχήν. (9) Μετὰ δὲ Ἀριστόδημον τελευτήσαντα δύο μάλιστα ὕστερον γενεαῖς ἐτυράννησε Λυδιάδης οἴκου μὲν ἀφανοῦς, φύσιν δὲ φιλότιμος ὢν καὶ οὐχ ἥκιστα, ὡς 657
ἐπέδειξεν ὕστερον, καὶ φιλόπολις. ἔσχε μὲν γὰρ ἔτι νέος ὢν τὴν ἀρχήν· ἐπεὶ δὲ ἤρχετο φρονεῖν, κατέπαυσεν ἑαυτὸν ἑκὼν τυραννίδος, καίπερ ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἤδη οἱ τῆς ἀρχῆς καθωρμισμένης. Μεγαλοπολιτῶν δὲ συντελούντων ἤδη τότε ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν, ὁ Λυδιάδης ἔν τε αὐτοῖς Με-

non tenuis in civitate census, sibi adoptaverat. Huic nihil dominatus obfuit, quo minus Frugi cognomento diceretur. Aristodemo dominante Lacedaemoniorum exercitus duce Acrotato Cleomenis filiorum natu maximo, (cuius gentilitatem omnem, et Spartanorum omnium regum iampridem percensuimus) in Megalopolitanorum fines invasit, ibi acerrimo praelio commisso, multis utrinque caesis, superiores tamen Megalopolitani ex eo certamine discessere. In acie praeter alios Lacedaemonios et ipse Acrotatus cecidit: quare ad eum paterni imperii successio non pervenit. (9) Post Aristodemum duabus ferme aetatibus ad tyrannidem aggressus est Lydiades, obscuro genere, sed apprime generosae indolis vir, et (ut res ipsa postea indicavit) etiam publicae libertatis amator. Quum enim admodum adolescens imperare coepisset, ubi ad aetatem prudentia accessit, eo ipso tempore, quo imperii opes iam in tuto collocarat, ultro se tyrannide abdicavit: quumque se ad Achaicum concilium Me-

γαλοπολίταις καὶ ἐν τοῖς πᾶσιν Ἀχαιοῖς ἐγένετο οὕτω δόκιμος, ὡς Ἀράτῳ παρισωθῆναι τὰ ἐς δόξαν. Λακεδαιμόνιοι δὲ αὐτοί τε πανδημεὶ καὶ ὁ τῆς οἰκίας βασιλεὺς τῆς ἑτέρας Ἆγις ὁ Εὐδαμίδου στρατεύουσιν ἐπὶ Μεγάλην πόλιν παρασκευῇ μείζονι καὶ ἀξιολογωτέρᾳ τῆς ὑπὸ Ἀκροτάτου συναχθείσης· καὶ μάχῃ τε ἐπεξελθόντας τοὺς Μεγαλοπολίτας ἐνίκησαν, καὶ μηχάνημα ἰσχυρὸν προσάγοντες τῷ τείχει, τὸν πύργον τὸν ταύτῃ δι' αὐτοῦ σείουσι, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν καταῤῥίψειν τῷ μηχανήματι ἤλπιζον. ἔμελλε δ' ἄρα οὐχ Ἕλλησιν ὁ Βορέας ἔσεσθαι μόνον τοῖς πᾶσιν ὄφελος, τοῦ Μήδων ναυτικοῦ ταῖς Σηπιάσι προσράξας τὰς πολλάς, ἀλλὰ καὶ Μεγαλοπολίτας ὁ ἄνεμος οὗτος ἐῤῥύσατο μὴ ἁλῶναι· κατέλυσέ τε γὰρ τὸ μηχάνημα τοῦ Ἄγιδος καὶ διεφόρησεν ἐς ἀπώλειαν παντελῆ, βιαίῳ τῷ πνεύματι ὁμοῦ καὶ συνεχεῖ. ὁ δὲ Ἆγις, ὅτῳ τὰ ἐκ τοῦ Βορέου μὴ ἑλεῖν τὴν Μεγαλόπολιν ἐγένετο ἐμποδών, ἔστιν ὁ τὴν ἐν Ἀχαΐᾳ Πελλήνην ἀφαιρε-

galopolitani aggregassent, et suis est civibus, et Achaeis universis tantopere probatus, ut unus cum Arato vitae dignitate comparari posse videretur. *Iam tertio* Lacedaemonii magno totius populi concursu, Agidae Eudamidae filio ex altera familia regia imperante, maiore *multo* copiarum apparatu, atque instructiore, quam is fuit exercitus, cui Acrotatus praefuit, Megalopolin adorti sunt; ac in pugnam quidem prodeuntes oppidanos *primo congressu* fuderunt: deinde admota ad muros praevalida machina, turrim ex ea moenium parte tam vehementer concusserunt, ut nihil iam dubitarent, se illam postero die deiecturos. Verum Boreas non universos tantum Graecos suo adiutos auxilio voluit, quum scilicet Persicae classis magnam partem ad Sepiadas allisit: sed idem etiam Megalopolitanos quominus caperentur tutatus est; continuo namque ac violento flatu machinam Agidis ita convulsit et dissipavit, ut plane pessumdaretur. Hic vero ipse Agis, qui Boream in oppugnatione Megalopolis adversarium habuit, is nempe est, cui Aratus

θεὶς ὑπὸ Ἀράτου καὶ Σικυωνίων, καὶ ὕστερον πρὸς Μαντινείᾳ χρησάμενος τῷ τέλει. (10) Μετὰ δὲ οὐ πολὺν χρόνον Κλεομένης ὁ Λεωνίδου Μεγαλόπολιν κατέλαβεν ἐν σπονδαῖς. Μεγαλοπολιτῶν δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ νυκτὶ εὐθὺς τότε ἀμύνοντες τῇ πατρίδι ἐπεπτώκεσαν, ἔνθα καὶ Λυδιάδην ἀγωνιζόμενον ἀξίως λόγου κατέλαβεν ἐν τῇ μάχῃ τὸ χρεών· τοὺς δὲ αὐτῶν Φιλοποίμην ὁ Κραύγιδος ὅσον τε τὰ δύο μέρη τῶν ἐν ἡλικίᾳ καὶ παῖδας ἅμα ἔχων καὶ γυναῖκας, διέφυγεν ἐς τὴν Μεσσηνίαν. Κλεομένης δὲ τούς τε ἐγκαταλειφθέντας ἐφόνευε καὶ κατέσκαπτέ τε καὶ ἔκαιε τὴν πόλιν. Μεγαλοπολῖται μὲν δὴ τρόπον ὁποῖον ἀνεσώσαντο τὴν αὐτῶν, καὶ ὁποῖα κατελ-
θοῦσιν αὖθις ἐπράχθη σφίσι, δηλώσει τοῦ λόγου μοι τὰ 658
ἐς Φιλοποίμενα. Λακεδαιμονίων δὲ τῷ δήμῳ τοῦ τῶν Μεγαλοπολιτῶν παθήματος μέτεστιν αἰτίας οὐδὲν, ὅτι σφίσιν ἐκ βασιλείας μετέστησεν ἐς τυραννίδα ὁ Κλεομένης τὴν πολιτείαν. (11) Μεγαλοπολίταις δὲ καὶ Ἡραιεῦσι κατὰ τὰ εἰρημένα ἤδη μοι τοῦ Βουφάγου ποταμοῦ

Sicyoniorum dux in Achaia Pellenen ademit, quique postea ad Mantineam dimicans cecidit. (10) Post haec non sane longo interiecto tempore, Cleomenes Leonidae filius Megalopolin foederis religione neglecta oppressit. Megalopolitanorum pars, dum noctu correptis subito armis vim a patria propulsare nituntur, in conflictu occumbunt: inter quos Lydiades fortiter dimicans memoria hominum dignum vitae exitum reperit: Philopoemen autem cum duabus circiter militaris aetatis partibus, pueris praeterea et mulieribus effugit in Messeniam: reliquos Cleomenes urbe excisa trucidavit. Sed quonam modo suos fines, et urbis aream receperint Megalopolitae, quaeque reduces gesserint, id a nobis in explicandis Philopoemenis rebus gestis exponetur. Eius certe Megalopolitarum cladis culpa Lacedaemoniorum civitas prorsus vacavit: *unus iniuriae auctor fuit* Cleomenes, quum reipublicae formam a regno ad tyrannidem traduxisset. (11) Fines quidem inter Megalopolitas et Heraeenses (uti ante

περὶ τὰς πηγάς εἰσιν ὅροι τῆς χώρας. γενέσθαι δὲ τῷ ποταμῷ τὸ ὄνομα ἀπὸ Βουφάγου φασὶν ἥρωος, εἶναι δὲ Ἰαπετοῦ τε παῖδα αὐτὸν καὶ Θόρνακος· ἀπὸ ταύτης καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ Θόρνακα ὀνομάζουσι. λέγουσι δὲ καὶ ὡς ἐν Φολόῃ τῷ ὄρει τοξεύσειεν Ἄρτεμις Βουφάγον ἔργα τολμήσαντα οὐχ ὅσια ἐς τὴν θεόν.

CAPUT XXVIII.

De Gortyne vico eiusque memorandis — fluvio Lusio seu Gortynio frigore reliquos amnes superante — Teuthide vico, et de Theutide, Arcadum duce ad Troiam, narratio — monumento Paraebasio dicto et Berenthes urbis reliquiis.

Ἰόντα δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῶν πηγῶν, πρῶτα μέν σε ἐκδέξεται Μάραθα χωρίον· μετὰ δὲ αὐτὸ, Γόρτυς κώμη τὰ ἐπ' ἐμοῦ, τὰ δὲ ἔτι ἀρχαιότερα πόλις. ἔστι δὲ αὐτόθι ναὸς Ἀσκληπιοῦ λίθου Πεντελησίου· καὶ αὐτός γε οὐκ ἔχων πω γένεια, καὶ Ὑγιείας, ἄγαλμα· Σκόπα δὲ ἦν ἔργα. λέγουσι δὲ οἱ ἐπιχώριοι καὶ τάδε· ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου τὸν θώρακα καὶ δόρυ ἀναθείη τῷ Ἀσκληπιῷ· καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ὁ θώραξ καὶ τοῦ δόρατος ἦν αἰχμή. (2) Τὴν δὲ Γόρτυνα ποταμὸς διέξεισιν, ὑπὸ μὲν τῶν

dictum est) ad Buphagi amnis fontes sunt. Nomen amni ab heroe Buphago, Iapeti et Thornacis filio, inditum tradunt. Thornacis ipsius in Laconica etiam terra nomen celebratur: sed Buphagum Dianae sagittis in Pholoe monte, impium in deam facinus molientem, confixum memorant.

Cap. XXVIII. A fluvii fontibus discedentes vicus excipit Maratha: dehinc pagus aetate nostra, olim oppidum, Gortys. Est illic Aesculapii ex Pentelico lapide delubrum, et signum impuberis Dei, et Hygiae, Scopae opus. Tradunt populares, ab Alexandro Philippi filio loricam et hastam in Aesculapii dedicatam. Mea certe etiamnum aetate, lorica, et hastae cuspis ibi cernuntur. (2) Gortynam flu-

περὶ τὰς πηγὰς ὀνομαζόμενος Λούσιος, ἐπὶ λουτροῖς δὴ τοῖς Διὸς τεχθέντος· οἱ δὲ ἀπωτέρω τῶν πηγῶν καλοῦσιν ἀπὸ τῆς κώμης Γορτύνιον. οὗτος ὁ Γορτύνιος ὕδωρ ψυχρότατον παρέχεται ποταμῶν. Ἴστρον μέν γε καὶ Ῥῆνον, ἔτι δὲ Ὕπανίν τε καὶ Βορυσθένην, καὶ ὅσων ἄλλων ἐν ὥρᾳ χειμῶνος τὰ ῥεύματα πήγνυται, τούτους μὲν χειμερίους κατὰ ἐμὴν δόξαν ὀρθῶς ὀνομάσαι τὶς ἄν· οἳ ῥέουσι μὲν διὰ γῆς τὸ πολὺ τοῦ χρόνου νιφομένης, ἀνάπλεως δὲ κρυμοῦ καὶ ὁ περὶ αὐτούς ἐστιν ἀήρ. ὅσοι δὲ γῆν διεξίασι εὖ τῶν ὡρῶν ἔχουσαν, καὶ θέρους σφίσι τὸ ὕδωρ πινόμενόν τε καὶ λουομένους ἀνθρώπους ἀναψύχει, 659 χειμῶνος δὲ ἀνιαρὸν οὐκ ἔστι, τούτους ἐγὼ φημι παρέχεσθαι σφᾶς ὕδωρ ψυχρόν. ψυχρὸν μὲν δὴ ὕδωρ καὶ Κύδνου τοῦ διεξιόντος Ταρσεῖς, καὶ Μέλανος τοῦ παρὰ Σίδην τὴν Παμφύλων· Ἄλεντος δὲ τοῦ ἐν Κολοφῶνι καὶ ἐλεγείων ποιηταὶ τὴν ψυχρότητα ᾄδουσι. Γορτύνιος δὲ προήκει καὶ ἐς πλέον ψυχρότητος, μάλιστα δὲ ὥρᾳ θέ-

vius perlabitur, quem circa suos fontes Lusium appellant; quod in eo Iovem recens natum lotum credunt: qua vero longius a fontibus discedit, Gortynius a Gortyna dicitur. Hic unus omnium aqua fluit *multo* frigidissima. Istrum enim, Rhenum, Hypanim, Borysthenem, et alios quorum aquae hyeme congelascunt, eos meo quidem iudicio glaciales rectius, et brumales, quam frigidos appellare possimus: meant siquidem illi per terras quovis fere anni tempore multa nive obductas, et praegelido aëre undique circumfuso rigentes. Nam et eos amnes, quotcunque ii numerari possint, qui temperatas regiones perfluentes, aestate omni vel bibentium vel lavantium aestum levent, hyeme vero *multo* sint inclementissimi, illos neutiquam frigidam aquam suppeditare *hominum usibus* dixerim. Sed *maxime iucundo* aquarum frigore sunt Cydnus, qui Tarsensium fines perlabitur: Melas, qui praeter Sidam Pamphylorum decurrit: tum vero Halesi ad Colophonem frigidam aquam, qui elegos fecerunt, poetae celebrant: sed hos omnes aestate prae-

ῥους. ἔχει μὲν δὴ τὰς πηγὰς ἐν Θεισόᾳ τῇ Μεθυδριεῦσιν ὁμόρῳ· καθότι δὲ τῷ Ἀλφειῷ τὸ ῥεῦμα ἀνακοινοῖ, καλοῦσι Ῥαιτέας. (3) Τῇ χώρᾳ δὲ τῇ Θεισόᾳ προςεχὴς κώμη Τεῦθίς ἐστι· πάλαι δὲ ἦν πόλισμα ἡ Τεῦθις. ἐπὶ δὲ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἰλίῳ ἰδίᾳ παρείχοντο οἱ ἐνταῦθα ἡγεμόνα· ὄνομα δὲ αὐτῷ Τεῦθιν, οἱ δὲ Ὄρνυτόν φασιν εἶναι. ὡς δὲ τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἐγένετο ἐπίφορα ἐξ Αὐλίδος πνεύματα, ἀλλὰ ἄνεμος σφᾶς βίαιος ἐπὶ χρόνον εἶχεν ἐγκλείσας, ἀφίκετο ὁ Τεῦθις Ἀγαμέμνονι ἐς ἀπέχθειαν, καὶ ὀπίσω τοὺς Ἀρκάδας, ὧν ἦρχεν, ἀπάξειν ἔμελλεν. ἐνταῦθα Ἀθηνᾶν λέγουσι Μέλανι τῷ Ὦπος εἰκασμένην ἀποτρέπειν τῆς ὁδοῦ Τεῦθιν τῆς οἴκαδε. ὁ δὲ, ἅτε οἰδοῦντος αὐτῷ τοῦ θυμοῦ, παίει τὴν θεὸν τῷ δόρατι ἐς τὸν μηρόν· ἀπήγαγε δὲ καὶ ἐκ τῆς Αὐλίδος ὀπίσω τὸν στρατόν. ἀναστρέψας δὲ ἐς τὴν οἰκίαν, τὴν θεὸν ἔδοξεν αὐτὴν τετρωμένην φανῆναί οἱ τὸν μηρόν. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου κατέλαβε Τεῦθιν φθινώδης νόσος, μόνοις δὲ Ἀρκάδων τοῖς ἐνταῦθα οὐκ ἀπεδίδου καρπὸν οὐδένα

sertim vincit Gortynius. Fontes habet ad Thisoan proximo Methydriensibus loco: Rhacteas vocant, Alphei et Gortynii confluentem. (3) Thisoa regiuncula est, cui finitimus pagus Teuthis: oppidum olim fuit; ac Troiano quidem bello ducem hinc missum narrant, cui nomen Teuthis: Ornytum tamen alii appellant. Inter hunc, dum Graeci Aulide ob adversas tempestates interclusi detinerentur, et Agamemnonem, simultates fuere: quare quum cohortem suam Teuthis domum reportaturus esset, Palladem aiunt, assimulantem Melanem Opis filium, illum retrahere conatam: sed is, quod erat in tumore prae ira animus, hasta dicitur deae femur percusisse, exercitumque ex Aulide domum reduxisse: ubi vero domum rediit, deam se ei ostendisse, nudantem saucium femur: atque ab eo *primum* tempore Teuthidem lethali tabis morbo correptum: in ea vero una parte Arcadiae nullos plane fructus e terra editos. Intericcto dehinc

ἡ γῆ. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἄλλα τε ἐχρήσθη σφίσιν ἐκ Δωδώνης, ὁποῖα δρῶντες ἱλάσασθαι τὴν θεὸν ἔμελλον, καὶ ἄγαλμα ἐποιήσαντο Ἀθηνᾶς ἔχον τραῦμα ἐπὶ τοῦ μηροῦ. τοῦτο καὶ αὐτὸς τὸ ἄγαλμα εἶδον, τελαμῶνι πορφυρῷ τὸν μηρὸν κατειλημένον. καὶ ἄλλα ἐν Τεύθιδι, Ἀφροδί- 660
της τε ἱερὸν καὶ Ἀρτέμιδός ἐστι. ταῦτα μὲν δὴ ἐνταῦθά ἐστι. (4) Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Γόρτυνος ἐς Μεγάλην πόλιν πεποίηται μνῆμα τοῖς ἀποθανοῦσιν ἐν τῇ πρὸς Κλεομένην μάχῃ. τὸ δὲ μνῆμα τοῦτο ὀνομάζουσιν οἱ Μεγαλοπολῖται Παραιβάσιον, ὅτι ἐς αὐτοὺς παρεσπόνδησεν ὁ Κλεομένης. Παραιβασίου δὲ ἔχεται πεδίον ἑξήκοντα σταδίων μάλιστα· καὶ πόλεως ἐρείπια Βρένθης ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, καὶ ποταμὸς ἔξεισιν αὐτόθι Βρενθεάτης, ὅσον δὲ σταδίους προελθόντι πέντε, κάτεισιν ἐς τὸν Ἀλφειόν.

tempore e Dodona oraculum redditum, ut deam placarent. Faciundum itaque oppidani signum curarunt, saucio femore: quod ipse etiam vidi, purpurea fascia vulnus obligante. Sunt Teuthide tum alia, tum Veneris et Dianae fana. (4) Atque haec quidem illic. Ad eam vero viam, qua Gortyne Megalopolin iter, sepulcrum eorum visitur, qui contra Cleomenem pugnantes occubuerunt. Appellant monumentum illud Megalopolitae Paraebasium, violatum nempe foedus a Cleomene eo nomine testificantes. Adiacet Paraebasio campus stadium ferme LX. Brenthes urbis ruinae ad viae dexteram se ostendunt; praeterfluente Brentheate amne, qui se hinc non longius, quam stadiis V, in Alpheum demittit.

CAPUT XXIX.

De Trapezuntis urbis reliquiis, loco Bathos dicto et fonte Olympiade — Gigantum pugna cum diis — de Orontis cadavere reperto narratio — de urbis Basilidis reliquiis et Thocnia urbe.

Διαβάντων δὲ Ἀλφειὸν χώρα τε καλουμένη Τραπεζουντία, καὶ πόλεώς ἐστιν ἐρείπια Τραπεζοῦντος. καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἐν ἀριστερᾷ καταβαίνοντι ἐκ Τραπεζοῦντος, οὐ πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ, Βάθος ἐστὶν ὀνομαζόμενον, ἔνθα ἄγουσι τελετὴν διὰ ἔτους τρίτου θεαῖς μεγάλαις· καὶ πηγή τε αὐτόθι ἐστὶν Ὀλυμπιὰς καλουμένη τὸν ἕτερον τῶν ἐνιαυτῶν οὐκ ἀποῤῥέουσα· καὶ πλησίον τῆς πηγῆς πῦρ ἄνεισι. (2) Λέγουσι δὲ οἱ Ἀρκάδες, τὴν λεγομένην Γιγάντων μάχην καὶ θεῶν ἐνταῦθα, καὶ οὐκ ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ γενέσθαι Παλλήνῃ, καὶ θύουσιν ἀστραπαῖς αὐτόθι καὶ θυέλλαις τε καὶ βρονταῖς. Γιγάντων δὲ ἐν μὲν Ἰλιάδι οὐδεμίαν ἐποιήσατο ὁ Ὅμηρος μνήμην· ἐν Ὀδυσσείᾳ δὲ ἔγραψε μέν, ὡς ταῖς Ὀδυσσέως ναυσὶ Λαιστρυγόνες ἐπέλθοιεν Γίγασι καὶ οὐκ ἀνδράσιν εἰκασμένοι· ἐποίησε δὲ καὶ τὸν βασιλέα τῶν Φαιάκων λέγοντα, εἶναι

proprium esse Panos praedicant, ut fistula canentem deum se audire, accolae affirmare non dubitent. (6) Inter Dominae fanum et Megalopolitanorum moenia stadia intersunt XL. *Ibi iam* dimidia viae parte confecta, Alpheus transmittitur. Hinc stadia duo absunt Macareorum ruinae. Inde VII stadiis absunt rudera Daseorum; totidem a Daseis Acacesius tumulus. Infra eum Acacesium urbs fuit; et Mercurii Acacesii e marmore signum hac etiamnum aetate in eo tumulo exstat. Enutritum illic Mercurium puerum, et Acacum Lycaonis filium, eius nutricium fuisse, Arcadum sermo vulgavit. Longe diversa Thebani memorant: ac rursus a Thebanis dissentiunt Tanagraei. (7) Ab Acacesio distat stadia quatuor Dominae (*sive ea Hera sit*) fanum. Illic primum visitur Hegemones (*id est Ducis*) Dianae aedes. Aeneum *deae* signum faces praefert; pedum VI magnitudine id signum esse coniicimus.

CAPUT XXXVII.

Sacri Despoenae septi memoranda — Despoenae et Cereris earumque solii signa — de Anyto et Titanibus — speculo miro — Megaro et sacris Despoenae — de Despoena — luco Despoenae — Panis templo — Pane et Erato vaticinantibus.

Ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὸν ἱερὸν περίβολον τῆς Δεσποίνης ἐστὶν ἔσοδος· ἰόντων δὲ ἐπὶ τὸν ναὸν, στοά τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ, καὶ ἐν τῷ τοίχῳ λίθου λευκοῦ τύποι πεποιημένοι· καὶ τῷ μέν εἰσιν ἐπειργασμέναι Μοῖραι, καὶ Ζεὺς ἐπίκλησιν Μοιραγέτης, δευτέρῳ δὲ Ἡρακλῆς, τρίποδα Ἀπόλλωνα ἀφαιρούμενος· ὁποῖα δὲ ἐς αὐτοὺς ἐπυνθανόμην γενέσθαι, δηλώσω καὶ τοῦτο, ἢν ἐς τοῦ Φωκικοῦ λόγου τὰ ἔχοντα ἐς Δελφοὺς ἀφικώμεθα. ἐν δὲ τῇ στοᾷ τῇ παρὰ τῇ Δεσποίνῃ μεταξὺ τῶν τύπων τῶν κατειλεγμένων πινάκιόν ἐστι γεγραμμένα ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν. Νύμφαι δέ εἰσι καὶ Πᾶνες ἐπὶ * τῶν τύπων, ἐπὶ δὲ τῷ τετάρτῳ Πολύβιος ὁ Λυκόρτα· καί οἱ ἐπίγραμμά ἐστιν, ἐξ ἀρχῆς τε μὴ ἂν σφαλῆναι τὴν Ἑλλάδα, εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐπείθετο, καὶ ἁμαρτούσῃ δι' ἐκείνου βοήθειαν αὐτῇ γενέσθαι μόνον. πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ Δήμητρί τέ ἐστι βωμὸς,

Cap. XXXVII. Hinc ad sacrum Dominae septum aditus est. Accedentibus ad aedem, et porticus ad dexteram est, et in pariete inclusa sigilla e candido marmore: una in parte Parcae, et *Parcarum dux* (Moerageten *vocant*) Iupiter: in altera Hercules Apollini tripodem eripiens. Quae vero de his audierim, si quando ad eam Phocensis historiae partem, quae ad Delphos pertinet pervenero, tunc exponam. In porticu vero ad Dominae fanum, inter ea, quae percensui sigilla, tabula est, in qua pictae sunt initiorum ceremoniae. Tertio loco Nymphae inter sigilla, et Panes sunt; quarto, Polybius, Lycortae filius. Inscriptio testatur, nihil ab initio offensuram fuisse Graeciam, si Polybii consiliis paruisset: iam vero graviter affectae unum illum praesidio fuisse. Ante fanum arae erectae, Cereri una, Do-

καὶ ἕτερος Δεσποίνῃ, μετ' αὐτὸν δὲ μεγάλης μητρὸς θεῶν. (2) Αὐτὰ δὲ τὰ ἀγάλματα, Δέσποινα καὶ ἡ Δημήτηρ τε καὶ ὁ θρόνος, ἐν ᾧ καθέζονται, καὶ τὸ ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῖς ποσίν ἐστιν ἑνὸς ὁμοίως λίθου· καὶ οὔτε τῶν ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, οὔτε ὁπόσα εἴργασται περὶ τὸν θρόνον, οὐδέν ἐστιν ἑτέρου λίθου προσεχὲς σιδήρῳ καὶ κόλλῃ, ἀλλὰ τὰ πάντα ἐστὶν εἷς λίθος. οὗτος οὐκ ἐκομίσθη σφίσιν ὁ λίθος, ἀλλὰ κατὰ ὄψιν ὀνείρατος λέγουσιν αὐτὸν ἐξευρεῖν ἐντὸς τοῦ περιβόλου τὴν γῆν ὀρύξαντες. τῶν δὲ ἀγαλμάτων ἐστὶν ἑκατέρου μέγεθος κατὰ τὸ Ἀθήνησιν ἄγαλμα μάλιστα τῆς Μητρός· Δαμοφῶντος δὲ καὶ ταῦτα ἔργα. ἡ μὲν οὖν Δημήτηρ δᾷδα ἐν δεξιᾷ φέρει, τὴν δὲ ἑτέραν χεῖρα ἐπιβέβληκεν ἐπὶ τὴν Δέσποιναν· ἡ δὲ
676 Δέσποινα σκῆπτρόν τε καὶ τὴν καλουμένην κίστην ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχει· τῇ δὲ ἔχεται τῇ δεξιᾷ τῆς κίστης. τοῦ θρόνου δὲ ἑκατέρωθεν Ἄρτεμις μὲν παρὰ τὴν Δήμητρα ἕστηκεν ἀμπεχομένη δέρμα ἐλάφου, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φαρέτραν ἔχουσα· ἐν δὲ ταῖς χερσὶ, τῇ μὲν λαμπάδα ἔχει, τῇ δὲ δράκοντας δύο· παρὰ δὲ τὴν Ἄρτεμιν κατά-

minae altera, Deum magnae matri tertia. (2) Signa Cereris et Herae, solium in quo sedent, et item quod pedibus subiacet scabellum, e *solido et* unico lapide sunt. Nam neque vestes, neque extranea *quaedam* solii ornamenta, ullo vel ferri vel glutinis coagmento compacta sunt, sed uno prorsus omnia lapide constant. Neque vero eum lapidem aliunde deportatum, sed somnii monitu, quo loco fodiendo tellurem aperuerant, inventum memorant. Utriusque simulacri *seorsum* magnitudo instar eius est, quod Matris *deum* Athenis visitur. Sunt et haec Damophontis opera. Ceres ipsa facem dextera praefert, laevam Herae admovet. Hera sceptrum, et vas, quae cista dicitur, genibus sustinet, dextera cistae adhibita. Sunt etiam ab utraque throni parte simulacra: Cereri assistit Diana cervina pelle velata, pendente ex humeris pharetra: altera manu lampadem, dracones duos altera gestat. Adiacet canis de

κειται κύων, οἷαι θηρεύειν εἰσὶν ἐπιτήδειοι. (3) Πρὸς δὲ τῆς Δεσποίνης τῷ ἀγάλματι ἕστηκεν Ἄνυτος, σχῆμα ὡπλισμένου παρεχόμενος. φασὶ δὲ οἱ περὶ τὸ ἱερὸν, τραφῆναι τὴν Δέσποιναν ὑπὸ τοῦ Ἀνύτου, καὶ εἶναι τῶν Τιτάνων καλουμένων καὶ τὸν Ἄνυτον. Τιτᾶνες δὲ πρῶτος ἐς ποίησιν ἐσήγαγεν Ὅμηρος, θεοὺς εἶναι σφᾶς ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Ταρτάρῳ· καὶ ἔστιν ἐν Ἥρας ὅρκῳ τὰ ἔπη. παρὰ δὲ Ὁμήρου Ὀνομάκριτος παραλαβὼν τῶν Τιτάνων τὸ ὄνομα, Διονύσῳ τε συνέθηκεν ὄργια, καὶ εἶναι τοὺς Τιτᾶνας τῷ Διονύσῳ τῶν παθημάτων ἐποίησεν αὐτουργούς. τὰ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἄνυτον ὑπὸ Ἀρκάδων λέγεται. Δήμητρος δὲ Ἄρτεμιν θυγατέρα εἶναι, καὶ οὐ Λητοῦς, ὄντα Αἰγυπτίων τὸν λόγον, Αἰσχύλος ἐδίδαξεν Εὐφορίωνος τοὺς Ἕλληνας. τὰ δὲ ἐς Κούρητας (οὗτοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγαλμάτων πεποίηνται) καὶ τὰ ἐς Κορύβαντας ἐπειργασμένους ἐπὶ τοῦ βάθρου (ἑνὸς δὲ οἶδα ἀλλοῖον καὶ οὐ Κούρητος) τὰ ἐς τούτους παρίημι ἐπιστάμενος. (4) Τῶν δὲ ἡμέρων οἱ Ἀρκάδες δένδρων

venaticorum genere. (3) Herae signo Anytus adstat armati hominis habitu. Hunc aeditui Herae nutricium fuisse tradunt, illum quidem de Titanibus unum. Sane Titanas primus omnium Homerus suis carminibus commentus est, deos esse earum sedium incolas, quibus Tartara nomen est. Ea de re poëtae versus in Iunonis iureiurando sunt. Sumto deinde ab Homero Titanum nomine Onomacritus, *quo libro* Liberi Patris orgia exposuit, illorum opera gravibus affectum aerumnis Liberum, versibus mandavit. Sed quae ad Anytum pertinent, ab Arcadibus memoriae prodita sunt. Cereris vero filiam, non Latonae, Dianam fuisse, ab Aegyptiis acceptum sermonem Graecos docuit Aeschylus Euphorionis filius. Iam de Curetibus (nam hi infra ea signa cernuntur, etsi unius intelligo longe alium, quam Curetis habitum esse) deque Corybantibus, qui in basi insculpti sunt, omnia consulto missa facio. (4) Infra hoc fanum Arcades pomiferarum omnium arborum praeterquam Puni-

ἁπάντων πλὴν ῥοιᾶς ἐσκομίζουσιν ἐς τὸ ἱερόν. ἐν δεξιᾷ δὲ ἐξιόντι ἐκ τοῦ ναοῦ, κάτοπτρον ἡρμοσμένον ἐστὶν ἐν τῷ τοίχῳ. τοῦτο ἤν τις προσβλέπῃ τὸ κάτοπτρον, ἑαυτὸν μὲν ἤτοι παντάπασιν ἀμυδρῶς, ἢ οὐδὲ ὄψεται τὴν ἀρχήν· τὰ δὲ ἀγάλματα τῶν θεῶν καὶ αὐτὰ καὶ τὸν θρόνον ἔστιν ἐναργῶς θεάσασθαι. (5) Παρὰ δὲ τὸν ναὸν τῆς Δεσποίνης ὀλίγον ἐπαναβάντι ἐν δεξιᾷ Μέγαρόν ἐστι καλούμενον· καὶ τελετήν τε δρῶσιν ἐνταῦθα, καὶ τῇ Δεσποίνῃ θύουσιν ἱερεῖα οἱ Ἀρκάδες πολλὰ καὶ ἄφθονα· θύει μὲν δὴ αὐτῶν ἕκαστος, ὅ τι κέκτηται· τῶν ἱερείων δὲ οὐ τὰς φάρυγγας ἀποτέμνειν, ὥσπερ ἐπὶ
677 ταῖς ἄλλαις θυσίαις· κῶλον δὲ, ὅ τι ἂν τύχῃ, τοῦτο ἕκαστος ἀπέκοψε τοῦ θύματος. (6) Ταύτην μάλιστα θεῶν σέβουσιν οἱ Ἀρκάδες τὴν Δέσποιναν· θυγατέρα δὲ αὐτὴν Ποσειδῶνος εἶναί φασι καὶ Δήμητρος· ἐπίκλησις ἐς τοὺς πολλούς ἐστιν αὐτῇ Δέσποινα, καθάπερ καὶ τὴν ἐκ Διὸς Κόρην ἐπονομάζουσιν· ἰδίᾳ δέ ἐστιν ὄνομα Περσεφόνη, καθὰ Ὅμηρος καὶ ἔτι πρότερον Πάμφως

cae mali fructum inferunt. Ad dexteram e delubro egredienti speculum in *tectorio* parietis apte inclusum est; in quod, qui inspexerit, suam ipsius imaginem aut parum perspicue, aut prorsus nihil cernet: dearum tamen signa, et solium ipsum, dilucide intuebitur. (5) Praeter Herae fanum paululum ascendentibus ad dexteram est, quod Megaron vocant, *ac si magnifice exaedificatam basilicam dixeris.* Ibi arcana sacra celebrantur; Heraeque victimas complures et peropimas mactant Arcades; et immolant quidem pro suis quisque copiis. Neque vero hostiarum guttura desecant, uti aliis in sacris; sed artum, quem quisque fortuito primum apprehenderit, illum praecidit. (6) Hanc dearum omnium maxime venerantur Arcades. Filiam eam esse dicunt Neptuni et Cereris, eaque vulgo Hera (Domina) cognominatur, sicut eam quae e Iove et Cerere nata est, *κόρην* (Puellam) cognominare solent, quum peculiari nomine Proserpina vocitetur, ut Homerus et ante

ἐποίησαν· τῆς δὲ Δεσποίνης τὸ ὄνομα ἔδεισα ἐς τοὺς ἀτελέστους γράφειν. (7) Ὑπὲρ δὲ τὸ καλούμενον Μέγαρόν ἐστιν ἄλσος τῆς Δεσποίνης ἱερὸν θριγκῷ λίθων περιεχόμενον· ἐντὸς δὲ αὐτοῦ δένδρα καὶ ἄλλα, καὶ ἐλαῖαι καὶ πρῖνος ἐκ ῥίζης μιᾶς πεφύκασι· τοῦτο οὐ γεωργοῦ σοφίας ἐστὶν ἔργον. ὑπὲρ δὲ τὸ ἄλσος καὶ Ἱππίου Ποσειδῶνος, ἅτε πατρὸς τῆς Δεσποίνης, καὶ θεῶν ἄλλων εἰσὶ βωμοί· τῷ τελευταίῳ δὲ ἐπίγραμμά ἐστι, θεοῖς αὐτὸν τοῖς πᾶσιν εἶναι κοινόν. (8) Ἐντεῦθεν δὲ ἀναβήσῃ διὰ κλίμακος ἐς ἱερὸν Πανός· πεποίηται δὲ καὶ στοὰ ἐς τὸ ἱερὸν, καὶ ἄγαλμα οὐ μέγα. θεῶν δὲ ὁμοίως τοῖς δυνατωτάτοις καὶ τούτῳ μέτεστι τῷ Πανὶ, ἀνθρώπων τε εὐχὰς ἄγειν ἐς τέλος, καὶ ὁποῖα ἔοικεν, ἀποδοῦναι πονηροῖς· παρὰ τούτῳ τῷ Πανὶ πῦρ οὔ ποτε ἀποσβεννύμενον καίεται. (9) Λέγεται δὲ, ὡς τὰ ἔτι παλαιότερα καὶ μαντεύοιτο οὗτος ὁ θεὸς, προφῆτιν δὲ Ἐρατὼ νύμφην αὐτῷ γενέσθαι ταύτην, ἣ Ἀρκάδι τῷ Καλλιστοῦς συνῴκησε. μνημονεύουσι δὲ καὶ ἐπὶ τῆς

hunc Pamphus in sua poesi declarant. Is autem Herae nomen non est ausus ad profanos prodere. (7) Supra aedem eam, quod vocari diximus Megaron, Herae sacer lucus est, ambiente lapidum maceria. In eo luco et aliae sunt arbores, et ex una atque eadem radice oleae et ilices enatae, quod sane nulla effectum est agricolarum arte. Supra lucum, Equestris Neptuni (nempe qui Herae pater credatur) et aliorum deorum Arae sunt. Earum extremam indicat inscriptio communem esse illam dis omnibus. (8) Illinc per scalam in Panos delubrum ascendas. Adiacet delubro porticus: *intus est numinis* haud sane magnum simulacrum. Huic deo aeque ac potentissimis quibusque, et hominum vota rata habere, et merita improbos poena afficere, attributum est. Ignis ei perpetuus ardet. (9) Quin et responsa oraculorum priscis temporibus reddere solitum autumant; eiusque interpretem Erato Nympham fuisse, quae cum Arcade Callistus filio nupta fuerit: de qua eadem me-

Ἐρατοῦς, ἃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. ἐνταῦθα ἔστι μὲν βωμὸς Ἄρεως, ἔστι δὲ ἀγάλματα Ἀφροδίτης ἐν ναῷ, λίθου τὸ ἕτερον λευκοῦ, τὸ δὲ ἀρχαιότερον αὐτῶν ξύλου· ὡσαύτως καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀθηνᾶς ξόανά ἐστι· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ καὶ ἱερὸν πεποίηται.

CAPUT XXXVIII.

De Lycosura omnium urbium prima et vetustissima — monte Lycaeo eiusque parte Cretea dicta — Nymphis, quae Iovem nutriverunt, et fonte Hagno — Panis templo in Lycaeo — Lycaei montis admirandis, Iovis Lycaei sacro luco — templo et sacris Apollinis Parrhasii — agro Thisoensi et pluribus fluviis Achelois — montibus Nomiis et Panis templo.

678 Ἀνωτέρω δὲ ὀλίγον τείχους τε περίβολος τῆς Λυκοσούρας ἐστὶ, καὶ οἰκήτορες ἔνεισιν οὐ πολλοί· πόλεων δὲ, ὁπόσας ἐπὶ τῇ ἠπείρῳ ἔδειξε γῆ, καὶ ἐν νήσοις, Λυκοσούρα ἐστὶ πρεσβυτάτη, καὶ ταύτην εἶδεν ὁ ἥλιος πρώτην· ἀπὸ ταύτης δὲ οἱ λοιποὶ ποιεῖσθαι πόλεις μεμαθήκασιν ἄνθρωποι. (2) Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς Δεσποίνης τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Λύκαιον· καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ Ὄλυμπον, καὶ Ἱεράν γε ἕτεροι τῶν Ἀρκάδων κορυ-

moriae produntur, quae ipsi etiam percensuimus. Est *eodem in loco* Martis ara: sunt intra aedem Veneris duo signa, e candido alterum marmore, vetustius alterum e ligno. Apollinis item e ligno, et Minervae, *prisca* sunt signa: Minerva cellam etiam suam habet.

Cap. XXXVIII. Paululum supra hunc locum, Lycosurae murorum ambitus extat, intra quem pauci sunt incolae. Urbium certe omnium, quas vel continens terra, vel insulae sustinent, vetustissima est Lycosura: hanc primam omnium sol aspexit; et ad huius exemplum urbes ceteri homines condere didicerunt. (2) Ad laevam Herae, Lycaeum mons est quem Olympum etiam, Sacrum alii Arcadum iugum nuncupant. In hoc monte educatum Iovem

φήν· τραφῆναι δὲ τὸν Δία φασὶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ· καὶ χώρα τέ ἐστιν ἐν τῷ Λυκαίῳ Κρητέα καλουμένη· αὕτη δὲ ἡ Κρητέα ἐστὶν ἐξ ἀριστερᾶς Ἀπόλλωνος ἄλσους ἐπίκλησιν Παῤῥασίου· καὶ τὴν Κρήτην, ἔνθα ὁ Κρητῶν ἔχει λόγος τραφῆναι Δία, τὸ χωρίον τοῦτο εἶναι, καὶ οὐ τὴν νῆσον, ἀμφισβητοῦσιν οἱ Ἀρκάδες. (3) Ταῖς Νύμφαις δὲ ὀνόματα, ὑφ' ὧν τὸν Δία τραφῆναι λέγουσι, τίθενται Θείσοαν, καὶ Νέδαν, καὶ Ἁγνώ· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς Θεισόας πόλις ᾤκεῖτο ἐν τῇ Παῤῥασίᾳ· τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ μοίρας τῆς Μεγαλοπολίτιδός ἐστιν ἡ Θείσοα κώμη· τῆς Νέδας δὲ ὁ ποταμὸς τὸ ὄνομα ἔσχηκε· τῆς δὲ Ἁγνοῦς ἡ ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ πηγὴ, κατὰ τὰ αὐτὰ ποταμῷ τῷ Ἴστρῳ, πέφυκεν ἴσον παρέχεσθαι τὸ ὕδωρ ἐν χειμῶνι ὁμοίως καὶ ἐν ὥρᾳ θέρους. ἢν δὲ αὐχμὸς χρόνον ἐπέχῃ πολὺν, καὶ ἤδη σφίσι τὰ σπέρματα ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ δένδρα αὐαίνηται, τηνικαῦτα ὁ ἱερεὺς τοῦ Λυκαίου Διὸς προσευξάμενος ἐς τὸ ὕδωρ καὶ θύσας, ὁπόσα ἐστὶν αὐτῷ νόμος, καθίει δρυὸς κλάδον ἐπιπολῆς, καὶ οὐκ ἐς βάθος τῆς πηγῆς· ἀνακινηθέντος δὲ τοῦ ὕδατος ἄνεισιν ἀχλὺς

vulgo traditum est. Ager est in Lycaeo, quae Cretea vocatur, ad laevam luci, qui Apollini sacer est, cognomento Parrhasio. Hunc esse locum, in quo sit educatus Iupiter, non autem Cretam insulam, contra Cretensium sermonem, contendunt Arcades: (3) Nymphas etiam nominant, quae Iovem nutrierint, Thisoan, Nedan, et Hagno; et a Thisoa quidem nominata fuit urbs olim frequens in Parrhasiorum finibus: est vero nunc Thisoa pagus, Megalopolitani agri pars. Neda flumini nomen dedit: fonti Hagno, qui in Lycaeo monte, perinde ut Ister fluvius, parem aquarum molem aestate aeque atque hieme volvere solet. Quod si forte diuturna siccitate solum laboret, atque ex eo segetes et stirpes exarescant, ibi Lycaei Iovis sacerdos ad aquam eius fontis cum precatione conversus, riteque re divina mactatis hostiis peracta, e quercu ramum non alte, sed in summam aquam porricit: existit *repente*, commota aqua, ater

ἐοικυῖα ὁμίχλῃ· διαλιποῦσα δὲ ὀλίγον γίνεται νέφος ἡ ἀχλὺς, καὶ ἐς αὐτὴν ἄλλα ἐπαγομένη τῶν νεφῶν, ὑετὸν τοῖς Ἀρκάσιν ἐς τὴν γῆν κατιέναι ποιεῖ. (4) Ἔστι δὲ ἐν τῷ Λυκαίῳ Πανός τε ἱερὸν, καὶ περὶ αὐτὸ ἄλσος δένδρων καὶ ἱππόδρομός τε, καὶ πρὸ αὐτοῦ στάδιον· τὸ δὲ ἀρχαῖον τῶν Λυκαίων ἦγον τὸν ἀγῶνα ἐνταῦθα. ἔστι δὲ αὐτόθι καὶ ἀνδριάντων βάθρα, οὐκ ἐνόντων ἔτι ἀνδριάντων· ἐλεγεῖον δὲ ἐπὶ τῶν βάθρων Ἀστυάνακτός φησιν εἶναι τὴν εἰκόνα, τὸν δὲ Ἀστυάνακτα εἶναι γένος τῶν
679 ἀπὸ Ἀρκάδος. (5) Τὸ δὲ ὄρος παρέχεται τὸ Λύκαιον καὶ ἄλλα ἐς θαῦμα, καὶ μάλιστα τόδε. τέμενός ἐστιν ἐν αὐτῷ Λυκαίου Διὸς, ἔσοδος δὲ οὐκ ἔστιν ἐς αὐτὸ ἀνθρώποις· ὑπεριδόντα δὲ τοῦ νόμου καὶ ἐσελθόντα, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν ἐνιαυτοῦ πρόσω μὴ βιῶναι· καὶ τάδε ἔτι ἐλέγετο· τὰ ἐντὸς τοῦ τεμένους γενόμενα ὁμοίως πάντα καὶ θηρία καὶ ἀνθρώπους οὐ παρέχεσθαι σκιάν· καὶ διὰ τοῦτο, ἐς τὸ τέμενος θηρίου καταφεύγοντος, οὐκ ἐθέλει οἱ συνεσπίπτειν ὁ κυνηγέτης, ἀλλὰ ὑπομένων ἐκτὸς, καὶ

halitus nebulae persimilis; neque ita multo post nubes inde attollitur; moxque plurium nubium accessione obducto coelo, Arcadum fines optatis imbribus perfunduntur. (4) Est in Lycaeo Panos etiam fanum condenso circumseptum luco: adiacet Hippodromus, Hippodromo stadium: in eo iam tum ab initio Lupercalia celebrabantur. Sunt ibidem *aliquot* statuarum cippi, statuis amotis: eorum unius inscriptio elegis testatur, fuisse eam Astyanactis effigiem, viri ex Arcadis prosapia oriundi. (5) Mons ipse Lycaeus multa, quae visentes admirentur, habet; hoc inter cetera: Area est Lycaei Iovis, quo hominibus non est accessus: si quis loci religione contempta introierit, necesse omnino est eum intra annum e vita excedere. *Mirum est* etiam, *quod* aiunt, tam homines quam bestias, quae forte intra eius loci ambitum se immiserint, nullas e corporibus suis umbras reddere: ac feras quidem venator illuc confugientes non consequitur: sed foris consistens, nullam sane um-

ὁρῶν τὸ θηρίον, οὐδεμίαν ἀπ' αὐτοῦ θεᾶται σκιάν. χρόνον μὲν δὴ τὸν ἴσον ἔπεισί τε ὁ ἥλιος τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ καρκίνον, καὶ ἐν Συήνῃ τῇ πρὸς Αἰθιοπίᾳ οὔτε ἀπὸ δένδρων, οὔτε ἀπὸ τῶν ζώων γενέσθαι σκιὰν ἔστι· τὸ δὲ ἐν τῷ Λυκαίῳ τέμενος τὸ αὐτὸ ἐς τὰς σκιὰς ἀεί τε καὶ ἐπὶ πασῶν πέπονθε τῶν ὡρῶν. ἔστι δὲ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἀνωτάτω τοῦ ὄρους γῆς χῶμα, Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμός, καὶ ἡ Πελοπόννησος τὰ πολλά ἐστιν ἀπ' αὐτοῦ σύνοπτος· πρὸ δὲ τοῦ βωμοῦ κίονες δύο ὡς ἐπὶ ἀνίσχοντα ἑστήκασιν ἥλιον· ἀετοὶ δὲ ἐπ' αὐτοῖς ἐπίχρυσοι τά γε ἔτι παλαιότερα ἐπεποίηντο. ἐπὶ τούτου βωμοῦ τῷ Λυκαίῳ Διῒ θύουσιν ἐν ἀποῤῥήτῳ· πολυπραγμονῆσαι δὲ οὔ μοι τὰ ἐς τὴν θυσίαν ἡδὺ ἦν, ἐχέτω δὲ, ὡς ἔχει, καὶ ὡς ἔσχεν ἐξαρχῆς. (6) Ἔστι δὲ ἐν τοῖς πρὸς ἀνατολὰς τοῦ ὄρους Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπίκλησιν Παῤῥασίου· τίθενται δὲ αὐτῷ καὶ Πύθιον ὄνομα. ἄγοντες δὲ τῷ θεῷ κατὰ ἔτος ἑορτὴν θύουσι μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ κάπρον τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἐπικουρίῳ· θύσαντες δὲ ἐνταῦθα, αὐτίκα τὸ ἱερεῖον

bram ab eius corpore *mitti* animadvertit. Ea certe anni parte, qua Cancer Solem gestat, Syenae, quae Aethiopiae finitima urbs est, nullae ex arboribus, nec animantibus, *aut ceteris corporibus* umbrae se ostendunt: verum in illa Lycaei area hoc nulla non anni parte contingit. In supremo *omnium* montis iugo est terrae *editissimus* tumulus: *in eo* Lycaei Iovis ara; unde omnis prope Peloponnesus prospici potest. Ante aram duae eminent pilae, ad solis fere exortum: insistunt aquilae inauratae pervetusti operis. Ad hanc aram Iovi Lycaeo in operto faciunt. Sacri eius ritus curiose mihi exquirere non est collibitum: quare ita se habeant, ut praesenti et prisci temporis religione sanciti sunt. (6) In ea montis parte, quae ad Orientem spectat, est Apollinis fanum cognomento Parrhasii: eundem Pythium appellant. Ei deo festos quotannis dies dum agitant, aprum Apollini Epicurio *(id est Auxiliari)* immo-

κομίζουσιν ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Παῤῥασίου σὺν αὐλῷ τε καὶ πομπῇ, καὶ τά τε μηρία ἐκτεμόντες καίουσι, καὶ δὴ καὶ ἀναλίσκουσιν αὐτόθι τοῦ ἱερείου τὰ κρέα. ταῦτα μὲν οὕτω ποιεῖν νομίζουσι. (7) Τοῦ Λυκαίου δὲ τὰ πρὸς τῆς ἄρκτου γῆ τε ἡ Θεισοαία· οἱ δὲ ἄνθρωποι μάλιστα οἱ ταύτῃ νύμφην τὴν Θείσοαν ἄγου-
680 σιν ἐν τιμῇ. Διὰ δὲ τῆς χώρας τῆς Θεισοαίας ῥέοντες ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν Ἀλφειὸν Μυλάων, ἐπὶ δὲ αὐτῷ Νοῦς καὶ Ἀχελῶος καὶ Κέλαδός τε καὶ Νάφιλος. Ἀχελῴῳ δὲ τῷ Ἀρκάδι εἰσὶν ἄλλοι δύο ὁμώνυμοί τε αὐτῷ ποταμοὶ, καὶ τὰ ἐς δόξαν φανερώτεροι· τὸν μέν γε ἐπὶ τὰς Ἐχινάδας κατιόντα Ἀχελῷον διὰ τῆς Ἀκαρνάνων καὶ δι' Αἰτωλίας ἐν Ἰλιάδι Ὅμηρος ποταμῶν τῶν πάντων ἄρχοντα εἶναι, ἕτερον δὲ Ἀχελῷον, ῥέοντα ἐκ Σιπύλου τοῦ ὄρους, ἐποιήσατο αὐτόν τε τὸν ποταμὸν καὶ τὸ ὄρος τὸ Σίπυλον τοῦ λόγου προσθήκην τοῦ ἐς Νιόβην· τρίτῳ δ' οὖν καὶ τῷ περὶ τὸ ὄρος τὸ Λύκαιόν ἐστιν ὄνομα Ἀχελῷος. (8) Τῆς Λυκοσούρας δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ Νόμια ὄρη καλούμενα, καὶ Πανὸς ἱερὸν ἐν αὐτοῖς ἐστι Νομίου· καὶ

lant in foro: ibi re divina peracta, in Apollinis Parrhasii hostiam statim deportant cum solenni pompa ad tibiae cantum: femora deinde excisa adolent: viscera quidem eodem in loco absumunt: haec patrio more religio sancita est. (7) In Lycaei parte, quae ad Aquilonem vergit, Thisoensis ager est. Incolae prae ceteris numinibus Thisoan Nympham venerantur. Perlabentes amnes influunt in Alpheum, Mylaon, Nus, Achelous, Celadus, et Naphilus. Acheloo Arcadico cognomines alii duo amnes sunt, multo illi quidem nobiliores. Eorum alterum ad Echinadas insulas per Acarnanas et Aetolos decurrentem, Homerus in Iliade fluviorum regem nuncupavit: alterum idem poëta e Sipylo monte fluentem, cum ipso monte ad ea, quae de Niobe prodidit, adiecit. Tertio huic ipsi Acheloo nomen est, qui praeter Lycaeum montem labitur. (8) Lycosurae ad dexteram consurgunt montes, qui Nomii dicuntur. Est in il-

τὸ χωρίον ὀνομάζουσι Μέλπειαν, τὸ ἀπὸ τῆς σύριγγος μέλος ἐνταῦθα Πανὸς εὑρεθῆναι λέγοντες· κληθῆναι δὲ τὰ ὄρη Νόμια, προχειρότατον μέν ἐστιν εἰκάζειν ἐπὶ τοῦ Πανὸς ταῖς νομαῖς· αὐτοὶ δὲ οἱ Ἀρκάδες νύμφης εἶναί φασιν ὄνομα.

CAPUT XXXIX.

De fluvio Platanistone in via ad Phigaliam urbem — Phigalo et Phigalensium discessu ac reditu — Phigaliae urbis situs et memoranda — Bacchi Acratophori templum et signum.

Παρὰ δὲ τὴν Λυκοσούραν ὡς ἐπὶ ἡλίου δυσμὰς ποταμὸς Πλατανιστὼν παρέξεισιν· ἀνδρὶ δὲ ἰόντι ἐς Φιγαλίαν ἀνάγκη πᾶσα διαβῆναι τὸν Πλατανιστῶνα. μετὰ δὲ αὐτόν ἐστιν ἄνοδος ὅσον τε σταδίους τριάκοντα ἢ πλείοσι τῶν τριάκοντα οὐ πολλῷ. (2) Τὰ δὲ ἐς τὸν Λυκάονος Φίγαλον (οὗτος γὰρ δὴ τῇ πόλει τὸ ἐξαρχῆς ἐγένετο οἰκιστὴς) καὶ ὡς μετέβαλεν ἀνὰ χρόνον ἀπὸ Φιάλου Βουκολίωνος τὸ ὄνομα ἡ πόλις, καὶ αὖθίς τε ἀνεσώσατο τὸ ἀρχαῖον, τόδε μὲν καὶ πρότερον ἔτι ἐσήμαινεν ἡμῖν ὁ

lis Nomii Panos fanum. Vicum *proximum* Melpean (*ac si Modulatricem dicas*) nominant, quod fistulae modos illic Pani primum excogitatos dictitant. Nomios vero montes a Panos pastionibus vocatos fuisse, obvia esse possit et exposita cuivis coniectura: ipsi tamen Arcades de Nymphae cuiusdam nomine vocitari affirmant.

Cap. XXXIX. Lycosuran praeterfluit Occidentem versus, fluvius, cui Plataniston nomen: quem traiicere necesse habent, qui Phigalian contendunt. A flumine clivus se attollit stadia non minus XXX: sed neque altius multo. (2) Quae vero ad Lycaonis filium Phigalum pertinent (fuit enim is primus urbis Phigaliae conditor) et ut post a Phialo Bucolionis filio civitas ea nomen acceperit, ac deinde rursus pristina appellatio invaluerit, est a nobis in hoc ipso rerum Arcadicarum commentario expositum. Tra-

λόγος. λέγεται δὲ καὶ ἄλλα οὐκ ἀξιόχρεω ἐς πίστιν· ἄνδρα αὐτόχθονα εἶναι τὸν Φίγαλον, καὶ οὐ Λυκάονος παῖδα· τοῖς δὲ εἰρημένον ἐστὶν, ὡς ἡ Φιγαλία νύμφη τῶν καλουμένων εἴη Δρυάδων. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἡνίκα
681 Ἀρκάσιν ἐπεχείρησαν, καὶ ἐσέβαλον ἐς τὴν Φιγαλίαν στρατιᾷ, μάχῃ τε νικῶσι τοὺς ἐπιχωρίους, καὶ ἐπολιόρκουν προσκαθεζόμενοι· κινδυνεύοντος δὲ ἁλῶναι τοῦ τείχους, ἐκδιδράσκουσιν οἱ Φιγαλεῖς, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς ἀφιᾶσιν ἐξελθεῖν ὑποσπόνδους. ἐγένετο δὲ τῆς Φιγαλίας ἅλωσις, καὶ Φιγαλέων ἡ ἐξ αὐτῆς φυγὴ, Μιλτιάδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς τριακοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον. Φιγαλέων δὲ τοῖς διαπεφευγόσιν ἔδοξεν ἀφικομένοις ἐς Δελφοὺς ἐρωτᾷν ὑπὲρ καθόδου τὸν θεόν· καί σφισιν ἡ Πυθία καθ' αὐτοὺς μὲν πειρωμένοις ἐς Φιγαλίαν κατελθεῖν οὐχ ὁρᾷν ἔφη κάθοδον, εἰ δὲ λογάδας ἑκατὸν ἐξ Ὀρεσθασίου προσλάβοιεν, τοὺς μὲν ἀποθανεῖσθαι παρὰ τὴν μάχην, Φιγαλεῦσι δὲ ἔσεσθαι δι' αὐτῶν κάθοδον.

duntur etiam alia fide non satis digna: indigenam hominem Phigalum fuisse, non autem Lycaonis filium. Ex quorundam sermone Phigalia Nympha una de Dryadibus fuit. Quo tempore Lacedaemonii Arcadas bello adorti, in Phigalensium fines cum exercitu invaserunt, incolis praelio victis urbem obsidione cinxerunt: quumque parum abesset, quin muri expugnarentur, Phigalenses effugere, sub certis conditionibus a Lacedaemoniis dimissi. Excisa est Phigalia, Phigalensibus omnibus eiectis, Miltiade summum Athenis magistratum gerente, Olympiadis tricesimae, qua tertiam palmam tulit Chionis Lacon, anno secundo. Qui e Phigalensibus eam cladem effugerant, censuerunt Delphici Apollinis oraculum de reditu consulendum. Sciscitantibus responsum est, si soli per se ipsos redire conati essent, nullam fore iam reliquam postliminii spem: at si ab Oresthasio centum lectissimos viros assumsissent, illos quidem *ad unum* in pugna perituros, Phigalenses vero reditus com-

Ὀρεσθάσιοι δὲ ὡς τὴν γενομένην Φιγαλεῦσιν ἐπύθοντο μαντείαν, ἄλλος ἔφθανεν ἄλλον σπουδῇ λογάδων τε τῶν ἑκατὸν αὐτὸς ἕκαστος γενέσθαι, καὶ ἐξόδου τῆς ἐς Φιγαλίαν μετασχεῖν. παρελθόντες δὲ ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν, ἄγουσιν ἐς πάντα ἐπὶ τέλος τὸν χρησμόν· καὶ λόγου γὰρ μαχεσαμένοις ἀξίως ἐγένετο ἡ τελευτὴ, καὶ ἐξελάσαντες τοὺς Σπαρτιάτας, παρέσχον Φιγαλεῦσιν ἀπολαβεῖν πατρίδα. (3) Κεῖται δὲ ἡ Φιγαλία ἐπὶ μετεώρου μὲν καὶ ἀποτόμου, πλέονα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν κρημνῶν ᾠκοδομημένα ἐστὶ τείχη σφίσιν· ἀνελθόντι δὲ ὁμαλής ἐστιν ὁ λόφος ἤδη καὶ ἐπίπεδος. ἔστι δὲ Σωτείρας τε ἱερὸν ἐνταῦθα Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου· ἐκ τούτου δὲ τοῦ ἱεροῦ καὶ τὰς πομπάς σφισι πέμπειν κατέστη. (4) Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ ἀμπεχομένῳ μὲν ἔοικεν ἱμάτιον, καταλήγει δὲ οὐκ ἐς πόδας, ἀλλὰ ἐς τὸ τετράγωνον σχῆμα. πεποίηται δὲ καὶ Διονύσου ναός· ἐπίκλησις μέν ἐστιν αὐτῷ παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Ἀκρατοφόρος· τὰ κάτω δὲ οὐκ ἔστι σύνοπτα τοῦ ἀγάλματος ὑπὸ δάφνης τε φύλλων καὶ κισσῶν· ὁπόσον

potes fore. Oresthasii eo responso cognito, optimus quisque certatim in eam expeditionem nomina dedere. Congressi vero cum Lacedaemoniorum praesidio, ratam omni ex parte oraculi vocem fecere. Strenue enim dimicantes, Spartanis pulsis, quum ipsi *ad unum* mortem oppetiissent, Phigalensibus patriam reddidere. (3) Sita est Phigalia edito et praerupto loco, multoque maior moenium pars sub ipsis extructa fuit rupibus. Montis iugum ascendentes excipit plana et minime salebrosa area; in qua Sospitae Dianae aedes est stante marmoreo signo. Ab eo templo more maiorum pompas ducere sollenne habent. (4) In gymnasio simulacrum Mercurii positum est vestiti hominis specie, in quadrangulam figuram desinens, neque pedum tenus expolitum. Libero etiam Patri templum erectum est. Acratophorum cognomento incolae appellant. Signi partes inferiores conspici nequeunt, quod hederae et lauri densa

δὲ αὐτοῦ καθορᾶν ἔστιν, ἐπαλήλιπται κιννάβαρι ἐκλάμπειν· εὑρίσκεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν Ἰβήρων ὁμοῦ τῷ χρυσῷ λέγεται.

CAPUT XL.

In Arrhachionis signo priscae formae ratio memoratur — de Arrhachione pancratiasta ob victoriam post mortem ab Eleis coronato — de eodem honore Creuganti habito, et caestibus, qui *μειλίχαι* dicuntur.

682 Φιγαλεῦσι δὲ ἀνδριάς ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Ἀῤῥαχίονος τοῦ παγκρατιαστοῦ, τά τε ἄλλα ἀρχαῖος, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῷ σχήματι· οὐ διεστᾶσι μὲν πολὺ οἱ πόδες, καθεῖνται δὲ παρὰ πλευρᾷ αἱ χεῖρες ἄχρι τῶν γλουτῶν· πεποίηται μὲν δὴ ἡ εἰκὼν λίθου· λέγουσι δὲ καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ γραφῆναι· καὶ τοῦτο μὲν ἠφάνιστο ὑπὸ τοῦ χρόνου. (2) Τῷ δὲ Ἀῤῥαχίονι ἐγένοντο Ὀλυμπιακαὶ νῖκαι, δύο μὲν Ὀλυμπιᾶσι ταῖς πρὸ τῆς τετάρτης καὶ πεντηκοστῆς· ἐγένετο δὲ καὶ ἐν αὐτῇ σὺν δικαίῳ τε ἐκ τῶν Ἑλλανοδικῶν, καὶ Ἀῤῥαχίονος αὐτοῦ τῇ ἀρετῇ. ὡς γὰρ δὴ πρὸς τὸν καταλειπόμενον ἔτι τῶν ἀνταγωνιστῶν ἐμάχετο ὑπὲρ τοῦ κοτίνου, ὁ μὲν προέλαβεν ὅστις

fronde velantur: quae in conspectu sunt, cinnabari oblita illuminantur. *Cinnabari ipsum* cum auro erui tradunt ex Iberorum metallis.

Cap. XL. Est Phigalensibus in foro pancratiastae Arrhachionis statua, quum cetera pervetus, tum ipsa maxime figura. Pedes modico distant intervallo: manus lateribus haerent, ad coxendices demissae. E lapide statua est; cui fuisse adscriptum elogium dicunt; sed illud vetustas abolevit. (2) Tulit Arrhachion palmas duas e superioribus Olympiadibus; et quarta supra quinquagesimam tam iusta eorum, qui ludis praesidebant sententia, quam virtute sua *oppido quam insignem* meruit. Quum enim victis aliis adversariis, unus, quo cum de oleastro certaret, relictus

δὴ ὁ ἀνταγωνιζόμενος, καὶ τοῖς ποσὶ τὸν Ἀῤῥαχίονα εἶχεν ἐξωκὼς, καὶ τὸν τράχηλον ἐπίεξεν ἅμα αὐτοῦ ταῖς χερσίν· ὁ δὲ Ἀῤῥαχίων ἐκκλᾷ τὸν ἐν τῷ ποδὶ τοῦ ἀνταγωνιζομένου δάκτυλον, καὶ Ἀῤῥαχίων τε τὴν ψυχὴν ἀφίησιν ἀγχόμενος, καὶ ὁ ἄγχων τὸν Ἀῤῥαχίονα ὑπὸ τοῦ δακτύλου τῆς ὀδύνης κατὰ τὸν καιρὸν ἀπαγορεύει τὸν αὐτόν. Ἠλεῖοι δὲ ἐστεφάνωσάν τε καὶ ἀνηγόρευσαν νικῶντα τοῦ Ἀῤῥαχίονος τὸν νεκρόν. (3) Ἐοικὸς δὲ καὶ Ἀργείους οἶδα ἐπὶ Κρεύγᾳ ποιήσαντας Ἐπιδαμνίῳ πύκτῃ· καὶ γὰρ Ἀργεῖοι τεθνεῶτι ἔδοσαν τῷ Κρεύγᾳ τῶν Νεμείων τὸν στέφανον, ὅτι ὁ πρὸς αὐτὸν μαχόμενος Δαμόξενος Συρακούσιος παρέβη τὰ ὡμολογημένα σφίσιν ἐς ἀλλήλους. ἐφέξειν μὲν γὰρ ἔμελλεν ἑσπέρα πυκτεύουσιν αὐτοῖς· συνέθεντο δὲ ἐς ἐπήκοον, ἀνὰ μέρος τὸν ἕτερον ὑποσχεῖν αὐτῶν τῷ ἑτέρῳ πληγήν. τοῖς δὲ πυκτεύουσιν οὐκ ἦν πω τηνικαῦτα ἱμὰς ὀξὺς ἐπὶ τῷ καρπῷ τῆς χειρὸς ἑκατέρας, ἀλλὰ ταῖς μειλίχαις ἔτι ἐπύκτευον, ὑπὸ τὸ κοῖλον δέοντες τῆς χειρὸς, ἵνα οἱ δάκτυλοι σφίσιν

esset, ille eodem impetu, et pedibus praeventum Arrhachionem incinxit, et manibus collum obstrinxit. Eius digitum Arrhachion pedis infregit; et dum strangulatus iam animam ageret, prae digiti dolore adversarius eodem temporis momento corruit. Elei itaque Arrhachionis cadaveri victoriam et coronam praeconis voce adiudicarunt. (3) Consimile fuisse iudicium Argivorum de Creugante Dyrrhachino pugile novi. Ei enim iam mortuo Nemeorum coronam detulerunt, quod Damoxenus Syracusanus eius adversarius pacta inter ipsos conventa violaret. Nam quum diem pugilatu ad vesperum exemissent, inter eos ita convenerat, cuncta audiente spectatorum corona, ut vicissim alter *in quam iussus esset corporis partem*, singulas alterius plagas acciperet. Nondum instituerant pugiles caestus, attenuato in acutum loro, ad utriusque manus *articulum (quem Graeci καρπὸν vocant)* religare; sed e crudo bovis corio, implicatis arte quadam vetere inter se lorulis (Milichas ap-

ἀπολείπωνται γυμνοί· οἱ δὲ ἐκ βοείας ὠμῆς ἱμάντες λε-
πτοὶ τρόπον τινὰ ἀρχαῖον πεπλεγμένοι δι' ἀλλήλων ἦσαν
αἱ μειλίχαι. τότε οὖν ὁ μὲν τὴν πληγὴν ἀφῆκεν ἐς τοῦ
683 Δαμοξένου τὴν κεφαλήν· ὁ δὲ ἀνασχεῖν τὴν χεῖρα ὁ Δα-
μόξενος ἐκέλευσε τὸν Κρεύγαν· ἀνασχόντος δὲ, παίει
τοῖς δακτύλοις ὀρθοῖς ὑπὸ τὴν πλευράν· ὑπὸ δὲ ἀκμῆς
τε τῶν ὀνύχων καὶ βίας τῆς πληγῆς τὴν χεῖρα ἐς τὸ ἐν-
τὸς καθεὶς, καὶ ἐπιλαβόμενος τῶν σπλάγχνων ἐς τὸ
ἐκτὸς ἕλκων ἀπέῤῥηξε· καὶ ὁ μὲν τὴν ψυχὴν αὐτίκα ὁ
Κρεύγας ἀφίησιν. οἱ δὲ Ἀργεῖοι τὸν Δαμόξενον, ἅτε τὰ
συγκείμενα ὑπερβάντα, καὶ ἀντὶ μιᾶς κεχρημένον πολ-
λαῖς ἐς τὸν ἀντίπαλον ταῖς πληγαῖς ἐξελαύνουσι· τῷ
Κρεύγᾳ δὲ τὴν νίκην τεθνεῶτι ἔδοσαν· καὶ ἐποιήσαντο
εἰκόνα ἐν Ἄργει· καὶ ἐς ἐμὲ ἔκειτο ἐν τῷ Ἀπόλλωνος
τοῦ Λυκίου.

pellabant) et ad volas revinctis depugnabant: quo fiebat ut digiti nudi relinquerentur. Tunc quidem Creugas *prior* Damoxeno in caput plagam inflixit. Damoxenus illum manum immotam sustinere iussit. Quod quum ille fecisset, Damoxenus rectis digitis partem eam alvi petiit, quae infra costas est. Ea vero fuit quum unguium duritia, tum percussionis impetus, ut immissa manu viscera apprehenderit, eaque dilaniata extraxerit. Expiravit statim Creugas. Argivi Damoxenum, quod pactis non stetisset, quippe qui non uno, sed pluribus ictibus adversarium confecisset, exilio mulctarunt: Creugae iam mortuo palmam detulerunt, eidemque statuam Argis posuerunt, quae ad meam usque aetatem in Lycii Apollinis fuit.

CAPUT XLI.

Polyandrium in Phigalensium foro — fluvius Lymax unde dictus — de Neda fluvio — Eurynome eiusque sacris — montibus Phigaliae, Cotylio et Elaio, vico Bassis et templo Apollinis Epicurii — Lymacis fluvii fonte et loco Cotylo dicto.

Φιγαλεῦσι δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ πολυάνδριον τῶν λογάδων τῶν Ὀρεσθασίων ἐστὶ, καὶ ὡς ἥρωσιν αὐτοῖς ἐναγίζουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος. (2) Ποταμὸς δὲ ὁ καλούμενος Λύμαξ ἐκδίδωσι μὲν ἐς τὴν Νέδαν παρ' αὐτὴν ῥέων Φιγαλίαν· γενέσθαι δὲ τοὔνομά φασι τῷ ποταμῷ καθαρσίων τῶν Ῥέας εἵνεκα. ὡς γὰρ δὴ τεκοῦσαν τὸν Δία ἐκάθηραν ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ Νύμφαι, τὰ καθάρματα ἐς τοῦτον ἐμβάλλουσι τὸν ποταμόν· ὠνόμαζον δὲ ἄρα οἱ Ἀχαιοὶ αὐτὰ λύματα. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ἀπολυμαίνεσθαί τε ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ λοιμοῦ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐμβάλλειν τὰ λύματα εἰπὼν σφᾶς ἐς θάλασσαν. (3) Εἰσὶ δὲ αἱ πηγαὶ τῆς Νέδας ἐν ὄρει τῷ Κεραυσίῳ· τοῦ Λυκαίου δὲ μοῖρά ἐστι. καθότι δὲ ἐγγύτατα ἡ Νέδα Φιγαλέων τῆς πόλεως γίνεται, κατὰ τοῦτο οἱ Φιγαλέων παῖ-

Cap. XLI. Habet Phigalensium forum, commune sepulcrum lectissimae illius (*de qua ante dictum*) Oresthasiorum manus: iis eodem, quo heroibus ritu quotannis inferias mittunt. (2) Fluvius, qui Lymax dicitur, Phigaliam praeterfluens, cum Neda coniungitur. Hoc ei nominis a Rheae purgatione inditum ferunt, quod nymphae, quum Rheam post sedatos eius partus quo Iovem edidit, dolores, lustralibus aquis lavissent, ista piamina, quae Achaei (?) *λύματα* vocant, in hunc fluvium abiecerunt. Testatur idem Homerus, dum Graecos ob levationem pestis sese lustrasse (?) lustrationisque piamina (*λύματα* et ipse nominat) in mare proiecisse canit. (3) Nedae fontes in Cerausio monte sunt: mons ipse Lycaei pars est. Qua quam proxime ad Phigalensium urbem adlabitur Neda, ibi

δες ἀποκείρονται τῷ ποταμῷ τὰς κόμας· τὰ πρὸς θα-
λάσσῃ δὲ καὶ ἀναπλεῖται ναυσὶν οὐ μεγάλαις ἡ Νέδα.
ποταμῶν δὲ, ὁπόσους ἴσμεν, Μαίανδρος μὲν σκολιῷ μά-
λιστα κάτεισι τῷ ῥεύματι, ἔς τε τὸ ἄνω καμπὰς, καὶ αὖ
684 θις ἐπιστροφὰς παρεχόμενος πλείστας· δεύτερα δὲ ἑλι-
γμῶν γε ἕνεκα φέροιτο ἂν ἡ Νέδα. (4) Σταδίοις δὲ
ὅσον δώδεκα ἀνωτέρω Φιγαλίας θερμά τέ ἐστι λουτρὰ,
καὶ τούτων οὐ πόῤῥω κάτεισιν ὁ Λύμαξ ἐς τὴν Νέδαν·
ᾗ δὲ συμβάλλουσι τὰ ῥεύματα, ἔστι τῆς Εὐρυνόμης τὸ
ἱερὸν, ἅγιόν τε ἐκ παλαιοῦ, καὶ ὑπὸ τραχύτητος τοῦ χω-
ρίου δυσπρόσοδον· περὶ αὐτὸ καὶ κυπάρισσοι πεφύκασι
πολλαί τε καὶ ἀλλήλαις συνεχεῖς. τὴν δὲ Εὐρυνόμην ὁ
μὲν τῶν Φιγαλέων δῆμος ἐπίκλησιν εἶναι πεπίστευκεν
Ἀρτέμιδος· ὅσοι δὲ αὐτῶν παρειλήφασιν ὑπομνήματα
ἀρχαῖα, θυγατέρα Ὠκεανοῦ φασιν εἶναι τὴν Εὐρυνόμην,
ἧς καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποιήσατο μνήμην, ὡς ὁμοῦ
Θέτιδι ὑποδέξαιτο Ἥφαιστον. ἡμέρᾳ δὲ τῇ αὐτῇ κατὰ
ἔτος ἕκαστον τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύουσι τῆς Εὐρυνόμης· τὸν
δὲ ἄλλον χρόνον οὔ σφισιν ἀνοιγνύναι καθέστηκε· τη-

eius civitatis pueri crinem fluvio detondent. Nedae alveus mari proximus navigiis haud sane magnis subnavigatur. Amnium quos novimus omnium maxime obliquo cursu labitur, plurimisque se retro flexibus convertit. Secundas revolutionum nomine Neda sibi vindicare queat. (4) Stadiis fere XII supra Phigaliam, calidarum aquarum balneae sunt; a quibus non longe in Nedam Lymax descendit. In eorum animum confluenti, veteri religione sanctissimum fanum est Eurynomes, ob loci asperitatem aditu difficile. Circa ipsum multae et condensae surgunt cupressi. Eurynomen Phigalensium plebs Dianae cognomen esse credit: quicunque vero antiquitatis monumenta pertractarunt, Oceani fuisse filiam norunt, cuius et Homerus in Iliade fecerit mentionem, quum eam una cum Thetide Vulcanum excepisse dixerit. Stato quotannis die Eurynomes templum aperiunt: aperiri alio tempore mos patrius non est. Sacra eo

νικαῦτα δὲ καὶ θυσίας δημοσίᾳ τε καὶ ἰδιῶται θύουσιν. ἀφικέσθαι μὲν δή μοι τῆς ἑορτῆς οὐκ ἐξεγένετο ἐς καιρὸν, οὐδὲ τῆς Εὐρυνόμης τὸ ἄγαλμα εἶδον· τῶν Φιγαλέων δὲ ἤκουσα, ὡς χρυσαῖ τε τὸ ξόανον συνδέουσιν ἁλύσεις, καὶ εἰκὼν γυναικὸς τὰ ἄχρι τῶν γλουτῶν, τὸ ἀπὸ τούτου δέ ἐστιν ἰχθύς· θυγατρὶ μὲν δὴ Ὠκεανοῦ, καὶ ἐν βυθῷ τῆς θαλάσσης ὁμοῦ Θέτιδι οἰκούσῃ παράσχοιτο ἄν τι ἐς γνώρισμα αὐτῆς ὁ ἰχθύς. Ἀρτέμιδι δὲ οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν μετά γε τοῦ εἰκότος λόγου μετείη τοιούτου σχήματος. (5) Περιέχεται δὲ ἡ Φιγαλία ὄρεσιν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ὑπὸ τοῦ καλουμένου Κοτυλίου, τὰ δὲ ἐς δεξιὰν ἕτερον προβεβλημένον ἐστὶν αὐτῆς ὄρος τὸ Ἐλάϊον· ἀπέχει δὲ τῆς πόλεως ἐς τεσσαράκοντα τὸ Κοτύλιον μάλιστα σταδίους· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χωρίον τέ ἐστι καλούμενον Βᾶσσαι, καὶ ὁ ναὸς τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου, λίθου καὶ αὐτὸς ὄροφος. ναῶν δὲ, ὅσοι Πελοποννησίοις εἰσὶ, μετά γε τὸν ἐν Τεγέᾳ, προτιμῷτο οὗτος ἂν τοῦ λίθου τε ἐς κάλλος καὶ τῆς ἁρμονίας εἵνεκα. τὸ δὲ ὄνομα ἐγένετο τῷ Ἀπόλλωνι ἐπικουρήσαντι ἐπὶ νόσῳ

die publice ac privatim fiunt. Mihi certe non contigit, ut eo tempore adessem; neque Eurynomes simulacrum videre potui. Audivi de Phigalensibus, aureis catenis revinctum esse, foeminea facie usque ad summa femora, cetera piscis figura. Ad filiam igitur Oceani, quae una cum Thetide in mari profundo habitat, cognoscendam afferat aliquid piscis. Quae sane forma nulla satis probabili ratione Dianae convenire posse videatur. (5) Incingitur Phigalia montibus: a laeva Cotylio, a dextera imminet, qui Elaius vocatur. Distat ab urbe Cotylius stadia prope XL. In eo vicus est, cui nomen Bassae *(a vallibus opinor)* et Apollinis Epicurii *(id est Auxiliaris)* aedes, lapideo lacunari. Templorum sane omnium, quae in Peloponneso sunt, excepto eo uno, quod Tegea est, quum lapidis pulchritudine, tum vero structurae concinnitate, est hoc longe praestantissimum. Cognomen illud est Apollini tributum, quod pestilentia la-

685 λοιμώδει· καθότι καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐπωνυμίαν ἔλαβεν Ἀλεξίκακος, ἀποτρέψας καὶ τούτοις τὴν νόσον· ἔπαυσε δὲ ὑπὸ τὸν τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον καὶ τοὺς Φιγαλέας, καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ· μαρτύρια δὲ αἵ τε ἐπικλήσεις ἀμφότεραι τοῦ Ἀπόλλωνος ἐοικός τι ὑποσημαίνουσαι, καὶ Ἰκτῖνος ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ ναοῦ, γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα, καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα καλούμενον κατασκευάσας. ἐδίδαξε δὲ ὁ λόγος ἤδη μοι, τὸ ἄγαλμα εἶναι τοῦ Ἀπόλλωνος Μεγαλοπολιτῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ. (6) Ἔστι δὲ ὕδατος ἐν τῷ ὄρει τῷ Κωτυλίῳ πηγή· καὶ ὅπου συνέγραψέ τις ἀπὸ ταύτης τῷ ποταμῷ τὸ ῥεῦμα τῷ Λύμακι ἄρχεσθαι, συνέγραψεν οὔτε αὐτὸς θεασάμενος, οὔτε ἀνδρὸς ἀκοῇ ἰδόντος· ἃ καὶ ἀμφότερα παρῆσαν ἐμοί· τὸ μὲν ποταμοῦ ῥεῦμα ὂν ἑωρῶμεν, τῆς δὲ ἐν τῷ Κωτυλίῳ πηγῆς οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐξικνούμενον τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ ἐντὸς ὀλίγου παντάπασιν ἀφανὲς γινόμενον. οὐ μὴν οὐδὲ ὅπου τῆς

borantibus opem tulerit: qua etiam de causa est idem Apollo apud Athenienses Alexicacus *(quasi Averruncum dixeris)* quod pestilentem morbum ab ipsis quoque averterit, nuncupatus. Bello certe, quod cum Peloponnesiis Athenienses gessere, neque alio omnino tempore, hoc Dei extitit in Phigalenses meritum. Testatur id tum cognominum rei congruentium similitudo, tum vero quod Ictinus architectus, qui templum exaedificavit Phigaliae, iisdem, quibus Pericles Athenis, temporibus vixit: idemque Atheniensibus *aedem eam*, quem Parthenonem vocant, *(quod est ac si virginum aedem dicas)* erexit. In superiore quidem *huius commentarii parte* expositum est, fuisse Apollinis signum hoc in Megalopolitanorum foro. (6) In Cotylio fons est; a quo, qui Lymacem amnem ortum ducere historiae mandavit, id sane scripsit, quod neque ipse vidit, neque ab iis, qui viderint, audivit. * Nam et amnis profluentem vidimus; et e fonte, qui in Cotylio est, non multum illam quidem manantem aquam; quae intra modicum

Ἀρκάδων ἐστὶν ἡ πηγὴ τῷ Λύμακι, ἐπῆλθε πολυπραγμονῆσαί μοι. ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου Κότυλον μὲν ἐπίκλησιν· Ἀφροδίτη δέ ἐστιν ἐν τῷ Κοτύλῳ· καὶ αὐτῇ τε ναὸς ἦν οὐκ ἔχων ἔτι ὄροφον, καὶ ἄγαλμα ἐπεποίητο.

CAPUT XLII.

De monte Elaïo et Cereris Nigrae antro — de Cereris luctu et secessu Phigalensium narratio — de Cereris Nigrae prisco signo — illius recentiori signo ab Onata confecto — Cereris Nigrae sacris.

Τὸ δὲ ἕτερον τῶν ὀρῶν τὸ Ἐλάϊον, ἀπωτέρω μὲν Φιγαλίας ὅσον τε σταδίοις τριάκοντά ἐστι· Δήμητρος δὲ ἄντρον αὐτόθι ἱερὸν, ἐπίκλησιν Μελαίνης. (2) Ὅσα μὲν δὴ οἱ ἐν Θελπούσῃ λέγουσιν ἐς μίξιν τὴν Ποσειδῶνός τε καὶ Δήμητρος, κατὰ ταὐτά σφισιν οἱ Φιγαλεῖς νομίζουσι. τεχθῆναι δὲ ὑπὸ τῆς Δήμητρος οἱ Φιγαλεῖς φασιν οὐχ ἵππον, ἀλλὰ τὴν Δέσποιναν ἐπονομαζομένην ὑπὸ Ἀρκάδων· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου λέγουσι θυμῷ τε ἅμα ἐς τὸν Ποσειδῶνα αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῆς Περσεφόνης τῇ ἁρπαγῇ πένθει χρωμένην, μέλαιναν ἐσθῆτα ἐνδῦναι, καὶ ἐς

soli spatium evanescit: non tamen in qua esset Arcadiae parte Lymacis fons, in mentem venit curiosius investigare. Est supra Apollinis Epicurii, eo loco, quod cognomento Cotylon appellatur, Veneris aedes sine tecto: in quo signum deae extat.

Cap. XLII. Elaius, mons alter, abest a Phigalia stadia prope XXX. Est eo in loco antrum Cereris cognomento Nigrae. (2) Cum iis certe, quae de Cereris cum Neptuno concubitu Thelpusii prodiderunt, ea conveniunt, quae Phigalenses eadem de re sentiunt. Peperisse vero Cererem non equum memorant, sed eam, quae ab Arcadibus Hera cognominatur: ac nigram quidem illam vestem, tum ira in Neptunum, tum luctu de Proserpinae raptu com-

τὸ σπήλαιον τοῦτο ἐλθοῦσαν ἐπὶ χρόνον ἀπεῖναι πολύν. ὡς δὲ ἐφθείρετο μὲν πάντα, ὅσα ἡ γῆ τρέφει, τὸ δὲ ἀν-
686 θρώπων γένος καὶ ἐς πλέον ἀπώλλυτο ὑπὸ λιμοῦ, θεῶν μὲν ἄλλων ἠπίστατο ἄρα οὐδεὶς, ἔνθα ἀπεκέκρυπτο ἡ Δημήτηρ· τὸν δὲ Πᾶνα ἐπιέναι μὲν τὴν Ἀρκαδίαν, καὶ ἄλλοτε αὐτὸν ἐν ἄλλῳ θηρεύειν τῶν ὀρῶν, ἀφικόμενον δὲ πρὸς τὸ Ἐλάϊον κατοπτεῦσαι τὴν Δήμητρα, σχήματός τε ὡς εἶχε καὶ ἐσθῆτα ἐνεδέδυτο ποίαν· πυθέσθαι δὲ τὸν Δία ταῦτα παρὰ τοῦ Πανὸς, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ πεμφθῆναι τὰς Μοίρας παρὰ τὴν Δήμητρα· τὴν δὲ πεισθῆναί τε ταῖς Μοίραις, καὶ ἀποθέσθαι μὲν τὴν ὀργὴν, ὑφεῖναι δὲ καὶ τῆς λύπης. (3) Σφᾶς δὲ ἀντὶ τούτων φασὶν οἱ Φιγαλεῖς τό τε σπήλαιον νομίσαι τοῦτο ἱερὸν Δήμητρος, καὶ ἐς αὐτὸ ἄγαλμα ἀναθεῖναι ξύλου· πεποιῆσθαι δὲ οὕτω σφίσι τὸ ἄγαλμα· καθέζεσθαι μὲν ἐπὶ πέτρᾳ, γυναικὶ δὲ ἐοικέναι τὰ ἄλλα πλὴν κεφαλήν· κεφαλὴν δὲ καὶ κόμην εἶχεν ἵππου, καὶ δρακόντων τε καὶ ἄλλων θηρίων εἰκόνες προσεπεφύκεσαν τῇ κεφαλῇ· χιτῶν δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἄκρους τοὺς πόδας· δελφὶς δὲ ἐπὶ

motam, sumsisse: in hunc certe specum, quum se abdidisset, diu lucem vitasse. Quum igitur omnes, quos terra educat fructus corrumperentur, et homines passim fames conficeret, diis ceteris Cereris latebras ignorantibus, Pana per Arcadiae montes alias alios inter venandum errantem, quum ad Elaium venisset, ibi Cererem offendisse, tali cum habitu et vestitu: Iovem re de Panos oratione cognita, Parcas misisse; quibus *deprecantibus* compressa ira, et luctu lenito, placata Ceres fuerit. (3) In rei memoriam se Phigalenses dicunt antrum illud cum ligneo simulacro deae dedicasse: simulacrum ita fabricasse, ut saxo insideret muliebri figura, praeter caput, quod equinum atque adeo cum iuba esset, draconibus et aliis feris ad caput alludentibus, reliquo corpore ad imos pedes tunica velato; altera manu delphinem, columbam altera praeferente. Quae simulacri ratio sit, homini neque ulla in re imprudenti, eidemque

τῆς χειρὸς ἦν αὐτῇ, περιστερὰ δὲ ἡ ὄρνις ἐπὶ τῇ ἑτέρᾳ. ἐφ' ὅτῳ μὲν δή οἱ τὸ ξόανον ἐποιήσαντο οὕτως, ἀνδρὶ οὐκ ἀσυνέτῳ γνώμην, ἀγαθῷ δὲ καὶ τὰ ἐς μνήμην, δῆλά ἐστι· Μέλαιναν δὲ ἐπονομάσαι φασὶν αὐτὴν, ὅτι καὶ ἡ θεὸς μέλαιναν τὴν ἐσθῆτα εἶχε. τοῦτο μὲν δὴ τὸ ξόανον, οὔτε ὅτου ποίημα ἦν, οὔτε ἡ φλὸξ τρόπον ὅντινα ἐπέλαβεν αὐτὸ, μνημονεύουσιν. (4) Ἀφανισθέντος δὲ τοῦ ἀρχαίου, Φιγαλεῖς οὔτε ἄγαλμα ἄλλο ἀπεδίδοσαν τῇ θεῷ, καὶ ὁπόσα ἐς ἑορτὰς καὶ θυσίας, τὰ πολλὰ δὴ παρῶπτό σφισιν· ἐς ὃ ἡ ἀκαρπία ἐπιλαμβάνει τὴν γῆν, καὶ ἱκετεύσασιν αὐτοῖς χρᾷ τάδε ἡ Πυθία·

Ἀρκάδες Ἀζᾶνες βαλανηφάγοι, οἳ Φιγάλειαν
Νάσσασθ' ἱππολεχοῦς Δηοῦς κρυπτήριον ἄντρον,
Ἥκετε πευσόμενοι λιμοῦ λύσιν ἀλγινόεντος,
Μοῦνοι δὶς νομάδες, μοῦνοι πάλιν ἀγριοδαῖται.
Δηὼ μέν σε ἔπαυσε νομῆς, Δηὼ δὲ νομήων
Ἐλκησισταχύων, καὶ ἀναστοφάγον πάλι θῆκε, 637
Νοσφισθεῖσα γέρα προτέρων τιμάς τε παλαιάς.

tum aliarum rerum non imperito, tum vero in *antiquitatis* memoria probe versato, satis perspicuum fuerit. Nigram sane appellatam tradunt, quod pullum sumserit vestimentum. Cuius opus ligneum illud fuerit signum, vel quonam modo sit flammis correptum, non est memoriae proditum. (4) Phigalenses quidem illo prisco deleto, aliud non modo non restituere, sed quae ad statas etiam caeremonias et sacra pertinebant, magna ex parte neglexerunt. Quare quum fruges agri ferre desissent, deprecantibus respondit Pythia:

Arcades Azanes vos glandivori, Phigalean
Almae qui Cereris spelaea reposta habitatis:
Scitatum accestis causamque famisque levamem,
Soli bis nomades, baccis bis agrestibus alti.
Ipsa Ceres flavam segetem subtraxit, et ipsa
Foecundam invidit miseris pastoribus herbam.
Praemiaque eripiens et prisci commoda honoris,
Liba iterum donata deis absumere adegit:

Καί σ' ἀλληλοφάγον θήσει τάχα καὶ τεκνοδαίτην,
Εἰ μὴ πανδήμοις λοιβαῖς χόλον ἱλάσσεσθε,
Σήραγγός τε μυχὸν θείαις κοσμήσετε τιμαῖς.

ὡς δὲ οἱ Φιγαλεῖς ἀνακομισθὲν τὸ μάντευμα ἤκουσαν, τά τε ἄλλα ἐς πλέον τιμῆς ἢ τὰ πρότερα τὴν Δήμητρα ἦγον, καὶ Ὀνατᾶν τὸν Μίκωνος Αἰγινήτην πείθουσιν ἐφ' ὅτῳ δὴ μισθῷ ποιῆσαί σφισιν ἄγαλμα Δήμητρος. τοῦ δὲ Ὀνατᾶ τούτου Περγαμηνοῖς ἐστιν Ἀπόλλων χαλκοῦς, θαῦμα ἐν τοῖς μάλιστα μεγέθους τε ἕνεκα καὶ ἐπὶ τῇ τέχνῃ. τότε δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀνευρὼν γραφὴν ἢ μίμημα τοῦ ἀρχαίου ξοάνου, τὰ πλείω τοῦδε, ὡς λέγεται, καὶ κατὰ ὀνειράτων ὄψιν, ἐποίησε χαλκοῦν Φιγαλεῦσιν ἄγαλμα, * γενεαῖς μάλιστα ὕστερον τῆς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐπιστρατείας τοῦ Μήδου. μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ· κατὰ γὰρ τὴν Ξέρξου διάβασιν ἐς τὴν Εὐρώπην Συρακουσῶν τε ἐτυράννει καὶ Σικελίας τῆς ἄλλης Γέλων ὁ Δεινομένους· ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε Γέλων, ἐς Ἱέρωνα ἀδελφὸν Γέλωνος περιῆλθεν ἡ ἀρχή. Ἱέρωνος δὲ ἀποθανόντος πρό-

Coget ea et natos, et mandere membra vicissim,
Ni festo plebes placet libamine divam.
Divinoque sacros exornet honore recessus.

Accepto Phigalenses responso, et aliis maioribus multo quam ante honoribus deam affecerunt, et Onatae Miconis filio Aeginetae quanti poposcerat, novum signum faciendum locarunt. Huius Onatae Pergameni ostendunt aeneum Apollinem, tum magnitudine tum artificio spectabilem. Idem sane vir vel priscam aliquam tabulam, vel signum ligneum nactus, ad eius similitudinem aeneum hoc Phigalensibus signum fecit: quin etiam maiorem eius partem ad somniorum imagines effinxisse dicitur. Aetatibus certe aliquot hoc opus fecit post Persarum in Graeciam irruptionem, testimonio orationi meae ea res est, quod Xerxis in Europam transmissio in idem tempus incidit, quo Syracusis et in reliqua Sicilia dominabatur Gelon, Dinomenis filius, cui demortuo Hieron frater successit. Iam vero quum et hic

τερον, πρὶν ἢ τῷ Ὀλυμπίῳ Διῒ ἀναθεῖναι τὰ ἀναθήματα, ἃ εὔξατο ἐπὶ τῶν ἵππων ταῖς νίκαις, οὕτω Δεινομένης Ἱέρωνος ἀπέδωκεν ὑπὲρ τοῦ πατρός· Ὀνατᾶ καὶ ταῦτα ποιήματα. καὶ ἐπιγράμματα ἐν Ὀλυμπίᾳ, τὸ μὲν ὑπὲρ τοῦ ἀναθήματός ἐστιν αὐτῶν·

Σόν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα
Τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δὶς,
Δῶρ' Ἱέρων τάδε σοι ἐχαρίσσατο· παῖς δ' ἀνέθηκε
Δεινομένης πατρὸς μνῆμα Συρακοσίου.

τὸ δὲ ἕτερον λέγει τῶν ἐπιγραμμάτων· 688

Υἱὸς μέν γε Μίκωνος Ὀνατᾶς ἐξετέλεσσε
Νάσῳ ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναιετάων.

ἡ δὲ ἡλικία τοῦ Ὀνατᾶ κατὰ τὸν Ἀθηναῖον Ἡγίαν καὶ Ἀγελάδαν συμβαίνει τὸν Ἀργεῖον. (5) Ταύτης μάλιστα ἐγὼ τῆς Δήμητρος ἕνεκα ἐς Φιγαλίαν ἀφικόμην, καὶ ἔθυσα τῇ θεῷ, καθὰ καὶ οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσιν, οὐδὲν, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν δένδρων τῶν ἡμέρων, τά τε ἄλλα, καὶ ἀμ-

e vita excessisset, antequam Olympio Iovi dona quae pro equestribus victoriis voverat, persolvisset, eius filius Dinomenes patris vicem implevit. Sunt vero ea quoque dona Onatae opera. Extant sane in Olympia inscriptiones: inter quas haec dono illorum est addita:

Iupiter, Eleo rediit qui a pulvere victor,
Quadrigaque semel, iniuge bis et equo.
Voverat haec Hieron: natus monumenta parentis
Dinomenes posuit clara Syracosii.

Alterius vero haec est sententia:

Ista Micone satus simulacra effinxit Onatas.
Insula in Aegina cui patria, atque domus.

Aetate floruit Onatas eadem qua Hegias Atheniensis, et Argivus Agelades. (5) Huius ego maxime Cereris *spectandae* causa Phigalian diverti: ac deae quidem hostiam plane nullam cecidi, sed patrio incolarum ritu e consitis arboribus, et in primis e vite fructus obtuli: favos praeterea, et la-

πέλου καρπὸν, καὶ μελισσῶν τε κηρία, καὶ ἐρίων τὰ μὴ ἐς ἐργασίαν πω ἥκοντα, ἀλλὰ ἔτι ἀνάπλεα τοῦ οἰσύπου, ἃ τιθέασιν ἐπὶ τὸν βωμὸν ᾠκοδομημένον πρὸ τοῦ σπηλαίου· θέντες δὲ καταχέουσιν αὐτῶν ἔλαιον. ταῦτα ἰδιώταις τε ἀνδράσι καὶ ἀνὰ πᾶν ἔτος τῷ κοινῷ καθέστηκεν ἐς τὴν θυσίαν· ἱέρεια δέ σφίσιν ἐστιν ἡ δρῶσα, σὺν δὲ αὐτῇ καὶ τῶν ἱεροθυτῶν καλουμένων ὁ νεώτατος· οἱ δέ εἰσι τῶν ἀστῶν τρεῖς ἀριθμόν. (6) Ἔστι δὲ δρυῶν τε ἄλσος περὶ τὸ σπήλαιον, καὶ ὕδωρ ψυχρὸν ἄνεισιν ἐκ τῆς γῆς. τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ ὑπὸ τοῦ Ὀνατᾶ ποιηθὲν οὔτε ἦν κατ' ἐμὲ, οὔτε, εἰ ἐγένετο ἀρχὴν Φιγαλεῦσιν, ἠπίσταντο οἱ πολλοί· τῶν δὲ ἐντυχόντων ἡμῖν ἔλεγεν ὁ πρεσβύτατος, γενεαῖς πρότερον τρισὶν ἢ κατ' αὐτὸν ἐμπεσεῖν ἐς τὸ ἄγαλμα ἐκ τοῦ ὀρόφου πέτρας, ὑπὸ τούτων δὲ καταγῆναι καὶ ἐς ἅπαν ἔφασκεν αὐτὸ ἀφανισθῆναι· καὶ ἔν γε τῷ ὀρόφῳ δῆλα καὶ ἡμῖν ἔτι ἦν, καθὰ ἀπεῤῥώγεσαν αἱ πέτραι.

nas, non illas quidem ad lanificii opus purgatas, sed plane succida, et suis sordibus referta vellera, haec enim illi ad aram porriciunt quae pro spelunca extructa est: porrectis oleum superinfundunt; haec sacra cum a privatis hominibus, tum quotannis publico ritu peraguntur. Sacerdos foemina sacris praeest, ministrante e *sacrificulis* (Hierothytas *appellant*) natu minimo, sunt vero ii tres e civium numero. (6) Ambit speluncam quercuum lucus, praegelida e terra erumpente aqua. Ipsum sane quod Onatas fecerat simulacrum, neque quum ego illuc veni amplius exstabat neque an unquam exstitisset, Phigalensium multitudo compertum habebat; audivi tamen grandem natu hominem, quicum forte sum congressus, quum diceret, tribus ante se natum aetatibus, *vetus illud* signum collapsis e culmine saxis ita confractum, ut species eius omnis pristina aboleretur: et sane in ipso culmine vestigia facile cernebam, unde saxa corruerant.

CAPUT XLIII.

De urbe Pallantio — Euandro Pallantii ad Tiberim conditore — Antonini Pii rebus bello gestis et beneficiis in Graecas et alias gentes collatis — illius filii Antonini rebus gestis.

Ἀπαιτεῖ δὲ ἡμᾶς τὸ μετὰ τοῦτο ὁ λόγος τό τε Παλλάντιον, εἰ δή τι αὐτόθι ἐστὶν εἰς μνήμην, καὶ καθ' ἥντινα βασιλεὺς αἰτίαν Ἀντωνῖνος ὁ πρότερος πόλιν τε ἀντὶ κώμης ἐποίησε Παλλάντιον, καὶ σφισιν ἐλευθερίαν καὶ ἀτέλειαν ἔδωκεν εἶναι φόρων. (2) Φασὶ δὴ, καὶ γνώμην γενέσθαι καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄριστον τῶν Ἀρκάδων ὄνομα Εὔανδρον· παῖδα δὲ αὐτὸν νύμφης τε εἶναι, θυγατρὸς τοῦ Λάδωνος, καὶ Ἑρμοῦ· σταλέντα δὲ ἐς ἀποικίαν, καὶ ἄγοντα Ἀρκάδων τῶν ἐκ Παλλαντίου στρατιὰν, παρὰ τῷ ποταμῷ πόλιν τῷ Θύμβριδι οἰκίσαι· καὶ Ῥωμαίων μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως, ὅπερ ᾤκεῖτο ὑπὸ τοῦ Εὐάνδρου 689
καὶ Ἀρκάδων τῶν συνακολουθησάντων, ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον κατὰ μνήμην τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ· χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα ἐν ἀναιρέσει γραμμάτων τοῦ τε λ καὶ τοῦ ν. τούτων μὲν τῶν λεγομένων εἵνεκα Παλλαντιεῦσιν ἐκ βασιλέως ἐγένοντο δωρεαί. (3) Ὁ δὲ Ἀν-

Cap. XLIII. Postulat locus hic, ut ad Pallantium transeam, quaeque memoratu illic digna, ut oratione persequar: nec omittam, quare Imperator D. Antoninus maior urbem ex pago fecerit, et incolis libertatem, et a tributis immunitatem dederit. (2) Euandrum narrant Nympha Ladonis filia et Mercurio genitum, consilio et bellica virtute Arcadas ceteros antecelluisse. Hunc in coloniam missum, deducta e Pallantio in locum Tiberi proximum Arcadum manu, oppidum condidisse, quod urbis Romae postea pars fuerit: appellatum vero de Arcadici oppidi nomine ab ipso Euandro et inquilinorum comitatu Pallantium: quod nomen consecuta aetas duabus literis L et N submotis immutavit. Haec ipsa res Antoninum Caesarem adduxit, ut de Pallantiensibus quamoptime mereretur. (3) Hic Anto-

φεύγοντας Μανίου καταδέξασθαι θέλοντος, τῷ μὲν ἀντέπραξεν ἐς τὸ βούλευμα· ἐκείνου δὲ ἀπελθόντος, τότε ἤδη κατελθεῖν τοὺς φυγάδας ἐφίησιν ἐς Σπάρτην. (2) Ἔμελλε δ' ἄρα ὑπεροψίας δίκη περιήξειν καὶ Φιλοποίμενα. ὡς γὰρ δὴ τῶν Ἀχαιῶν ὄγδοον ἀπεδείχθη τότε ἡγεμὼν, ἀνδρὶ οὐ τῶν ἀδόξων ὠνείδισεν ἁλῶναι ζῶντα ὑπὸ τῶν πολεμίων αὐτόν· καὶ (ἦν γὰρ τηνικαῦτα ἐς Μεσσηνίους Ἀχαιοῖς ἔγκλημα) Λυκόρταν σὺν τῇ στρατιᾷ ὁ Φιλοποίμην ἀποστέλλει δῃώσοντα τῶν Μεσσηνίων τὴν χώραν. αὐτὸς δὲ τρίτῃ μάλιστα ὕστερον ἡμέρᾳ πυρετῷ τε ἐχόμενος πολλῷ, καὶ πρόσω βεβιωκὼς ἑβδομήκοντα ἐτῶν, ὅμως ἠπείγετο μετασχεῖν Λυκόρτᾳ τοῦ ἔργου· ἱππέας δὲ καὶ πέλτας ἦγεν ὅσον ἑξήκοντα. (3) Λυκόρτας μὲν δὴ καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἀνέστρεφον ἤδη τηνικαῦτα ἐς τὴν οἰκίαν, οὔτε ἐργασάμενοι μέγα Μεσσηνίους οὐδὲν, οὔτε αὐτοὶ παθόντες· Φιλοποίμενα δὲ (ἐβλήθη γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀπέπεσεν

vultu aspiciens, accelerare dixit Graeciae fatum. Manilio deinde Lacedaemoniorum exules restituere contendenti, acriter pro concione restitit. Post illius vero profectionem exules omnes Philopoemenis permissu Spartam redierunt. (2) Sedenim et ipsum aliquando iusta manebat ob nimiam animi elationem poena. Nam quum Achaeorum imperator iam octavum renunciatus fuisset, *Lycortae*, homini haudquaquam obscuro, quod vivus in hostium potestatem venisset, obiecit: neque *ita multo post* coortis inter Messenios et Achaeos inimicitiarum causis, Lycortam cum exercitu misit Philopoemen ad Messeniorum agrum depopulandum: ipse triduo post, etsi vehementi febri laborabat, ac iam annum impleverat LXX, quin tamen eius excursionis particeps esset, se continere non potuit. Secutus igitur Lycortam est cum equitibus et peltatis circiter LX. (3) At Lycortas totaque eius manus quum neque hostes ullo damno affecissent, neque ipsi quicquam grave passi essent, *incolumes* domum rediere. Philopoemen inter dimicandum ac-

ἀπὸ τοῦ ἵππου) ζῶντα ἐς Μεσσήνην ἄγουσιν αὐτόν. συνελθόντων δὲ αὐτίκα ἐς ἐκκλησίαν, διάφοροι παρὰ πολὺ, καὶ οὐ πάντων κατὰ ταὐτὰ ἐγίνοντο αἱ γνῶμαι. Δεινοκράτης δὲ καὶ ὅσοι τῶν Μεσσηνίων ἦσαν δυνατοὶ χρήμασι, παρεκελεύοντο ἀποκτεῖναι Φιλοποίμενα· οἱ δὲ τοῦ δήμου περιποιῆσαι τὰ μάλιστα εἶχον σπουδὴν, πλέον τι ἢ παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πατέρα ὀνομάζοντες. Δεινοκράτης δὲ καὶ ἀκόντων Μεσσηνίων ἔμελλέ τε ἄρα Φιλοποίμενα ἀναιρήσειν, ἐσπέμψας φάρμακον. Λυκόρτας δὲ μετ' οὐ πολὺ, ἀθροίσας ἔκ τε Ἀρκαδίας καὶ παρὰ Ἀχαιῶν δύναμιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Μεσσήνην. καὶ ὁ δῆμος αὐτίκα ὁ τῶν Μεσσηνίων προσεχώρησε τοῖς Ἀρκάσι· καὶ Φιλοποίμενι αἰτίαν θανάτου παρασχόντες, ἁλόντες, πλὴν Δεινοκράτους, ὑπέσχον τιμωρίαν οἱ ἄλλοι· Δεινοκράτης δὲ ἀφίησιν αὐτοχειρίᾳ τὴν ψυχὴν· κατάγουσι δὲ καὶ ἐς Μεγάλην πόλιν τοῦ Φιλοποίμενος τὰ ὀστᾶ οἱ Ἀρκάδες.

cepto in capite vulnere, quum ex equo concidisset, vivus Messenen pertractus est: ubi advocata concione, quum sententiae variarent, Dinocrates et Messeniorum locupletissimi quique occidendum omnino Philopoemenem censebant: at plebs magno studio eum vindicabat a *potentiorum* iniuria, Graeci nominis parentem, eo etiam *ad laudem* insignioribus titulis appellantes. Sed Dinocrates Messeniis *omnibus* invitis veneno misso hominem de medio tollendum curavit. Quod facinus Lycortas non multo post, ex Arcadia et Achaia comparato exercitu, ultus est. Cui se Messenii quum dedidissent, omnes qui Philopoemeni necis auctores fuerant, praeter Dinocratem (is enim sibi ipsi manus conscivit) comprehensi poenas dederunt. Ossa Philopoemenis Arcades Megalopolim reportarunt.

CAPUT LII.

De fortium virorum Graeciae proventu in Philopoemene exstincto — — viri fortes Graeciae breviter recensentur — versus Philopoemenis signo inscripti memorantur.

705 Καὶ ἤδη τὸ μετὰ τοῦτο ἐς ἀνδρῶν ἀγαθῶν φορὰν ἔληξεν ἡ Ἑλλάς. (2) Μιλτιάδης μὲν γὰρ ὁ Κίμωνος τούς τε ἐς Μαραθῶνα ἀποβάντας τῶν βαρβάρων κρατήσας μάχῃ, καὶ τὸν πρὸς τὸν Μῆδον ἐπισχὼν στόλον, ἐγένετο εὐεργέτης πρῶτος κοινῇ τῆς Ἑλλάδος· Φιλοποίμην δὲ ὁ Κραύγιδος ἔσχατος. οἱ δὲ πρότερον Μιλτιάδου λαμπρὰ ἔργα ἀποδειξάμενοι, Κόδρος τε ὁ Μελάνθου, καὶ ὁ Σπαρτιάτης Πολύδωρος, καὶ Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος, καὶ εἰ δή τις ἄλλος, πατρίδας ἕκαστοι τὰς αὑτῶν, καὶ οὐκ ἀθρόον φανοῦνται τὴν Ἑλλάδα ὠφελήσαντες. Μιλτιάδου δὲ ὕστερον Λεωνίδας ὁ Ἀναξανδρίδου καὶ Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους ἀπώσαντο ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ξέρξην, ὁ μὲν ταῖς ναυμαχίαις ἀμφοτέραις, Λεωνίδας δὲ ἀγῶνι τῷ ἐν Θερμοπύλαις. Ἀριστείδην δὲ τὸν Λυσιμάχου καὶ Παυσανίαν τὸν Κλεομβρότου Πλαταίασιν ἡγη-

Cap. LII. In quo sane viro bonorum et fortium virorum omnis *prope* est in Graecia consumta progenies. (2) Primus etenim Miltiades Cimonis filius Persis ad Marathonem fusis, et classe contra eundem hostem comparata, cunctae Graeciae salutem attulit: postremus Craugidis filius Philopoemen. Nam qui ante Miltiadem praeclara suae virtutis documenta dederunt, Codrus Melanthi filius, Spartanus Polydorus, Messenius Aristomenes, et si qui possunt alii cum his enumerari, patriam quisque suam iure videri possint, non universam Graeciam servasse. Post Miltiaden vero, et Leonides Anaxandridae, et Neoclis filius Themistocles, Xerxem e Graecia expulerunt, duobus hic navalibus praeliis, ille nobili ad Thermopylas pugna. De Aristide Lysimachi, et Pausania Cleombroti filio, qui ad Plataeas

σάμενον, τὸν μὲν τὰ ὕστερον ἀφείλετο ἀδικήματα εὐεργέτην μὴ ὀνομασθῆναι τῆς Ἑλλάδος· Ἀριστείδην δὲ, ὅτι ἔταξε φόρους τοῖς τὰς νήσους ἔχουσιν Ἕλλησι· πρὸ Ἀριστείδου δὲ ἦν ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν ἀτελὲς φόρων. Ξάνθιππος δὲ ὁ Ἀρίφρονος καὶ Κίμων, ὁ μὲν ὁμοῦ Λεωτυχίδῃ τῷ βασιλεύοντι ἐν Σπάρτῃ τὸ Μήδων ναυτικὸν ἔφθειρεν ἐν Μυκάλῃ· Κίμωνι δὲ πολλὰ καὶ ἄξια ζήλου κατειργασμένα ἐστὶν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων. τοὺς δὲ ἐπὶ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου, καὶ μάλιστα αὐτῶν τοὺς εὐδοκιμήσαντας, φαίη τις ἂν αὐτόχειρας, καὶ ὅτι ἐγγύτατα καταποντιστὰς εἶναι σφᾶς τῆς Ἑλλάδος. κεκακωμένον δὲ ἤδη τὸ Ἑλληνικὸν Κόνων ὁ Τιμοθέου καὶ Ἐπαμινώνδας ἀνεκτήσαντο ὁ Πολύμνιδος· ὁ μὲν ἐκ τῶν νήσων καὶ ὅσα ἐγγυτάτω θαλάσσης, Ἐπαμινώνδας δὲ ἐκ τῶν πόλεων, τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω, Λακεδαιμονίων τὰς φρουρὰς καὶ ἁρμοστὰς ἐκβαλόντες καὶ δεκαρχίας καταπαύσαντες. Ἐπαμινώνδας δὲ 706

Graecis dux praefuit, *nihil attinet hoc loco dicere, quod* huic proditionis crimen, illi imposita *omnibus* insulis vectigalia, quum antea omnes Graeci nominis populi a tributis immunes fuissent, servatae Graeciae gloriam eripuerunt. Xanthippus quidem Ariphronis, et Cimon: ille deleta Persarum classe ad Mycalen, Leotychide Spartanorum rege adiuvante; hic multis et aemulatione dignissimis facinoribus, de Graecis optime meriti sunt. At omnes, qui bello Peloponnesiaco, quod est contra Athenienses gestum, *exercitibus praefuerunt*, *atque* ex iis gloria praestantissimum quemque, *iure* quis Graeciae parricidas et prope (ut ita dicam) demersores appellarit. Graecorum certe imperium iam graviter perculsum, Conon Timothei, et Polymnidis filius Epaminondas ad *spem* salutis *aliquam* revocarunt; quum uterque, ex insulis ille et maritimis locis, ex urbibus hic mediterraneis praesidia et *Lacedaemoniorum praefectos*, *quos* Harmostas *vocabant*, eiecissent, decurionesque *in singulis civitatibus* in ordinem coegissent. Epaminondas ad haec

καὶ πόλεσιν οὐκ ἀφανέσι, Μεσσήνῃ καὶ Μεγάλῃ πόλει τῇ Ἀρκάδων, λογιμωτέραν τὴν Ἑλλάδα ἐποίησεν. εἶναι δὲ ἁπάντων Ἑλλήνων καὶ Λεωσθένην τίθεμαι καὶ Ἄρατον εὐεργέτας· ὁ μὲν τὸ Ἑλλήνων μισθοφορικὸν, καὶ ἐν Πέρσαις περὶ πέντε που μυριάδας ἐπὶ θάλασσαν καταβάντας, ναυσὶν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀνέσωσε καὶ ἄκοντος Ἀλεξάνδρου· τὰ δὲ ἐς Ἄρατον ἐδήλωσε δή μοι τοῦ λόγου τὰ ἐς Σικυωνίους. (3) Τὸ δὲ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπὶ τῷ Φιλοποίμενι τὸ ἐν Τεγέᾳ·

Τοῦδ' ἀρετὰ καὶ δόξα καθ' Ἑλλάδα, πολλὰ μὲν ἀλκαῖς,
  Πολλὰ δὲ καὶ βουλαῖς ἔργα πονησαμένου,
Ἀρκάδος αἰχμητᾶ Φιλοποίμενος· ᾧ μέγα κῦδος
  Ἕσπετ' ἐνὶ πτολέμῳ, δούρατος ἁγεμόνι.
Μανύει δὲ τρόπαια τετυγμένα δισσὰ τυράννων
  Σπάρτας· αὐξομέναν δ' ἄρατο δουλοσύναν.
Ὧν ἕνεκεν Τεγέα μεγαλόφρονα Κραύγιδος υἱὸν
  Στᾶσεν ἀμωμήτου κράντορ' ἐλευθερίας.

τοῦτο μὲν δὴ ἐνταῦθά ἐστιν ἐπίγραμμα.

duarum minime obscurarum urbium, Messenes, et Arcadicae Megalopolis accessione Graecam illustriorem reddidit. Adnumerandi Graeciae parentibus iure etiam fuerint Leosthenes et Aratus. Ille enim Graecos conductitios, qui Persis stipendia fecerant, ad quinquaginta prope militum millia in naves impositos, invito etiam Alexandro, in Graeciam incolumes reportavit. Arati vero merita ex iis cognosci possunt, quae de Sicyoniorum rebus gestis conscripsimus. (3) Ad Philopoemenis quidem statuam Tegeae talis legitur inscriptio:

Cuius virtutem mirata est Graecia, quique
  Multa manu gessit, multaque consilio,
Arcados invicti Philopoemenis haec monumenta,
  Quem belli ornavit gloria clara ducem.
Huic duo de geminis excelsa trophaea tyrannis,
  Erexit Sparte libera servitio.
Grata etiam Tegee pro libertate recepta
  Craugidis haec gnato magnanimo posuit.

Ac talis quidem illic exstat inscriptio.

CAPUT LIII.

Cur Tegeatae Apollini Agyieo signa dedicaverint, enarratur — de Cydone, Gortyne et Catreo Tegeatarum et Cretensium diversa narratio — de Rhadamantho — quatuor signis Apollinis Agyiei et aliis templis ac signis Tegeae — cultu Iovis Clarii — reliquis Tegeae memorandis.

Τῷ δὲ Ἀπόλλωνι οἱ Τεγεᾶται τῷ Ἀγυιεῖ τὰ ἀγάλματα ἐπ' αἰτίᾳ φασὶν ἱδρύσασθαι τοιᾷδε. Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἐπὶ πᾶσαν λέγουσι χώραν τιμωρεῖσθαι τότε ἀνθρώπων, ὅσοι Λητοῦς, ἡνίκα εἶχεν ἐν τῇ γαστρὶ, πλανωμένης καὶ ἀφικομένης ἐς τὴν γῆν ἐκείνην, οὐδένα ἐποιήσαντο αὐτῆς λόγον. ὡς δὲ ἄρα καὶ εἰς τὴν Τεγεατῶν ἐληλυθέναι τοὺς θεοὺς, ἐνταῦθα υἱὸν Τεγεάτου Σκέφρον προσελθόντα τῷ Ἀπόλλωνι ἐν ἀποῤῥήτῳ διαλέγεσθαι πρὸς αὐτόν· Λειμὼν δὲ (ἦν δὲ ὁ Λειμὼν οὗτος Τεγεάτου τῶν παίδων) ὑπονοήσας ἔγκλημα ἔχειν ἐς ἑαυτὸν τὰ ὑπὸ Σκέφρου λεγόμενα, ἀποκτίννυσιν ἐπιδραμὼν τὸν ἀδελφόν. καὶ Λειμῶνα μὲν τοξευθέντα ὑπὸ 707
Ἀρτέμιδος περιῆλθεν αὐτίκα ἡ δίκη τοῦ φόνου· Τεγεάτης δὲ καὶ Μαῖρα τὸ μὲν παραυτίκα Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν· ὕστερον δὲ ἐπιλαβούσης ἀκαρπίας ἰσχυ-

Cap. LIII. Apollini vero Agyieo signa ob huiusmodi causam Tegeatae dedicasse feruntur. Apollinem et Dianam aiunt ubique gentium graves de iis hominibus sumsisse poenas, qui Latonam dum uterum ferret, errantem contempsissent. Quare quum ii, *quos nominavimus*, dii in Tegeatarum quoque terram venissent, Scephrus Tegeatae filius semotis arbitris cum Apolline est collocutus. Ibi Limon (erat hic quoque de Tegeatae liberis) in suspicionem venit, fuisse clandestinum illum sermonem aliud nihil quam sui criminationem: impetu itaque facto fratrem occidit: sed mox Dianae sagittis confixus, iustas eius caedis poenas dedit. At Tegeates et Maera ex tempore sacrum quidem utrique deo fecerunt: verum postea quum atrox soli sterilitas incesseret,

ρᾶς, ἦλθε μάντευμα ἐκ Δελφῶν, Σκέφρον θρηνεῖν. καὶ ἄλλα τε ἐν τοῦ Ἀγυιέως τῇ ἑορτῇ δρῶσιν ἐς τιμὴν τοῦ Σκέφρου, καὶ ἡ τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρεια διώκει τινὰ, ἅτε αὐτὴ τὸν Λειμῶνα ἡ Ἄρτεμις. (2) Λέγουσι δὲ καὶ, ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κύδωνα, καὶ Ἀρχίδιον, καὶ Γόρτυνα· καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις Κυδωνίαν, καὶ Γόρτυνά τε, καὶ Κατρέα. Κρῆτες δὲ οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ Τεγεατῶν λόγῳ, Κύδωνα μὲν Ἀκακαλλίδος θυγατρὸς Μίνω καὶ Ἑρμοῦ, Κατρέα δέ φασιν εἶναι Μίνω, τὸν δὲ Γόρτυνα Ῥαδαμάνθυος. Ἐς δὲ αὐτὸν Ῥαδάμανθυν Ὁμήρου μέν ἐστιν ἐν Πρωτέως πρὸς Μενέλαον λόγοις, ὡς ἐς τὸ πεδίον ἥξοι Μενέλαος τὸ Ἠλύσιον, πρότερον δὲ ἔτι Ῥαδάμανθυν ἐνταῦθα οἰκεῖν. Κιναίθων δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν, ὡς Ῥαδάμανθυς μὲν Ἡφαίστου, Ἥφαιστος δὲ εἴη Τάλω, Τάλων δὲ εἶναι Κρητὸς παῖδα. οἱ μὲν δὴ Ἑλλήνων λόγοι διάφοροι τὰ πλέονα, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τοῖς γένεσίν εἰσι. (3) Τε-

consulentibus e Delphici Apollinis penetralibus responsum allatum est, lugendum esse Scephrum. Quamobrem in Agyiei sacris et alia in Scephri honorem faciunt, et *virgo* Dianae sacerdos unum quempiam insectatur, Dianam dum Limonem persequeretur simulans. (2) Aiunt etiam de Tegeatae liberis ultro in Cretam migrare oportuisse Cydonem, *Catreum,* Archidium, Gortynem: a quibus urbes nominatae fuerint, Cydonia, Gortyn, Catreus. Cretenses tamen neutiquam huic Tegeatûm sermoni assentientes, Cydonem Acacallide Minois filia et Mercurio genitum dicunt: at Catreum Minois, Rhadamanthi Gortynem filios fuisse. De Rhadamantho quidem Homerus prodidit in Protei et Menelai colloquio, in Elysios campos Menelaum venturum, ubi multo prius Rhadamanthus sedem sit nactus. Cinaethon vero versibus mandavit Rhadamanthum Vulcani, Vulcanum Tali, Talum Cretis filium fuisse. Sunt sane Graecorum scripta quum in plerisque, tum in iis maxime quae ad gentilitates pertinent,

γεάταις δὲ τοῦ Ἀγυιέως τὰ ἀγάλματα τέσσαρά εἰσιν ἀριθμὸν, ὑπὸ φυλῆς ἑκάστης ἱδρυμένα· ὀνόματα δὲ αἱ φυλαὶ παρέχονται, Κλαρεῶτις, Ἱπποθοῖτις, Ἀπολλωνεάτις, Ἀθανεάτις· καλοῦνται δὲ ἀπὸ τοῦ κλήρου, ὃν τοῖς παισὶν Ἀρκὰς ἐποίησεν ὑπὲρ τῆς χώρας, καὶ ἀπὸ Ἱππόθου τοῦ Κερκύονος. ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἐν Τεγέᾳ καὶ Κόρης ναὸς, ἃς ἐπονομάζουσι Καρποφόρους· πλησίον δὲ Ἀφροδίτης καλουμένης Παφίας· ἱδρύσατο αὐτὴν Λαοδίκη, γεγονυῖα μὲν, ὡς καὶ πρότερον ἐδήλωσα, ἀπὸ Ἀγαπήνορος, ὃς ἐς Τροίην ἡγήσατο Ἀρκάσιν, οἰκοῦσα δ' 708
ἐν Πάφῳ. τούτου δέ ἐστιν οὐ πόῤῥω Διονύσου τε ἱερὰ δύο καὶ Κόρης βωμὸς, καὶ Ἀπόλλωνος ναὸς, καὶ ἄγαλμα ἐπίχρυσον· Χειρίσοφος ἐποίησε, Κρὴς μὲν γένος, ἡλικίαν δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν διδάξαντα οὐκ ἴσμεν. ἡ δὲ δίαιτα ἡ ἐν Κνώσσῳ Δαιδάλῳ παρὰ Μίνῳ συμβᾶσα ἐπὶ μακρότερον, δόξαν τοῖς Κρησὶ καὶ ἐπὶ ξοάνων ποιήσει παρεσκεύασε. παρὰ δὲ τῷ Ἀπόλλωνι ὁ Χειρίσοφος ἕστηκε λίθου πεποιημένος. καλοῦσι δὲ οἱ Τεγεᾶται καὶ ἑστίαν

inter se dissidentia. (3) Agyieo apud Tegeatas signa quatuor; singula a singulis tribubus posita sunt. Tribuum ipsarum nomina perhibentur, Clareotis, Hippothoitis, Apolloneatis, Athaneatis: sic appellatae ab agri sorte quam liberis Arcas proposuit suis, et simul ab Hippothoo Cercyonis filio. Est praeterea Tegeae Cereris et Proserpinae fanum: Frugiferas deas nominant. Prope Veneri cognomine Paphiae templum dedicavit Laodice, cui Agapenor pater, is qui bello Troiano Arcadum dux fuit: Paphi tamen illa vixit, uti *alio* est a nobis *loco* prius explicatum. Ab eo templo non longe absunt Liberi Patris delubra duo, Proserpinae ara, Apollinis aedes, cum inaurato simulacro. *Ea omnia* Chirisophus fecit, Cretensis patria; de cuius aetate et magistro comperti nihil habemus. Longior certe Gnossi apud Minoem Daedali commoratio, Cretenses in signorum etiam opificio nobilitavit. Adsistit Apollini ipse Chirisophus e marmore. *Habent* etiam Tegeatae *aedem aliam, quem*

Ἀρκάδων κοινήν· ἐνταῦθά ἐστιν ἄγαλμα Ἡρακλέους· πεποίηται δέ οἱ ἐπὶ τοῦ μηροῦ τραῦμα ἀπὸ τῆς μάχης, ἣν πρῶτον Ἱπποκόωντος τοῖς παισὶν ἐμαχέσατο. (4) Τὸ δὲ χωρίον τὸ ὑψηλὸν, ἐφ' οὗ καὶ οἱ βωμοὶ Τεγεάταις εἰσὶν οἱ πολλοὶ, καλεῖται μὲν Διὸς Κλαρίου· δῆλα δὲ, ὡς ἐγένετο ἡ ἐπίκλησις τῷ θεῷ τοῦ κλήρου τῶν παίδων εἵνεκα τῶν Ἀρκάδος. ἄγουσι δὲ ἑορτὴν αὐτόθι Τεγεᾶται κατὰ ἔτος· καί σφισιν ἐπιστρατεῦσαι Λακεδαιμονίους τότε ὑπὸ τὸν καιρὸν τῆς ἑορτῆς λέγουσι, καὶ (νίφειν γὰρ τὸν θεὸν) τοὺς μὲν ῥιγοῦν, καὶ ὄντας ἐν τοῖς ὅπλοις κάμνειν· αὐτοὶ δὲ ἐκείνων κρύφα πῦρ καῦσαι, καὶ, ὡς οὐκ ἠνωχλοῦντο ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ, τὰ ὅπλα ἐνδύντες ἐξελθεῖν τε ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ σχεῖν ἐν τῷ ἔργῳ πλέον φασίν. (5) Ἐθεασάμην δὲ καὶ ἄλλα ἐν Τεγέᾳ τοσάδε· Ἀλεοῦ οἰκίαν καὶ Ἐχέμου μνῆμα, καὶ ἐπειργασμένην ἐς στήλην τοῦ Ἐχέμου τὴν πρὸς τὸν Ὕλλον μάχην. ἐκ Τεγέας δὲ ἰόντι ἐς τὴν Λακωνικὴν, ἔστι μὲν βωμὸς, ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ, Πανὸς, ἔστι δὲ καὶ Λυκαίου Διός· λείπεται δὲ καὶ θεμέλια ἱερῶν. οὗτοι

communem Arcadum focum vocant. Est ibi Herculis simulacrum: in femore cicatrix cernitur, ex vulnere, quod in prima cum Hippocoontis filiis dimicatione accepit. (4) Excelsior quidam vicus, in quo complures Tegeatae aras habent, Clarii dicitur Iovis: cognomen manifestum est a sortitione Arcadis filiorum ductum. Festos dies quotannis eo in loco agitant Tegeatae: ac Lacedaemonios quidem, eo se sacro occupatis, cum exercitu fines invasisse memorant: *multa* vero quum se effunderet e caelo nix, prae frigore hostes graviter sub armis laborasse: *interea* se clam illis, ignes accendisse; moxque frigoris incommodo liberatos, armis arreptis hosti occurrisse, victoresque paulo post revertisse. Conspicatus et alia Tegeae sum, Alei domum, Echemi sepulcrum, ei in pila incisam Echemi cum Hyllo pugnam. (5) A Tegea in Laconicum agrum pergentibus, ad laevam viae est Panos ara: est etiam Iovis Lycaei. Restant adhuc

μὲν δή εἰσιν οἱ βωμοὶ σταδίοις δύο ἀπωτέρω τοῦ τείχους· προελθόντι δὲ ἀπ' αὐτῶν μάλιστά που σταδίους ἑπτὰ, ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Λιμνάτιδος, καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἐβένου ξύλου· τρόπος δὲ τῆς ἐργασίας ὁ Αἰγιναῖος καλούμενος ὑπὸ Ἑλλήνων. τούτου ὅσον δέκα ἀπωτέρω σταδίοις Ἀρτέμιδος Κνακεάτιδος, ἔστιν Ἀλεοῦ τὰ ἐρείπια.

CAPUT LIV.

De Alpheo flumine Lacedaemoniorum et Tegeatarum fines constituente — Alphei singulari cursu — Orestis sepulcro et fluvio Carate — memorandis in via, quae a Tegea Argos ducit, templo Bacchi Mystae — monte Parthenio.

Λακεδαιμονίοις δὲ καὶ Τεγεάταις ὅροι τῆς γῆς ὁ ποτα- 709
μός ἐστιν ὁ Ἀλφειός· τούτου τὸ ὕδωρ ἄρχεται μὲν ἐν Φυλάκῃ, κάτεισι δὲ οὐ πόῤῥω τῆς πηγῆς καὶ ἄλλο ὕδωρ ἐς αὐτὸν ἀπὸ πηγῶν μεγέθει μὲν οὐ μεγάλων, πλεόνων δὲ ἀριθμόν· καὶ διὰ τοῦτο τῷ χωρίῳ Σύμβολα γέγονεν ὄνομα. (2) Φαίνεται δὲ ὁ Ἀλφειὸς παρὰ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς φύσιν τινὰ ἰδίαν παρεχόμενος τοιάνδε· ἀφανίζεσθαί τε γὰρ κατὰ γῆς ἐθέλει πολλάκις, καὶ αὖθις

templorum fundamenta. Arae quidem hae a muris absunt stadia II. Progressi stadia ferme VII, ad Limnatidis *(quod est ac si Palustris dixeris)* Dianae pervenient. In ea aede ex ebeno signum est. Operis forma cuiusmodi quae a Graecis Aeginaea appellatur. Absunt hinc stadia circiter X Dianae Cnateatidis et Alei ruinae.

Cap. LIV. Lacedaemoniis et Tegeatis agri fines Alpheus est amnis. Eius caput ad Phylacen: unde non procul influit in eum aqua e fontibus orta, non utique magnis, sed numero pluribus: et idcirco Symbola *(quasi confluentem dicas)* est ei loco nomen. (2) Alpheus ipse longe alia quam ceteri amnes est praeditus natura. Abdit enim se

ἀναφαίνεσθαι. προελθὼν μέν γε ἐκ Φυλάκης καὶ τῶν καλουμένων Συμβόλων, ἐς τὸ πεδίον κατέδυ τὸ Τεγεατικόν· ἀνατείλας δὲ ἐν Ἀσέᾳ, καὶ τὸ ῥεῦμα ἀναμίξας τῷ Εὐρώτᾳ, τὸ δεύτερον ἔτι κάτεισιν ἐς τὴν γῆν· ἀνασχὼν δὲ, ἔνθα Πηγὰς ὀνομάζουσιν οἱ Ἀρκάδες, καὶ παρὰ γῆν τε τὴν Πισαίαν καὶ παρὰ Ὀλυμπίαν ἐξελθὼν, ἐκδίδωσιν ὑπὲρ Κυλλήνης, ἐπινείου τοῦ Ἠλείων, ἐς τὴν θάλασσαν. ἔμελλε δὲ ἄρα μηδὲ Ἀδρίας ἐπισχήσειν αὐτὸν τοῦ πρόσω· διανηξάμενος δὲ καὶ τοῦτο τὸ πέλαγος, μέγα οὕτω καὶ βίαιον, ἐν Ὀρτυγίᾳ τῇ πρὸ Συρακουσῶν ἐπιδείκνυσιν Ἀλφειός τε ὢν καὶ πρὸς Ἀρέθουσαν τὸ ὕδωρ ἀνακοινούμενος. (3) Ἡ δὲ εὐθεῖα ἐπὶ Θυρέαν τε καὶ κώμας τὰς ἐν τῇ Θυρεάτιδι ἐκ Τεγέας παρείχετο ἐς συγγραφὴν Ὀρέστου τοῦ Ἀγαμέμνονος μνῆμα· καὶ ὑφελέσθαι Σπαρτιάτην τὰ ὀστᾶ αὐτόθεν, οἱ Τεγεᾶται λέγουσι· καθ᾽ ἡμᾶς δὲ οὐκέτι πυλῶν ἐντὸς ἐγίνετο ὁ τάφος. ῥεῖ δὲ καὶ Γαράτης ποταμὸς κατὰ τὴν ὁδόν. διαβάντι δὲ τὸν Γαράτην, καὶ προελθόντι σταδίους δέκα,

infra terram saepe, et rursus exoritur. E Phylace *primum* et e Symbolis emanans, mergit se in Tegeatico agro: mox in Asaea erumpens, et Eurotae aquas permiscens suas, cuniculo iterum absorptus, emergit quo loco Fontes Arcades nominant: ac Pisaeum agrum et Olympiam praeterlapsus, supra Cyllenen Eleorum navale in mare prorumpit. Neque potest cursum eius Adriatici maris concitatio retardare, quo minus magnum et violentum internatans pelagus, ad Ortygiam Syracusarum insulam, se Alpheum esse ostendat, et Arethusae fonti permisceatur. (3) Recta sane via ad Thyrean, et vicos qui intra Thyreatum fines sunt, habet, quae merito in *huius historiae* commentarios referantur: Orestis Agamemnonis filii sepulcrum; ex quo revulsa a Spartano homine eius ossa memorant Tegeatae. Nostra quidem aetate sepulcrum eius non erat amplius intra muros. Praeterfluit viam Garates amnis: quem ubi transieris, stadia *prope* X

Πανός ἐστιν ἱερὸν, καὶ πρὸς αὐτῷ δρῦς, ἱερὰ καὶ αὕτη τοῦ Πανός. (4) Ἡ δὲ ἐς Ἄργος ἐκ Τεγέας ὀχήματι ἐπιτηδειοτάτη καὶ τὰ μάλιστά ἐστι λεωφόρος. ἔστι δὲ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, πρῶτα μὲν ναὸς καὶ ἄγαλμα Ἀσκληπιοῦ· μετὰ δὲ ἐκτραπεῖσιν ἐς ἀριστερὰν ὅσον στάδιον, Ἀπόλλωνος ἐπίκλησιν Πυθίου καταλελυμένον ἐστὶν ἱερὸν, καὶ ἐρείπια ἐς ἅπαν. κατὰ δὲ τὴν εὐθεῖαν αἵ τε δρῦς εἰσι πολλαὶ, καὶ Δήμητρος ἐν τῷ ἄλσει τῶν δρυῶν ναὸς ἐν 710
Κορυθεῦσι καλουμένης· πλησίον δὲ ἄλλο ἐστὶν ἱερὸν Διονύσου Μύστου. (5) Τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἄρχεται τὸ ὄρος τὸ Παρθένιον· ἐν δὲ αὐτῷ τέμενος δείκνυται Τηλέφου· καὶ ἐνταῦθα παῖδα ἐκκείμενόν φασιν αὐτὸν ὑπὸ ἐλάφου τραφῆναι. ἀπωτέρω δὲ ὀλίγον Πανός ἐστιν ἱερόν· ἔνθα Φιλιππίδῃ φανῆναι τὸν Πᾶνα καὶ εἰπεῖν τὰ πρὸς αὐτὸν, Ἀθηναῖοί τε καὶ κατὰ ταὐτὰ Τεγεᾶται λέγουσι. παρέχεται δὲ τὸ Παρθένιον καὶ ἐς λύρας ποίησιν χελώνας ἐπιτηδειοτάτας, ἃς οἱ περὶ τὸ ὄρος ἄνθρωποι καὶ αὐτοὶ λαμβάνειν δεδοίκασι, καὶ ξένους οὐ πε-

progressus, Panos fanum offendas, et iuxta illud quercum deo sacram. (4) Iam quae a Tegea Argos ducit via, vehiculis pervia, et populari trita est itinere. Adiacent ipsi viae primum quidem aedes Aesculapii cum suo signo. Deinde divertentibus ad laevam unum ferme stadium, est Apollinis cognomento Pythii eversa aedes; cuius ipsa duntaxat exstant rudera. Secundum rectam viam locus est quercu plurima condensus. In eo querceto templum est Cereris cognomine Corythensis, *quasi Galeatae dixeris.* Proxima Liberi Patris aedes: Mystae *(id est Arcani)* vocant. (5) Inde Parthenius mons incipit. In eo sacra Telephi area ostenditur; in qua altum a cerva Telephum puerum dicunt. Paululum abest Panos fanum: ubi Philippidae occurrisse Pana, et quae ei opus erant monuisse, tam Athenienses quam Tegeatae praedicant. Praebet saltus Parthenius testudines ad lyras compingendas quam accommodatissimas. Sed eas accolae capere verentur, neque a peregrinis capi sinunt,

ϱιοϱῶσιν αἱϱοῦντας· ἱεϱὰς γὰϱ σφᾶς εἶναι τοῦ Πανὸς ἥγηνται. ὑπεϱβάλλοντι δὲ τὴν κοϱυφὴν τοῦ ὄϱους, ἔστιν ἐν τοῖς ἤδη γεωϱγουμένοις Τεγεατῶν ὅϱος [καὶ Ἀϱγείων, καθ' ἃ αἱ ἐν τῇ] κατὰ Ὑσιὰς ἐν Ἀϱγολίδι. αἵδε μὲν Πελοποννήσου μοῖϱα καὶ πόλεις τε ἐν ταῖς μοίϱαις, καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει τὰ ἀξιολογώτατά ἐστιν ἐς μνήμην.

quod Pani sacras putant. Ubi iugum superaveris, ac iam in *subiacentia* arva descenderis, illic fines inter Tegeatas et Argivos sunt, ad eum prope modum, quo in Argivo agro ad Hysias. Hae quidem Peloponnesi regiones sunt, et urbes in singulis regionibus. Persecuti autem ea sumus *omnia, vel in agris, vel* in urbibus ipsis, quae hac historiae commemoratione dignissima duximus.

ADNOTATIONES

AD

PAUSANIAE ELIACA POSTERIORA

SEU LIBRUM SEXTUM.

Locus a Capite I. usque ad XVIII. ab auctore ipso V, 25, 1. λόγος ὁ ἐς τοὺς ἀθλητὰς dicitur. Hunc sequitur ille de thesauris in Alti cap. 19. His reliqua adiunguntur, quae Olympia et Elis memorabilia habuit a cap. 20. usque ad finem. De *Olympionicis* plures scripsisse libros *Eratosthenem*, ex Athenaei IV, p. 154. a. discimus. Continet hic locus narrationem V, 21, 1. his verbis promissam: *τῶν ἀνδριάντων* (scil. *τῶν νικώντων*) *ποιησόμεθα καὶ ὕστερον μνήμην.*

CAPUT I.

§. 1. *Τῷ λόγῳ τῷ ἐς τὰ ἀναθήματα*, qui est V, 21, 2. usque ad finem libri quinti. *ἵππων ἀγωνιστικῶν* Vulg. *ἀγωνικῶν* Mosq. male. sed *ἵπποι ἀγωνισταὶ* sunt in Plutarchi Themist. 25. *ἰδιωτῶν.* „Per *ἰδιώτας* non tam conditio quam imperitia rei athleticae designatur. Dicit enim Pausanias, se hoc libro promiscue mentionem facturum athletarum, et eorum qui athleticam non professi sunt. Nam paulo infra cap. 2. vatis cuiusdam imago commemoratur, qui utique quoad athleticam idiota erat." Kuhn. Ergo *ἀθληταὶ* et *ἰδιῶται* hic inter se sunt oppositi (cf. Schneid. Lex. gr. s. v. *ἰδιώτης*), ut II, 13, 6. *μάντις* et *ἰδιώτης*. *Ἰδιώταις*, qui hic cogitantur, adnumerabis *Thrasybulum* cap. 2, 2, *Aristotelem* cap. 4, 5, *Gorgiam* cap. 17, 5, *Anaximenem* cap. 18, 2. praeter illos, qui cap. 16, 5. memorantur. *Ὀλυμπιάσιν* Vulg. *Ὀλυμπιᾶσιν* Mosq. *ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ.* *sed sunt adeo qui splendida perpetrarunt, quod attinet ad certamen, nonnulli etiam aliis in*

rebus, neque tamen honorem statuarum consequuti sunt. ὅτι οὐ κατάλογος κ. τ. λ. Gedoyno hic locus videbatur non tantum valde obscurus sed etiam male distinctus atque adeo corruptus esse; sed non est: Pausanias enim dicit, suum hunc λόγον non esse κατάλογον ἀθλητῶν, ὁπόσοις γεγόνασιν Ὀλυμπιακαὶ νῖκαι, sed συγγραφὴν ἀναθημάτων ἄλλων τε καὶ εἰκόνων, *de aliis donariis et de Hieronicarum statuis.* Ita vero hae statuae accensentur donariis, quum tamen Pausanias V, 21, 1. haec ab illis distinxisset. Sed quae ibi recenset ἀναθήματα, ea τιμῇ τῇ ἐς τὸ θεῖον ἀνέκειτο, statuae autem Hieronicarum, quanquam eae quoque dedicabantur (ἀνετίθεντο), tamen simul ἐν ἄθλου λόγῳ τοῖς νικῶσιν ἐδίδοντο. Hae igitur statuae quatenus dedicabantur et quidem Olympiae, adnumerari poterant donariis. Hoc sequentes Plinii locum XXXIV, 9, et hunc Pausaniae fortasse inter se conciliare poterimus; Pausanias enim paulo ante negaverat, omnibus Olympionicis statuas esse positas, Plinius autem ita scripsit: „Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiae: ubi omnium qui vicissent statuas dicari mos erat.“ quae nescio an liceat hunc in modum interpretari: quae Olympionicis erectae sint statuae, eas omnes Olympiae esse dedicatas. Hic συγγραφὴ cum Genitivo, sed X, 19, 4. cum praepositione ἐς iungitur. ἐπέξειμι *narratione seu oratione persequor*, cum Accusativo rei, I, 25, 5. 26, 5. III, 11, 6. Hic cum Dativo personae, *recenseo.* Infra cap. 11. cum Dativo rei, sed alio sensu. τῷ παραλόγῳ τοῦ κλήρου „Interpr. *sortis fraude:* quasi legisset παραλογισμῷ. Malim τὸ παράλογον τοῦ κλήρου accipere de sortis alea incerta, qua saepe praeter omnem spem victor evadebat in ludis Olympicis, qui ceteris paribus athletarum sorte compositis supererat solus in subsidiis: ἔφεδρον vocabant. Ille enim ultimo congrediebatur cum victore, integer cum defesso, et ita facile indepturus erat coronam. vide Lucian. Hermotim. [§. 40.]“ Kuhnius, qui Luciani locum vertit ita praefatus: Lucianus quum prolixe exposuisset, quo pacto in ludis Olympicis componi soleant paria certantium, haec subiicit: *Si vero impares fuerint, quinque scilicet, septem vel novem, tum litera quaedam supernumeraria uni inscribitur sorti, et una cum aliis literis in urnam demittitur, oppositam sibi nullam habens. Tum qui illam duxerit, tertiarium agit, exspectatque donec illi decertaverint: non enim habet literam sibi oppositam. Et haec est non exigua athletae feli-*

citas, quod integer viribus certaturus sit cum defessis. ὁπόσοις αὐτοῖς εἶχεν ἐς δόξαν. I, 2, 4. dixerat ὅσοις τε ὑπῆρχεν ὧν τις λόγος ἐς δόξαν. In nostro loco subauditur τι. In cod. Paris. 1411. est εἰς δόξαν et in 1410. αὐτὸς pro αὐτοῖς. Post δόξαν est καὶ pro ἢ in Vind. et Mosq. Ante Facium fuit τοῖς ἀνδράσιν, quod ille a Kuhnio mutatum in ἀνδριάσιν recepit. Recte enim Kuhnius „in duas, inquit, classes coniicit Autor eos athletas, quos citabit victores, quarum altera continet athletas sua virtute factisque gloriosis nobilitatos; altera vero habet qui statuas adepti sunt celebriorum artificum manu elaboratas elegantius, quam vulgares statuae solent.“

§. 2. Proficiscitur narratio a Iunonis templo, de quo dixerat V, 16. Ἔστι δὲ ἐν e cod. Vindob. δὲ abest a Vulgata. Φενοῦ pro Φενεοῦ Mosq. ἐν παισὶν. vide ad cap. 6, 1. Ἀρχίδαμος Vulg. Ἀρχέδαμος Vind. Mosq. Aldina. Huius *Alypi* mentio fit etiam cap. 8, 3. p. 472. X, 9, 4. p. 820. post cladem Atheniensium ad Aegis flumen floruit. Κλεογένης pro Κλεογένη Mosq. Σιληνοῦ Vulg. Σηλεινοῦ Vind. Σηλενοῦ Mosq. Τρωΐλος Vulg. Scripsi Τρωῖλος. vide Etymol. M. p. 545. s. v. Νεῖλος et Reg. de Pros. ad Hermanni libr. de emend. gr. gr. rat. p. 423 sq. Neque Sylburgius Vulgatam probavit, sed ei opposuit Ζωῖλον, Χοιρίλον, quibus adde Πενθίλον ex II, 15. 5. Ἀλκίνου etiam cap. 9, 1. Cf. de hac forma ad II, 22, 6. adn. κατὰ ταὐτὰ intelligo ἀγωνίσματα. ὑπῆρξαι pro ὑπῆρξεν Mosq. ἵπποις pro ἵππους idem. τοὺς παῖδας παρέθει τρέχων. Similiter cap. 3, 1. τοὺς συνθέοντας τῶν παίδων παρελθεῖν. pro quibus cap. 2. extr. dixit ἐνίκα στάδιον παῖδας. In Homerico h. in Pan. v. 16. est παραδραμεῖν cum Accusativo. De hoc *Cleone* V, 17, 1. δηλοῦν variata constructione cum ἐς et ἐπὶ et sine articulo τὸ seu τά, *explicare de.* ἐν τοῖς — ἔχουσι. III, 8, 1. 15, 1. ἔχουσιν Mosq. Ἀπελλοῦ τέχνη. Has voces ab Amasaeo omissas esse adnotavit Sylburgius. ἐπιγράμματα· sed III, 8, 1. *unum* tantummodo memoratur. Corayus suspicatus est legendum esse εἰσὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ἐφεξῆς. Vulgatae constructio est: εἰσὶ δὲ κείμενοι Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐφεξῆς ἅμα τῇ Κυνίσκᾳ. Pro ἐπιστεφανωθῆναι Abreschius ad Thucyd. p. 549. et Corayus scribendum putaverunt ἔτι στεφανωθῆναι. Sed ἐπιστεφανωθῆναι iungendum cum πεντάθλῳ est i. q. στεφανωθῆναι ἐπὶ πεντάθλῳ ut cap. 2, 1. ἀνείλετο νίκην ἐπὶ παγκρατίῳ. Verbum ipsum ἐπιστεφανοῦσθαι, quanquam alia potestate, legitur apud Athen. I. p. 13. d. (50 Schw.) Loescher hunc locum ita vertit: „Quae autem addita est ei inscriptio avum Anaxandri testatur ante patrem eius ob

pentathli victoriam fuisse coronatum.“ οὗτος — θεῷ. De his cf. adnotata ad V, 25, 2. *Πολυκλῆς ἐπίκλησιν λαβὼν Πολύχαλκος*· namque haec et similes formulae, ὄνομα, ἐπωνυμίαν, ἐπίκλησιν ἔχω Nominativum nominis proprii seu cognominis adsciscunt. cf. IV, 31, 6. 34, 3. VIII, 41, 5. 30, 2. Talia materialiter poni ideoque non flecti monuit Schaefer ad Apollon. T. II. p. 209. Idem ibidem p. 669. laudat Herodot. V, 52. VI, 103. *Πολύχαλπος* Mosq. Esse post θεῷ plenius interpungendum, monuit Heynius in Antiq. Aufs. II, 257. itaque Facius virgulam ante *Πολυκλῆς* permutavit cum maxima distinctione. ταινίαν· signum victoriae, quod Heynius iam adnotavit l. c. De *taeniis* cf. I, 8, 5. V, 11, 1. VI, 2, 1. 23, 4. IX, 22, 3. adde Timaei Lexic. Winckelmanni Opp. V, 21. 22. τροχός. *graecus trochus* in Horatii Carm. III, 24. Iuvenis trochum humero gestans in Winckelm. Opp. VII, 405. non esse antiquum opus dicitur. ἵππος pro ἵπποις Mosq. *Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ τε καὶ Νέμεα* Vulgata, cuius patrocinium suscepisse videri potest Sylburgius et in adn. ad cap. 3, 1. et p. 930. b. ed. Kuhn. ubi, quod dixit, Pausaniam interdum eidem verbo adverbium et nomen tribuere, confirmaturus huius loci Vulgatam ut incorruptam affert: sed idem in VII, 27, 2. p. 595. *Νεμέᾳ* corrigens addit, supra VI, 1, 2. (in Kuhn. ed. locus perperam citatur) pro illo ipso *Νέμεα* scribendum esse *Νεμέᾳ*, innuere quae ibi praecedant: eandem hanc nostri loci emendationem commendavit Corayus. Nec desunt loci, quibus ea confirmetur; veluti cap. 2. extr. *καί οἱ — ἐγένοντο ἐν Νεμέᾳ τε νῖκαι καὶ Ἰσθμοῖ.* cap. 3, 4. *ἐν Ὀλυμπίᾳ μὲν ἐκράτησεν, ἐν Ἰσθμῷ δὲ καὶ Νεμέᾳ.* ibid. §. 5. *πέντε μὲν Πυθοῖ νίκας, τρεῖς δὲ ἀνείλετο Ἰσθμίων, τέσσαρας δὲ ἐν Νεμέᾳ.* cap. 12, 3. *κρατῆσαι ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Νεμέᾳ τε καὶ Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ.* cap. 14, 1. *ἀνηγορεύθη δὲ καὶ ὕστερον Νεμέᾳ τε καὶ Ἰσθμῷ.* cap. 15, 1. *ὡς καὶ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ καὶ Νεμέᾳ καὶ Ἰσθμοῖ λάβοι στέφανον.* ibid. §. 3. *δύο μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πυγμῆς, δὶς δὲ Πυθοῖ νίκας καὶ ἐν Νεμέᾳ τε καὶ ἐν Ἰσθμῷ λαβόντα.* Ex quibus exemplis quum unum illud cap. 14, 1. destitutum videatur praepositione ἐν, probabile est ea adiungenda propositam correctionem *Νεμέᾳ* stabiliendam esse. Quam qui non admittet, is ad *Νέμεα* subaudiet *ἀγωνίσματα.* sed cf. ad cap. 3, 1. adn.

CAPUT II.

§. 1. *Τῶν ἐξ αὐτῆς στρατοῦ πρῶτος* ante Facium legebatur, qui Palmerii Kuhniique emendationem recepit, sed male scripsit *Στρατοῦ*, quod sequutus est Clavier, quum scribendum esset *Στράτου*. v. Tzschuck. ad Strabon. X, 450. (47. 48.) quae emendatio probata est etiam Goldhageno, Valckenario et Nibbyo. De hac Acarnaniae urbe multus est Palmerius in Graec. Antiq. Descr. p. 385 sqq. Pro vulgato *Ξενάργης* haud dubie et hic et paulo post *Ξενάρχης* scribendum fuit, quum id ipsum in cod. Vindob. deprehendatur; Mosquensis *Ξενάχης* hic offert. Simile est nomen *Ξέναρχος* apud Suidam et Athenaeum. *Λακεδαιμονίων οἱ δὲ ἄρα* Vulg. Sylburgius vel coniuncte *οἵδε*, vel potius cum Amasaeo legendum esse existimavit *Λακεδαιμόνιοι δ' ἄρα*· quorum posterius a Facio probatum, a nobis receptum Clavier quoque contextis reddidit. *χωρὶς* — *ἤδη*. *Anaxander; Polycles* cap. 1, 2. *ἀνάκειται* Mosq. In Clavierii ed. *ἀθλητοῦ*, * *Ξενάργης καὶ* * *Λυκῖνος* legitur; sed nihil deesse, proxima ostendere poterant. Hic quoque Vind. habet *Ξενάρχης*· sed hunc Xenarchum Spartanum, et ab illo Acarnane, cuius mentio paulo ante facta erat, diversum esse, manifestum est; itaque Facii coniecturam *Ξενάργους· καὶ Λυκῖνος* probare non potui. *Ξενάρης* ut Laconicum nomen legitur in Thucyd. V, 36. 51. Pro *Ξενάργει* Mosquensis quoque codex *Ξενάρχει* exhibet. In eodem *δὴ* post *μὲν* omissum et *ἀδελφοῖς* pro *ἐν Δελφοῖς* scriptum est. De qua confusione cf. ad VII, 18, 6. *ἐν Δελφοῖς* — *Κορίνθῳ* significari Pythicos, Nemeaeos, Isthmios ludos, patet. *καὶ οὐ* — *τοὺς πώλους*· haec desunt in Mosq. causa aperta. *οὐ δοκιμασθέντος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν* recte vertit Clavier: *et l'un deux n'ayant pas été admis comme poulain.* haud dubie quum esset maior, quam qui haberetur pullus. *καθιέναι τοὺς ἵππους*, *τὸ ἅρμα* in hac re proprium. Similiter poëtae sua dramata *committentes* dicebantur *καθιέναι τὰ δράματα*. v. omnino Casaub. ad Athen. I. p. 21 f. (p. 165 sq. Anim. ed. Schweigh.) Hic autem plenius *ἐς τῶν ἵππων τὸν δρόμον τοὺς ἵππους καθιέναι* dixit; alibi ut cap. 1, 2. et hic paulo post brevius. Infra cap. 12, 3. *καθιέναι ἐς Ὀλυμπίαν ἵππους* est *ἐς Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα*. *Myro* a Nostro *Atheniensis*, a Plinio *Eleutherensis* vocatur; Eleutherae autem factae erant pars Atticae. vide I, 38, 8. De Myrone iam I, 23, 8. laudato cf. et Winckelmanni Opp. VIII, 319. *Ὀλυμπικαὶ* Vulg. cf. ad V, 7, 4. adn. *Ὀλυμπιακαὶ* Clavier tacite

scripsit. *Λίχας δὲ κ. τ. λ.* De nomine *Λίχας* dicebamus ad III, 3, 5. *εἰργομένων — Λακεδαιμονίων.* Causam huius rei indicat Thucydides V, 49, qui ita dicit: *Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν ὥστε μὴ θύειν μηδ' ἀγωνίζεσθαι* (idem habet Pausanias III, 8, 2.) et refert hoc ad Olympiad. XC, 1. *ἐπὶ — δήμου·* hanc ob rem *ἀνεκηρύχθη Βοιωτῶν δημόσιον*, ut ait Thucydides l. c. *τὸν δὲ — ταινίᾳ.* Thucydides de *Licha* sic: *προελθὼν ἐς τὸν ἀγῶνα ἀνέδησε τὸν ἡνίοχον, βουλόμενος δηλῶσαι, ὅτι ἑαυτοῦ ἦν τὸ ἅρμα.* quam ob causam, idem addit, *ἐν τῷ ἀγῶνι ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβεν·* pro quo Noster dixit *ἐπὶ τούτῳ μαστιγοῦσιν αὐτὸν οἱ Ἑλλανοδίκαι.* An vero Thucydidis *ῥαβδοῦχοι* et Pausaniae *Ἑλλανοδίκαι* iidem fuerint, quod ad Thucydidis locum contendi video, mihi quidem non liquet, quum a Polluce III, cap. 30, 2. *βραβευταὶ, μαστιγονόμοι* et *ῥαβδοῦχοι* distingui videantur. *καὶ διὰ τὸν — μάχη.* Cf. V, 20, 2. III, 8, 2. *"Αγιν* Vulg. *καταπαυθέντος* Vulgata, *καταπαυσθέντος* Mosq. cf. de hac varietate ad II, 22, 9. adn. *τὴν * μὲν * εἰκόνα* Clavier edidit, sed in eius versione nullum est lacunae vestigium. Pro *ἔστησε*, quod ad Licham refertur, *ἕστηκε* est in Mosq. Mox *καὶ* pro *φασὶ* idem habet. Sed hoc ipso *φασὶ* Pausanias significat, se non ipsum vidisse et legisse illa *Ἠλείων γράμματα*, sed tantum quid in iis scriptum esset ex aliis audivisse: hoc autem pugnat cum aliis locis clare indicantibus, eum ipsum suis oculis hos Olympionicarum et Olympiadum catalogos perlustrasse. Huc pertinent III, 21, 1. *τὸν δὲ ὁμώνυμον τούτῳ — Ἀχαιὸν ἐξ Αἰγίου φησὶν εἶναι καὶ τὰ ἐς Ὀλυμπιονίκας Ἠλείων γράμματα.* V, 4, 4. *τὰ Ἠλείων γράμματα ἀρχαῖα ἐς πατέρα ὁμώνυμον ἀνῆγε τὸν Ἴφιτον.* VI, 22, 2. *ταύτας τὰς Ὀλυμπιάδας — Ἀνολυμπιάδας οἱ Ἠλεῖοι καλοῦντες οὐ σφᾶς ἐν καταλόγῳ τῶν Ὀλυμπιάδων γράφουσιν.* adde X, 36, 4. Hinc nobis nascitur suspicio, pro *φασὶ* legendum esse *φησὶ*, ut referatur ad *τὰ γράμματα*, et *σχεῖν νενικηκότα* interpretemur *νενικηκέναι.* quem graecismum tetigimus in adn. ad V, 13, 3. *φησὶ* saepe depravatum esse in *φασὶ* notum est. cf. c. 19, 3. IX, 18. extr. III, 12, 5. VIII, 30, 2. 38, 4.

§. 2. Pro *ἐκ* ante *τῶν Ἰαμιδῶν* in Mosq. et Parisino codice quem Bekkerus contulit, est *ἀεὶ ἀνέον·* in qua depravatione verae lectionis vestigia videmur deprehendere; scribendum enim existimamus: *Ἠλεῖος Θρασύβουλος Αἰνέου τῶν Ἰαμιδῶν·* Sic haec ipsa leguntur VIII, 10, 4. *μάντις Ἠλεῖος Θρασύβουλος Αἰνέου τῶν Ἰαμιδῶν.* neque *ἐκ* in talibus usitatum est. vide adn. ad I, 34, 3. Paucis diebus postquam hoc

correxeram, eandem hanc emendationem communicavit mecum Boeckhius V. Cel. laudans suum comment. ad Pind. Ol. VI. ἃ δὴ — ἐπέξειμι. VIII, 10, 4. γαλεώτην „stellionem esse testatur Donatus apud Terentium. Plinius l. 19. c. 4. tradit esse stellionum genus in Italia non nascens, plenum tentigine, striduris acuti, scorpionibus adeo contrarium, ut visu quoque pavorem iis afferat, et torporem frigidi soporis: a Graecis dici non modo γαλεώτην, sed etiam κολώτην et ἀσκαλαβώτην. Sic ergo vertere poteris: *Thrasybuli statuae ad dexterum humerum asserpit galeotes*, e stellionum genere bestiola." Sylburgius. Iam Winckelmannus Opp. II, 585. dixit, hac bestiola alludi ad familiam *Galeotarum*, qui clari vates erant in Sicilia. v. Fragm. Phanodemi p. 13. Κύπριοι — μαντεύεσθαι· haec sunt corrupta. Kuhnius pro ὡς voluit ὡσαύτως, *similiter*, legi, vel ὡς pro ὁμοίως accipi assentiente Facio. Porsonus autem post Κύπριοι δὲ inserit οἶδα laudans V, 14, 7. VIII, 15, 1. ubi tamen non ὡς sequitur. Equidem vix dubito quin corrigendum sit Κύπριοι δὲ οἱ καὶ ὑσὶν ἐπεξευρόντες εἰσὶ μαντεύεσθαι *Cyprii vero sunt qui et suibus mactatis invenerunt vaticinari.* in quo loquendi genere Aoristi Participium cum verbo substantivo copulatum suo carere non potest articulo: sic Herodot. I, 171. ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες — καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι. Idem III, 7. Πέρσαι εἰσὶ οἱ τὴν ἐςβολὴν ταύτην παρασκευάσαντες ἐπ' Αἴγυπτον. Paus. X, 22, 2. τὰ ἐς Καλλιέας Κόμβουτις οἱ ἐργασάμενοι καὶ Ὀρεστόριος ἦσαν. VII, 17, 4. τὸν Ἡρακλέα μνῆμα εἶναι τὸν ποιήσαντα. Caeterum ὡς ut cum ὅς (v. ad I, 31, 2.) ita etiam cum οἱ confundi potuit. Huic autem formulae ὑσὶ μαντεύεσθαι similis illa est apud Herod. IV, 67. μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι· et φιλύρης φλοιῷ μαντεύονται. Similiter, qui capris mactatis responsa petebant, dicebantur αἰξὶ χρηστηριάζεσθαι, ut apud Diod. Sic. XVI, 26. In Mosq. ἐστὶ pro εἰσὶ legitur. κυσὶ — χρᾶσθαι. „De Graecis haec capienda. Nam apud Romanos Canario augurio certus dies constitutus erat priusquam frumenta vagina exirent. Plin. l. 18. c. 3. cf. Festum in Catularia parta et Alex. ab Alex. Gen. dier. l. 3. c. 12." Kuhn. Huc non pertinent sacrificia canina in Ovid. Fast. I, 389. IV, 908. De forma χρᾶσθαι cf. ad II, 28, 3. adn. ἰδίαν — καταστήσασθαι. sic I, 34, 3. δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος.

§. 3. Ἀμίδα Mosq. ἐς ante ᾄσματι idem. Forsan Pausanias scripserat: λαβεῖν μαντικήν φησιν ἐν ᾄσματι Πίνδαρος

παρ' αὐτοῦ. seu quod Sylburgio Amasaeus legisse videtur: *λαβεῖν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν μαντ.* Pindari locus de *Iamidis* et eorum conditore *Iamo* est Olymp. VI, 46—122, ubi etiam notatio nominis. cf. Schol. Patriam Iamidis Pausanias tribuit Elidem III, 11, 6. 12, 7. VI, 2, 2. 4, 3. VIII, 10, 4. ut Cicero de Divin. 1, 41.

§. 4. *Τε* post *Τιμοσθένης* omisit Mosq. *κατειργασμένος.* cf. adn. ad V, 8, 3. *αὐτὸν* pro *αὑτὸν* Mosq. *ἀνέγραψεν ἐν τῇ εἰκόνι* Porsonus corrigit. *εἴκοντα* pro *εἰκόνα* Mosq. Pro vulg. *Δημοσθένην* et *Δημοσθένους* scripsi *Τιμοσθένην*, *Τιμοσθένους* e praecedentibus. idem voluerunt Facius et Corayus. *Δημοσθένη* Mosq. *Eutychides* Olympiade centesima vicesima fuisse dicitur a Plinio XXXIV, 19. De *Oronte* Syriae fluvio VIII, 29, 3. *ἔχων* pro *ἔχον* Vind. Ald. Francof. sed Sylburgius correxit. idem error V, 23, 5. in Mosq. est notatus. *τῇ* ante *"Αλτει* Mosq. omisit. *Αἴσιπος* pro vulg. *Αἴσυπος* Vindob. De hoc *Daedalo* cf. ad cap. 3, 2. adn. *τὸ — τρόπαιον.* de eo vide V, 27, 7. *'Επίγραμμα — οὐδέν.* Fuit statua Samii pugilis vocata; inscriptio pugilis nomine omisso nominabat paedotribam, qui eam dedicaverat. *ὁ* ante *παιδοτρίβης* Facius e Mosq. et Vind. inseruit. Pro vulg. *Μήκων* Mosq. et Vind. *Μύκων* exhibet, quod recepit Clavier. Kuhnius maluit *Μίκων*, Miconem memorans pictorem. Nibby scripsit *Micone.*

§. 5. *Μεσσηνίοις* pro vulg. *Μεσσηνίων* Mosq. Vind. *Δαμίσκος* omisit Mosq. Factum est hoc nomen a *Δάμις*, *Δῆμις*, *δῆμος.* Hic subaudiri *ἀνάκειται* Facius iam adnotavit. De tempore quo Damiscus victoriam reportavit, vide in fine huius paragraphi. *ὑπερ* pro *εἴπερ* Mosq. *ἄλλό* Vulg. non item Mosq. *μὲν* post *Μεσσηνίους* abest a Mosq. et Vindob. *'Ολυμπικὸν* Vulg. *'Ολυμπιακὸν* Mosq. sic Clavier quoque. De *Leontisco* cf. cap. 4, 2. *τῶν ἐπὶ πορθμῷ Μεσσηνίων* Vulg. Inserui *τῷ*. Cf. ad V, 25, 1. sub finem adnotata. *ἄλλος δε* Mosq. *οὐδὲ Σικελ.* Vulg. Clavier nobiscum scripsit *οὔτε Σικ.* quod Sylburgius iam voluit. *Σικελιώτης* i. q. *τῶν ἐπὶ τῷ πορθμῷ Μεσσήνιος.* Mox *'Ολυμπιάσιν* Vulg. *'Ολυμπιᾶσιν* Mosq. *εἶναι μὲν οἱ* Mosq. *'Ολυμπικόν* Vulg. *'Ολυμπιακόν* Mosq. etiam Clav. Haec forma propterea quoque praeferenda, quod altera *'Ολυμπικὸς* de monte Olympo usurpatur, veluti apud Herod. VII, 172. *ἐνιαυτῷ — Μεσσήνης.* Urbs Messene videtur Olymp. CII, 3. condi coepta esse. vide IV, 27, 5. *ἐνίκα στάδιον παῖδας.* cf. ad cap. 1, 2. adn. *ἐννέα* pro *ἐν Νεμέᾳ* Mosq.

CAPUT III.

§. 1. Τὸ γὰρ — αὐτῷ h. e. τὸ γὰρ ὄνομα οὐκ ἔστι ἐπιγεγραμμένον αὐτῷ seu οὐ γάρ ἐστιν ὄνομα ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένον, ὃ λέγουσι. Cum his Μακεδόνα — Αἰγύπτου omnino conferenda illa sunt Πτολεμαῖος ἀνηγορεύθη ἐπὶ τῇ συνωρίδι Μακεδών· ἔχαιρον γὰρ δὴ Μακεδόνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενοι βασιλεῖς, καθάπερ γε ἦσαν X, 7, 3. extr. Σικυωνίων pro Σικυωνίῳ Mosq. Hic Asterio non aliunde notus. τοὺς — παρελθεῖν. cf. cap. 1, 2. πένταθλον — νίκας. Suspicatus aliquando eram corrigendum esse πεντάθλου. vide §. 3. 5. nunc video ita scripsisse Clavierium; neque tamen hoc innitor existimans, πένταθλον hic non substantivum sed adiectivum esse, et animo addendum νίκην, quod latet in proximo νίκας· ergo opponuntur inter se πένταθλος νίκη ἐν Ὀλυμπίᾳ et Νεμείων τρεῖς νῖκαι. Vulgata est Νεμείων, ut §. 3. cap. 4, 1. 4. 11, 2. 16, 3. 4. I, 29, 4. II, 15, 2. Νεμέων Vindob. et Parisin. 1399. quam formam quum Vulgata etiam §. 4. et X, 25, 2. exhibeat, non ausim damnare in Pausania, sed ei magis propriam illam esse quam hanc dico. cf. adn. ad II, 15, 2. nam cap. 1, 2. extr. et VII, 27, 2. certe dubia est lectio. A sensu verborum εἶναι δὲ αὐτὸν — δυνάμει aberravit Goldhagenus. ἄρχειν Σικυωνίων i. e. ἄρχειν τῆς στρατιᾶς τοῖς Σικυωνίοις. Sic Thucyd. VII, 70. ἦρχον τοῦ ναυτικοῦ τοῖς Συρακουσίοις Σικανὸς καὶ Ἀγάθαρχος.

§. 2. Στρατῖα Mosq. μετὰ τὸ ἀτύχημα Λακεδαιμονίοις τὸ ἐν Λεύκτροις Vulg. „Malet fortasse quispiam Λακεδαιμονίων, vel τὸ Λακεδαιμονίοις συμβάν·" Sylb. et Facius Genitivum maluit. Clavier autem Λακεδαιμονίων scripsit. Quibus ego non assentior, quum negari non possit, Pausaniam crebro Dativum loco Genitivi posuisse. Quam Pausaniae consuetudinem exemplis illustrabam in adn. ad I, 18. extr. His nunc addimus locum nostro simillimum VIII, 5. extr. de Aristocrate proditore: κατελίθωσαν τοῦτον οἱ Ἀρκάδες φωράσαντες, Μεσσηνίοις τὸ ἐπὶ τῇ Μεγάλῃ Τάφρῳ πταῖσμα προδοσίαν τοῦ Ἀριστοκράτους οὖσαν. Alius locus frustra tentatus mox se offeret §. 4., et alii IX, 5, 1. 15, 2. Palmerio haec ἐκ Λεπρέου τοῦ Ἠλείων videbantur obscura, sed nulla, quantum video, in iis est obscuritas. Pausanias enim V, 5, 3. de Lepreo Triphyliae, vicino illo Phigaliae Arcadicae (Gell Itin. of the Morea p. 41. 79.) loquens dicit, Lepreatas velle quidem μοῖραν εἶναι τῶν Ἀρκάδων, φαίνεσθαι δὲ Ἠλείων κατηκόους τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄντας· ideoque qui eorum Olympiae vice-

rint, Ἠλείους ἐκ Λεπρέου eos a praecone esse renunciatos. Ergo Λέπρεος ὁ Ἠλείων est Λέπρεος ὁ ἐν τῇ Τριφυλίᾳ, ut dicitur cap. 15, 1. Supra quoque V, 5, 3. fuit Λέπρεος πόλισμα Ἠλείων ex Aristophane. adde Ducker. et Wassium ad Thucyd. V, 31. 34. Λάβαξ. Sylburgius putabat, forsan rectius esse Λάβραξ· nam λάβραξ est ἀδηφάγος, παρὰ τὸ λάβρως ἐσθίειν, ut est in Etym. M. ἀνάκειται δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς Ἤλιδος παλαιστὴς ἀνὴρ Ἀριστόδημος Θράσιδος. — ἡ δὲ εἰκών ἐστι τοῦ Ἀριστοδήμου τέχνη Δαιδάλου τοῦ Σικυωνίου μαθητοῦ καὶ πατρὸς Πατροκλέους. Vulgata, qua dicitur Aristodemi luctatoris statuam fecisse Daedalus Sicyonius, μαθητὴς καὶ πατρὸς Πατροκλέους scil. ὤν. Sic paulo post §. 3. Κάνθαρος, Ἀλέξιδος μὲν πατρὸς, διδασκάλου δὲ ὢν Εὐτυχίδου. et cap. 4, 3. Σάτυρος Ἠλεῖος Λυσιάνακτος πατρός. Sic Daedalus Sicyonius discipulus et filius fuerit Patroclis. Verba Pausaniae secus accepit Sylburgius quasi ille dixerit, hunc Daedalum discipulum et patrem fuisse Patroclis. Recte Nibby vertit: „Il ritrato di Aristodemo è opera di Dedalo Sicionio scolaro e figlio di Patrocle.“ Sic et Meyer in Hist. art. int. Gr. p. 91. Gedoynus καὶ ante πατρὸς deletum voluit, quem sequutus est Goldhagenus, parum cogitans, nimis duram ita fieri orationem. An vero hic Daedalus Sicyonius Patroclis filius fuerit, dubitationem movere potest locus VI, 19, 3., ubi *Patrocles Crotoniates* dicitur. Ex qua dubitatione oriri possit suspicio, καὶ πατρὸς hinc alienum et ortum esse e proximo nomine Πατροκλέους. Patroclis autem satis congruit cum aetate Daedali Sicyonii; Patroclem enim Plinius XXXIV, 19. *nonagesima quinta* Olympiade floruisse dicit; circa eandem Olympiadem aut non multo secus floruisse putandus est hic Daedalus: (ita et Meyer iudicat in Hist. art. int. Gr. p. 273.) dicitur enim cap. 2, 4. Eleis tropaeum, victoriae de Lacedaemoniis reportatae signum, fecisse; at haec victoria incidisse videtur in Olympiadem XCIV. vide V, 4, 5. et ibi adn. Eadem ratione *huius Daedali* aetas definitur in Winckelmanni Opp. VI, 2, 15. Hic Daedalus Plinio 34, 19, 15. dicitur inter fictores laudatus, pueros distringentes se fecisse. Patroclis iterum fecit mentionem Plinius XXXIV, 19, 34, ubi ponitur in iis, qui athletas, armatos, venatores sacrificantesque fecerint: haud recte igitur Kuhnius negavit, usquam memorari Patroclem. Forsan *duo* fuerunt *Patrocles*, alter Daedali pater, alter Crotoniates. Sic Dalecampius quoque distinxit ad Plin. 34, 19, 34. Caeterum Facius hunc locum ita distinxit: — ἡ δὲ εἰκών ἐστι τοῦ Ἀριστοδήμου τέχνη, Δαι-

δάλου τοῦ Σικυωνίου μαθητοῦ, καὶ πατρὸς Πατροκλέους. et addidit: „Hoc Aristodemi luctatoris signum rectae interpunctionis ope Aristodemi statuarii arti vindicavi, cum prava distinctio vulgata illud Daedalo tribueret.“ atque adeo Aristodemum Patroclis filium, statuarium, Daedali Sicyonii discipulum in artificum retulit indicem. Sed τοῦ Ἀριστοδήμου non posse non ad luctatorem Aristodemum Thrasidis filium referri, ipse articulus docet praepositus, qui indicat hunc ipsum hominem antea esse iam commemoratum. Clavier Facium sequutus est et in contextu graeco et in versione: sic latius sparguntur errorum semina. Si victor et opifex eiusdem fuissent nominis, Pausanias hoc indicavisset ut §. 5. Quem vero e Plin. 34, 19, 26. Facius Aristodemum excitat statuarium, is huius Daedali discipulus esse non potuit, aetate illo longe inferior. Ἵππων δὲ Ἠλείων Vulg. Amasaeus legit Ἵππωνα δὲ Ἠλεῖον. Facius e Vind. Ἵππον δὲ Ἠλεῖον scripsit. Hunc Clavier sequutus est: ego Ἵππων retinui ut Accusativum Nominativi Ἵππως. Atheus quidam Ἵππων est apud Athen. XIII, 610, b. *Critias Atheniensis* significatur I, 8, 5. 23, 11. Ab eo diversus est Critias Νησιώτης. cf. indices in Winckelmanni Opp. p. 298. Hic *Ptolichus Corcyraeus* distinguitur ab *Aegineta*. cf. cap. 9, 1. Meyeri Hist. art. int. Gr. II. p. 89 sq. ubi etiam de *Amphione* et *Pisone*. *Amphion* Cretensis fuit. vide X, 15, 4. *Pisonis* iterum fit mentio X, 9, 4. De scriptura Καλαύρεια cf. adn. ad II, 33, 2. Δαμόκριτος nunc dorice.

§. 3. Pro vulgato τότε Clavier edidit ποτε. sed cf. ad I, 34, 2. adn. ἐφ' αὐτοῦ Vulg. ἐφ' ἑαυτοῦ e Mosq. προςαναστῆναι — ἐδόθη Vulg. Haec varie accepta sunt; Goldhagenus reddidit „erlaubten die Eleer, dass der Kampfmeister neben ihn auf den Platz treten durfte.“ Nibby „ottene dagli Elei di rimuovere il maestro della ginnastica.“ Clavier, qui Vind. lectionem προςαναστῆσαι recepit: „les Eleens lui permirent de faire aussi ériger une statue à son maître de gymnastique.“ idem videtur in Amasaei versione inesse. Hoc si verum esset, mox non potius τὸν δὲ ἀνδριάντα quam τοὺς δὲ ἀνδριάντας ἐποίησε dicendum fuisset; neque assentimur Clavierio τὸν ἀνδριάντα de paedotribae statua interpretanti. Fortasse προςαναστῆναι interpretandum est: *simul ei assurgere*, quemadmodum de Themistocle VIII, 50, 3. legimus: Θεμιστοκλέους ἐς τιμὴν ἐπανέστη τὸ θέατρον. *Cantharus* a Plinio 34, 19, 25. iis accensetur, qui nullis operum suorum praecipui fuerint. sed cf. ad cap. 17, 5. adn. *Eutychides* Lysippi

discipulus. v. cap. 2, 4. Ὀλυμπιάσι Vulg. Ὀλυμπῖᾶσι Mosq. πεντάθλους στεφ. Mosq. Νεμίων Vind. Mosq. τῷ δρόμῳ Mosq. *Tres Hellanodicae in extremo curriculo stantes.* vide V, 9, 5. καταδικάσαιτο i. e. καταδικασθῆναι ποιῆσαι· sic Phavorinus, ergo de *actore.* Non eadem huius verbi est constructio et interpretatio; καταδικάζεται φυγὴν, passive, *multatur exilio* Apollod. III, 15. sed active καταδικάζειν τινὸς φυγὴν Apollod. II, 4, 12. καταδικασθεὶς ἐπὶ φόνῳ apud Diod. S. IV, 76. *caedis crimine damnatus:* pro quo paulo post Diodorus κατηγορηθεὶς δὲ καὶ καταδικασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν φόνου. et rursus III, 12. ἐπὶ κακουργίᾳ καταδικασθέντας dixit, *ob maleficia damnatos.* Sed apud eundem III, 5. καταδικασθεὶς ἐπὶ θανάτῳ est *capitis accusatus.* Hic Medium cum duplici Genitivo est *accusare aliquem alicuius rei*, ut sensus nostri loci sit: *utrumque istorum Hellanodicarum pecuniae acceptae apud senatum Olympicum accusavit.* Facius suspicatus est pro ἑκατέρου legendum esse ἑκάτερον· quum vero dixerint καταδικάζω σοῦ θάνατον, Genitivus personae non est sollicitandus. Ὀλυμπικῆς Vulg. cf. ad V, 7, 4. et de *senatu Olympico* V, 6, 4.

§. 4. De *Oebota* cf. VII, 17, 3. ubi epigramma etiam affertur huic eius statuae additum. In Amasaei versione fuit: „Oebotae statuam Achaei ex Apollinis Delphici responso posuere, cui Olympiade sexta et octogesima palma de stadio est adiudicata.“ Sylburgius iam correxit. cf. VII, 17, 3. In Olympiadibus nullam Oebotae apud Diodorum fieri mentionem, idem animadvertit. Ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν μὲν Vulg. μὲν οὖν Vind. omisit, οὖν abest a Mosq. Facius μὲν post λέγειν delendum esse putavit, et Clavier delevit. Codd. Parisini consentiunt cum Vulgata, excepto 1399, in quo est ἐμοὶ μετὰ μὲν οὖν λέγειν μὲν· sed vox μετὰ puncto notata est, fortasse ut delenda, iudice Boissonado. Verbis λέγειν μὲν deinde opponi πείθεσθαι δὲ planum est; μὲν οὖν erit *atque.* Sensus loci ἐμοὶ μὲν οὖν — οὐκ ἔτ. ἀνάγκη: *atque mihi referendi quidem quae a Graecis narrantur necessitas est, credendi autem omnia nulla item est necessitas.* Simillimus, quod iam Kuhnius, Wesselingius ac Valckenarius animadverterunt hic noster locus est illi Herodoteo VII, 152. Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε μὲν ὦν οὐ παντάπασι ὀφείλω. Haec sententia non tantum ad praesentem rem, qui error Amasaei atque Goldhageni est, sed ad omnes huic similes et ad totum Pausaniae opus pertinet; quod Valckenarium etiam vidisse, ex eius patet adnotatione ad l. l. Herod. quare hic

mihi excitandus locus fuit in Praefatione vol. I. p. XIII. πᾶσιν h. l. neutrum est scil. τοῖς λεγομένοις· ut in Xenoph. Cyrop. I, 6, 6. ἀνάγκη ἦν πείθεσθαι τῷ λόγῳ τούτῳ· aliter Clavier et Nibby, quorum ille *mais on peut se dispenser de le croire,* hic autem vertit: *ma non tutti sono forzati a restorne persuasi.* τὰ δὲ ἄλλα — συγγραφῇ. VII, 17, 3. προςέσται μοι τῇ συγγραφῇ seu τῷ λόγῳ ἐς frequens apud Pausaniam formula est, qua differimur ad locum de re expositurum nunc non tractanda; mox ea repetitur cap. 8, 3. Hoc προςέσται etiam Herodoto frequens esse, Kuhnius iam animadvertit. In Francof. est πρόςεσταί μοι, quod Sylb. correxit. De hoc *Nicodamo* V, 25, 4. ὁ ante Ἀντίοχος abest a Mosq. Mox idem omisit μὲν post Ὀλυμπία. Loci οὐ γάρ τι κ. τ. λ. ultimam partem ἐπὶ Ὕσμωνι τῷ Ἠλείῳ male vertisse Amasaeum et Gedoynum, Goldhagenus noster monuerat, et tamen eorum vestigia sequutus est Clavier. Goldhagenus legendum esse suspicatus ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ Ὕσμωνι vertit: „die Lepreer scheuen sich nicht vor den isthmischen Spielen, wie die eigentlichen Eleer, und folglich auch Hysmon aus Elea.“ Sed nulla opus esse correctione, intelliges si verteris: *non enim ab Isthmiis Lepreatas metus qualis ipsos retinet Eleos in Hysmone Eleo conspicuus.* Nibby bene reddidit: *Imperciocchè non hanno i Lepreati tanta paura degli Istmi, siccome gli Elèi stessi la mostrarono in Ismone Elèo.* ὥςπερ γε Vulg. non item Mosq. Ὀλυμπικὴ Vulg. cf. ad V, 7, 4. et de Νεμέων §. 1. Ἰσθμίων — εἴργετο. Huc inprimis pertinent V, 2, 2 sq. narrata de metu Eleos ab Isthmiis retinente. κατὰ ταῦτα Mosq. τελευτῆσαι pro μελετῆσαι Mosq. ἀνδριὰς αὐτοῦ rectius videbatur Sylburgio esse quam vulgatum ἀ. αὐτῷ. sed cf. de hoc Dativi usu adnotata ad §. 2. De hoc *Cleone* V, 17, 1. ἀλτῆρας ἀρχαίους. cf. ad V, 26, 3. adn. Νικόστρατον Mosq. Ξενοκλίδου solius Kuhnianae editionis lectio est vel vitium. Ξενοκλείδης poeta et Neaerae amator notus est ex Athen. XIII, 593, f. De *Pontia* cf. cap. 9, 1. 14, 5. et de hoc *Aristocle* cap. 9, 1.

§. 5. Hic *Dico*, cuius nomen Camerarius perperam sollicitavit (cf. de eo ad cap. 9, 1.) teste Diodoro Sic. XV, 14. Olympiae in stadio vicit Olymp. XCIX. In epigrammate, quod ibi Wesselingius de hoc Dicone profert, et in Anth. Pal. T. II. p. 537. repetitum est, legitur Καλλιμβρότου, quod auctore Wesselingio recepi; idem tacite fecit Clavier. Sic Xenombrotus (cap. 14, 5.), Stesimbrotus, φθερσίμβροτος in Etym. Gudiano, quod metri causa in φθερσίβροτον mutatum est in Paus. III, 8, 224. Ὀλυμπικὰς Vulg. In illo epi-

grammate δὶς Ὀλύμπια vicisse traditur. *Syracusanus* dicitur hic Dico et a Diodoro et in epigrammate laudato. αὐτὸν ἀνηγ. ante Facium, qui αὐτὸν ἀνηγ. scripsit. De *Caulonia* Strabo VI, 261. ita: Μετὰ τὴν Σάγραν Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δ' Αὐλωνία λεγομένη, διὰ τὸν προκείμενον αὐλῶνα· ἔστι δ' ἔρημος. Prope idem legitur in Stephano Byz. ubi additur: ἀπὸ τοῦ Καυλῶνος ὕστερον μετωνομάσθη Καυλωνία. Hoc Καυλωνία — Ἀχαιῶν interpretandum est: Καυλωνία ὑπὸ Ἀχαιῶν ἀποικίαν ἐς Ἰταλίαν πεμψάντων ᾠκίσθη. Similiter scripserat Thucydides I, 24. ταύτην (πόλιν) ἀπῴκισαν Κερκυραῖοι, quod Scholiastes ita exponit: ἀποικίαν πέμψαντες ᾤκισαν. *Typhonis*, qui Αἰγιεὺς vocatur, patria Αἴγιον, πόλις Ἀχαΐας, fuit. ἄλλαί τε Vulg. De formula κατέλαβε ἐρημωθῆναι cf. ad I, 7, 3. adn. Ἐπὶ δὲ τῷ Ἑλικῶνι ante Facium, qui cum Amasaeo, quem Kuhnius probavit, et cum Mosq. atque Vindob. codd. Δίκωνι scripsit; sed in his codicibus est ante Δίκωνι spatium vacuum, quod Facius inserenda voce Συρακουσίῳ explendum putavit. Camerarius teste Sylburgio retinet Ἑλικῶνι, et supra pro Δίκων reponit Ἑλικών. Haec γένος δὲ οὐ — Ἰθώμῃ unus Gedoynus explicare studuit vertens „qui étoit, non de Sicyone comme quelques-uns prétendent, mais de Messene sous Ithome.“ Pro γένος δὲ Vindob. γένει δὲ habet.

§. 6. Αὐτοὶ pro αὐτοῖς Mosq. In prioris distichi pentametro Aldina ἕστηκε δ' ἀναθέντων, et Mosq. ἕστηκεν ἀναθέντων habet, sed Sylburgius Kuhniusque tacite scripserunt ἕστηκ' ἀνθέντων· quod Anthologia recepit Palatina T. II. p. 813. Facius revocavit ἀναθέντων, a Clavierio relictus. Λύσανδρου pro Λύσανδρον Mosq. In posteriore disticho vulgata est πάτραν· sed Vindob. exhibet πάτρᾳ· atque sic legit Henr. Stephan. Epigr. 504. laudante ac probante Sylburgio, et Codex Casauboni. Sequuti sunt Iacobsius in Anthol. Palat. l. c. et Clavier. Ἀριστοκράτῳ Vind. Mosq. cf. ad III, 6, 4. οὖν Mosq. post δῆλοι omisit. idem pro οἵ τε habet εἴτε. Quod hic Ionum dicitur proverbium, Suidas ita affert: δύο τοίχους ἀλείφεις· sed neque Suidas neque Erasmus, hoc adagium explicantes, id praecipue Ionum fuisse animadverterunt. Qui ex Ciceronis epp. ad Fam. VII, 29. huc pertinet locus est notissimus. De hac orationis structura Ἀλκιβιάδου — ἰσχύοντος, ἐθεράπευον αὐτὸν cf. adn. ad III, 3, 2. adde Fr. A. Wolfii notam ad Suetonii Tiber. 31. Hic μέν γε pro μὲν γὰρ positum esse, Sylburgius sine dubitatione dicit. cf. ad V, 7, 1 adn. Idem ad IX, 1, 3. monet, passim apud Pausaniam

μέν γε legi pro μὲν γάρ. De verbo ἰσχύειν et hoc loco cf. ad IV, 1, 2. adn. τῇ ante Σαμίων Sylburgius vel tollendum arbitrabatur, vel in τῶν vertendum. Exempla huic opinioni contraria congessimus ad I, 3, 5. αἱ ναῦς contra veterum usum etiam apud alios recentiores frequentatur. v. Lobeckius ad Phryn. p. 170. τοῦ Λυσάνδρου Mosq. Huius *Eteonici* mentio iterum fit X, 9, 4. Φάρμακα pro Φάρακα Vind. sed Φάραξ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχος notus est e Diod. S. XIV, 79. ubi Wesselingius et Xenophontem et Athenaeum laudat. ἔς τε τὸ Mosq. Κόνωνος κεκρατηκότος — ὀνομαζόμενον. De hoc monte *Dorio* altum est ubique silentium. Teste Diodoro Siculo XIV, 83. Persarum classis ad *Loryma* in Chersoneso Carica (V, 24, 1.), Rhodiorum insulae opposita, Lacedaemoniorum autem ad *Cnidum* stabat: hinc Lacedaemonii versus meridiem navigantes inciderunt in Persas. Pausaniae igitur ὄρος τὸ Δώριον potest esse Melae (I, 16, 2.) vel *Pandion*, *collis in mare emissus*, vel promontorium *Aphrodisium*, quod indice Mannerto *Onugnathos* quoque et *Cynossema* appellatum est. Caeterum auctore Diodoro Sic. l. l. haec pugna navalis ad Cnidum pugnata est Olymp. XCVI. 2. ὡς quod ante καὶ Κόνωνα Vulgata habet, cum Vind. et Mosq. omisi; idem fecit Clavier. *Timotheus* Cononis filius. ὡσαύτως cum Dativo etiam Herod. IX, 77. extr. ὑπάχοντα Mosq.

CAPUT IV.

§. 1. et 2. Ἔσχεται — εἰκόνως — Ἀθήναος Mosq. Ἀθήναιος est etiam herois Spartani nomen III, 16, 4. De accentu cf. ad cap. 5, 2. adnotata. Sic et Suidas h. v. De *Sostrato* et *Leontisco* Suidas tribus locis s. v. ἀκροχειρίζεσθαι, Λεοντίσκος atque Σώστρατος ex his Pausaniae exposuit. De *Leontisco* adde cap. 2, 5. Machoni apud Athenaeum XIII, 578 f. παγκρατιαστής et Maniae meretricis amator dicitur. Iis, quae Timaei Lex. de v. ἀκροχειρίζεσθαι habet, repetitis Phavorinus addit: ἐξ οὗ καὶ ὁ ἀκροχερσίτης καλεῖται. Pro παραλαμβανόμενος Suidas bis λαμβανόμενος et tertio loco ἐπιλαμβανόμενος scripsit. ἔκλα non effectum sed conatum denotat. Suidas pro eo semel κατέκλα posuit. Apud eundem pro ἀνίει semel ἀφίει, bis autem ἠφίει legitur, sed Reinesius in Observat. utrobique ἀφίει correxit. Pausanias eadem potestate iterum ἀνίει dixit cap. 5, 3. et Suidas ipse ἀνίει in-

terpretatur ἀφίει. In Suida ἢ ante αἴσθοιτο non recte omissum esse, (Kusteri editio uno tantum loco s. v. ἀκροχειρ. additum habet) iam Reinesius animadvertit. Idem pro ἀπαγορεύσαντος semel ἀπαγορεύοντος offert. Hoc verbum in simili re positum legitur VIII, 40, 2. ubi v. adn. δυώδεκα Vulg. Sic et Herod. I, 16. δυόδεκα Mosq. Ὀλυμπιάσι Vulg. Ὀλυμπιᾶσι Mosq. τὴν τετάρτην — ἀντ' αὐτῶν. Cum his cf. V, 9, 5. VI, 22, 2, et de *Pisaeis*, qui illo tempore Arcadas ad huius belli societatem adsciverint, Diod. S. XV, 78. Schneider in Epimetro ad Xenoph. Anab. p. 471. de his rebus ita: „Quod ait Pausanias (V, 9, 5.), Eleos Olympiade 104. ad octo tribus fuisse redactos, amissa parte aliqua terrae in bello cum Arcadibus gesto, cum Olympiade 103. adhuc decem tribus numerarentur, id arguit, Eleos pacis Antalcidae conditiones duras Olympiade 102 $\frac{2}{3}$ quidem reiecisse, et Scilluntem cum Triphyliis et Marganensibus retinuisse in sua potestate, sed tandem bello ab Arcadibus illato fuisse coactos αὐτονομίαν concedere oppidis et populis tribus nominatis. Alio loco Pausanias VI, 4. narrat, Olympiadem 104. Eleos non numerasse, sed inter Ἀνολυμπιάδας retulisse διότι μὴ — ἀντ' αὐτῶν. idque repetit cap. 22, 2." Diodorus de eadem hac Olympiade l. l. τὴν Ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι. Eadem Eleis dicebatur κίβδηλος. v. Paus. VI, 8, 2. ubi his paria. Adiectivum πρώτην positum est pro adverbio πρῶτον. Sic Φαίδρα πρώτη ἐνταῦθα εἶδεν Ἱππόλυτον I, 22, 2. μὴ αὐτοὶ

οἱ

τος Mosq. τῆς — Μεσσήνης. cf. V, 25, 1. In Mosq. est στεφανωθῆναι δὲ αἷς ὑπό· in corrupto αἷς latet forsan δίς· itaque legendum esset στεφανωθῆναι δὲ δὶς ὑπό τε Ἀμφ. De hoc *Pythagora Rhegino* cuius opus laudatur spectatu dignissimum VI, 6, 2. cf. Diog. L. VIII, 1, 47. Plin. XXXIV, 19. et ibi 4. Fabric. Bibl. gr. I, 779, Meyeri Hist. art. inter Graec. I, 79. et Winckelmanni Opp. VIII, 328. *Placisten* Pasiteles matrem statuariae, scalpturaeque et caelaturae esse dixit referente Plinio XXXV, 45.; sed et ipsam *artem statuariam* vocaverunt. cf. Facii Excerpta e Plut. p. 7. quod de *aeneis* quoque signis intelligendum esse, ad §. 3. adnotabitur. διδαχθῆναι δὲ — Κορίνθιον. Hic Pythagoram, statuarium Rheginum, artem accepisse a Clearcho Rhegino, Clearchum autem ab Euchiro Corinthio, tradi manifestum est. Miro autem errore, quem neque Kuester neque Reinesius notavit, in Suidae Lexico Leontiscus hic luctator, cuius statuam fecerat Pythagoras, institutus dicitur a Clearcho, Euchiri disci-

pulo. Verba ipsa s. v. *Σώστρατος* de Leontisco Messenio ex Sicilia sunt: *διδαχθῆναι δὲ αὐτὸν παρὰ Κλεάρχῳ μαθητῇ Εὐχείρου τοῦ Κορινθίου, καὶ Χίλωνος τοῦ Παταρέως* leg. *Πατρέως*. Hoc ultimum de Chilone Patrensi, qui luctator fuit, apud Suidam autem alter Clearchi magister, male repetitum videtur ex iis, quae mox apud Pausaniam §. 4. de hoc Chilone narrantur. *Euchira* et *Eugrammum* Plinius XXXV, 44. *fictores* dicit, et comitatos esse Demaratum Corintho profugum; ab iisdem Italiae traditam plasticen. Demaratus autem cum Bacchiadis Corintho pulsus Olympiade XXIX, in Etruria Tarquinium priscum genuit, qui Olymp. XLI. rex populi Romani factus est. Si haec vera sunt, et Euchirus Corinthius *Syadra* et *Charta* magistris usus est, non satis accurate Winckelmannus VI, 1, 8. scripsit, *Syadram et Chartam* aequales fuisse *Pythagorae ac Dameae*, quos circa Olympiadem sexagesimam floruisse dixerat. Hic *Εὔχειρος* et ille *Εὔχειρ* VIII, 14, 7. diversi sunt. v. ibi adn.

§. 3. *Ὁ δὲ παῖς κ. τ. λ.* Kuhnius recte intelligit *Pantarcen*, qui *ἀνείλετο ἐν παισὶ πάλης νίκην* Olympiade LXXXVI, quam eius victoriam Phidias amator etiam in throno Iovis Olympii celebravit. vide V, 11, 2. Ubi haec statua Pantarcae collocata fuerit, ostenditur VI, 10, 2. Hic eius Pausanias mentionem iniecit argumenti similitudine ductus; de Pythagora enim, cuius hic stabat opus, Leontisci statua, aliisque claris statuariis loquutus erat; simile igitur similis opificis adiungit opus, Phidiae, et verborum *Ὁ παῖς — λόγον* sensus est: *Puerum, sibi caput taenia redimientem, hunc quoque mihi liceat huic inserere narrationi;* ergo *ἐς τὸν λόγον* est *ἐς τοῦτον τὸν λόγον*. Causae, cur eum hic commemoraverit, statim adduntur, et relictus ordo excusatur. *καὶ τῆς ἐς — ἐποίησε.* Opponuntur hic *ἀγάλματα*, Deorum simulacra, *εἰκόνι* statuae hominis, nam ad *ὅτου* subauditur *ἀνθρώπου*. Voluit Pausanias dicere: *Phidias Deorum signis clarus non hominis fecit statuam nisi hanc Pantarcae.* Fortasse idem sensus est eorum, quae leguntur in Quinct. XII, 10.: *Phidias diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur.* A Pausaniae mente longissime aberravit Clavier. *ὅπου* pro *ὅτου* Vind. Mosquens. *γένους τοῦ Ἰαμιδῶν.* cf. ad cap. 2, 3. adn. *Silanionem*, de quo cf. cap. 14, 1. et 5., Plinius XXXIV, 19. dicit Olympiade CXIV. fuisse. Plutarchus eum *πλάστην* vocat, eumque narrat Iocastae, quam idem *πεπλασμένην* dicit, *εἰς τὸ πρόσωπον ἀργύρου τι συμμῖξαι, ὅπως ἐκλιπόντος ἀνθρώπου καὶ μαραινομένου λάβῃ περι-*

φάνειαν ὁ χαλκός. v. Facii Exc. e Plut. p. 52. Meyeri Hist. art. int. Gr. p. 136. adde quod Plinius refert l. l. sect. 21. *Silanion Apollodorum fudit fictorem et ipsum* i. e. ut ipse interpretatur, *ex aere fecit*, et quod de eodem Tatianus ab Harduino laudatus: *Σαπφὼ ἐχαλκούργησεν.* Itaque ex iis qui *πλάσται* appellantur, etiam ex aere quidam signa fecerunt: atque his forsan qui continuo commemoratur *πλάστης τῶν Ἀττικῶν Πολυκλῆς* accenseri potest. cf. Osannus in Amalthea I. p. 347 sq. et de *Polycle* indices in Winckelmanni Opp. 325. *Stadieus* hic an alius inter pictores non ignobiles est apud Plinium XXXV, 40, 42. Rursus ibidem Mydon Soleus, pictor, Pyromachi statuarii discipulus laudatur.

§. 4. Pro *Χίλων* III, 16, 4. *Χείλων* legitur, quod de hoc ipso luctatore recurrit VII, 6, 4. *Νεμίων* Mosq. *ἐτάφη ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν·* sic cap. 6, 1. *ἀνετέθη ἡ εἰκὼν ὑπὸ τοῦ Φωκέων κοινοῦ.* V, 24, 1. *ἀνάθημα ἰδίᾳ ἀναθεῖναι τοῦ Ἐφεσίων κοινοῦ.* adde VII, 6, 3. 4. et Lex. Herodot. Mox cum Clavierio scripsi *συνέπεσεν ἐν πολέμῳ*, quod Facius iam voluit. *συνέπεσε πολέμῳ* Vulg. *ἐν* eodem modo oblitteratum cap. 5, 2. VIII, 26, 2. Initium epigrammatis vulgo ita legebatur *Μοῦνος πάλῃ.* Vind. et Mosq. habent *Μούνῳ πάλῃ.* Camerarius composite legit *Μουνοπάλης*, eique libenter assensus est Sylburgius, quum apud Hesychium *μουνοπάλαι* sint *οἱ μόνῃ πάλῃ νικῶντες·* quod admissum in Anthol. Palat. II. p. 835. a nobis quoque recipiendum fuit. idem factum est a Clavierio. *Τρεῖς* pro *Τρὶς* Mosq. *Ἰσθμῷ ἐν αἰγιαλῷ* Camerarius corrigebat, sed hunc Dorismum ad reliquos Ionismos huius epigrammatis parum quadrare Sylburgius iam animadvertit. Tertii versus Vulgata est *Χίλων, ὃς Πατρεὺς ἦν· αὐτὰρ ὁ λαὸς Ἀχαιῶν·* Vind. ac Mosq. exhibent *ὃς Πατρεὺς ὢν*, et *αὐτὰρ* omittunt. Iacobsius ineptum huius versus rythmum sentiens ita emendari posse credidit: *Χίλων, ὢν Πατρεύς· αὐτάρ νιν λαὸς Ἀχαιῶν.* Sed magis mihi placet Porsoni emendatio: *Χίλων Χίλωνος Πατρεύς· ὃν ὁ λαὸς Ἀχαιῶν.* In Mosq. est *φθήμενον* pro *φθίμενον.* Pro vulgato *τὸ — ἐπίγραμμα ἐπὶ τοσούτῳ ἐδήλωσεν* Sylburgius Kuhniusque — *ἐπὶ τοσοῦτο* vel *ἐπὶ τοσοῦτον* voluerunt, i. e. *in tantum, hucusque.* Quod Facio probatum Clavier nobiscum recepit. Quum vero IV, 30. extr. vulgato *ἐπὶ τοσούτῳ* eadem adhibenda fuerit correctio, eius tuendae gratia adiungamus pauca huius formulae testimonia, quae suum in clausulis locum habebat. Herod. IX, 18.: *τὰ περὶ Φωκέων μὲν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο* i. e. *ἐς τοσοῦτο μὲν εἰρήσθω τὰ περὶ Φωκέων γενόμενα.*

cap. 64.: *αὕτη μέν νυν ἡ μάχη ἐπὶ τοσοῦτον ἐγένετο hactenus de proelio hic commisso.* Pausan. VII, 9. extr. *τότε μὲν δὴ ἐς τοσοῦτον ἐπράχθη* i. e. *ἐς τοσοῦτον μὲν δὴ εἰρήσθω ὃ τότε ἐπράχθη.* Sic enim Pausan. VI, 6. extr. et Herod. IV, 45. *ταῦτα μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.* Similiter noster locus est interpretandus: *ἐπὶ τοσοῦτο μὲν δὴ εἰρήσθω ὃ τὸ ἐπίγραμμα ἐδήλωσε·* nostroque similis VII, 4, 2. *Ἄσιος μὲν ἐς τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐδήλωσεν* i. e. *ἐς τοσοῦτον μὲν εἰρήσθω μοι ὃ Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐδήλωσεν.* quanquam non repugnem, si quis in iis locis, in quibus *δηλοῦν* Accusativo destitutum est, *τοῦτο* seu *ταῦτα* subaudiri malit: ita enim Pausanias IV, 30. extr. *οὗτος μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἐδήλωσε τῆς θεοῦ τὰ ἔργα.* Eiusdem usus est pluralis *τοσαῦτα·* ut Herod. IX, 76. *τὰ κατὰ Μαντινέας μὲν καὶ Ἠλείους τοσαῦτα hactenus de iis quae pertinent ad* etc. Paulo aliter erit interpretandum *τοῦτο μὲν δὴ ἐς τοσοῦτο πεποίηται* de inscriptione VI, 8, 2. *εἰ δὲ — Θεσσαλίᾳ.* Patrensium exegetes posteriorem sequebatur sententiam, ut videre est VII, 6, 4. *ἢ* ante *ἰδίᾳ* Mosq. omisit. *μοι* post *Ἀντιπάτρου* Facius e Mosq. et Vindob. inseruit. Pro vulgato *Λάμιαν* scripsi *Λαμίαν*, ut est I, 1, 3. Strab. IX, 433. Cf. VII, 6, 4.

§. 5. *Δύο* post *Χίλωνος* Mosq. omisit. *μαγείρων* pro *Σταγειρ.* habet Mosq. *Assus* Troadis appellatur etiam Aeolidis et Mysiae. v. Abr. Berkel ad Stephan. Byz. Ante *Αἰολέων* Mosq. *ὁ* inserit. Idem habet *Ὀλυμπιᾶσιν.*

§. 6. *Τῆς τελευτῆς ἐμοὶ δοκεῖν εἵνεκα.* Sic *ἕνεκα* disiungitur a suo Genitivo V, 8, 3. p. 395. *μελέτης ἐμοὶ δοκεῖν ἕνεκα τῆς ἐς τὰ πολεμικά.* Herod. IX, 114. *τουτέων οὐκ ἥκιστα εἵνεκεν.* adde Paus. VI, 20, 8. Facius scripsit, ut ait, ex Amasaei interpretatione *ἀνδριάντα* pro vulgato *ἀνδριάντας·* sed ita iam correxerat Sylburgius. *βασιλεύων* pro *βασιλέων* Mosq. *ταῦτα — δεδήλωται.* III, 10, 4. 5. *Ὀλυμπιακή* Mosq. *ἀναβεβηκυῖα δὲ ἐπὶ τῷ ἅρμα παῖς παρθένος* Aldina — *ἐπὶ τὸ ἅρμα* Francof. et Kuhniana. Facius, quem Clavier sequutus est, e Mosq. et Vind. *ἐπὶ τῷ ἅρματι* scripsit. Nos assensum sustinuimus propter X, 15, 2. *ἀναβεβηκότας ἐπὶ ἵππους.* V, 11, 3. *ἀναβεβηκὼς ἐπὶ ἅρμα.* Quae haec *παῖς παρθένος* fuerit, vide ad cap. 12, 3. Urbs verbis *νεωτάτη — Ἀμύντου* indicata Palmerio et Goldhageno est *Philippi*, antea *Crenides* dicta; Gedoyno autem *Philippopolis*, sed hanc non potius Macedoniae quam Thraciae fuisse, iam animadvertit Palmerius.

§. 7. In hunc *Ergotelem* Pindari est Olympicum carmen XII. ubi v. Schol. ad init. et ad v. 25., quae cum Olympiade LXXVII. certavisse referunt. *Κρῆς* Mosq. *ἐκπεσὼν δὲ ὑπὸ στασιωτῶν ὑπὸ Κνωσσοῦ* ante Facium legebatur. Sylburgius pro posteriore *ὑπὸ* aptius reponi *ἀπὸ* vel *ἐκ* credidit, et Facius cum Clavierio *ἀπὸ* dedit. Porsonus maluit vel *ἐκ Κνωσσοῦ* scribi, vel *ἀπὸ* a Facio illatum expelli. Nobis alterum *ὑπὸ*, quod Vulgata habet, male repetitum videtur ideoque delendum esse, quum Genitivus *Κνωσσοῦ* pendeat ab *ἐκπεσών*. quod uncis adhibitis a nobis indicatum est. *ᾧ καὶ πολλὰ εὕρετο ἄλλα ἐς τιμήν*. Vulgata, in qua nemo offendit, quum tamen vix possit iudicari sana; nos, ut sanitatem restituamus, *ᾧ* mutamus in *οὗ*, *ubi* i. e. *Himerae*; sensus: *ubi et multa alia sibi invenit (paravit) honoris ornamenta* i. e. iis affectus est. Sequuti autem sumus hac in re vestigia codicis Mosq. qui pro *ᾧ* habet *ὅ*. Honoribus videtur cumulatus esse Himerae propter victorias, quas Himeraeis adscriptus deportavit. Hoc significatu *sibi parandi* vel *adipiscendi* veteribus frequentatum *εὑρέσθαι* adhibuisse aliquoties Herodotum, Valckenarius adnotavit ad Her. IX, 6. cf. Paus. VII, 21, 1. p. 576.

CAPUT V.

De *Polydamante Scotussaeo*. Eius una cum Milone Crotoniata et Glauco Carystio Lucianus passim mentionem iniecit. idem eius statuam Olympicam febricantes sanare creditam esse refert in Deor. Concil. §. 12. „Aristides autem Tom. 3. Orat. sermonibus circumferri ait, quod aliquando victus sit a parvo antagonista.“ Kuhn. Polydamantem victum alii dicebant a Promacho Pelleneo, alii invictum ferebant, inprimis Thessali. Quod discimus ex Paus. VII, 27, 2. In Diodori Sic. Fragm. p. 640. Wess. ex Tzetzae Chil. II. Hist. 38. haec leguntur: *Ὁ Πολυδάμας οὗτος ἦν ἐκ πόλεως Σκοτούσης, Γυμναῖς χερσὶ μὲν λέοντας ὡς ἄρνας διαφθείρων, Πτεροῖς ποσὶ δ' ὑπερνικῶν ἅρματα ταχύδρομα, τῇ δὲ χειρί τι σπηλαῖον ἀντήρεισε συμπίπτον. Ὁ Σικελὸς Διόδωρος γράφει τὴν ἱστορίαν.* Wesselingio memoria hic Tzetzen destituisse videbatur: Pausaniam esse, qui de Polydamante haec omnia memoriae prodiderit; animadvertes tamen, hoc *Πτεροῖς ποσὶ — ταχύδρομα* dissidere a Pausaniae narratione. Suidam autem sua de Polydamante ex hoc Pausaniae loco hausisse, no-

tum est. De nomine *Πολυδάμας* Phavorinus ita: *Φερωνύμως, ἢ ὁ πολλοὺς δαμάζων ἐν τῷ νικᾶν — ἢ ὁ πολλὰ δαμασθεὶς, ὅ ἐστι πολλοῖς πράγμασιν ἐντριβής.*

§. 1. *Λυσίππου* pro *Λυσίππου* Mosq. De *heroum statura* VIII, 29, 3. *Πουλυδάμας* Ionicam formam esse, Sylburgius iam animadvertit: adde Homericam. v. Iliad. XII, 210. vulgarem semel exhibet Vindob. §. 3. *Pancratio* eum vicisse, patet ex §. 3. hinc *παγκρατιαστὴς* Suidae dicitur. Vicisse autem putatur Olymp. XCIII. vide Meurs. de Archont. III, 11.

§. 2. „In *Σκότουσσα* accentus discriminis causa retractus est, ut in *'Αθήναιος* cap. 4. init. haec enim quum appellativa sunt, penultimam circumflectunt." Sylb. Tzschuckius autem in Strabone IX, 441. propter consensum librorum dedit *Σκοτοῦσσαν*· et similia sunt *Πιτυοῦσσα* Paus. II, 34, 8. *Θηγανοῦσα*, *Οἰνοῦσαι* IV, 34, 7. In Stephano est *Σκότουσσα, πόλις καὶ χωρίον τῆς ἐν Θετταλίᾳ Πελασγίας.* Vulgatum *κατέλαβε σπονδαῖς* corrigendum legendumque est: *κατέλαβεν ἐν σπονδαῖς.* Sic *Μεγαλόπολιν κατέλαβεν ἐν σπονδαῖς* VIII, 27, 10. *Μεγάλην πόλιν εἷλεν 'Αρκάδων ἐν σπονδαῖς* IV, 29, 3. adde adn. ad cap. 4, 4. Amasaei versio Sylburgianae *foederis specie urbem oppressit* non est posthabenda. *ἐς τὸ θέατρον — τούτους τε* Mosq. omisit librarius oculis a *τούς τε* ad *τούτους τε* aberrans. Auctore Diodoro, qui XV, 75. eiusdem huius crudelitatis in Scotussaeis expromtae meminit, Alexander *ἐκάλεσε Σκοτουσσαίους εἰς ἐκκλησίαν, καὶ περιστήσας τοὺς μισθοφόρους, ἅπαντας ἀπέσφαξε.* Vulgata *κατηκόντισεν* habet, et *κατηκόντησεν* Mosq. *αὕτη — τῆς 'Ολυμπιάδος.* Pro vulgato *Σκοτουσσαίοις* est *Σκοτουσσαίων* in Vind. ac Mosq. *Φρασικαίδου* Vulg. *Φρακαισίδου* Vind. Sed *Φρασικλείδης* Archon Atheniensium fuit Olymp. CII, 2. testibus Pausania ipso VIII, 27, 6. et Diodoro XV, 51. quare *Φρασικλείδου* nobiscum scripsit Clavier, Sylburgio, Wesselingio Facioque idem suadentibus. Eadem hac Olympiade stadio victorem fuisse *Damonem Thurium* repetit Pausanias VIII, 27, 6, et confirmat Diodorus XV, 50. At vero quum iste Alexander anno demum quarto Olympiadis CII. dominationem occupaverit, Wesselingius ad Diod. XV, 75. et Simsonus in Chron. cathol. A. M. 3638. negant, verum esse, quod Pausanias hoc loco de anno huius cladis Scotussaeis inflictae (Olymp. CII, 2.) tradiderit. cf. et Dodwelli Annal. Xenoph. §. XLI. Diodorus ipse hanc Scotussaeorum calamitatem ad Olymp. CIII, 2. retulit. In Mosq. est *δύο δὲ ἐν 'Ολυμπιάδες ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν ἦν.*

In his *δευτέρᾳ* — *Ὀλυμπιάδος* Sylburgius p. 930. ed. Kuhn. dixit esse casus enallagen; sed hoc refutatur in Vigero p. 44. *ἔνεμε* pro *ἔμενε* Mosq.

§. 3. *Πολυδάμαντι* Vind. *ἡ ὀρεινὴ* — *ἐλυμήναντο*. Herodotus VII, 125. 126. de Xerxis exercitu pedestri et de leonibus huius regionis ita: *Πορευομένῳ δὲ ταύτῃ λέοντές οἱ ἐπεθήκαντο τῇσι σιτοφόροισι καμήλοισι.* — *Εἰσὶ δὲ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ λέοντες πολλοὶ καὶ βόες ἄγριοι.* — *οὖρος δὲ τοῖσι λέουσί ἐστι ὅ τε δι' Ἀβδήρων ῥέων ποταμὸς Νέστος, καὶ ὁ δι' Ἀκαρνανίης ῥέων Ἀχελῷος.* ubi v. Wessel. *Olympum* Herodotus VII, 129. in borealibus ponit Thessaliae partibus; idem cap. 173. commemorat *τὴν ἐςβολὴν, ἥπερ ἀπὸ Μακεδονίης τῆς κάτω ἐς Θεσσαλίην φέρει παρὰ Πενειὸν ποταμὸν, μεταξὺ δὲ Ὀλύμπου τε οὔρεος ἐόντα καὶ τῆς Ὄσσης.* cf. Mülleri Doriens. I. p. 19. qui putat, ab antiquioribus etiam *Cambunos montes Olympi* nomine comprehensos esse. Ex his *ἐνταῦθα* — *ὅπλῳ* aliquid excidisse videri potest; Suidas enim, qui, quae s. v. *Πολυδάμας* habet, ex hoc Pausaniae loco excerpsit, ita narrat: *ὃς καὶ νέος ὢν ἀπέκτεινε λέοντα ἐν τῷ Ὀλύμπῳ Μακεδονίας, οὐδενὶ ἐσκευασμένος ὅπλῳ.* Fortasse igitur Pausanias scripserat: *ἐνταῦθα ὁ Πουλυδάμας, νέος ὢν, λέοντα ἐν τῷ Ὀλύμπῳ* — *κατειργάσατο.* Ultimum hoc vocabulum *κατηργάσατο* scriptum est in cod. Paris. 1410. Pro vulgato *λέοντα* — *μέγαν καὶ ἄλκιμον θηρίον* scribendum fuit — *μέγα καὶ ἄλκ. θηρίον.* Proxima fortasse ita corrigenda sunt: *ὅτι καὶ Ἡρακλέα ἔχει λόγος κρατῆσαι οὕτω τοῦ ἐν Νεμέᾳ λέοντος.* id est: *οὐδενὶ ἐσκευασμένον ὅπλῳ.* Pro vulgato *ὑπελείπετο* scripsi *ὑπελίπετο*, quod iam Sylburgio videbatur illo esse rectius. De hac temporum confusione in isto verbo cf. ad I, 16. extr. adn. Post *ἀγριώτατον* Suidas vocabulum *ταῦρον* inserit. Mox idem habet, ut Kuhnius putavit, elegantius *τῆς χηλῆς κατεῖχεν ἄκρας*· et Schneider adnotavit „*τῆς χηλῆς* Schol. Veneta p. 295. rectius.“ sed pluralis eo magis retinendus est, quod illico sequitur *ἀφεὶς* — *τὰς χηλάς*, pro quo et Suidas et illa Scholia habent *τὴν ὁπλήν.* Pausanias autem de industria posuit *χηλὰς*, scissam significaturus ungulam, nam *χηλὴ* proprie *ἐπὶ τῶν διονύχων ζώων, ὡς ὁπλὴ ἐπὶ τῶν μονωνύχων* ut ex Horo Etymol. M. auctor et Phavorinus tradiderunt. Sic Apoll. Rh. II, 667. *βόες χηλὰς σκηρίπτοντες.* Pro vulg. *κατεῖχεν* est *εἶχεν* in Mosq. Deinde in Schol. Venetis legitur: *καὶ πηδῶν ὁ ταῦρος οὐκ ἀνίει.* In Mosq. est *ἐπιγόμενον.* Postea in Suidae Lex. et Schol. Venet. scriptum est *λαβόμενος τῇ ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν τὸ ἅρμα* et *στήσας* pro *πεδήσας.*

Sed Genitivus τοῦ ἅρματος recte se habet, quum λαμβάνειν, ἐπὶ τοῦ δράξασθαι, Genitivum adsciscat. cf. Beckeri Anecd. p. 155. πεδᾶν autem Homericum est; sic Odyss. IV, 380. ὅστις με πεδάᾳ καὶ ἔδησε κελεύθου. In his Δαρεῖος δὲ κ. τ. λ. novum et inauditum est *Isogaei* nomen, quare pro Ἰσόγαιον Palmerius in Exerc. Σογδιανὸν e Diod. Sic XII, 71, Wesselingius autem in adnot. ad l. l. Diod. Σογδαιὸν scribi voluit: uterque autem intelligit quem Ctesias cap. 43 sqq. *Secyndianum* vocavit. Clavier non dubitavit scribere Σογδιανόν. At hic Sogdianus seu Secyndianus non γνήσιος Artaxerxis filius fuit; Ctesia enim auctore Artaxerxes unum habuit filium legitimum, *Xerxem*, septem autem et decem spurios, in quibus *Secyndianus* fuit. Qui igitur hic corrigit Σογδιανὸν, ei putamus etiam corrigendum esse παῖδα Ἀρταξέρξου οὐ γνήσιον. Quod quum sine codicibus non esset audendum, Vulgatam cum Goldhageno et Nibbyo retinui. καταπαλαίσας pro καταπαύσας Vind. Bona est Corayi coniectura, pro ὑπισχνούμενος legendum esse ὑπισχνουμένους. Pro vulg. τὴν αὐτοῦ videtur τὴν αὑτοῦ scribendum esse. Polydamantis iter ad Persarum regem memoratur iterum VII, 27, 2, et quod attinet ad eius pugnam contra tres Persas simul progressos cf. Herodotea VII, 103, 25 sqq. 104, 14 sq.

§. 4. Ἀπολέσθαι, ὡς καὶ ἄλλοι οἱ ἐπὶ ἰσχύϊ μέγα φρονήσαντες. ὡς καὶ Ὅμηρος περὶ Ἕκτορος· δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος. Suidas et Scholiasta Venetus. Locus Homeri, quem Pausanias significavit, est Iliad. VI, 407. De formula φρονεῖν ἐπὶ cf. ad IV, 1, 2. adn. ὥρᾳ θέρους· Valerius Max. IX, 12. extr. habet *tempestatem* et *imbrem*, quo speluncam subire coactus sit Polydamas. κατεῤῥήγνυντο Mosq. διεῤῥήγνυντο Sch. Veneta. τῆς κορυφῆς — διαῤῥηγνυμένης Suidas. Vulgatae sensus est: *scissum ruinam minabatur.*

CAPUT VI.

§. 1. Δύο — παγκρατιαστῇ. Ergo et pugiles, et luctatores et pancratiastae communi nomine ἀθληταὶ appellabantur. δι' ἀλκοῦς — κρατήσας Mosq. Ναρκίδαν Vind. Ἀθηναίων pro Ἀθηναίῳ Mosq. Ab hoc *Micone Atheniensi*, qui dicitur ζωγράφος, et Meyero in Historia artis inter Graecos I. p. 75. Phidiae aequalis, distinguitur *Mico Syracusanus*, qui fuit statuarius, cap. 12, 2. Quod autem ille pictor hic traditur Calliae pancratiastae statuam fecisse, in eo Boettiger, de Mi-

cone loquens, pictore Attico, in Ideen zur Arch. d. Mal. p. 254, veretur ne error lateat. Nos cum Winckelmanno, qui Opp. IV, 31. plures laudavit, qui artem pingendi cum statuaria coniunxerint, huius metus sumus expertes. cf. quae Boettiger ipse ibidem p. 246. de Phidia attulit. De *Eucla* et *Callianacte* cap. 7, 1. ubi et de *Diagoridis*. *Θυγατρὸς γὰρ Διαγόρου* hoc ordine Mosq. *'Ολυμπιακὴν* e Mosq. etiam Clav. Quos hic locus distinguit *duos Polycletos*, quibus notis discernantur, aliis explicandum relinquimus. Cf. Meyeri Hist. art. int. Gr. III. p. 113 sq. Qui hunc luctatorem Thebanum, Agenorem fecit, Pausaniae dicitur *Argivus*, sed et illum Polycletum, qui Argivam protulit Iunonem, Parmenio *Argivum* dixit in Anthol. Palat. II, 691. *Duos* autem fuisse Polycletos, illud videtur confirmare, quod alter hic Naucydis, alter autem apud Plinium Sicyonius vocatus Ageladae discipulus fuisse traditur XXXIV, 19, 2. Pliniani Polycleti condiscipulus Myro fuit; nam hic quoque Ageladam habuit magistrum. v. Plin. XXXIV, 5. et 19, 3. Uterque cum Agelada suo magistro refertur ad Olympiadem LXXXVII. apud Plinium lib. cit. cap. 19. adde indices in Winckelm. Opp. Meyerus in Hist. Art. inter Graec. I. p. 69. sumit, Sicyonium circa Ol. 77. seu 78. natum esse, Argivum autem circa Ol. 94. floruisse p. 89. *Δαμοξενίδα* Mosq. *ἐγένετο — νίκη*. Constructio est: *ἐγένετο δὲ αὐτῷ καὶ Νεμείων νίκη ἔν τε παισὶ καὶ ἀγενείων ἑτέρα*. ergo duae victoriae Nemeicae ei contigerunt, altera *ἐν παισὶ*, altera *ἀγενείων*· harum enim posterior quin diversa fuerit a priore, dubitari non potest. Ut hic sic etiam cap. 14, 1. *παῖδες* et *ἀγένειοι* distinguuntur. ubi v. adn. *ἐν παισὶ* Kuhnius ad VI, 1, 2. interpretatus est: *inter pueros, vel potius adolescentulos impuberes;* sed nescio an aetas vere puerilis sit intelligenda: exemplo est *Damiscus* puer duodecim annorum, qui *στάδιον παῖδας νικῆσαι* cap. 2, 5, vel *Gnatho*, qui *ἐς τὰ μάλιστα νέος κρατῆσαι πυγμῇ παῖδας* dicitur cap. 7, 3. *ἀγένειοι* nobis videntur medii inter *παῖδας* et *ἄνδρας* esse, ergo *adolescentuli*. Nostram confirmat sententiam Phavorinus, apud quem est *ἀγένειος*, *μειράκιον*, Reliquis interpretibus melius Nibby hunc locum ita vertit: „Vi è ancora il ritratto di Lastratide garzone Elèo, che riportò la corona alla lotta: ottene costui una vittoria fra i garzoni nel giuochi Nemèi, ed un altra fragl'· imberbi." Pro *Παραβάλλοντι* Kuhnius opinabatur, fortasse legendum esse *Παραβόλαντι*, a recto *Παραβόλας*, ad formam *Λεωδάμας*. sed non ita rara sunt participia in nomina propria conversa, veluti

Σωζόμενος, Ἐπαμύνων, Αἴθων, Φλέγων, Φαέθων. Pro vulg. τῷ Λαστρατίδου Facius e Mosq. et Vind. τῷ Λαστρατίδᾳ dedit. ὑπελείπετο δὲ καὶ ἐς τοὺς ἔπειτα φιλοτιμία, τῶν νικησάντων Ὀλυμπιάσι τὰ ὀνόματα ἀναγράψαι ἐν γυμνασίῳ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ Vulgata. In Vind. est ἀναγράψας. Hinc Facius corrigebat: ὑπελείπετο — φιλοτιμίαν — ἀναγράψας. Eodem modo hunc locum accipiebat Kuhnius, qui ita: „Vult autor, illum Paraballontem non tantum diaulo vicisse, verum etiam posteritati consuluisse in tantum, in quantum studiosius Olympionicarum nomina in gymnasio publice conscripsit; quod studium deinde persecutus est Euanorides Hellanodica. Infra (cap. 8, 1.) inquit: ἔγραψε καὶ οὗτος τὰ ὀνόματα ἐν Ὀλυμπίᾳ τῶν νενικηκότων. καὶ οὗτος innuit, iam ante ipsum a Paraballonte eundem laborem susceptum." Quae mihi quum mens videretur fuisse Pausaniae, non dubitavi cum Clavierio, haud dubie codd. Parisinos sequuto, scribere: ὑπέλειπε δὲ — φιλοτιμίας, — ἀναγράψας. In Mosq. est Ὀλυμπιᾶσι. Apud Plinium H. N. VIII, 34. etiam *Agriopas* quidam, *qui Olympionicas scripsit*, memoratur.

§. 2. Usque ad finem de *Euthymo*, pugile Locrensi. De eodem dixerunt Aelianus V. H. VIII, 18, et qui sua ex hoc Pausaniae loco excerpsit Suidas v. Εὔθυμος. τῷ Ζεφύρῳ Mosq. εἶναι — τοῦ Καικίνου. cf. ad §. 3. adn. Fluvium qui Rheginum agrum a Locrensi divisit, Strabo VI, 260. non *Caecinem* sed *Halecen* nominat. Apud Phavorinum est Ἄληκος, ποταμός. adde de Caecina fluvio §. 3. Strabo etiam refert cicadas in agro Locrensi canere, in Rhegino autem mutas esse, et quam eius rei existiment causam esse addit. Diodorus IV, 22. fabulosa affert. τεττίγους Mosq. pro τέττιγας. Pro Καικίνην in Aeliano legitur Καικινὸν, in Thucyd. III, 103. Καΐκινόν. In Plinii III, 15. pro *Caecinus* nunc *Carcines* e codd. restitutum est ab Harduino. τὴν ante φωνὴν etiam Porsonus deletum voluit; nos uncis inclusimus. De *Theagene Thasio* cap. 11, 2. Θάσσιος — πυγμῇ Mosq. οὐ μὴν — Εὔθυμον quae loco cap. 15, 3. illustrantur, omissa sunt in Mosq. ἅτε προκατεργασθεὶς κ. τ. λ. similiter Suidas προκατειργασμένος ὑπὸ Εὐθύμου. Palmerius praeeunte Sylburgio recte vertit: *quippe qui labore prius confectus fuerat in pugna contra Euthymum.* cf. de hoc verbo V, 8, 3. Proxima ἐπὶ τούτῳ κ. τ. λ. Sylburgius ita reddidit: *Eam ob rem Theagenes Hellanodicarum sententia talentum unum Iovi, sacram mulctam, alterum item talentum Euthymo noxae illatae nomine dependere iussus est: quia hoc pugilatus certa-*

men adversus Euthymum suscepisse videbatur non alia de causa, quam ut contumelia eum afficeret. Itaque damnatus est ad pecunias privatim ipsi Euthymo exsolvendas. Causa igitur huius multae Theageni irrogatae fuit, quod pugilatus certamen cum Euthymo inimicitia adversus eum studioque contumelia eum afficiendi ductus iniisse videbatur Hellanodicis; et quum praeterea Theagenes pancratiasta, Euthymus autem pugil esset, iniquius hoc erat certamen; pancratiastae enim robustiores erant pugilibus. ζημίας — ὃ ἐπήρειά τις Mosq. In Suida est ὑπερεβάλλετο μὲν ὁ Θεαγένης ἐπηρεάσας τὸν Εὔθυμον. Duae diversae lectiones coniunctae sunt in hac Mosquensi: ἕκτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι πρὸς ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα. Mox τὸ μὲν τῷ θεῷ τοῦ ἀργυρίου γιγνόμενον ἐξέτισεν Vulg. „Codex Casauboni forte, inquit, κρινόμενον. At γιγνόμενον bene se habet, est enim idem quod τὸ ἐπιβάλλον, τὸ ἀνῆκόν τινι καὶ ἁρμόζον, τὸ πρὸς αὐτὸν ἐρχόμενον *rata et debita portio.* V. Eclogae Thomae in γιγνόμενον. Thucyd. V. (49.) ὃ τῷ θεῷ γίγνεται, *quae Iovi Olympio debetur portio multae.* quem locum intuens Noster τὸ μὲν τῷ θεῷ τοῦ ἀργυρίου γιγνόμενον inquit, *pecuniae ratam Deo debitam exsolvit.*" Kuhn. Scholiasta Thucydideum γίγνεται interpretatur ὀφείλεται. Euthymo Theagenem pecuniam imperatam non pependisse, sed alia ratione satisfecisse, indicatur verbis: καὶ ἀμειβόμενος αὐτὸν οὐκ ἐσῆλθεν ἐπὶ τὴν πυγμήν i. e. *et ut ipsi compensaret iniuriam seu ipsi satisfaceret, non descendit in pugilatum.* Et hoc et quod continuo sequitur καὶ ἐπ' ἐκείνης — ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος Suidas ita reddidit: ἐνίκησε δὲ Εὔθυμος τὰς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας τρεῖς καὶ ἐστεφανώθη, τοῦ Θασίου μὴ καταστάντος οἱ ἐς πυγμὴν ἀλλ' ἑτέρων. ubi parvam quandam animadvertes diversitatem: sane quidem Pausanias quoque Euthymum ter vicisse pugilatu refert, sed non tribus continuis Olympiadibus, verum Olympiade septuagesima quarta, sexta et septima; quinta enim victus est a Theagene. ὁ δέ οἱ ἀνδριὰς κ. τ. λ. Eius imaginem Olympiae tactam fulmine iam Callimachus vidit seu novit teste Plinio Hist. Nat. VII, 47.

§. 3. Heroici aevi homo (ἥρως) Temessae interfectus est: eius daemon quum diu Temessaeos vexavisset, ab Euthymo victus et ex agro Temessaeorum eiectus in mare se demersit. Strabo de hac re VI, 255. ita: Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίων ἑλόντων τὴν πόλιν (Τεμέσην) Εὔθυμον μυθεύουσι τὸν πύκτην καταβάντα ἐπ' αὐτὸν (τὸν ἥρωα) κρατῆσαι τῇ μάχῃ, καὶ βιάσασθαι παραλῦσαι τοῦ δασμοῦ τοὺς ἐπιχωρίους. De qua

fabula etiam Creuzer dixit in Symbol. III, 22 sq. Est vero simillima illi, quam narrat de *Sybaride* Antoninus Lib. cap. 8. cf. §. 4. Pro Accusativo Vulgatae Ἥρω et hic et paulo post Ἥρωα scripsit Clavier, sed in eiusdem editione Accusativus τὸν ἥρω legitur X, 4, 7. 10, 4. Eadem haec istius Accusativi forma est in Apoll. Rh. II, 766. In Homeri Iliad. VI, 63. XIII, 428. Odyss. XI, 520. habet adhuc apostrophum, qui ut abiiceretur censor doctissimus suasit in Ephem. litter. Ienens. 1809. N. 244. Quum Sophron in Accusativo ἥρων dixerit (v. Fischer ad Weller. 1, 401.), quum Genitivus τοῦ ἥρω reperiatur apud Pausan. X, 4, 7. 10, 4, et Dativus ἥρω sit apud Homerum atque Polemonem in Schol. ad Sophocl. Oedip. Col. 489, vix dubium est, quin Accusativus ἥρω referendus sit ad Nominativum ἥρως declinationis atticae vulgo appellatae. οὕτω Mosq. Τεμέσσαν· sed una sibilante scribitur in Hom. Odyss. I, 184. Strab. VI, 255. Aelian. V. H. VIII, 18, Steph. Byz. et Suida. Illum *Ulyxis socium* Strabo l. l. nominat *Politen*, eumque narrat habuisse prope Temesam *heroum* oleastris septum. cf. ad §. 4. οὐδένα — ἡλικίαν. Suidas ita: οὐκ ἀνίει τοὺς ἐν Τεμέσῃ ἀνθρώπους ἐπεξερχόμενος καὶ φονεύων. Pro ἡ Πυθία est ἐπυθία in Mosq. οὐκ εἴα Vind. et Mosq. omisit. τέμενος — νεών. Simile quiddam legimus V, 6, 4. *area templo circumdata* designatur, ut iam Wesselingius ad Herod. III, 142. Pro νεὼν mox ναόν. Hoc cum proximis Suidas ita reddidit: τέμενος ἐργασαμένους καὶ κατ' ἐνιαυτὸν τὴν καλλίστην οὖσαν παρθένον ἐς γυναῖκα ἐπιδιδόντας. δεῖγμα pro δεῖμα Mosq. ἀπὸ τοῦ δαίμονος ante Facium, qui e Vind. et Mosq. ἀπὸ τούτου τοῦ δαιμ. scripsit. ad Vulgatam recte rediisse Clavier videtur. ἐνίκα τε δὴ τῇ μάχῃ. Suidas καὶ αὐτὸν μὲν νύκτωρ φανέντα ἐνίκησε. Deinde vulgo legitur: καὶ ἐξηλαύνετο γὰρ ἐκ τῆς γῆς ὁ Ἥρως, ἀφανίζεταί τε καταδὺς ἐς θάλασσαν. Nobis hanc pravam distinctionem corrigentibus etiam τε post ἀφανίζεται uncis includendum fuit. ἤκουσα δὲ καὶ τοιόνδε τι voluit Porsonus. καὶ ὡς ἀποθανεῖν — τρόπον *et evitata morte alio quopiam modo ex hominum coetu excessisse* Sylb. *et que cherchant à éviter la mort, il disparut d'une autre manière du nombre des mortels* Clavier. Sensus est: *non mortuus est ut alii homines, contra alio quopiam modo ex hominum coetu excessit.* Quomodo, his verbis indicavit Aelianus l. c. λέγουσι δὲ τὸν αὐτὸν Εὔθυμον καταβάντα ἐπὶ τὸν Καικινὸν ποταμὸν, ὅς ἐστι πρὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως, ἀφανισθῆναι. Hinc fama inter regionis incolas servata, *Euthymum Caecinae fluvii filium* fuisse v. Pausan.

§. 2. De eo Plinius H. N. VII, 47. haec: *consecratus est vivus sentiensque oraculi eiusdem iussu et Iovis deorum summi adstipulatu Euthymus pycta, semper Olympiae victor et semel victus* i. e. qui quoties Olympiae pugilatus certamen iniit, victor discessit, semel tantum victus est: carere igitur potest hic locus Meursii correctione. In hoc nostro Pausaniae loco Vulgata post ἀνθρώπων insertum habet ἄλλον, quod glossema esse vocis ἕτερον Kuhnius iam vidit; Facius uncis circumdedit, Clavier delevit. Pro ἕτερόν τινα Abresch. in Thucyd. p. 548. δεύτερον proposuit. οἰκεῖσθαι — ἐμπορίαν. sed Strabonis aetate vocabatur *Tempsa* (v. Strab. VI, 255.), apud Plinium H. N. III, 10. *Temsa.*

§. 4. Τοιάδε Mosq. Legendum esse καὶ Καλύκα πηγὴ Corayus quoque suspicatus est. In cod. Paris. 1411. legitur καὶ λύκα πηγὴ δὲ· De hoc *fonte* mox. Pro vulgato Ἥρα Clavier bonam habet lectionem ἡρῷον, male autem vertit: *la ville de Hera.* hoc *heroum* ad §. 3. e Strabonis loco commemoratum est. λύκου δέρματι Creuzer in Symbol. III, 23. opinatur, mali aliquid hoc loco significari, et simile nostro *Wehrwolf.* Illa *Sybaris* in Antonini fabula est θηρίον μέγα καὶ ὑπερφυὲς, καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀναρπάσαν ἐκ τῶν ἀγρῶν τὰ θρέμματα καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Hinc λύκου δέρμα isti daemoni datum est. Ex eadem Antonini narratione intelligitur, quid velit in hac tabula picta *fons;* namque e saxo, in quod praecipitata est illa Sybaris, ἀνεφάνη πηγὴ, καὶ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι Σύβαριν· ἐκ δὲ ταύτης καὶ Λοκροὶ πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν. Pro ἀμπίσχετο est ἀπέχετο in Mosq. ἐτίθετο δὲ καὶ ὄνομα Λύβαντα ἐπὶ τῇ γραφῇ γράμματα Vulgata. Λύβαντα an Ἀλύβαντα scribendum sit, non dixerim. Apud Suidam est ἠγωνίσατο πρὸς τὸν ἥρωα Ἀλύβαντα· apud Pausaniam legitur ἐτίθετο ὄνομα Λύβαντα· ergo utrobique littera α praecedit, quae ante hoc nomen proprium perperam vel omitti vel repeti potuit. Forsan praestat Ἀλύβαντα, quoniam Ἀλύβας est nomen populi in Bekkeri Anec. 1317. et quidem Metapontinorum Italiae, ut patet e Steph. B. h. v. Recte autem Kuhnius, Facius et Clavier animadverterunt, post Λύβαντα seu Ἀλύβαντα esse τὰ inserendum: quanquam Facius ipse maluerit Λύβαν τὰ ἐπὶ scribi. male, nam κλίνεται διὰ τοῦ ντ περιττοσυλλάβως. v. Bekker. An. l. c. Equidem ita emendaverim: ἐτίθετο δὲ καὶ οἱ ὄνομα Λύβαντα seu Ἀλύβαντα τὰ ἐπὶ τῇ γραφῇ γράμματα *litterae, quae in hac tabula picta erant, dabant ei nomen Lybantis seu Alybantis*

quod nomen Kuhnius putavit denotare τὸν ἀπολλύοντα a λυμαίνομαι (?). Fortasse de vicina Locris gente barbara Metapontinorum dictus hic daemon est Ἀλύβας.

CAPUT VII.

§. 1. Pro Χαρμίδης Vindob. perperam habet Χαλμίδης. cf. ad. V, 10, 2. adn. λαβόντες νίκας ἐπὶ πᾶσι (quod Loescher vertit: *qui in omnibus victores extiterunt*) ante Facium, qui e Vind. Mosq. et Amasaei interpretatione reddidit — ἐπὶ παισί. De *Diagora*, eius filiis, et eorum statuis cf. Ciceron. Tusc. I, 46. cum Davis. adn. et Pindari Olymp. VII. cum scholiis. κόσμῳ *ordine*. κόσμῳ ἐπιτιθέναι et τιθέναι Herod. VII, 36. Ὀλυμπιάσιν ἐφεξῆς etiam Mosq. πρότερον δ' ἐπὶ ante Facium, qui, quod Kuhnius iam correxerat, πρότερον δ' ἔτι dedit. Vulgo legitur ὁ ante Θεοκόσμου, sed deest in Vind. ac Mosq. De hoc Iovis simulacro, quod facere coeperat *Theocosmus*, dixit Pausanias I, 40, 3. Διαγόρου δὲ καὶ οἱ τῶν θυγατέρων παῖδες Vulg. In Mosq. et Vind. est Διαγόρας δὲ καὶ οἱ quod Clavier recepit me non probante, namque Diagoram ipsum pugilem fuisse, modo dixerat Pausanias. Postquam enim de tribus Diagorae filiis (etiam in Ael. V. H. X, 1. memoratis) et Diagora ipso loquutus erat, transit ad eius ex filiabus nepotes. πὺξ ἀσκεῖν i. e. πυγμήν. Sic cap. 9. extr. πὺξ νικᾶν. De huius *Euclae* statua et victoria cap. 6, 1. *Callianactis* mentio est in Pindari Olymp. VII, 171. Καλλιπατέρας Vind. ac Mosq. male. cf. V, 6, 5. Ἀριστοπάτειρα apud Schol. Pindari l. c. Πεισίδωρος Vulg. cf. V, 6, 5. Πεισίροδος Clavier. Πεισιῤῥόθιος Schol. ad Pindari Olymp. VII. init. Hic *Pisidorus* ex altera Diagorae filia, *Pherenice*, natus erat. v. ad V, 6, 5. adn. Quae igitur sequuntur ὃν ἡ μήτηρ — ἤσκησεν ad hanc *Pherenicen* referenda sunt. Sylburgius nobis non persuasit, pro ἤσκησεν e V, 6, 5. ἤγαγεν legendum esse; neque Amasaei versio *ad ludos tirocinio deduxit* huic favet coniecturae. Διαγόραν — καλούμενον. In scholiis Pindari non filii patri sed nepotes avo hunc dicuntur honorem habuisse. πανυγήρεως Mosq. βαλλόμενον — ἄνθεσι. cf. IV, 16, 4. *Aetas* huius Diagorae et filiorum eius filiarumque non est incerta. Victoria Diagorae Olympica refertur ad Olymp. LXXIX, 1. Eius statuam fecit Callicles filius Theocosmi, qui Iovis simulacrum I, 40, 3. memoratum absolvere propter belli, quod incidit, Peloponnesiaci impetum non po-

tuit. Ergo statua haec Diagorae diu post illam eius victoriam est collocata. Dorieus minimus Diagorae filius, aequalis Cononis (vide §. 2.), secundam victoriam reportavit Olymp. LXXXVIII, vide Thuc. III, 8. primam putant septima, tertiam nona ei contigisse. γένος δὲ ὁ Διαγ. cf. IV, 24, 1. Diagorae pater fuit *Damagetus* (v. Schol. ad Pind. Ol. VII. init.); idem nomen fuit illi, qui Aristomenis filiam in matrimonium duxit (v. Pausan. IV, 24, 1.): sed hic pater Diagorae esse non potuit, quum bellum Messenicum secundum Olymp. XXVIII. finitum sit.

§. 2. Δωριεῖ δὲ τῷ Διαγόρου παρεξῆς Ὀλυμπιάσιν, Ἰσθμίων μὲν γεγόνασιν ὀκτὼ νῖκαι, Νεμείων δὲ κ. τ. λ. Vulg. Lexica ex hoc loco παρεξῆς proferunt et volunt esse ἑξῆς, *deinceps.* Similiter Facius cum Sylburgio vertit: *deinceps post Olympicas victorias.* Sed hoc alienum locumque corruptum esse, vidit etiam Porsonus, qui vel παρὲξ τῶν, ut est VII, 5, 5. παρὲξ τῶν ἱερῶν, vel παρὲξ τριῶν τῶν ἐφεξῆς (vide §. 1.), vel παρὲξ τὰς legendum esse censuit. Mihi in mentem venerat corrigere παρὲξ ὅσαι Ὀλυμπίασιν scil. γεγόνασιν αὐτῷ νῖκαι *praeter eas quas Olympiae consequutus est.* Sic II, 30, 9. παρὲξ ὅσαι πόλεις παρ᾽ αὐτῶν φασιν ἀποικισθῆναι. In Mosq. est Ὀλυμπιᾶσιν, quod alienum est ab hoc loco. Νεμίων Mosq. λέγοιτο Vulg. excepto Clavierio, qui nobiscum λέγεται dedit; idem expressum est ab Amasaeo, et commendatum a Sylburgio atque Facio. ἀκονειτί Mosq. cf. ad cap. 11, 2. τὰ ante Λακεδαιμονίων Mosq. omisit. ὥστε — οἰκείαις. Diodorus XIII, 45. eum dicit ναύαρχον τῶν ἐξ Ἰταλίας τριήρων, et pugnae interfuisse navali ad Abydum Olymp. XCII, 3. commissae. Thuriis navibus praeerat etiam quum captus est teste Xenophonte Hell. I, 5, 11. Vulgatam ἐς ὃ τριήρων ἁλοὺς Ἀττικῶν Kuhnius ita correxit, ut insereret ὑπὸ, probatus Valckenario et Clavierio, qui edidit ὑπὸ τριήρων. Facius Vulgatam retinens quia ἁλῶναι etiam sine praepositione cum Genitivo copuletur, videtur statuisse, ut ἁλῶναι exempli gratia κόρης vel κλοπῆς, ita et ἁλῶναι τριήρων dici. Illud Herodoti I, 91. τοῦτο ἐπιστάσθω Κροῖσος, ὡς ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι ἁλοὺς τῆς πεπρωμένης huc non pertinere, planum est. *Dorieum captum* ab Atheniensibus esse paulo post imperium Alcibiadi iterum ademtum, et decem praetores, in quibus Conon fuit, creatos, discimus e Xenoph. Hell. I, 5, 11. ὡς δὲ — δρᾶσαι. Xenophon de hac populi Atheniensis in Dorieum clementia ac misericordia l. l. ἐλεήσαντες ἀφῆκαν οὐδὲ χρήματα πραξάμενοι. In Mosq. ἄχαροι legitur. De hoc

Androtione diximus ad Philochori et Androtionis Fragmenta p. XIII sqq. *εἶναι μὲν τηνικαῦτα κ. τ. λ.* „Consentit Diodori Sic. XIV, 79. narratio ex Androtione ducta, ut videtur.“ Schneider. Quum, ut Diodorus l. c. testatur, Olympiade XCVI, 1. Rhodii auctore Conone se ad magni regis et Atheniensium societatem aggregarint, Dorieus, qui illo tempore adhuc in vivis erat, iam Olympiade XCII. occidi non potuit, quod nonnulli putarunt. *ἐθέλειν — καταστῆσαι* i. e. *videtur mihi praeterea velle Lacedaemonios pares exhibere Atheniensibus*, ergo velle non modo id narrare, quod vere acciderat, sed etiam ostendere, Lacedaemonios in Dorieo et Athenienses in Thrasyllo reliquisque suis praetoribus damnandis eiusdem reos esse temeritatis agendos. *Θράσυλλον*· ita scribitur etiam apud Diodorum et in Schol. ad Arist. Ran. 1227, sed in Xenophontis Hellenicis est *Θρασύλος*. Utramque formam bonam esse, ostendit Bastius in ep. crit. p. 243 sq. De his *ὅτι καὶ — ἔγκλημα* cf. Xenoph. Hell. I, 6. 7. Diod. S. XIII, 97 — 102. et Wessel. ad cap. 100. Iidem et Stephanus Byz. consulendi sunt de *Arginusis*.

§. 3. *Ὀλυμπιακαὶ* Mosq. *τὸν δὲ τῇ ἐφεξῆς ταύτῃ συνέβη τὸν Θέαντον* Vulg. Fortasse — *τῇ ἐφεξῆς ταύτης συνέβη* — scribendum fuit; namque *ἐφεξῆς* etiam cum Genitivo construitur, ut X, 30, 2. *ἐφεξῆς τῆς Μαίρας*, et, ut h. l. correxi, *τῇ ἐφεξῆς ταύτης* V, 9, 1. Pro vulgato *Διπεὺς* Facius e III, 11. VIII, 8. et Stephano Byz. restituit *Διπαιεύς*. In Mosq. est *Πεδιεὺς* (δι πε superscr.). Mox *κρατῆσαι δὲ Ὀλυμπιάδι πυγμῇ παῖδας* Vulg. Corrigendum est *Ὀλυμπίασι*, quod monuit iam Valckenarius ad Herod. VI, 70. idem legit Amasaeus; Clavier *Ὀλυμπιάσι* scripsit. De *Calliclis* aetate vide ad §. 1. adn. *Δρομεὺς ὄνομα, καὶ δὴ κ. τ. λ.* id est *Δρομεὺς ὀνομαζόμενος καὶ δὴ καὶ ἔργον τοῦτο ἐπὶ δολιχῷ παρεσχημένος cui nomen erat Dromeus (Cursor) et qui sane etiam virtutem hanc in dolicho ostendit, probavit:* nam *ἔργον λόγῳ* seu *ὀνόματι* oppositum vel cum eo comparatum, est *res ipsa vel virtus, quae verbo seu nomine indicatur. τὰ* ante *σιτία* e Vindob. inserui. *τάλαρος* Polluci VII, 33, 5. est *ᾧ ὁ χλωρὸς τυρὸς ἐμπήγνυται*, ergo *fiscella*, ut patet e Columella VII, 8. *τυρὸς ἐκ τῶν ταλάρων* est *caseus, qui fiscellis exemptus statim et intra paucos dies absumi solebat, ergo mollis ac recens* (*χλωρός*), cui opponebatur aridus et vetus (*ξηρὸς* seu *ἰσχνός*) v. Colum. l. l. et Kuhn. ad Polluc. VI. sect. 48. Molles autem casei (observante Varrone II, 11.) magis alibiles sunt nec in corpore

resides. τυρῶν Vind. Mosq. Pro τὴν δὲ ἐφεξῆς Sylburgius suspicatus est legendum esse τὸν δὲ ἐφεξ. ut sequentia masculina respiciat; sed non opus est mutatione, si post ταύτῃ et Πυθοκλέα distinguatur. Sic cap. 8, 3. εἰσὶν ἀθλητῶν Ἀρκάδων εἰκόνες· Εὐθημένης τε — καὶ Ἀζὰν Φίλιππος. Mosq. δὲ inter τὴν et ἐφεξ. omisit.

CAPUT VIII.

§. 1. Hic *Pelleneus puerorum in stadio victor* hoc loco Σωκράτης, sed VII, 17, 6. Σώστρατος vocatur; in utro loco vitium sit, non liquet. Legendum esse καταπαλαίσαντος μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ, pulcre animadvertit Abreschius ad Thucyd. p. 537. nam μὲν et δὲ cum eodem verbo repetito poni, notum est. vide adn. ad I, 43, 2. μὲν a Vulgata hic abest ut illic et IX, 12, 4. De *Phradmone* v. indices in Winckelmanni Opp. et Meyeri Hist. art. int. Gr. III, 113. Pro Εὐανορίδᾳ Clavier suspicatus est legendum esse Εὐανδρίδᾳ, causa mihi quidem ignota. Pro Νεμέα est Νεμίων in Vind. et Mosq. et νίκη mutatum est in νίκην in Mosq. ἔγραψε καὶ οὗτος κ. τ. λ. cf. de his cap. 6, 1, ubi de *Paraballonte*.

§. 2. Ἐς δὲ — πεποίηται. De his cf. omn. Plin. H. N. VIII, 34. ubi hic athleta *Demaenetus* dicitur, similiter in August. C. D. XVIII, 17. ὁπόσα ἄλλα ἀνδρῶν ἀλαζόνων ἐστὶν εἰρημένα Vulg. pro ἄλλα est ἄλλων in Vind. ac Mosq. Deinde Corayus coniecturam hanc proposuit: ὁπόσα ἄλλα ὑπ' ἀνδρῶν ἀλ. ἐ. εἰρ. Schaefer ad Lamb. Bosii Ellips. p. 470. monuerat, hanc loquendi rationem ὁπόσα ἀνδρῶν ἀλαζόνων εἰρημένα ἐστὶ comparandam esse cum Herodoti I, 109. τὸν πάντα Ἀστυάγεος ῥηθέντα λόγον. adde Paus. VIII, 16, 2. εἰκάζει χορῷ Δαιδάλου ποιηθέντι. Nos interpretamur: πιστοὶ ἦσαν οἱ λοιποὶ ἄλλοι λόγοι ἀνδρῶν ἀλαζόνων. Cum his ὡς ἐξ — ἄνθρωπος cf. VIII, 2, 1. et 3, ubi eadem haec fabella tangitur, et adnotata. Pro μεταβάλλοι scribendum μεταβάλοι putamus, quum, quod hic narratur, semel non saepius huic Damarcho accidisse significetur. Δινύτα Vind. Mosq. εἰκόνα παρ' ἀνδρίας γενεὰν Παῤῥάσιος Mosq. sed in margine est Ἀρκαδίας. τοῦτο μὲν δὴ ἐς τοσοῦτο πεποίηται. *haec inscriptio in tantum facta est* i. e. nihil amplius quam hoc continet. cf. ad cap. 4, 4. adn. Formae Εὐβώτας similis est Οἰβώτας VII, 17. Eundem *Eubotam* Pausanias paulo post dicit *curru* etiam vicisse Olympiade CIV. Wesselingius ad Diod. Sic. XIII, 68,

ubi *Εὔβατος* Cyrenaeus, quem Xenophon Hell. I, 2. init. *Εὐβόταν* vocat, Olympiade XCIII. traditur vicisse stadio, opinatur, qui Diodoro sit *Εὔβατος*, eundem a Pausania *Εὐβώταν* nominari. At difficile ad credendum est, eundem hominem Olympiade XCIII. cursu seu stadio, et Olympiade CIV. id est XXXXIV. annis post curru vicisse (cf. Perizonius ad Aelian. V. H. X, 2. idem sentiens), nisi forte dicamus, sine certo auctore id narratum, et hoc ipsum a Pausania verbis *λέγεται δὲ καὶ ὡς* — *εἵνεκα* significatum esse. Eusebii Chronicon conspirat cum Diodoro. v. Niebuhr de armen. Eusebian. Chron. versione p. 60. *ἐπὶ Ὀλυμπιάδος κ. τ. λ.* Haec est Olympias CIV, de qua cf. cap. 4, 2. et adn.

§. 3. *Πλεωναίῳ* Mosq. *λαβόντι* idem omisit. *Βάκιδι* et hic et paulo post et infra *Βάκιδα* Vulgata, sed *Βαύκιδι*, *Βαύκιδα* dant Vind. et Mosq. quod tacite recepit Clavier. *τὸ μὲν τοῦ* Francof. quod vitium Sylburgius notavit. *Ἀθηναίων* — *Ναυκύδου* Mosq. *αὐτὸν* non post *πεπαῦσθαι μὲν* sed post *ὅμως* Vind. et Mosq. exhibent. Rursus *ἔτι* post *ὅμως* Mosq. omisit. idem *ἐπὶ* post *ἑκάστης* repetit. *αὐτόν* pro *αὐτόν* Mosq. *τοιαῦτα ἐγίγνετο* Mosq. Scripsimus *ἀνδρία* pro vulg. *ἀνδρεία*. cf. adn. ad II, 31, 1. *ἐξ αὐτῆς Μαινάλου ex ipsa urbe Maenalo*, non ex Maenalia regione ut Gnatho cap. 7, 3. *τὴν δὲ πρότερον* ante Facium, qui *ἔτι* ante *πρότερον* e Vind. et Mosq. inseruit. Vitium *Ἄζαν* correxit Facius a Sylburgio monitus. *Azania* pars Arcadiae decem septem urbes continebat, ut ait Stephanus Byz. Miram Clavier in contextum intulit lectionem *καὶ Ἀζᾶνος* et vertit „Philippe, fils d'Azan" quod nemini probabitur. *ἐκ Πελλάνας* Vulg. at *Πελλάνα* est urbs Laconiae apud Paus. III, 21, 2. et ab hoc loco aliena. Itaque e Plinii IV, X. (VI.) ubi *Pallene* auctoritate codicum legitur inter urbes Arcadiae, et ex hoc scholio Paris. ad Apollon. I, 177. *ἡ τῆς Ἀρκαδίας Παλλήνη τῷ ᾱ γράφεται* scripsi Goldhageno Nibbyo Facioque assentientibus: *ἐκ Παλλήνης*. Clavier tacite dedit *ἐκ Παλλάνας*, vertit autem *de Pellene*. *τοῦ Δαμοκρίτου* Vulg. „Vel hic *Κριτοδάμου*, vel paulo supra *Δαμοκρίτου* scribendum esse, facile patet." Facius. Plurimi in eam partem inclinant, ut malint utrobique *Κριτοδάμου* scribi, sed hoc est optare, non probare. *τὴν αὐτὴν εἰκόνα ἐποίησε* Vulg. Nos *αὐτὴν* delevimus, idem fecit Clavier. est etiam in codd. Paris. 1410. et 1411. omissum, et 1399. habet in margine allitum. De hoc *Promacho* iterum dicit VII, 27, 3. ibi legitur *Δρύωνος*, hic *Δρυῶνος*. Sed *Δρυὼν*, unde *Δρυῶνος* esset, speciem ferret periectici; nam praeter vulgares perie-

ctici formas δρυμὸς et δρυμῶν potuit etiam esse δρυών. Scribimus igitur etiam hoc loco Δρύωνος, ut Θέωνος, Τρύφωνος, Δίκωνος.

§. 4. Γένος δὲ Δελφὸς Mosq. καὶ αὐτῷ — εὐτυχίᾳ. Herodotus de hoc *Timasitheo:* τοῦ ἔργα χειρῶν τε καὶ λήματος ἔχοιμ' ἂν μέγιστα καταλέξαι V, 72. τούτῳ δὲ αὐτῷ ante Facium, sed viderat monueratque iam Sylburgius, τοῦτο corrigendum esse. Ἰσαγόρᾳ γὰρ κ. τ. λ. cf. III, 4, 2. et locos Herodoteos ibi excitatos, et quod Pausanias de Timasithei morte tradit confirmantes. ἐγκαταλειφθέντων Vulg. Sylburgius monet, Amasaeum videri legisse ἐγκαταληφθέντων, atque hoc in contextum recepit Clavier. Quum vero Herodotus V, 72. narret, Lacedaemonios, qui cum Isagora eiusque sociis arcem Athenarum occupaverant, ab Atheniensibus, arcem obsidentibus, post biduum foedere facto dimissos, reliquos autem summo supplicio affectos esse, Vulgata quoque, quo se tueatur, videtur habere. πόλει pro ἀκροπόλει Mosq. idem δὲ post εὕρετο inserit.

CAPUT IX.

§. 1. Ἐπαισὶν pro ἐν παισί Mosq. Πόλιχος ante Facium, qui Πτόλιχος scripsit e Mosq. sibi constante in hac scriptura. Alius huius nominis statuarius commemoratus est cap. 3, 2. *Ptolichi* Aeginetae pater et magister fuit Συννόων, pro quo in Mosq. est Συννοῶν, non puto recte, nam nomina propria in ων, ωνος fiunt e verbis in ῶ et ω, ut Νίκων παρὰ τὸ νικῶ ὡς παρὰ τὸ κρατῶ Κράτων, καὶ μέδω Μέδων in Etym. M. 606, 9. adde Δίκων e cap. 3, 5. quare formam Genitivi *Synnoontis* non probaverim. De *Canacho* ad II, 10, 4. 32, 4. τῆς γ' ἡμέρου Mosq. συμβάλλεσθαι idem. τάχα δ' ἂν Αἰγινήταις τισὶν ἐπιχώριος ἐς αὐτὰ εἴη λόγος Vulg. Mosquensis ἂν post αὐτὰ repetit. Car. Mueller in Aeginet. p. 104. pro τισὶν ἐπιχώριος voluit τὶς ἐν ἐπιχωρίοις legi. Equidem malim τὶς ἐπιχώριος· namque ἂν suo loco motum, ut patet e Mosq. codicis lectione, potuit etiam a socorde quodam librario post τὶς inseri, et ita vitiosa lectio τισὶν nasci. μετὰ ἄλλων Mosq. De *calpe* recepta et reiecta V, 9, 1. De *templo Pacis*, quod Romae fuit, v. indices in Winckelmanni Opp. p. 256. Χειμῶν ὁ Αἰγινήτην — καταλάβοι Mosq. Hoc φάσμα commemorat etiam Aelianus V. H. IX, 2. idem aliam adiungit narrationem de nuncio huius victoriae in Aeginam celerrime perlato.

εἰκὸς Vind. et Mosq. ἀπαγείλει Mosq. *Φίλλην* Vulg. Sylburgius putavit rectius fortasse esse *Φίλην* aut *Φύλην*. Facius autem et Corayus malunt *Φίλυν*. Probabilis sane opinio est, *Φίλλην* qui hoc loco, et *Φίλυν* qui cap. 14, 5. commemoratur, fuisse eundem; uterque enim Eleus, uterque luctator fuit, quum Anauchidam luctatorem patre quoque luctatore natum esse, satis credibile sit.

§. 2. Hic *Gelonis currus* iam memoratus est V, 23, 5. τὰ ἐς αὐτὸν Vulg. E Vindobonensi recepi αὐτό· idem habet Clavier. ὁ pro οἱ Mosq. ἀναθεῖναι Sylburgii est correctio, ἀναθῆναι est in Francof. ὁ χρόνος τούτῳ τῷ Γέλωνί ἐστι τῆς νίκης τρίτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι Vulgata, quam videns corruptam Sylburgius corrigebat: τρίτῃ — Ὀλυμπιάσι i. e. Ὀλυμπιᾶσι. In Mosq. pro Ὀλυμπιάδι est Ὀλυμπιάδας· hinc olim scribendum putabam τρίτη — Ὀλυμπιάς. Eadem hac formula Συρακούσας ἔσχεν Herodotus VII, 155. de eodem Gelone utitur. Gelo Syracusis potitus est, ut Pausanias vult, Olympiadis LXXII. anno secundo, (hoc anno Wesselingius ad Herod. VII. 154. eum putat Hippocrati Gelae tyranno successisse) ut alii dicunt, Olymp. LXXIII, 4, vel 484. a. C. i. e. Olymp. LXXIV, 1. Eo, quem Pausanias posuit anno, *Hybrilidam* Atheniensium Archontem fuisse, confirmat Dionysius Hal. Arch. VII. init. Eiusdem autem de Gelone verba νεωστὶ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ ἀδελφοῦ τυραννίδα παρειληφὼς non de Syracusis sed de Gela sunt intelligenda. Cf. Dodwelli Annal. Thucyd. ad annum ante Christ. 497. et 484, et Larcherii Chronol. Herodot. XIV. sect. 2. §. 4. p. 478. αὑτὸν pro αὐτὸν Mosq. Ad ἰδιώτης εἶναι deest unde hoc pendeat: excidit δοκεῖ, atque Clavier scribere ausus est ἰδιώτης εἶναί τις [ἐμοὶ δοκεῖ] ὁ Γέλων οὗτος. Verborum πατρός τε — ὁμώνυμος sensum recte Palmerius ita exposuit: *cuius pater cognominis fuit patri tyranni, et ipse tyranno cognominis.* Suspicor autem transposita copula καὶ τυράννῳ αὐτὸς ὁμώνυμος legendum esse. Qui dictitant, nihil futilius, nihil inficetius cogitari posse iis, quae hoc loco dixit Pausanias, hi vereor ne studiosius quam accuratius contra eum disputaverint. Quid enim? *Hiero*, Gelonis tyranni frater et Dinomenis filius, nonne idem *Gelous* fuit? et tamen νικήσας τὰ Ὀλύμπια ἀνεκήρυξεν ἑαυτὸν Συρακούσιον καὶ Αἰτναῖον, κτίσας τὴν Αἴτνην, ut ait Scholiastes ad Pindari Olymp. I. init. ergo non Γελῷον· neque in inscriptione vel huius carminis Pindarici vel Pythii primi *Gelous* sed *Syracusius et Aetnaeus* vocatur. Gelo autem Syracusis occupatis cur se Syracusium potius

quam Geloum renunciari voluerit, discimus ex Herodoti VII, 156, ubi haec notabilia de Gelone: *Ἐπεί τε παρέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλης μὲν ἐπικρατέων λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο, ἐπιτρέψας αὐτὴν Ἱέρωνι ἀδελφεῷ ἑωυτοῦ· ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔσαν οἱ πάντα αἱ Συρήκουσαι.* Igitur plane nihil sequutus esse Pausanias dici non poterit, dubitans an Gelo illo tempore, quo Syracusis imperabat, Geloum se quam Syracusium renunciari maluerit. In eo ipso autem erravisse Pausaniam concedimus, quod Gelonem iam Olympiade LXXII, 2. Syracusis potitum esse ratus, eum, si ob victoriam Olympiade LXXIII. reportatam currum dedicasset, se in eius inscriptione non Geloum sed Syracusanum nominaturum fuisse, ideoque hoc donarium Gelonis non tyranni sed privati cuiusdam esse putaverit. Qui autem admirantur Pausaniae tarditatem credentis, privatum curru certasse, quod tyrannorum maxime fuerit, hi non videntur meminisse vel Cleosthenis Epidaurii, vel Timonis Elei, vel Theochresti, Cratisthenis et Eubotae Cyrenaeorum, qui omnes privati certamine curruli vicerunt. vide Pausan. VI, 10, 2. 12, 3. 18, 1. init. 8, 2. De hoc *Glaucia* cf. indices in Winckelmanni Opp. p. 312. et paulo post ad cap. 10, 1.

§. 3. Ex hoc loco excerpta leguntur apud Suidam s. v. *Κλεομήδης*, ad quem locum Th. Reinesius in Observ. plures excitavit scriptores. *τῇ πρὸ ταύτης* id est Olympiade LXXII. nam §. 2. dixerat de Olympiade LXXIII. *Astypalaea* una ex Cycladibus insulis, quae nomen ferebatur accepisse ab Astypalaea Ancaei matre in Pausaniae Achaic. 4, 2. memorata. v. Steph. Byz. De accentu postea. De *Icco* hoc reiiciendi non eramus ad Aeliani V. H. XI, 3. qui de eo agit, cuius Noster mentionem facit cap. 10, 2. *τὸν Ἴκκον ἀποκτείνειεν ἐν τῇ μάχῃ.* Pro *Ἴκκον* in Vindob. est *Ὄγκον* et in Suida *Κίκιον*. Suidas pro *μάχῃ* habet *πυγμῇ*. Quomodo Iccum Cleomedes occiderit, hic Oenomai locus in Eusebii Praep. Evang. lib. 5. cap. 34. p. 230. docet: *πληγῇ μιᾷ πατάξας τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀνέῤῥηξε τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καὶ ἐμβαλὼν τὴν χεῖρα ἐλάβετο τοῦ πνεύματος.* Simile quid de Damoxeno Syracusano narrat Pausanias VIII, 40, 3. *ἀφῄρ. τὴν νίκην.* praeterea ei multam quatuor talentorum irrogarunt, referente Oenomao, quem Kuhnius citavit. *Ἀστυπαλαίαν* Vulg. In Suida, Stephano Byz. et Strabone X, 488. (344. Tzsch.) est proparoxytonon, sed in Etym. M. p. 160, 22. oxytonon. In Phavorino idem legitur quod in Etym. M. sed scriptum est *Ἀστυπάλαια*, et additur *Ἀστυπαλία*. Nobis horum nominum *Ἱστίαια*, *Αἴλαια*, *Κάρ-*

θαια, Ποτίδαια similitudinem intuentibus scribendum videtur Ἀστυπάλαια. cf. Τρίταια c. 12, 3. adde adn. ad VII, 4, 2. et Steph. Byz. v. Ἀναία. Πλαταιαί. Mox ἐπιστὰς non videtur esse *introiit*, sed *irruit*. Pro ἐνταῦθα ὅσον ἑξήκοντα ἀριθμὸν παίδων, quae Vulgata est, in Suida legitur: ἐν ᾧ παῖδες ἦσαν ξ. Quod Corayus in nostrum locum transferendum et corrigendum putavit: ἔνθα ἦσαν· quod nimium est: nos Vulgatam retinentes tantummodo παίδων mutavimus in παῖδες, favente Vindobonensi codice, in quo est παῖδας, et totum enunciatum ἐνταῦθα — παῖδες parentheseos signis inclusimus. παῖδες recepit etiam Clavier. Similiter mox ἄνδρες pro ἄνδρας est in Mosq. ὃς τὸν ὄροφον ἀνεῖχεν, ergo, ut cum Ovidii Fastis IV, 695. loquamur, *tibicine stabat*. Pro ἀνεῖχεν in Suida εἶχεν est. Mox Suidas habet: ἐμπεσόντος δὲ τοῦ ὀρόφου καὶ πάντας ἀποκτείναντος. Deinde apud Nostrum vulgo ita legitur: ἐςβάντος δὲ ἐς κιβωτὸν κειμένην ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐφελκυσάμενος τὸ ἐπίθημα, κάματον ἐς ἀνωφελὲς οἱ Ἀστυπαλαιεῖς ἔκαμνον ἀνοίγειν τὴν κιβωτὸν πειρώμενοι. Nos corrigere non dubitavimus — ἐφελκυσαμένου — quod Clavier quoque in contextu posuit. Apud Suidam, qui Nominativum habet, alia est constructio. Suidas scripsit ἐμβὰς et ἐπίθεμα. Apud Eusebium l. l. est τὸ πῶμα ἐπαγόμενος, Plutarchus autem in v. Romuli c. 28. eundem Cleomedem dixit τὸ πῶμα κατακλείσαντα συνέχειν ἐντός. Idem narrat οὔτε ζῶντα τὸν ἄνθρωπον εὑρεῖν οὔτε νεκρόν, et accenset totum hoc τοῖς ὑφ' Ἑλλήνων μυθολογουμένοις. In Mosq. est Κλεομήδη pro Κλεομήδην et ἄνδρες. Pro τιμᾶθ' ὡς Vind. et Mosq. habent τιμᾶτε· Porsonus coniecit τιμᾶθ' ἅτε et comparavit cap. 11, 2. νομίζουσιν ἅτε θεῷ θύειν. Sed Mosquensis etiam cap. 3, 6. ἕστηκεν et cap. 8, 2. εἰκόνα habet. Hic paulo post ὄνομα pro ὄνομ' in epigrammate Vind. et Mosq. offert. Κορκύρα Vulgata, atque etiam Anthol. Palat. T. II. p. 787. Dedi Κόρκυρα ut alibi scribitur; et ultima brevis est. Pro vulgato νίκη Vind. νίκα sed Mosq. νικᾶ praebet. Iam Sylburgius cum Amasaeo voluit νικῶ, quod nobiscum recepit Clavier. idem fecerat Iacobsius in Anth. Palat. l. l. qui confert locum Anth. Pal. T. II. p. 534, ubi similiter νικῶ et νικᾶ confusa sunt. πὺξ ἀσκεῖν fuit cap. 7, 1. Caeterum Λεωπρεποῦς in Suida et Phavorino scribitur, non puto, recte; sic Εὐμένους I, 8, 2. Θεοφίλους VI, 13, 4.

CAPUT X.

§. 1. De *Glauco Carystio.* De hoc pycta Suidas s. v. *Γλαῦκος* sua ex hoc Pausaniae loco excerpsit. Huius Glauci mentionem Demosthenes quoque fecit pro Corona cap. 99. p. 331. seu p. 197. Wunderl. et ex eo Harpocratio. *Λέξεις ῥητορικαὶ* in Bekkeri Anecd. p. 232. de hoc Glauco ita: *πύκτης ἦν ὁ Γλαῦκος, πέμπτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα στεφανωθείς.* idem legitur apud Suidam. Hoc vero cum ratione temporum pugnare, docent quae ibi adiuncta sunt: *ἀπέθανε δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς Γέλωνος τοῦ Συρακουσίων τυράννου·* quare pro *εἰκοστὴν* videtur *ἑβδομηκοστὴν* legendum esse, quo tempore Gelo Syracusis praefuit. cf. Pausan. VIII, 42, 4. Accedit, quod qui huius Glauci fecit imaginem, Glaucias Aegineta, aequalis fuerit Simonidi, ut patet ex cap. 9. extr. adde ad cap. 11, 3. adn. Praeterea Pindarus in hunc Glaucum scripsit Epinicium v. Pindari Fragm. ex Epinic. Hoc vitium alio modo corrigendum suscepit Palmerius in Exercit. p. 404. *αὐτῶν γένος* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *αὐτὸν γένος* recepit. *ὕνην* Vulg. E Suida *ὕνιν* reposui. *πυκτεύσαντα* Vind. Mosq. Pro *ἀνήγαγεν* Suidas habet *ἤγαγεν*, quod in simili loco est apud Pausaniam V, 6, 5. *ἐπύκτεν* pro *ἐπύκτευεν* Mosq. *ἀπηγορεύειν* idem. *Ὦ παῖ τὴν ἀπ' ἀρότρου* Vulg. Pro quibus Suidas scripsit *παῖε τὴν ἐπ' ἀρότρου*, partim quidem male; quid enim suppleas, *χεῖρα* an *πληγὴν*? quorum neutrum accommodatum est huic verbo. Quare non dubito quin suam ipse iam damnaverit correctionem C. Mueller *ὦ παῖ παῖε τὴν ἀπ' ἀρότρου* in Aeginet. propositam p. 103. Lectionem autem Suidae *ἐπ' ἀρότρου* Sylburgius praeferendam putabat vulgatae, ut significaretur *ictus nuper in aratri vomere restituendo adhibitus.* *ἀπὸ* et *ἐπὶ* etiam III, 25, 5. confusae, et IV, 2, 3. 8, 2. 13, 1. VI, 14, 2. 20, 5. 23, 3. VII, 19, 2. VIII, 12, 1. *τὴν ἀπ' ἀρότρου* esset: *manum ab aratro, manum quae aratrum tractare solebat, impinge.* *στεφάνους — ἀγῶνι.* Pausaniae auctoritatem tuetur hic alter locus in Bekkeri Anecd. p. 227.: *Ὀλύμπια τρὶς νενικηκὼς καὶ Πύθια, καὶ Ἴσθμια δ' ὀκτάκις καὶ Νέμεα ὁμοίως·* ita enim interpungendum est, nam una Olympica et duae Pythicae copulantur. Alter locus in Bekkeri Anecd. p. 232. et Suidae de victoriarum istarum numero in vitio est. In Francof. est *Νεμείων δὴ καὶ* quod Sylburgius correxit. *σκιαμαχεῖν* „de iis dicebatur *qui exercitationis causa ictibus auras verberabant, et pugnae simulacrum edebant.* [Imaginem talis hominis lau-

dat Winckelmannus in Descr. d. pier. gr. p. 458. addens Virgilii locum Aen. V, 376.] χειρονομεῖν est *variato et ad certam legem composito manuum motu gesticulari*, et hic de *pugilatu* dicitur. Suidas: χειρονομεῖν, πυκτεύειν, ac Pollux: χειρονομῆσαι, τὸ ταῖν χεροῖν ἐν ῥυθμῷ κινηθῆναι." Facius. adde Valckenar. ad Herod. VI, 129. ὁ inter ὅτι et Γλαῦκος Vind. et Mosq. omisit. Pro ἐπιτηδειότατος Porsonus scribi ἐπιτηδειοτάτας voluit; an ἐπιτηδειοτάτως? Kuhnio iam ἦν ἐπιτηδειότατος πεφυκὼς offensioni fuit. *Glauconnesus* Plinio IV, 22. est in Myrtoo mari, eamque hodie *Pondico* vocari tradit Harduinus.

§. 2. Δαμαρέτῳ, Δαμαρέτου Vulg. Scribendum cum Amasaeo Δαμαράτῳ, Δαμαράτου ex V, 8, 3. VIII, 26, 2. ubi de eodem. Ab hoc diversi sunt Δαμάρετοι illi V, 5, 1. VI, 14, 5. Horum nomen nescio an sit ab ἀρετὴ et δῆμος, sed de nomine Δημάρατος seu Δημάρητος cf. Eustath. ad Hom. Odyss. ή, 54. p. 1567. seu Sturzius de Nominibus Graecor. V. p. 10 sq. VI. p. 13. Ἡραίεῳ Mosq. In proxima autem υἱῷ τε τοῦ Δαμαράτου — ἐγένοντο αἱ νῖκαι videtur vitium irrepsisse: dicit enim Pausanias, Damarato Heraeensi fuisse filium et ex hoc nepotes, et omnibus binas victorias obtigisse Olympicas. Loquitur deinde primum de Damarati ipsius cursu clypeato, tum de Damarati filio, Theopompo, qui pentathli victoriam reportavit, et denique de Theopompo, eiusdem huius Theopompi filio ac Damarati nepote, inter luctatores victore, quem patri cognominem alterum nominat Theopompum. Ergo nunc *unum* tantummodo Damarati *nepotem* commemorat, antea autem *nepotes*; vitium ergo latere videtur in υἱωνοῖς, pro quo legendum existimo υἱωνῷ, cui correctioni Mosquensis lectio υἱωνοὶ favet. γεγόνασιν cum Mosq. pro γεγόνασι, etiam Clav. Δαμαράτῳ μὲν πέμπτῃ κ. τ. λ. Cf. de his V, 8, 3. Ibi est τῶν ὁπλιτῶν ὁ δρόμος, qui a Scholiasta Pindari ad Ol. XIII, 55. ὁπλιτικὸς δρόμος vocatur. πεποίηται κ. τ. λ. *Descriptio*, ut Kuhnius ait, *statuae hoplitidis*. Facius malit πεποίηται δὲ ὁ ἀνδριάς, fortasse ob antecedens Δαμαράτῳ μὲν· sed huic deinde respondet Θεοπόμπῳ δὲ, quod non referendum est ad ταῦτα μὲν δὴ, id enim est *haec igitur*, seu si quis malit μέντοι, *haec tamen*. ταῦτα μὲν δὴ — τοῦ δρόμου. Sed clypeatum cursum Olympiade CCXXXV. adhuc in usu fuisse, patet ex X, 34, 2. Amasaeus Θεοπόμπῳ δὲ τῷ δευτέρῳ καὶ πάλης videri possit legisse; continuo tamen pro ὁ δεύτερος simpliciter ponitur ὁ παλαίσας, ut πάλης tantummodo νίκη ei obtigisse videatur.

τέλεσαν Mosq. Ἴκκος ut cap. 9, 3. Plato in Protag. p. 316, (100.) Stephanus Byz. s. v. Τάρας· sed in Aelian. V. H. XI, 3. et Phavorino Ἰκκός. Quod Etymol. M. auctor p. 474. affert: ἴκκος, σημαίνει τὸν ἵππον, nescio an ita comparatum non sit, ut nomen proprium discriminis causa oporteat ὀξυτονεῖσθαι. Adde Ἡρόδικος, Ἴβυκος, Ἑρμόλυκος. *Iccus* noster, medicus et athletarum magister, primus coepit temperantius vivere per totum certaminis exerciti tempus, et σοφιστικὴν τέχνην nomine γυμναστικῆς exercuit. v. Plato et Aelianus ll. ll. cum Perizonii adn. Floruisse eum Olympiade LXXVII. tradit Stephanus l. c. Ὀλυμπιακὸν e Mosq. Pro vulgato τῶν ἐφ' αὐτῷ scripsi τῶν ἐφ' αὐτοῦ, quod Schaefer quoque voluit ad Lam. Bos. p. 280. καταπαλαίσας — Φειδίου. De hoc dixerat cap. 4, 3. τοῦ Διὸς — Ἑλλήνων. De eo cf. V, 23, 1. ubi etiam de scriptura Πλαταίασιν diximus. Πλαταιᾶσιν hic quoque Mosq. αὐτοῦ τε εἰκόνα maluit Sylburgius. De scriptura Φοίνιξ cf. adn. ad VII, 23, 5. παρὰ τὸ ζυγὸν Vulg. Dedi e Vind. παρὰ τὸν ζυγόν. v. Ammonius s. h. v. cum Valckenarii correctione. τοὺς παρὰ τὸν ζυγὸν equos esse *funales*, παρηόρους seu παρασείρους, Kuhnius iam contra Amasaei versionem monuit. Sylburgius reddidit: *a dextera iugi parte Cnacias, a laeva Samus.* Κυακίας pro Κνακίας Mosq. Reinesius coniecit Κυανός. Sed Κνακίας a voce κνακὸς i. e. ξανθὸς seu πυῤῥὸς equum huius coloris denotat. Σάμος Reinesio videbatur esse *qui est colore terrae Samiae* i. e. cinereo. τόδε pro τόδ' Mosq. In Κλεοσθένης Sylburgius et Iacobsius ad Anthol. Pal. T. III. p. 937. statuunt esse amphibrachyn pro dactylo: sed quod eorum posterior exemplum laudat ex Anth. Pal. T. II. p. 832. Κλεομβρότου, alia eius ratio est. Equidem antiquam huius nominis scripturam Κλεοσθένεες fuisse putaverim; nam diu εε pro η in usu fuit. v. Fischer ad Weller. I. p. 25. et Villoisoni Proleg. ad Homer. p. IV. Verum quidem est, Olymp. LXVI, qua Cleosthenes vicit, non simul hunc eius currum dedicatum esse: Ageladas enim, cuius opus hic currus fuit, auctore Plinio XXXIV, 19. p. 234. Bip. floruit Olympiade LXXXVII, ergo plus octoginta annis post Cleosthenis victoriam. Pausanias VIII, 42, 4. Ageladam aequalem perhibet Hegiae, Hegiam autem Plinius l. l. reiicit in Olympiadem LXXXIV, et Polycletum Myronemque, qui Olympiade LXXXVII. floruerint, discipulis accenset Ageladae. Sed quanquam hoc modo paucis annis antiquior reddatur Ageladas, tamen longe abfuit ab Olympiade LXVI, neque dubium est quin Cleosthenis hic currus, ab Agelada factus,

serius dedicatus sit. Similiter Glauci imaginem a filio eius dedicatam legimus §. 1. Cf. similia de Hierone cap. 12. et de Chionide cap. 13. Neque tamen serius huius currus dedicati tempus nostrae sententiae de modo, quo inscriptum fuerit Cleosthenis nomen, obstare crediderim, quum, quod Thierschius iam in Act. Philol. Monac. T. II. Fasc. III. p. 409. monuit, ionicae litteraturae usus sensim introductus sit. Antiquior etiam forma est *Κλεοσθένης*, recentior *Κλεισθένης*. v. Etym. M. p. 517, 51. *ὁ Πόντιος* Clavier reddidit *fils de Pontios* et Nibby *Cleostene di Ponti*. Equidem vix dubito, quin *ὁ Πόντιος* sit *ὁ ἐν* (*πρὸς*) *πόντῳ οἰκῶν*· Epidamnus enim in Chersoneso ad mare sita fuit. v. omnino Palmerii Graec. Antiq. p. 113 sqq. Fortasse propterea hoc inscriptioni additum est, quod ad mare habitans equos certaminis causa aluerat. Pro *τοῦ μὲν ἅρματός ἐστιν* legendum existimo *τοῦ μὲν ἅρμα ἐστίν*, vitii origine causaque aperta; Facius maluit *τοῦ μὲν ἅρματά ἐστιν* ob subsequens *ἅρμασιν*, sed hic quoque *τῷ ἅρματι* pro *τοῖς ἅρμασιν* scribendum esse arbitror, quum de uno Evagorae curru oratio sit. *τὰ Μιλτιάδου — λόγου*. infra cap. 19, 3. Mosquensis ante *δηλώσω* inseruit *δή*. Locum *Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν — τοῦ οἰκιστοῦ* Stephanus Byz. s. *Δυῤῥάχιον* transscripsit. *ἐπὶ ἡμῶν* (pro quo paulo ante *ἐφ' ἡμῶν*). etiam apud Stephanum: similiter cap. 13. extr. est *ἐπὶ ἵππων*. Mox *τῇ* ante *νῦν* omisit Mosq. *νῦν* autem non est in Stephano. *Dyrrhachium* de conditoris nomine appellatum esse, Appianus narraverat. v. Palmerii Graec. Ant. p. 114. idem aliam Dyrrhachii notationem ex Dione affert p. 117. *Τέλλωνα ὃν ἐς* Mosq. idem habet *Ἀγιάδα* pro *Ἀγιάδαν*. *σήραμβος* apud Phavorinum est *εἶδος κανθάρου*.

CAPUT XI.

§. 1. Pro vulgato *Σελευκὸς* scripsi *Σέλευκος*· sic in Mosq. apud Suidam ac Diodorum Sic. atque etiam apud Pausan. I, 16.

§. 2. Hic *Theagenes Thasius* quo tempore vixerit, discimus e cap. 6, 2. Huius athletae voracitatem et statuam aeneam, quae interprete Posidippo eam extensa indicabat manu, commemorat Athenaeus X, 412. d. e. Pro *Τιμοσθένη* Vind. et Mosq. habent *Τιμόξενον* et mox pro *Τιμοσθένει* Vind. *Τιμοξένῳ* Mosq. *Τιμοσθένῳ*. Pro *παρ' αὐτὸν* scripsi *παρ' αὐτόν*, quod Sylburgius quoque voluit. Ad verba *ἐχόντων δὲ*

ὀργὴν κ. τ. λ. Schneider laudavit Dio Chrysost. 61, 31. p. 618. Reisk. μὲν post ἀποκτεῖναι Mosq. omisit. προδεδήλωσεν κ. τ. λ. Vide cap. 6, 2. τὰ ante δοκιμώτατα abest a Mosq. idem ab eodem neglectum vidimus cap. 7, 2. IV, 2, 2. πρῶτος ὃν ἴσμεν Lambinus voluit a Sylburgio iam refutatus. ἀκονειτὶ Mosq. ut cap. 7, 2. De aliis huius adverbii depravationibus v. Palmerii Exerc. p. 626. qui recte monet, vocem hanc esse palaestricam, de luctatoribus usurpatam, qui sine pulveris inspersione vicerint, nullo antagonista in medium procedere auso. ἐν Φθίᾳ δὲ τὸ Θεσσ. Mosq. „Bene distinguit. Duae enim antiquitus Phthiae, una Thessaliae, quae sub Protesilao, cuius habitatores Φθῖοι, altera vero in Achaia Phthiotide dicta, cuius cives Φθιῶται dicebantur, quae Achilli parebat, ut nos docet auctor breviorum Scholiorum ad Homer. Iliad. XIII, 686." Palmer. Inter πυγμῆς et ἢ e Mosq. μὲν inserui; ἐν ante Ἕλλησιν Mosq. omisit. ἐν πατρίδι τοῦ ἀρίστου τῶν καλουμένων ἡρώων Vulg. Codex Mosq. et unus e Parisinis pro ἀρίστου habent οἰκιστοῦ· hinc Boeckhius, Vir Celeberr. ingeniosam eruit emendationem, mecum per litteras liberaliter communicatam: ὠκίστου. Ex his τοὺς δὲ σύμπαντας κ. τ. λ. Suidas excerpta dedit s. v. *Νίκων*. Namque Kusterus iam in Praef. ad Suidam adnotavit, Suidam v. *Νίκων* ex hoc loco Pausaniae sua hausisse, et supina negligentia ad *Niconem* retulisse, quae ad hunc Theagenem pertinerent. ἀποθανοῦντος Mosq. ἐπεξῄεσαν φόνον ἐπὶ τῇ εἰκόνι Suidas. Duplex huius verbi constructio cum Accusativo et Dativo praepositione ἐπὶ non repetita Demosthenis locis illustratur in Bekkeri Anecd. p. 141 sq. Hoc loco est *iudicio persequi.* Sic et eadem constructione legitur apud Platonem Legg. IX, p. 44. Bip. ἐπεξίτωσαν οἱ προςήκοντες τοῦ φόνου τῷ κτείναντι. De hac *Dracontis lege* dixit etiam Matthiae in Miscell. Philol. vol. I. P. II. p. 154. Post τὴν εἰκόνα Mosq. καὶ inserit γνώμῃ τοῦ Δράκοντος Mosq. De forma Δράκοντος v. Bekkeri Anecd. p. 988. 1199. ὡς τοῖς Θασίοις οὐδέν' ἀπεδίδου καρπὸν ἡ γῆ. sed in Dionysii Perieg. Thasus Ὠγυγίη Δημήτερος ἀκτὴ vocatur, quod videtur insulam *a Cerere amatam ornatamque* significare. ἔχρησεν ὁ θεός. Oraculum hoc ab Eusebio Praep. Evang. lib. 5. cap. 34. ex Oenomao prolatum, est:

Εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητραν ἀμήσεις.

Pro vulgatis καταδέχεσθαι et καταδεχθέντες Corayus non temere voluit κατάγεσθαι et καταχθέντες. Post οἱ μὲν excidisse φυγάδες non est cur statuamus cum Kuhnio, quum ex prae-

cedentibus δεδιωγμένοι repeti possit. ἴδαμα pro ἴαμα Mosq. Etiam ἰᾶσθαι metaphorice usurpatum in Herodot. III, 58, 16. ubi v. Wessel. διαμένοιτο Mosq. In hoc altero oraculi responso, quod Palmerius distinguere debuit ab illo priore, ante Facium legebatur Θειαγένην· hic e Vind. et Mosq. scripsit Θεαγένην· quam male, manifestum est; etiam Clavier. ad Vulgatam rediit. Similiter cap. 20, 7. propter metrum est Κλειοίτας. Pro Θειαγένης etiam Θευγένης in carminibus reperitur, ut de hoc nostro in Posidippi epigrammate apud Athen. X, 412, e. ἀναδεχθέντας pro ἀναχθέντας Mosq. ἀνενεγκεῖν, quod pro ἐνεγκεῖν Facius e Mosq. Vind. et Suida restituit, confirmat etiam codex Phralitae.

§. 3. *Νοσήματά τε αὐτῶν ἰώμενον* ante Facium, qui Hartungo et Sylburgio volentibus scripsit αὐτόν. In Mosq. est ἔχοντας pro ἔχοντα. Hic de eodem ἀγάλματα et ἀνδριάς· illa ei erecta ut deo, hic eidem positus est ut athletae. Huius *Glauciae Aeginetae aetas* indicatur partim eo, quod Simonidis aequalis fuit (v. ad cap. 10, 1.), partim Theagenis, cuius statuam fecit, victoria, quae pertinet ad Olympiadem LXXV. vide ad cap. 6, 2. *Glauciam, Simonem, Anaxagoram*, Aeginetas, Meyer in Hist. ant. inter Graec. I, 48. aevo inter Olympiadem LX. et Phidiam medio inserit.

CAPUT XII.

§. 1. *Ἀναβεβηκὼς ἐπ' αὐτὸ* male sollicitavit Facius putans rectius scribi ἐπ' αὐτοῦ. sed cf. adnot. ad cap. 4, 6. κέλητε Mosq. hoc si placeat, ἵππω quoque pro ἵπποι scribendum erit. Hos pueros *Celetizontas* cum Plinio XXXIV, 19, 14. 16. appellaveris. Ὀλυμπιακαῖς e Mosq. Sic etiam Clav. De *Hieronis* victoriis Olympicis et his donariis cf. VIII, 42, 4, ubi hoc τὰ δὲ ἀναθήματα — ἅρμα repetitur atque etiam in Mosq. Ὀνύτα est pro Ὀνατᾶ ut hic.

§. 2. *Πρότερον* pro πρότερον Mosq. ἔτει — Ἰδαῖος. Sam. Petitus in Miscel. lib. 2. cap. 13. p. 107, Palmerius in Exerc. Corsinus in Fast. Att. IV. p. 83, Simsonus in Chron. Cathol. A. M. 3730, Wesselingius ac Valckenarius consentientes, legendum esse ἔτει δευτέρῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, contendunt, neque Idaeum ulla nisi hac Olympiade victorem discessisse: quare Clavier scripsit — τῆς [ἕκτης] Ὀλυμπιάδος κ. τ. λ. atque hanc emendationem secutus est Nibby. Kuhnius autem et Goldhagenus assensi sunt

Amasaeo, qui Olympiadem CXXIII. posuit. Equidem stellula significavi defectum, cuius causa esse potuit littera ς praecedente voce τῆς oblitterata. καὶ ὁμοῦ — τὴν Πύῤῥου· quod confirmatur a Iustino XXVIII, 3. et aliis. v. Valesius ad Diod. Sic. Exc. p. 568 sq. qui tamen sine iusta causa erroris arguit Pausaniam, quod vivente adhuc Pyrrho has nuptias celebratas dixerit; nam sensus esse potest hic: *neque solum hospitium iunxit cum Pyrrho, sed effecit etiam ut Geloni cum illo esset affinitas;* et, quod sequitur ἄγεσθαι sc. γυναῖκα est, ut I, 9, 7. de *patre filio suo uxorem stipulante.* ἐπιγαμία, συγγένεια Phavorinus. Sic et Diod. S. XII, 51. ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο. Vindobonensis inter πρὸς et Καρχηδονίους inserit τούς. Pro συνιόντι Corayus voluit συνιόντων. De *Hierone a Carthaginiensibus ad Romanos deficiente* Diodori Sic. Ecl. p. 501 sq. Ante Facium interpungebatur post βεβαιότερα, quod Kuhnius corrigendum esse monuit. μετεβάλλετο codd. Paris. 1410. 1411. Ald. Francof. μετεβάλετο, quod Sylburgius suaserat, cod. Paris. 1399. Kuhn. Fac. Clav. τοῦ δέ οἱ βίου κ. τ. λ. Fortasse inter hunc locum et praecedentem est lacuna, ut exciderint ad Hieronymum pertinentia, qui dicitur interfectus esse a Dinomene, quod iam opinatus est Valesius ad Diodorum l. l. γένους μὲν Συρακουσίου Vulg. Non dubitavimus corrigere γένος μ. Σ. quod probatum est Corayo. Συρακουσίους Mosq. Ἐπικύδος Mosq. sed cf. II, 18, 2. Ἐρβυσσοῦ ante Facium qui e Mosq. Vind. Ptolemaeo et Stephano recepit Ἐρβησσοῦ. Cf. de hoc Siciliae oppido Berkel ad Steph. et Ortelii Thes. Geogr. Νικοκράτου Vulg. Νικοκράτους cum Amasaeo scribendum putaveram, litteram finalem sequente sibilante absorptam ratus; sed Clavier ex suis codd. protulit Νικηράτου. *Niceratum* statuarium Plinius XXXIV, 19, 19. commemorat sine aetatis et disciplinae nota.

§. 3. Verba καὶ αὖθις ἀναβεβηκώς ἐστιν Ἀρεὺς ἵππον Corayus perperam putans corrupta esse corrigi voluit καὶ αὐτὸς κ. τ. λ. quae correctio non modo sententiam non adiuvat, sed Pausaniae etiam menti contraria est; Pausanias enim ipse de altera, quae Areo in Alti posita fuit statua, loquitur cap. 15, 5: Μετὰ δὲ τὸν Εὐτελίδαν Ἀρεὺς αὖθις ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεύς. Sensus igitur est: *et iterum* (alio loco) *positus est Areus equo insidens;* quae autem hoc loco dicitur erecta fuisse statua, ea fuit pedestris, nam praecedit verbum ἕστηκεν et ad Aratum et ad Areum pertinens. Nibby recte vertit: „ed un altro ritratto di Areo à cavallo.“ similiter Clavier. ἀναβῆναι ἵππον, quod cap. 16, 7. repetitur, pro

ἐπιβῆναι probum et Herodoteum est. v. Ruhnkenii Histor. Crit. Orat. graec. p. LXXXIX. et Bekkeri Anecd. p. 80. Amasaeus non bene vertit: *et Areum quidem in equum ascendentis habitu dedicarunt Elei.* Arei enim non illam equestrem sed hanc pedestrem statuam dedicasse Eleos, nexus docet, καί μοι — ἔσχε. cf. II, 8. et 9. III, 6. De hoc *Timone* cf. et 16, 2. Eius pater an vere nominatus est *Aegyptus?* De his καθέντι ἐς Ὀλυμπίαν ἵππους dicebamus ad cap. 2, 1. Loci corrupti, qui sequitur, Vulgata haec est: ἔστι τούτῳ χαλκοῦν, ἐπ' αὐτοῦ δ' ἀναβεβηκὸς σθένος (ἐμοὶ δοκεῖν) νίκης. Pro τούτῳ tres Parisini codices τοῦτο offerunt. ἐπ' αὐτὸν pro ἐπ' αὐτοῦ Vind. Mosq. δ' etiam post αὐτοῦ Mosq. omisit. pro ἀναβεβηκὸς autem ἀναβεβεῖον Vind. ἀναβεβήην Mosq. cod.
ην
Paris. 1411. ἀναβεβηκώς Paris. 1399. ἀναβεβήκω Par. 1410. denique νίκην pro νίκης Vind. Mosq. Paris. 1411. 1399. In
ην
Paris. 1410. est νίκης. Iam de virorum doctorum conatibus hunc locum in integrum restituendi; Kuhnius corrigebat ἔστι τούτῳ χαλκοῦν ἅρμα, ἐπ' αὐτοῦ δ' ἀναβεβηκὸς εἶδος (ἐμοὶ δοκεῖν) νίκης. quod sequuti sunt Goldhagenus ac Gedoynus. Facius: — ἐπ' αὐτοῦ δ' ἀναβέβηκεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, Νίκη: quod placuit Nibbyo. Clavier: — ἀναβέβηκε, σημεῖον· et vertit: „c'est à lui qu'est ce char en bronze sur lequel il est monté, ce qui est, je pense, une marque de sa victoire.“ Corayus: — ἀναβεβηκὼς, ἐστεμμένος. Toupius in Curis Noviss. in Suid. p. 297. nihil mutat nisi quod ἅρμα inseri iubet, quod Facius quoque excidisse putat, et Clavier ita addidit χαλκοῦν [ἅρμα], ἐπ' κ. τ. λ. At vero Kuhnii εἶδος νίκης quid velit, parum perspicitur; cur non *Νίκη* ipsa, ut cap. 18, 1? Facii ὡς ἐμοὶ δοκεῖ non frequentatum est Pausaniae, qui ἐμοὶ δοκεῖν dicere amat. Clavierii ἀναβέβηκε requireret Nominativum αὐτός· neque credibile est, Pausaniam necessarium duxisse hoc additamentum, σημεῖον, ἐμοὶ δοκεῖν, νίκης. Corayi ἀναβεβηκὼς, ἐστεμμένος verum non putamus propter cap. 16, 2. 3. ubi huius Timonis εἰκὼν commemoratur, nulla mentione currus, cui imposita fuerit, facta. Toupii sententia, σθένος retinendum, et σθένος νίκης periphrasin esse νίκης, nemini hic probabitur. His, quae se nobis quondam obtulit, addere liceat emendationem; scribendum enim esse putavimus: ἔστι τούτῳ χαλκοῦν, ἐπ' αὐτὸ δ' ἀναβεβηκυῖα θεὸς ἐμοὶ δοκεῖν Νίκη· ad χαλκοῦν facile repetitur ἅρμα ex iis, quae modo dicta erant. cf. adn. ad 13, 4. ἐπ' αὐτὸ sumsi

e Mosq. ubi est αὐτὸν, sed proximum δ' omissum est; factum ergo αὐτὸν est ex αὐτὸ δ'. Caeterum supra etiam cap. 4, 6. legimus ἀναβεβηκυῖα ἐπὶ τὸ ἅρμα. *Dea* autem *Victoria* in curru aeneo dedicato posita paulo post quoque reperitur cap. 18, 1. ac nescio an de eadem hac dea locus accipiendus sit cap. 4, 6. *Πεποίηται ἀνήρ τε ἱπποτρόφος καὶ τὸ ἅρμα, ἀναβεβηκυῖα δὲ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖς παρθένος.* Fortasse etiam est qui malit: *ἐπ' αὐτὸ δ' ἀναβεβηκυῖαν Σθένις, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐποίησε Νίκην.* De *Sthenide* statuario cap. 16, 7. 17, 3. *Daïppus* iterum cap. 16, 4. memoratus, a Plinio XXXIV, 19. ad Olympiadem CXX. refertur, et Lysippi filiis ac discipulis, laudatisque artificibus accensetur ibid. §. 7. *καταμαχέσασθαι — ἀποδεξάμενον.* Hoc ex nostro loco Suidas repetivit mutato composito *ἀποδέχεσθαι* in simplex. cf. de hoc *Hippomacho* Aelian. V. H. II, 6. XIV, 8. cum Periz. adn. *ἱπποτροφήσαντα — Λίβυσι.* Locos veterum huc pertinentes citavit Bochartus in Phaleg. p. 338. *τὸν ὁμώνυμον κ. τ. λ.* ergo avus, filius et nepos habuerunt nomen Theochresti. *Ἡγήσαρχον* Vulg. *ἀργήσαρχον* Vind. Mosq. Clavier. et hic et extremo hoc capite edidit *Ἀγήσαρχον.* Pro *Αἱμοστράτου* in Vind. est *Ἀμεστράτου*, in Mosq. *Αἱμεστράτου.* Verba *Ἀρκάδας δὲ τοὺς Τριταιεῖς εἶναι τοῦ ἐλεγείου λέγοντος, ἀληθεύοντα εὕρισκον*, vulgo sic scripta, corrupta esse, plerique viderunt. Ac Goldhagenus quidem opinabatur, Pausaniam scripsisse *ἀληθεῦον κατά τι εὕρισκον*, et vertit: „so habe ich gefunden, dass dieses in gewisser Maase wahr seyn kann." reliqui autem negationem excidisse, rectius animadverterunt; itaque Facius et Abreschius in Thucyd. p. 307. corrigunt: *οὐκ ἀληθεύοντα*, quod Clavier in contextum intulit: Schneider autem *ἀληθεῦον οὐχ εὕρισκον* et Corayus *ἀληθεῦον οὔτοι εὕρισκον.* quod magis placet quam illud *οὐκ ἀληθεύοντα.* Mox *τὰς δὲ ἐξ ἀρχῆς τε ὑπὸ ἀσθενείας ἀφανεστέρας, καὶ δι' αὐτὸ ἀνοικισθείσας εἰς Μεγάλην πόλιν, οὐ περιέχει σφᾶς γενόμενόν ποτε τοῦ Ἀρκάδων κοινοῦ δόγμα·* Vulgata. Goldhagenus suam opinionem, ante *οὐ περιέχει* male omissum a librariis esse participium *περιέχον*, sua versione expressit. Facius expungendum esse dicit *οὐ* ante *περιέχει*, et Clavier cum Nibbyo omisit. Nos nihil mutamus nisi post *δόγμα* colon in signum interrogandi. *σφᾶς* referendum ad *τὰς — ἀνοικισθείσας* ut cap. 13, 4. *ἐς* pro vulg. *εἰς* Mosq. *γινόμεναν* pro *γενομ.* idem. *ὑπό τε* pro *ποτε* Vind. Mosq. Hinc sumimus *ὑπὸ*, quod idem fecit Clavier. Catalogum eorum, qui ex Arcadiae urbibus Megalopolin translati sunt, invenies VIII, 27. *Τρίτειαν* Mosq. Ald. *Τρίταιαν* Xy-

land. Francof. Kuhn. et reliqui. at VII, 22, 4. (ubi v. adn.) et 6, 1. παροξυτονεῖται in Vulg. ut apud Steph. Byz. et Polyb. II, 41. sed videtur accentus in tertiam reiiciendus esse syllabam ut in *Πλάταια* atque in iis exemplis, quae ad cap. 9, 3. attulimus, et ut distinguatur ab adiectivo *τριταία*. Cf. de hac urbe locos Achaicorum citatos. *τηνικαῦτα tempore Agesarchi.* Hic pro vulg. Ἡγησάρχου Vind. et Mosq. habent Ἡγησιλάρχου. *Polyclis filii* iterum memorantur X, 34. extr.

CAPUT XIII.

§. 1. *Τρεῖς δὲ ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας* ante Facium, qui e Vind. et Mosq. dedit *τρεῖς — Ὀλυμπιάσι.* Clavier ad lectionem *Ὀλυμπιάδας* tacite rediit; sed haec illi posthabenda est, quia Pausanias scripsisse *τρεῖς Ὀλυμπιάδας νίκας εἶχε* non videtur; quodsi tres continuas Olympiades significare voluisset, fortasse *τριῶν ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδων*, ut *δέκα ἐφεξῆς μηνῶν* V, 24, 2. dixisset. Nostrae lectioni favet Amasaeus, alteri autem Sylburgius, qui vertit: *Is tres Olympiadas continuas stadio et iterato cursu vicit.* *ἔχει* Vulgata. „Quidam malunt *εἶχε* vel *ἔσχε.*" Sylburg. Nos *εἶχεν* scripsimus. *ὅτε* pro *ὅτι* Mosq. *ἐν δύο ταῖς ὑστέραις* scil. *νίκαις*. *Κροτωνιᾶται* pro *Κροτωνιάται* etiam Mosq. Pro vulgato *Λακεδαιμονίᾳ* e Vindob. scripsi *Λακινίᾳ*. cf. Liv. XXIV, 3. Eandem hanc emendationem proposuerat Nicolaus Ignarra in Comm. de Palaestra Neapol. p. 32. et de Phratr. p. 161, ideo laudatus a laudatis viris Wyttenbachio in Biblioth. Crit. II, 1. p. 80. et Boeckhio in Indice Lection. per semestre hib. 1822 — 1823. instituendar. p. 5. Clavier quoque recepit. *τῇ ἐν* pro *ἐν τῇ* Mosq. Pro *Χίονις* fuit III, 14, 3. *Ἀγχίονις*. Hic Clavier quoque edidit *Χίονις*, qui antea *Χιόνις* scripserat. Ut hic est etiam VIII, 39, 2. scriptum, et IV, 23, 2. scribendum fuit; similia sunt *Κλέοννις*, *Κλέοβις*. Sylburgius ad III, 14. incertum se esse de accentus sede significavit. *ἔστι γὰρ δήπου ἐν τῇ στήλῃ, οὐκ εἶναί πω τοῦ ὅπλου τὸν δρόμον* Vulg. In Mosq. et Vind. post *δήπου* est *ὡς*· Clavier autem ex codd. Paris. bonam hanc protulit lectionem: *ἔστω γὰρ δήπου, ὡς ἐν τῇ στήλῃ, οὐκ εἶναί πω κ. τ. λ.* i. e. *pro vero enim utique haberi possit, ut scriptum est in hac columna, tum nondum in usu fuisse clypeatum cursum.* Chionidis aetate hunc nondum receptum fuisse, Pausanias iam dixerat III, 14, 3. Chionis enim Olympiae vicit Olympiade XXVIII. et XXIX. vide Pausan. IV, 23,

2. et 5. at sexagesima quinta demum Olympiade τῶν ὁπλιτῶν ὁ δρόμος ἐδοκιμάσθη. v. Paus. V, 8, 3. Idem Chionis cum Batto dicebatur coloniam in Libyam deduxisse (III, 14, 3.), hoc vero accidisse putatur circa Olympiadem XXXV. Pro αὖθις Clavier suspicatus est αὐτὸν legendum esse; sed αὖθις est hic *posthac*. Pro τούτων est τούτῳ in Mosq. idem ἑστηκόντα habet. Vind. ἐνεστηκότα. Bene autem Porsonus corrigebat ὅσοι τὸν ἑστηκ. κ. τ. λ. ut responderet praecedentibus καὶ ὅσοι. *Myro* diu post Chionidem vixit, eius ut statuam fingere non potuerit.

§. 2. Ἐοικότατα Χιόνιδι Mosq. Ξάνθιος de urbe Lyciae *Xantho*. τρισὶν Ὀλυμπιᾶσιν etiam Mosq. ἐπίκλησιν ἔσχεν Ἵππος. cf. ad §. 5. ὁ Πολίτης — ὠκιστον. Haec Suidas s. v. Ἱππόμαχος in suum Lexicon transtulit paucis mutatis. ἐκ Κεράμου τῆς ἐν τῇ Θρᾳκίᾳ Καρίᾳ. Pomp. Mela II, 2, 5. in Thracia commemorat *portum Cariam*, ubi Is. Vossius hoc adnotavit: „Situm hic fuit et aliud oppidulum, *Κέραμος* dictum, cuius meminit Pausanias Eliac. poster. Perperam viri docti id accipiunt de Ceramo in Caria Asiatica, tanquam si et illic aliqua fuisset Thracia. Recte vero Suidas in v. Ἱππόμαχος locum illum Pausaniae respiciens Θρᾳκίαν Καρίαν interpretatur τὴν ἐν Θρᾴκῃ Καρίαν." Sic duo sumuntur sed non confirmantur, quorum alterum est, regionem circa illum Thraciae portum, cui nomen Caria fuit, dictam esse Cariam, quod tanquam certum in notis ad l. l. Melae repetitur, alterum vero, in illa Thraciae regione, Caria dicta, oppidulum fuisse Ceramum. Ab hoc vitio in historiae ac geographiae rebus maxime vitando nec Palmerius sibi satis hic cavit; is enim confidenter in nostro loco corrigit: ἐν τῇ τραχείᾳ Καρίᾳ *in aspera Caria*. Quam coniecturam, ut saepe fit, alii vel probarunt, ut Facius, vel receperunt, veluti Gedoynus, Goldhagenus, Nibbyus atque Clavier, qui adeo scripsit ἐν τῇ τραχείᾳ Καρίᾳ, non quaerentes, an Cariae pars ἡ τραχεία Καρία vere nominata sit, quod equidem me nusquam reperisse non dissimulo. Nobis se alia huius loci restituendi ratio obtulit, eaque, ut speramus, paulo lenior ac tutior: Pausanias enim videri potest scripsisse: ἐκ Κεράμου τῆς ἐν Καρίᾳ, librariorum autem aliquis: τῆς ἐν Θρᾳκίᾳ· Diversitate hac animadversa, alterum vel suprascriptum vel in margine positum postea cum altero, ita ut nunc legimus, copulatum esse credibile est, Suidam vero ex eo suum τῆς ἐν Θρᾴκῃ Καρίας fecisse. Urbem *Ceramum* in Cariae mediterraneis posuit Plinius V, 29, quod confirmat Strabo, qui XIV, 656. ait:

εἶτα μετὰ Κνίδον Κέραμος καὶ Βάργασα, πολίχνια ὑπὲρ θαλάττης. quod non congruit cum Palmerii coniectura, Ceramum in Cariae παραλίᾳ τραχείᾳ fuisse. Ceramus Phavorino et Hesychio simpliciter dicitur urbs Cariae. ἀπὸ γὰρ τοῦ — τρίτην. Sensus est: *A longissimo et diutissime durante cursu* (ἀπὸ τοῦ δολιχοῦ) *post tempus minimum* (quo se recreavit) *transiit ad brevissimum et celerrimum cursum* (ἐπὶ τὸ στάδιον), *et eodem die dolichi continuoque stadii reportavit victoriam, et his duabus victoriis tertiam addidit diauli.* sic πᾶσαν ἀνέφηνε ἀρετὴν ποδῶν. Mitto reliquos, qui secus haec interpretati sunt; eos autem admiror, qui vulgatae ὤκιστον Suidae lectionem ἥκιστον praeferant; quam enim causam habeant me ignorare fateor: nam quod Clavier ἥκιστον edidit, non codicum Parisinorum iussu fecit. ὀλίγου pro ὀλιγίστου Mosq. idem τὸ ante βραχύτατον omisit. Quod Kuhnius primus animadverterat, inter δευτέρας et καὶ τέσσαρας lacunam esse, id confirmarunt cod. Vindob. et Paris. 1399. In Clavierii editione nullum signum est vestigiumque lacunae. Corayus corrigebat τέσσαρας· ὡς γὰρ ἕκαστα. Pro ἕκαστοι est ἕκαστον in Mosq. ἀθρόως pro ἀθρόους in Vind. Cf. de eadem permutatione VIII, 52, 2. ἀφιᾶσιν pro vulg. ἀφίασιν etiam Clavier sed tacite scripsit. οὕτως σταδίου Vulg.

§. 3. Huius *Leonidae* etiam a Philostrato Heroic. c. 19. init. mentionem fieri, Facius adnotavit. Χίονις — στήλης καὶ ὃς ἕστηκεν Mosq. ὁ Δούριος Σάμιος Mosq. Vindob. τούτου δὲ τὸ ἐπίγραμ. Mosq. νικῆσαι Χίονιν Vulg. Sylburgio legendum omnino videbatur νικῆσαι Δοῦριν· Hoc Clavier sed sine codicum auctoritate recepit; nos loco nominis Χίονιν stellulam posuimus. Inter καιρὸν et δῆμον est lacuna in Paris. 1399. Mosquensis et codd. Paris. 1410. et 1411. tantummodo καθ' ὃν omiserunt. Post δῆμον spatium vacuum relictum esse in Vindob. testatur Facius. Kuhnius monet, ex ipso Pausania ex parte suppleri posse quae desint; nam in Achaicis cap. 2, et 4. commemorari quando et a quo Samii patria pulsi et restituti sint. Quare post δῆμον credidit subiici posse haec: κατελθεῖν συνέβη, δηλώσω ἐν τῷ ἐς Ἀχαιοὺς λόγῳ.

§. 4. Ante Facium legebatur παρὰ δὲ τὸν τύραννον· Facius scripsit Τύραννον, putans athletam huius nominis significari; quod sequuti sunt Clavier et Nibby. Quod de huius tyranni seu athletae statua dictum est, id quoque excidit. φησὶν scil. in inscriptione. Θεοφιλοῦς Vulg. scripsi Θεοφίλους. cf. ad cap. 9, 3. extr. adn. σφᾶς positum ut cap. 12, 3. p. 481. cap. 16, 7. post nomina eiusdem casus. vide ad VIII,

28, 2. *Βύκελλος* ante Facium, qui e Mosq. scripsit, *Βύκελος*, ut paulo post Vulgata habet. Similiter *Μύσκελος* et *Μύσκελλος* reperitur. De *Canacho* cf. VII, 18, 6. *τῷ ἐκ* pro *τῶν ἐκ* Mosq. Ad *γενέσθαι ἐν Ἄργει* repetitur e proximis *τὴν εἰκόνα*. simillima est ratio locorum cap. 12, 3. IV, 11, 1. VIII, 32, 3, ubi ellipsis vocabulorum *ἅρμα ἄγαλμα* et *βασιλεία* defendi potest nostri loci similitudine. adde VI, 17, 2. VII, 6, 3. Neque vero ii sumus, qui dicamus, vocabula *εἰκὼν*, *ἅρμα*, *ἄγαλμα*, *πατρὸς*, *βασιλεία* per ellipsin omitti: haec nomina poterant in his locis reticeri, quum modo essent proposita. Interdum ex iis, quae illico sequuntur, assumendum substantivum est, ut cap. 16, 3. *ὑπὸ τῷ Εὐρίπῳ* ante Facium, qui Sylburgii Kuhniique correctionem *ἐπὶ τῷ Ε.* recepit: idem hoc de iisdem est V, 23, 1. extr. IX, 12, 4. extr. *καὶ* inter *νῖκαι* et *Κορινθίοις* videtur delendum. *Κορινθίοις* — *Νεμεάτας*. Excidit *καὶ Ἰσθμιάτας*, quod Amasaeus aliique interpretes addiderunt.

§. 5. *Ὄνομα* — *ἔχει Αὖρα.* cf. de hac structura IV, 31, 6. Sic paulo ante §. 2. *ἐπίκλησιν ἔσχεν Ἵππος*. *Aurae*, equae, caput in numis se expressum reperisse putavit reddiditque Beger in Thes. Brandenb. p. 287. *ἀβάτην* pro *ἀναβάτην* Mosq. *ἐπὶ* pro *ἐπεὶ* idem. *τοῦ δράμου* pro *τὸν δρόμον* Vind. Pro *ἀφιᾶσιν* Corayus suspicatus est legendum esse *ἐφιᾶσιν*, quod propter Dativum ol magis placet quam vulgatum. v. ad I, 20, 4. In hunc *Phidolae* equum Iovi dedicatum exstat epigramma, Anacreonti tributum, in Anthol. Palat. T. I. p. 230, ubi scriptum legitur *Φειδόλα*. Tempus quo Phidolae haec victoria contigerit, quodam modo colligitur e §. 6.

§. 6. *Ἐγένετο δὲ καὶ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νίκη* Vulgata. *Λύκου* auctoritate codd. Mosquensis et Vindobonensis delevimus: idem fecit Clavier. *Λύκος* enim, ut patet e Pausaniae verbis *καὶ ὅ τε ἵππος — ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῷ*, et ex p. 50. epigrammate subiecto, nomen est equi victoris. Deinde pro *νίκη* e Mosq. dedi *νῖκαι*, quod congruit cum eodem epigrammate, quod non unius sed plurium victoriarum mentionem facit. Hinc etiam necesse fuit, ut *Ἐγένοντο* corrigeretur. *ἐγένετο* et *ἐγένοντο* confusa etiam cap. 14, 1. 2. IV, 12, 1. Lectione ita constituta concidit omnis illa Dorvillii de hoc nostro loco et epigrammate disputatio ad Charit. p. 235 sq. Lips. simulque intelligi debet, in epigrammate Camerarium pro *ὠκυδρόμας* perperam *ὠκυδρόμοις* scil. *ἵπποις* scriptum voluisse. Sensus enim epigrammatis est: *Celer equus Lycus semel vicit Isthmia, hic vero*

Olympiae duabus victoriis Phidolae filiorum domos coronavit. Ἴσθμια πὺξ Mosq. idem est, ut Dorvillius l. l. ait, „in uno codicum Pausaniae, qui Matthiae Roeveri bibliothecam ornat.“ Qui vero iste codex est, ubi nunc latet? οὐ μὴν τῷ γε Vulg. οὐ μήν γε τῷ Vind. Mosq. quod Clavier tacite recepit: sed γε solet ab οὐ μὴν disiungi. οὐ περὶ ταύτης Vulgata. Kuhnius corrigebat οὐ περὶ ταύτην· Musgravius teste Porsono οὐ πρὸ ταύτης. Mihi magis placuit Sylburgii emendatio οὐ πέρα ταύτης, *ultra*; quod Clavier quoque recepit. Pausanias igitur significat illo epigrammate duas Phidolae filiorum victorias Olympicas celebrari, sed Eleorum monumenta testari, eos una Olympiade LXVIII. neque alia praeterea vicisse. Nibby vertit *dopo questa.* Post καὶ Τηλεμάχῳ est lacuna; deest nomen patris Telemachi, neque legimus cur dedicatus sit Agathinus. ἐπὶ ἵππῳ νίκῃ Vind. Facius mallet ἐπὶ ἵππου νίκῃ ut cap. 14, 5. παγκρατιαστὰς pro παγκρατιαστὴν Mosq.

CAPUT XIV.

§. 1. De *Pheria* cf. Muelleri Aeginet. p. 141. οὗτος γὰρ δὴ Vulg. sed δὴ auctoritate codd. Mosq. et Vind. omisi; idem fecit Clavier. Pro νίκης Ὕλλος memorabilis lectio νικασύλας est in Mosq. ut nomen huius Rhodii non *Hyllus* sed *Nicasylus* fuerit: in quo nomine sibi constat idem codex paulo post, ubi Vulgata Ὕλλου offert. Etiam Aldina et Francof. habet νίκας Ὕλλος. Sylburgio autem suadenti, ut dorica forma νίκας mutaretur in vulgarem, paruit Kuhnius delevitque priscae lectionis vestigia. ἠπηλάθη pro ἀπηλάθη Mosq. Pro ὥσπερ Clavier coniecit ἐν οἷςπερ legendum esse. ἐνίκησε Vulg. ὕστερον Νεμέᾳ Vulg. malim ὕστερον ἐν Νεμέᾳ. cf. cap. 15, 1. 8. εἰκοσαέτη Vulg. εἰκοσαετῆ scripsi. Τραλιανὸς ὑπεβάλετο Mosq. ἁμαρτεῖν Ὀλυμπίων nihil potest esse nisi ἀπελαύνεσθαι Ὀλυμπίων seu τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνος εἴργεσθαι cf. V, 21, 5. Causa cur hoc Artemidoro acciderit, continetur verbis αἰτία — ἄγαν νέον· hinc intelligitur, pro vulg. παγκρατιάζοντι cum Kuhnio et Valckenario legendum esse παγκρατιάσοντι. Clavier longe aberravit a sensu huius loci: Nibby recte vertit: „costui volendo combattere al pancrazio ne' giuochi Olimpici fra i garzoni non l' ottene.“ Pro vulgato ἐγένετο est ἐγένοντο in Mosq. ὡς δὲ — ἄγουσιν. Melius scriptum esset καιρὸς ἀγῶνος, ὃν, ut pronomen relativum cum

proximo copulatum esset nomine; hic tamen excusatio parata est Pausaniae, quum nulla efficiatur ambiguitas, sed omnes intelligant, ὃν ἄγουσι non ad καιρὸν, verum ad ἀγῶνα pertinere; ἀγῶνα ἄγειν fuit I, 44, 11. similiter dixerunt θέας ἄγειν, ἑορτὴν ἄγειν. Similis ratio est loci VII, 15, 3, ubi pariter pronomen relativum non ad propius sed ad remotius nomen refertur; sed nec ibi quisquam dubius haerere potest, cum utro substantivo coniungendum sit pronomen. Aliter statuendum nobis fuit de epigrammate V, 10, 2, ubi per omnem loci nexum non licebat dubitare, quin ὃς cum proximo vocabulo παῖς esset iungendum. Verbis ὡς κρατῆσαι — τῶν ἀνδρῶν significatur *triplex* Artemidori victoria, inter pueros, adolescentes et viros. ἐπὶ τοῖς παισὶν est *praeter hos pueros*; denotantur enim ii ipsi, qui modo dicti erant οἱ ἐξ Ὀλυμπίας ἀνταγωνισταὶ, quibuscum Olympiae certaturus reiectus erat. Verba οὓς ἀγενείους καλοῦσι non sunt ad proximum vocabulum παισὶν referenda, sed pendent ab Infinitivo κρατῆσαι, ut plena oratio haec sit: καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς παισὶν κρατῆσαι ἐκείνους, οὓς ἀγενείους καλοῦσι. Hanc ob rem καὶ ab ἐπὶ τοῖς παισὶν distinxi. Eadem παίδων et ἀγενείων distinctio fuit cap. 6, 1. ἐπὶ ante ἡμέρας abest a Vind. ἡμέρας — παισὶν, οὓς Mosq. omisit. τρίδα pro τρίτα Mosq. ὅ τι ἄριστον ἦν τῶν ἀνδρῶν comparandum fuit cum illis ὅσον ἦν τῶν ὅπλων τῇ σκευῇ κοῦφον IV, 29, 1. Valckenarius laudavit Abresch. Thucyd. p. 490. Ὀλυμπιακὴν e Mosq. νικασύλου pro Ὕλλου Mosq. de qua lectione paulo ante diximus. ἐστὶ Μεσσήνιος — ὁ Τελέστας Mosq. omisit. De *Silanionis* aetate cf. ad cap. 4, 3. adn.

§. 2. et 3. De *Milone*, *athleta Crotoniata.* Suidas tribus locis s. v. Μίλων, ταινία et φρόνημα haec Pausaniae transscripsit, et Scholiasta ad Aristophanis Ran. 55. locum nostrum ἐγένοντο δὲ τῷ — ἄφθονον nominato auctore propemodum αὐτολεξεὶ repetivit, omissis tantum iis, quae interiecta sunt παρείχετο δὲ καὶ — βιαζόμενος. De Milonis statua Olympiae posita Facius laudavit Philostr. v. Apollon. IV, 28. ἐγένετο pro ἐγένοντο Mosq. Μηδάωνι pro Μίλωνι et πάλις pro πάλης Mosq. Scripsi μία δ' ἐν παισὶν e Schol. Aristoph. idem voluit Valckenarius. Quod Pausanias de Milonis *sex* victoriis Olympicis tradit, confirmat Diodorus Sic. XII, 9, ubi hic Milo dicitur ἑξάκις Ὀλύμπια νενικηκώς, sed in Anthol. Pal. T. II. p. 631. Πίσῃ ἑπτάκι νικήσας· an ibi quoque ἑξάκι pro ἑπτάκι scribendum? Tantum in editione anni 1613. legitur οὐκ ἐγένετο οἷός τε εἶναι καταπαλαῖσαι, Scholia quoque Aristophanis habent Τιμασίθεον, sed Μνασίθεον Suidas. Ex

§. 10. Gentile Γελῷος est etiam apud Herodot. VII, 153 sq. cf. Berkel ad Steph. Byz. Corayi coniectura ἔτι τὰ ἀγάλματά ἐστι nescio an carere possimus propter appositum participium ἀνακείμενα. Sensus: *verum dedicata signa non amplius in eo sunt;* Sylburgius vertit: *verum simulacra non sunt amplius in eo reposita.*

CAPUT XX.

§. 1. Κατὰ — μοι. vide cap. 19. init. Sylburgius vertit: *Saturnius vero mons, ut iam ante dixi, a crepidinis et thesaurorum in ea exstructorum latere sese extendit.* δὲ etiam Mosq. omisit ut Amasaeus. καλούμεναι Mosq. Ἐλαφίῳ Vulg. quod huius mensis nomen fuit supra V, 13, 5. ubi ut hic Vindob. Ἐλαφοβολιῶνι habet. Cf. de hoc *mense* etiam Schneideri Lex. p. 5. Ἐλαφηβολιών. In Etym. M. de Elaphebolione Atheniensium mense legimus ἀπὸ τῶν ἐλάφων ὠνόμασται, αἳ τῷ μηνὶ ἐθύοντο τῇ Ἐλαφηβόλῳ Ἀρτέμιδι. quae inde Ἐλαφιαία dicta videtur apud Eleos. vide cap. 22, 5.

§. 2. et 3. De *Sosipolide:* imago huius daemonis Eleorum domestici quomodo picta, vides cap. 25, 4. Creuzer in Symbol. IV, 214. hunc daemonem interpretatur *Bacchum* et commemorat antiquum Gelensium numum, in quo foemina tauro Heboni coronam imponat, et nomen Σωσίπολις legatur. Cf. cap. 26, 1. Boettiger in Ilithyia p. 16. putabat, *Sosipolin* hunc nihil aliud nisi phallicam Priapi imaginem fuisse.

§. 2. Εἰληθυίας — ἡ δὲ πρεςβύτη Mosq. Verborum νόμῳ τε — τῷ θεῷ interpunctio ita mutanda esse videtur, ut virgula, quae in Vulg. est post Ἠλείων, sublata figatur post

καὶ αὐτή· nam opponuntur inter se: νόμῳ τε ἁγιστεύει αὐτὴ et λύτρα τε ἐσφέρει τῷ θεῷ. Verbo ἁγιστεύειν videtur interdum etiam transitiva potestas tributa esse, neque tantum ita, ut esset *peragere quae ad sacrificium pertinent* (vide Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. adde ex Bekkeri Anecd. p. 328. ἁγιστεύσαντες: τὰ τῆς θυσίας ἐπιτελήσαντες), verum ut significaret etiam *sanctum*, *purum reddere*. In Bekkeri Anecd. l. c. explicatur ἁγιάζειν· hinc passivum, veluti in Strabone IX, 417. (487.) χωρία τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα· ergo *purum*, *sanctum haberi*. Saepius autem ἁγιστεύειν intransitive ponitur, ut sit *sanctum*, *purum esse*, et adhibetur inprimis de *sacerdotibus*, *viris ac foeminis*, *non modo a Venere*, *sed etiam a cibis illicitis aliisque quibusvis*, *quae puritati ac sanctitati adversari creduntur*, *abstinentibus*. v. omnino Pausan. VIII, 13, 1. VII, 25, 8. λύτρα „piamina, quae offeruntur ad luenda populi delicta." Sylburgius. *cruorem* vertit Loescher. λύτρα Hesychius interpretatur etiam λυτήρια. rursus λυτήριον Scholiastes Apollonii IV, 204. χοιρίδιον μικρὸν, ὅπερ οἱ ἀγνίζοντες θύσαντες τῷ αἵματι αὐτοῦ τὰς χεῖρας τοῦ ἀγνιζομένου ἔτεγγον ἤγουν ἔβρεχον. Kuhnius non recte, ut videtur, dubitans, an λύτρα significent *piamina*, malebat legere λουτρά, *lavacra deo intulit*. Clavierio tamen haec coniectura placuit, quamvis aliena sit ab huius loci sententia: nam nos in vitium credula turba sumus. Idem Kuhnius pro κατατίθησιν scribendum παρατίθησιν censuit. κατατίθησιν videtur esse *humi ponit*. Sic IX, 19, 4. πρὸ τοῦ ἀγάλματος τῶν ποδῶν τιθέασιν, ὅσα ἐν ὀπώρᾳ πέφυκε γίνεσθαι. Herodotus in simili re posuit προτιθέναι VIII, 41. μάζα μεμαγμένη μέλιτι videtur esse, quae Herodoto l. c. uno vocabulo μελιτόεσσα dicitur. διπλοῦς. *geminum templum* i. e. ita exstructum ut in duas sit partes distinctum, ut ait Sylburgius. Sic VIII, 9. init. ναὸς διπλοῦς μάλιστά που κατὰ μέσον τοίχῳ διειργόμενος. cf. ad I, 26, 6. notata. ἐν δὲ τῷ ἐκτὸς Vulg. sed legendum esse ἐντὸς, iam in codice Casauboni adnotatum est; idem viderunt Kuhnius et Facius, atque ante hos Sylburgius, qui hunc locum ita vertit: „In antica igitur templi parte (geminum enim est templum) ara est Ilithyiae: eoque aditus patet hominibus. In *interiore* vero parte Sosipolidi suus est honor, eoque nulli patet accessus nisi ei, quae Deo ministrat." Clavier nobiscum ἐντὸς scripsit. ἐντὸς et ἐκτὸς interdum confusa esse, adnotatum est ad I, 27, 6. adde VII, 20, 1. ἐφειλκυσμένην Mosq. ὑπομένουσι Vulg. ὑπομένουσαι dedi e Mosq. eodem modo scripsit Clavier. Schneider quaesivit an παντοῖα

αὐτῇ legendum esset: equidem dubito, haec omnia ad unum referenda Sosipolin existimans.

§. 3. De *hoc Arcadum et Eleorum bello* cf. V, 9, 5. τέκοι μὲν αὕτη Ald. Francof. sed correxit Sylburgius αὐτή. Mox τὸν συμμαχήσοντα Vulg. τὸν eliminandum videtur ut ortum ex praecedente ὀνειράτων, et Clavier omisit; idem suaserat Facius, Corayus autem αὐτὸν συμμαχήσοντα commendabat; sed pronomen αὐτὸς saepissime omittitur. Caeterum Mosq. συμμαχήσαντα exhibet. νίκην ἐπιφανεστάτην ἀνείλοντο. Haec Eleorum de Arcadibus victoria videtur eadem esse, quam narrat Xenophon Hellen. VII, 4, 28 sqq. et propter quam tropaeum erectum est. v. Pausan. cap. 21, 2. ὅτι τὸν — ἀνθρώπους. Similiter VII, 23, 5. Εἰλείθυιά ἐστιν ἡ ἐς φῶς ἄγουσα τοὺς παῖδας. E verbis τοῖς δὲ τῶν — Κλάδεον patet, tum pugnatum esse ad *Cladeum*, id quod confirmat Xenophon l. c.

§. 4. Ἱπποδάμιον ut Ὀλύμπιον, Ἰσμήνιον· quod iam a Lobeckio adnotatum est ad Phrynich. 371. θρακῷ pro θριγκῷ Mosq. Μιδέαν· de hac scriptura cf. notata ad II, 16, 2. Mosq. depravavit in Μηδέαν ut Ἀργολίδι in Ἀγγορίδι. ἅτε — ὀργήν. Pelopi ex Hippodamia nati sunt multi liberi; in quibus Atreus et Thyestes; sed ex priore coniuge Axiocha, quae aliis est pellex, aliis nympha, sustulerat Chrysippum. Quem quum Pelops valde amaret, noverca et reliqui Pelopidae Chrysippo invidentes, ut a patre praelato, persuadent Atreo et Thyestae, natu maximis, ut Chrysippum interficiant. Qui quum fratrem occidissent et in puteum abiecissent, re cognita pater eos e patria expulit, et mater, ut hoc loco relatum legimus, Mideam abiit. v. Schol. ad Hom. Iliad. II, 105. ad Eurip. Orest. 5. p. 279. Matth. adde Notas ad Hellen. nostra p. 288, ubi aliae de Chrysippi nece narrationes memorantur. κομίσαι — ἐν Ὀλυμπίᾳ. Vulgaris ratio foret ἐς Ὀλυμπίαν ut I, 17. extr. Forsan pro αὐτοὶ Amasaeus αὐτὸν legit, quum verterit *ipsum Pelopem ossa reportanda curasse.*

§. 5. Τῶν ἀγαλμάτων — ἀθλητῶν. cf. omnino V, 21, 2. ubi de iisdem sermo. ἐπὶ ζημίας Mosq. De confusione praepositionum ἀπὸ et ἐπὶ cf. ad cap. 10, 1. Pro vulgato διὰ δὲ αὐτῆς Schneider suspicabatur legendum esse διὰ τὸ δι' αὐτῆς· quae suspicio nobis quidem magis veri speciem ferre quam vera videtur esse; cur enim hic aditus ideo occultus nominatus sit, quod per eum Hellanodicae et certaturi stadium intrabant? Nos putamus vel excidisse καθέστηκε, (sic cap. 24, 1. ταύτῃ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἰέναι καθέστηκεν ἐς τὸ γυμνάσιον)

vel negligenter scriptum esse pro οἵ τε Ἑλλανοδίκαι ἐςίασι — καὶ οἱ ἀγωνισταί. cf. not. ad §. 7. Pro vulg. καὶ ante τοὺς ἀγων. est ἐς in Mosq. τὸ μὲν δὴ κ. τ. λ. de *stadio Olympico* cf. V, 14, 7. 21, 2. Si Philostratus in vita Herodis Attici tradit, ab hoc stadium Olympicum Iovi dedicatum esse, mirum, quod hoc Pausanias praetermiserit, qui VI, 21, 2. alia eius donaria in gymnasio Olympiae commemorat. Intra Altin fuisse docet Strabo VIII, 353. (127.), nec dubitat Müller in Doriens. II, 458 sq.

§. 6. Ἀπαντικρὺ τῶν Ἑλλανοδικῶν βωμός· Talis ara e regione sedis, quae in stadio destinata erat certaminum iudicibus, conspicitur etiam in Marmore Naniano in Monum. Peloponnes. I. p. 207. θεᾶτε Mosq. De *Cerere Chamyna* vide cap. 21, 1. τιμὴν ταύτῃ ἄλλοτε ἄλλην λαμβάνουσα Vulgata. Sylburgii praeclaram emendationem: τιμὴν ταύτην ἄλλοτε ἄλλη λαμβάνουσα, *eum sacerdotii honorem alias alia ex Eleis foeminis nanciscitur*, a Valckenario etiam ad Theocr. Adoniaz. p. 198. commendatam, nobiscum recepit Clavier. Caeterum huc pertinere Suetonii hunc locum in Nerone c. 12. extr. *Ad athletarum spectaculum invitavit et virgines Vestales, quia Olympiae quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur*, Kuhnius iam animadverterat. παρθένους δὲ οὐκ εἴργουσι θεᾶσθαι. Hanc notam ut hominis insulsi, atque indignam Pausania, huius contextu eiiciendam edicit Valckenarius ad d. l. Theocr. Adoniaz. Sane repugnat ea iis, quae Pausanias V, 6, 5. de lege foeminas ludis Olympicis excludente tradiderat; neque Suetonius nisi Cereris sacerdotibus Olympiae spectare concessum esse dicit. Si hic locus non est mutilatus et in breve contractus, potius me huic sententiae adscriptum volo quam Corayi, qui παρθένους δὲ εἴργουσι omissa negatione corrigendum censuit; Pausanias enim V, 6, 5. non παρθένους sed γυναῖκας εἴργεσθαι, ergo omnino *foeminas*, dixerat. Nescio tamen an Corayus sacerdotes Cereris adhuc virgines cogitaverit. Idem in mentem venit Goldhageno, qui et suspicabatur, ἱερᾶσθαι pro θεᾶσθαι scribendum esse. Forsan scribendum est λόγῳ τῷ Ἠλείων.

§. 7 — cap. 21, 1. De *Hippodromo*. Inter templum Iovis Olympii et Alpheum teste Gellio in Itin. of the Morea p. 36. sunt „in the descent of the bank vestiges of the Hippodrome.“ add. Virg. G. III, 180 sq.

§. 7. Ὑπερβάλλοντι ἐκ τοῦ σταδίου κ. τ. λ. non potest esse nisi: *Discedenti e stadio, ubi sedent Hellanodicae, ibi locus equorum cursibus destinatus et carceres equorum sunt.*

Goldhagenus putabat, corrigendum esse Ὑπερβαίνοντι· at ὑπερβάλλοντι proprie est: *se traiicienti e stadio* i. e. *abeunti.* Haud dissimile illud est ἐκ Κυρτώνων ὑπερβάλλοντι τὸ ὄρος, πόλισμά ἐστι Κορσεία IX, 24, 5. Pro καθ' ὅτου Schneider suspicabatur legendum esse καθ' ὅτι. Sed si dixerunt κατὰ γῆς κάθημαι, nec καθ' ὅτου καθέζονται sollicitandum videtur. Clavier corrigendo ἀνειμένων, quod fortasse in Paris. suis codd. invenerat, locum corrupit. ἡ ἄφεσις τῶν ἵππων· Pollux III, 147: ὅθεν ἀφίενται, ἄφεσις, καὶ ὕσπληγξ, καὶ γραμμὴ, καὶ βαλβὶς dicitur; quanquam nostro loco ἄφεσις et et ὕσπληγξ distinguuntur. παρέχεται μὲν οὖν κ. τ. λ. Quum haec ἄφεσις *proram* navis referret, recte ei tribuitur τὸ ἔμβολον ut V, 15, 4. Ἀγνάμπτου Vulg. E Mosq. dedi Ἀγνάπτου ut V, 15, 4, ubi eiusdem porticus mentio facta est: idem fecit Clavier. cf. paulo post. Ἀγάπτου videtur legisse Loescher. ἐπὶ κανόνος *auf einem Queerbalken* Goldhagenus; *sur une traverse* Clavier; haud dubie rectius quam Facius, qui in Collectaneen zur griech. u. roem. Alterthumsk. p. 46. interpretatur *tignum erectum*, *senkrechter Pfahl.* Corayus coniiciebat ταῦτα κληρωτὰ τὰ legendum esse. καλώδιον ἀντὶ ὕσπληγγος· ex quibus intelligi debet, ὕσπληγγα, repagulum hippodromi, non fuisse, *funem*, quod Schneider opinabatur in Lex. gr. Bene Goldhagenus vertit „ist ein Seil statt eines Schlagbaumes vorgezogen." „κυρίως ὕσπληγξ ἡ τῶν δρομέων ἀφετηρία, ὃ κάγκελλον ἡμεῖς φαμεν" (cancellos) Schol. Theocr. VIII, 58. ὁ τεταγμένος τῷ δρόμῳ *qui praeest cursui.* ἐς τὸ ἄνω πεποίηται πηδᾶν *cogitur exsilire*, *efficitur ut exsiliat.* cf. Reizius in Hermanni Vigero p. 761. Aliter κατάστασις πολιτεύματος πεποιημένη ἡγεῖσθαι *die glauben macht* apud Ioseph. c. Apion. II, 21. Corayus suspicabatur legendum esse γίνεσθαι σύνοπτος. Mox πρῶτοι — οἱ πρὸς — Ἀγνάμπτου — ὕσπληγγες καὶ οἱ κατὰ τούτους — οἱ ὕσπληγγες οἱ Vulgata. Aldina habet hic et paulo post ὕσπληγες et posteriore loco etiam Mosq. quare utrique loco hanc formam restitui, de qua cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 71 sq. Deinde quum Grammatici a Lobeckio laudati, quibus adde Bekkeri Anecd. p. 69. consentiant, ὕσπληξ esse foeminini generis, atque codex Mosq. habeat αἱ — ὕσπληγ. scribendum putavi πρῶται — αἱ πρὸς — κατὰ ταύτας — αἱ ὕσπληγες αἱ. In Mosq. est hic Ἀκνάπτου, in Aldina ἀγνάπτου· hinc scripsi Ἀγνάπτου· idem a Clavierio factum. cf. paulo ante notata de hoc nomine. Corayi bona coniectura est: ἐστὶν ὁ τὴν ἄφεσιν μηχανησάμενος. neque opposuerim ex Eurip. Hecuba 117. ἦν τὸ σὸν σπεύδων ἀγαθὸν

Ἀγαμέμνων. Quod autem pro vulgato καὶ φρονῆσαί γε aut Sylburgius scribendum censuit καὶ φρονήσας γε aut Corayus suasit καὶ ἐφρόνησέ γε, horum neutrum nobis probatur, constructionem negligenter mutatam esse putantibus. Haud ita pauci sunt in his Pausaniae commentariis loci, ex quibus λέγεται, vel λέγουσι vel φασὶν excidisse dicas; cf. ad II, 10, 4. VII, 24, 4. 27, 4. notata: sed nescio an maiori sumamus iure, Pausaniam in illis locis a recta ad obliquam orationem per negligentiam quandam transiisse. Similis loquendi modus notatus est ad §. 5. Ἀθήναισιν Mosq. Huius inscriptionis prior versus vulgo ita legitur:

Ὃς τὴν ἱππάφεσίν σευ Ὀλυμπία εὕρατο πρῶτος,

et Sylburgius recte animadvertit, inesse apostrophen ad Olympiam seu locum, ludis Olympicis destinatum. Facius „Voculam σευ, inquit, inter verba ἱππάφεσιν Ὀλυμπία mendose vulgatam utriusque codicis (Mosq. et Vind.) auctoritate delevi.“ Praeterea tacite Ὀλυμπία mutavit in Ὀλυμπίᾳ et totum versum ita scripsit

Ὃς τὴν ἱππάφεσιν Ὀλυμπίᾳ εὕρατο πρῶτος

atque hoc repetivit Clavierii editio, cuius in margine Corayus coniecturam posuit ἐν Ὀλυμπίᾳ εὗρε τὸ πρῶτον. Nobis ad Vulgatam redeundum fuit, quam Jacobsius quoque in Anth. Pal. II. p. 844. retinuit. Medium εὕρατο si urgeas, est *invenit in sui nominis gloriam.* Vulgatam cur revocaverim, fortasse qui eam expulit ipse iam animadvertit. με in pentametro pertinet ad statuam hominis cuiusdam galeati a Cleoeta factam, et I, 24, 3. laudatam. Neque Amasaeus neque Sylburgius verum vidit, quorum posterior praecedentia ὥς καὶ — ἐπιγράψαι vertit: *ut in statua Athenis sibi facta hoc insculpserit epigramma.* quod sequutus est Goldhagenus. Facius ambigue dixit statuam Cleoetae. Κλεοίτας pro Κλειοίτας Mosq. Hic Cleoetas filius fuit Aristoclis; rursus Aristocles, etiam statuarius, discipulus filiusque Cleoetae commemoratus est V, 24, 1. p. 440. Caeterum *Hippodromus* (quem quo in loco ponant, vides in Mülleri Doriens. II, 458.) cum adiuncta *Agnapti porticu* nobis non intra sed extra Altin videtur fuisse, comparantibus V, 15. ubi scriptor postquam de iisdem dixit §. 4, pergit: ἀπὸ δὲ τῆς στοᾶς ἣν οἱ Ἠλεῖοι καλοῦσιν Ἀγνάπτου — ἀπὸ ταύτης ἐπανιόντι ἐστὶν ἐν δεξιᾷ βωμὸς Ἀρτέμιδος· quibus illico subiungit: ἐξελθόντων δὲ αὖθις διὰ τῆς πομπικῆς ἐς τὴν Ἄλτιν. Ab Hippodromo transitur ad *gymnasium* cap. 21, 2. hoc quoque extra Altin fuit. Hic

Aristides et ille Polycleti discipulus apud Plin. 34, 8, 19, 12. an idem fuerit, dubium.

§. 8. et 9. de *Taraxippo*.

§. 8. Χῶμα pro δεῖμα Mosq. οὖν post μὲν vulgatum auctoritate codicis Mosq. omisi. Idem ἔτι pro ἐστι et φόβος δὲ praebet. Pro ἐπίπαν Clavier ἐπιπλεῖστον legendum opinabatur. Ἴλεον Mosq. ὄνομα Ὠλένιον αὐτῷ τίθενται· utri, ἀνδρὶ αὐτόχθονι an eius τάφῳ? qui posterius malit, possit excitare Αἰγιάλειον καλεῖται τὸ ἡρῷον ex I, 44, 7. nexu tamen magis commendari videtur prius. quanquam qui hic Ὠλένιος, is ab Istro apud Stephanum Byz. et ab Eustathio ad Homer. p. 883. Rom. nec non a Phavorino Ὤλενος vocatur, et Anaxitheae, unius e Danaidibus, Iovisque filius fuisse perhibetur. Quod Palmerium commovit, ut hic quoque Ὤλενον scribendum censeret, causa non idonea; nam ut Lycus et Lycius, Iasus et Iasius, Icarus et Icarius duplici forma efferebantur (v. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 207.) sic idem ab aliis Olenus ab aliis Olenius appellari potuit. Ὠλενίαν — πέτραν. de ea cf. Strabo VIII. p. 341. (55. Tzsch.) et 387. (313.). στρατιᾶς pro στρατείας et ἐπωλεῖτο pro ἐπωχεῖτο. Mirum, quod omnes editiones in vitio ἐπωχεῖτο consentiunt. ἠρίον Corayo videbatur huic loco accommodatius quam vulgatum ἡρῷον esse. Si nihil nisi sepulcrum Pausanias significare voluisset, haud dubie τάφον posuisset. τὸ μήνιμα ἰώμενος. Proprie Herculem τὸ τραῦμα ἰώμενον Pausanias dixit III, 20, 5. Pro metaphora nostri loci est τὸ ἐπὶ Παυσανίᾳ μήνιμα ἀποτρέπειν III, 17. extr. et ἀποτρεπόμενος τὸ ἐπὶ τῷ Μυρτίλου θανάτῳ μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ V, 1, 5. Ut est in proverbio κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι (Herod. III, 53.), sic puto dici μήνιμα ἰᾶσθαι potuisse. Itaque quod quis in Aldinae exemplari Dresdensi allevit ἱλώμενος, non probaverim. Locos de *Myrtilo*, eius fraude et interitu indicavimus ad Pausan. VIII, 14, 7. in Not. ad Hellen. p. 286. Ibidem p. 28. de mensura mediae syllabae diximus. adde Apoll. Rhod. I, 755. Παρθάονος Vulg. ut 21, 7. Πορθάονος Mosq. Amasaeus, Aldina, ut IV, 35, 1. quod nobiscum Clavier tacite recepit. De *Alcathoi* morte cap. 21, 7. Pro ἀγόντων Corayus suspicabatur legendum esse ἀναγόντων. Videmus tamen Pausaniam similiter dixisse ἄγειν ἐς τινὰ ἀρχὴν I, 6, 2. μέρη λαμβάνειν γῆς *participem reddi terrae, humari.* Quod genus loquendi videtur e carmine, unde res sumta est, petitum esse. Sed cf. ἐπιέσασθαι γῆν in Lex. Xenoph. ἀποθανὼν ἀπὸ Mosq. pro ὑπό. Eadem horum praepositionum confusio cap. 25, 4. 26, 4. V, 10, 3. ἅτε δὲ Mosq. quod placuit Corayo,

ut puto, recte. ἅτε δὴ Vulg. ἀνὴρ δὲ κ. τ. λ. Alii Pelopem ipsum, cuius sepulcrum Olympiae fuit, Taraxippum vocatum tradiderunt; quod refert Hesychius s. v. *Ταραξιπ.* τοῖς παισὶ τὰς Mosq. τὰς pro vulg. τοὺς recepi. Sic paulo ante αἱ ἵπποι. Ἠξίου δὲ οὗτος Αἰγυπτίους εἶναι μὲν Ἀμφίονα εἶναι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δεινόν· Vulgata, iis haud dubie accepta, quibus Orpheus Aegyptius et Ori filius fuit. cf. Creuzeri Symbol. III, 149. aliunde autem petant, quo suam tueantur opinionem, namque Facius cum Hartungo et Sylburgio correxit: Ἠξίου δὲ οὗτος Αἰγύπτιος, εἶναι μὲν κ. τ. λ. *hic Aegyptius*, de quo modo loquutus erat scriptor. Planum autem est, εἶναι μὲν — εἶναι δὲ postulare, ut duobus subiectis ita copulatis commune attribuatur praedicatum, quod hoc loco est δεινὸν μαγεῦσαι. Quodsi quod qui antiquas Aegyptiorum res fabulasque mirantur, putant, Pausanias dicere voluisset, fortasse ita aut simili modo scripsisset: Ἠξίου δὲ οὗτος, εἶναι μὲν Ἀμφίονα, εἶναι δὲ καὶ Ὀρφέα Αἰγύπτιόν τε καὶ μαγεῦσαι δεινόν. De particulis μὲν et δὲ cum eodem verbo repetito dicebamus ad I, 43, 3. Caeterum repugnantiam, quae in vulgatis est Αἰγυπτίους εἶναι Ἀμφίονα καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα unusquisque videt. Neque Sylburgii observatio praetermittenda est, ὁ post οὗτος omitti etiam cap. 21, 4. et alibi. Cf. adn. ad VII, 2, 2. Matthiae in gramm. gr. §. 264. cum Sylburgio consentit. Eidem Sylburgio aptius esse singulare τὴν οἰκοδομίαν videbatur.

§. 9. Inter Ταράξιππος et Γλαῦκος distinxi. Locos de huius *Glauci interitu* indicavit Hermannus in Dissertatione de Aeschyli Glaucis (et in Actis Seminarii regii et Societ. Philol. Lips. vol. II. part. 2. p. 383 sq.) ὑπὸ τῶν ἵππων Mosq. ἀπ' ante αὐτῆς Mosq. omisit. Clavier et Porsonus consentiunt in emendatione proposita καὶ εἰ πῦρ εἴη. cf. 14, 2. IV, 9, 4. ὁ ante ἐν Ὀλυμπίᾳ Mosq. omisit. ἵππον φόβον Mosq.

§. 10. Ἱπποδαμίας Mosq.

CAPUT XXI.

§. 1. Ἥγηνται Mosq. χανεῖν γὰρ — μύσαι. Hanc nominis (Chamyne) rationem Valckenarius quoque miram et incredibilem dixit ad Theocrit. Adoniaz. p. 198. Proxima eidem paulo melior videbatur. Fortasse autem Χαμύνη factum a χαμαὶ *terrae*, *humi* significationem includit. Ex Schwenckii Etym. Myth. Andeutungen video, Spanhemium ad Callim. h.

in Cer. 3. idem fere proposuisse. Constructio χανεῖν τὴν γῆν τὸ ἅρμα iam Kuhnio offensioni fuit. Huc illud pertinet Phavorini: χανεῖν πρὸς δέλεαρ ἢ δελέατι ἀντὶ τοῦ καταπιεῖν τὸ δέλεαρ. χαίνω τὸ χάσκω ἀμεταβάτως. Kuhnii emendationem τῷ ἅρματι adscivit Clavier. Vulgatam βουλεύοντα iam Sylburgius in vitio esse vidit, ideoque correxit βουλεύοντι, quod codice Mosq. confirmatum Facius recepit: Pausaniae ipsius narratio, quae sequitur capite 22, 2, hoc postulat.

§. 2. De *gymnasio Olympiae* V, 15, 5. adde notata ad VI, 20, 7. extr. Ἀθηναίοις Mosq. De forma δρομεῦσι non inusitata cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 69. Haec quoque κρηπὶς videtur *basis*, βάθρον, fuisse. cf. ad cap. 19, 1. adnotata de hoc vocabulo. ἐν ὑπαίθρῳ est fortasse πρὸ τῆς ἐςόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον, ut opponatur τῷ περιβόλῳ ἐν ἀριστερᾷ τῆς ἐςόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον paulo post memorato. τρόπαιον κατὰ Ἀρκάδων de illa victoria, quae narrata est cap. 20, 3. καὶ ἄλλος — ἐνταῦθα. Hic περίβολος aedificium fuit simile vicino gymnasio, sed minus illo. Similiter, quum de Elidis gymnasio loquutus esset, addit Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ἐλάσσων γυμνασίου περίβολος, ὃς ἔχεται τοῦ μείζονος cap. 23, 3. τείχῳ pro τοίχῳ Mosq.

§. 3. et 4. Ἡλάδεον pro Κλάδεον Mosq. περιῳκοδομημένος, nisi fallor, recte, nam γῆς χῶμα, quod praecedit, appositio est vocabuli τάφος. Sylburgio tamen rectius esse visum est περιῳκοδομημένον, ut ad proximum χῶμα referretur. quod qua laude nescio Clavierius in contextum transtulit. De consuetudine sepulcra circumsepiendi cf. et Casaub. ad Suet. Neron. 33. ὅροι δὲ πρὸς κ. τ. λ. Elis tetigit Arcadiam, ubi Pholoë, Azanes et Parrhasii fuerunt. v. Strabo VIII, 336. (27. Tzsch.); de Pholoë ibid. p. 357. (145.) ibid. (p. 146.) de Pisatide et magna Triphyliae parte Arcadiae contermina. καθεστήκεσαν ἀνέχοντες „Kuhn. bene coniicit, pro ἀνέχοντες scribendum ἔχοντες, et αν ex praecedente syllaba male repetita enatum esse. καθεστήκεσαν ἔχοντες dictum pro καθεστήκεσαν ὄντες." Facius, et Clavier ἔχοντες edidit. Haec nos mittimus existimantes, ἀνέχοντες copulandum cum πρὸς Ἀρκάδας, et ὅροι τῆς χώρας πρὸς Ἀρκάδας ἀνέχοντες esse: *fines regionis versus Arcades procurrentes.* Alias ἀνέχειν coniungitur cum εἰς, veluti εἰς τὴν θάλασσαν, εἰς τὴν μεσόγαιαν, quod sensu paulum differt a nostra formula. προςηκοῦντας Mosq. Antea δὲ post διαβάντων Müller in Dor. II, 459. deleri vult. ταύτην τὴν coniectura est Corayi. cf. adn. ad VII, 2, 2. Διάγων: „Diversus est hic ab eo, qui non hic tantum et in-

fra in Arcadicis, verum ab aliis etiam scriptoribus *Λάδων* appellatur. Sed quum a Dionysio Afro p. 68. inter fluvios Arcadiae numerentur Melas, Crathis, Iaon, Ladon, suspicetur quispiam, eum qui Diagon hic nominatur, esse Dionysii *Ἰάωνα.*" Sylburgius, cui assensus est Palmerius, inprimis quod non alibi inveniatur Diagon. Neque Ortelius quidquam melius habuit quod substitueret. Prp *Δημαίνετος* possit quis suspicari *Δημαινέτου* scribendum esse; fieri tamen potuit, ut hoc nomen ad ipsam vulgo transferretur aedem. In Suida et Phavorino legitur solum nomen proprium *Δημαίνετος.* Pro *ἐπὶ τοῦ ὕψ.* Clavier *ἐπὶ τόπου ὕψ.* scribendum esse opinatus est.

§. 5. Pro vulgato *Διαβήσῃ* est *Διαβήσει* in Mosq. Vulgatam tuetur locus VIII, 21, 1. p. 639. Mox *γῆς* omisit Mosq. *Πᾶσαν τὴν Πισᾶτιν ὁμορεῖν τῇ Ἀρκαδίᾳ* tradit Strabo VIII, 357. (146.), ubi etiam addit, montis Arcadici Pholoës, *ὑπερκειμένου τῆς Ὀλυμπίας ἐγγυτάτω τὰς ὑπωρείας τῆς Πισάτιδος εἶναι.* Olympiam, quam alii veluti Strabo VIII, 337. (32.) 355. (135.) Pisatidi tribuerunt, Pausanias ab ea videtur segregasse. Pisatidem in octo urbes divisam fuisse narrat Strabo VIII, 356 sq. (139—145), e quibus commemorat *Salmonen*, *Heracleam*, *Harpinam*, *Dyspontium*, *Cycesium.* His add. *Letrina.* v. adn. ad cap. 22, 5. De urbe *Phrixa* cf. Steph. Byz. h. v. et 5. *Μάκιστος. Φαιστός.* adde Mülleri Doriens. II, 459. et Orchom. 371. *Κλύμενον — ποταμοῦ.* Cf. V, 8, 1.

§. 6. *Παρθενία·* apud Strabonem VIII, 356. extr. *Παρθενίας*, quem ille amnem per Harpinam ferri testatur. *Ἐρίφαν* dorice; vulgaris forma *Ἐρίφην.* Pro *ταύτας* censebam *ταύταις* scribendum esse; idem nunc video Corayo visum esse. Fortasse inverso ordine legendum est: *ὄνομα ἀπὸ Παρθενίας τῷ ποταμῷ, ἵππου τῆς Μάρμακος·* quod malim quam *ὄνομα Παρθενίαν τῷ ποταμῷ ἀπὸ ἵππου τῆς Μαρμ.* Quod Facius proposuit *ὄνομα Παρθενία ἐστὶ τῷ ποτ.* hoc Clavier arreptum in contextum intulit; scripsit autem *Παρθενίας* [*ἐστὶ*] *τῷ ποτ.* Sylburgio videbatur fluvius *Παρθενίας* masculino, et *Παρθενία* foeminino genere dictus esse. *Ἁρπιννάτης* (pro quo *Ἁρπινάτης* Mosq.) et mox *Ἁρπίννης.* Apud Strabonem VIII, 356. (144.) urbs dicitur *Ἁρπίνα*, ubi de scriptura cf. Tzsch. Strabone autem teste l. c. *παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν ἐστὶν ἡ Ἁρπίνα*, et Stephanus Byz. tradit, *Olympiam etiam Arpinam vocari.* Cf. de urbis positu Mülleri Doriens. II, 459. *οἰκίσαι — Ἁρπιν.* cf. V, 22, 5.

§. 7. De numero et nominibus eorum, qui Hippodamiae nuptias ambientes ab eius patre occisi sunt cf. Scholiasta Pindari ad Ol. I, 114. et 127, sed, ut Wesselingius ad Diodor. S. IV, 73. iam animadvertit, corrigendus ex hoc loco Pausaniae. τιμῇ τῇ ἐς αὐτοὺς Vulg. τῇ eliminavi codicis Mosq. auctoritate. Sylburgius legi voluerat τιμῇ τε ἐς αὐτ. nec hoc spernendum. cf. I, 9, 4. quanquam silere non debemus, V, 21, 1. τιμῇ τῇ ἐς τὸ θεῖον legi. Hic in lectione Παρθάονος omnes consentiunt. In Clav. ed. legitur quidem Πορθάονος etiam hic ut cap. 20, 8, sed in Erratis nostro loco vulgata restituitur. Ἀκριῶν recte; sic et III, 21, 6. Ἀκρείων Mosq. Λάσιος est fortasse qui a Stephano Byz. v. Ἀλήσιος, Eustathio et in Etym. M. vocatur Ἀλήσιος, Scilluntis filius. Χαλκόδοντα Mosq. Τρικολώνῳ δὲ ὕστερον Vulg. Facii bonam coniecturam Τρικολώνου Clavier in contextu posuit. Ante Αἰόλιον Mosq. καὶ inserit. Pro Ἔρυθρον Eustathius ad Iliad. p. 267. Rom. habet Ἐρυθρόν, eumque Neptuni et Amphimedusae, Danao natae, filium perhibet. Alterum quoque Rhadamanthyos filium apud Diod. Sic. V, 79. ὀξυτόνως scriptum videmus; non bene. Huius quoque nomen apud Pausaniam VII, 3, 4. melius scriptum legimus. Ἔρυθραν Mosq. pro vulg. Ἔρυθρον. Invenitur etiam Ἐρύθριος. v. Mülleri Orchom. p. 215. Deinde Ἐρυθραὶ Vulg. Ἐρυθρὰ Mosq. Nos Ἐρύθραι scripsimus ex Homeri Iliad. II, 499, ubi Eustathius adnotavit, ex quorundam praecepto Boeoticas quidem Erythras βαρυτόνως, Ionicas autem ὀξυτόνως scribi; quod adhuc neglectum est in Strabon. IX, 409. (440.) 410. (450.). De *Erythris Boeoticis* cf. IX, 2. init. καὶ Ἠϊόνες Μάγνητες τοῦ Αἰόλου Vulg. van Staveren in Miscell. Obs. vol. X. T. I. p. 99. 100. correxit: καὶ Ἠϊονέα Μάγνητος τοῦ Αἰολίδου. Haec omnia receperunt Facius et Clavier, hac in re nimii. Palmerius, cui huius emendationis primum inventae laus debetur, Vulgatam τοῦ Αἰόλου recte retinuit. Hic *Magnes* Aeoli filius (v. Apollod. I, 7. et 9. Schol. ad Eurip. Phoen. 1760. p. 337. Matth.) ut *Athamas* VII, 3, 3. recte vocatur ὁ Αἰόλου. Caeterum Pisander quoque apud Scholiastam Euripidis l. c. hunc *Eioneum* quomodo caeteros Hippodamiae procos ab Oenomao interfectum tradidit.

CAPUT XXII.

§. 1. Ex hoc loco discimus, *Lydorum* domesticam saltationem *Cordacem* fuisse. Schwenckius in Etym. Myth. Andeut. p. 228 sq. et 209. ducit ab *ὀρχεῖσθαι* et confert Hesychium, qui *κοράσσει* per *ὀρχεῖται* exponit. Quo referas quod trochaeum seu choreum ut tripudiis aptiorem Aristoteles *κορδακικὸν* appellavit, cf. Cicer. Orat. 57, seu *cordacem*, ut est in Quint. Inst. IX, 4. *οἴκημά τε — χαλκῇ, ὀστᾶ τοῦ Πέλοπος ἐν τῇ κιβωτῷ φυλάσσον*. Vulg. pro ultimo vocabulo est *φυλάσσουσα* in Mosq. Hinc scripsi *φυλάσσουσι*, quod Clavierius e codd. Paris. protulit, sed vitiose *φυλάσουσι* scripsit. Nunc post *χαλκῇ* maior distinctio ponenda fuit. *Πῖσσα* Mosq. Aldina. sed cf. V, 10, 2.

§. 2. *Urbem Pisam* condidit *Πίσος*, ita, non *Πίσσος* scribendum hoc nomen. cf. V, 17, 4. Pro vulgato *Πίσον* est *Πόσον* in Mosq. Sed de urbe *Pisa*, (quam sex stadiis ab Olympia remotam referente Scholiasta ad Pind. O. X, 55, quaerunt ubi nunc *Mirakka* est, v. Mülleri Doriens. II, 459.) et nominis origine locus Strabonis est memorabilis VIII, 356. (140 sq.) *Πισαῖοι δὲ κ. τ. λ.* cf. V, 10, 2. *ἐφελκύσαντο αὐθέρετον* Mosq. *τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα τυράννων τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα*. Vulgata, quam vix dubito male corrigendo effictam dicere, quum et Mosq. et Vindob. pro *ὑβρίσαντα* suppeditet *ὑβρισάντων*, in qua mihi lectione ipsam Pausaniae manum agnoscere videor; neque in nostram ire sententiam dubitabis, ubi exempla contuleris, ad illud *Ἰοφῶν Κνώσσιος τῶν ἐξηγητῶν* I, 34, 3. illustrandum a nobis congesta. Eadem haec quominus viro praestantissimo, Muellero, in Aegineticis p. 52. corrigenti *τύραννον τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρισάντων*, assentiamur impediunt. Caeterum quod hic de illo *Phidone* traditur, congruit cum Herod. VI, 127. et Strab. VIII, 358. ubi cf. Tzschuckii adnotationem, et adde Muelleri Aeginetica laudata p. 51 sqq. *ταύτας τὰς Ὀλυμπιάδας* trecesimam quartam et proximas, quibus Pisaei praeerant ludis Olympicis. *καὶ ἐπ' αὐταῖς — γράφουσιν*. Cf. adn. ad cap. 4, 2. *Ἀνολυμπιάδα* Mosq. Vindob. *Πισαίων πόλεμον* pro *Πισαῖοι πόλεμον* Mosq. *Μακίστιοι*. *Macistus* urbs Triphyliae a Cauconibus habitata, et de Macisto Phrixi, qui Phrixae urbi (cap. 21, 5.) nomen dederat, fratre nominata apud Steph. Byz. Cf. Mülleri Doriens. II, 460. et Orchom. p. 372. Teste Strabone VIII, 343. mons Triphyliae Macistiam a Pisatide dirimebat. Gellius in Itinerary of the Morea p. 42, quocum

Müller consentit, commemorat Elidis locum non procul a Lepreo dictum *Mokitza*, et addit: „where is a palaio kastro, possibly Macistus.“ *Κακίστιοι* Mosq. Vind. *καὶ Σκιλλούντιοι·* cf. V, 6, 3. *Δυσπόντιοι.* Aliud gentile est *Δυσποντεῖς*, quod Trypho apud Stephanum non ab urbe Dyspontio sed a Pelopis filio Dysponto ducebat. *Dyspontium* urbs fuit Pisatidis ad viam, quae ex Elide ad Olympiam ferebat, in campo sita. v. Stephan. Byz. et Strab. VIII, 357. (145.). Incolarum maxima pars Epidamnum et Apolloniam migravit. Strab. ibid. *τούτοις — οἰκεῖα ἦν* ad verbum: *his cum Pisaeis maxime convenientia erant.* Müller in Doriens. II, 570. recte dicit, Pisatarum *ἀνάστασιν* in his Pausaniae locis V, 6, 3. 10, 2. VI, 22, 2. commemoratam eandem esse.

§. 3. *Πύλος ἡ ἐν τῇ Ἠλείᾳ* memorata iam IV, 36, 1. De hac illud est Strabonis VIII, 339: *Μεταξὺ δὲ τῆς τοῦ Πηνειοῦ καὶ τοῦ Σελλήεντος ἐκβολῆς Πύλος ᾤκεῖτο κατὰ τὴν Σκόλλιν, οὐχ ἡ τοῦ Νέστορος πόλις.* nam Nestoris est *ὁ Λεπρεατικὸς ὁ ἐν Τριφυλίᾳ* eodem teste p. 336. (28 sq.) 339. (46 sq.) 343 sq. (71 sq.) 350. (112.) cf. adn. ad IV, 36, 1. „From Capelletti, *Portes*, probably the *Pylos of Elis*, is 5 hours distant, under a mountain called Mauro Bouné.“ Gellii Itinerary of the Morea p. 30, similiter Müller in Doriens. II, 457. qui Strabonis locum citatum erroris accusat. *ἡ ἐξ Ὀλυμπίας ἐς Ἦλιν ὀρεινὴ ὁδός.* Sic apud Strabonem *τὸ Ἀλείσιον, τὸ νῦν Ἀλεσιαῖον, κεῖται ἐπὶ τῆς ὀρεινῆς ὁδοῦ τῆς ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν.* cf. Müller l. c. Altera via ex Olympia ad Elidem *per campos* ferens monstratur §. 5. Antea V, 25, 4. *via* etiam *sacra* ducens ex Elide Olympiam memorata est, quae *Ὀλυμπιακὴ* Xenophonti dicitur Hellen. VII, 4, 28. *στάδια* omisit Mosq. *ταύτην τὴν — Κλήσωνος.* Locus ad quem nos scriptor reiicit est IV, 36, 1. quod ibi dicit *ἔσχεν ἐνταῦθα Πύλον τὴν ἐν τῇ Ἠλείᾳ*, id ex nostro loco explicandum est. *Clesonis* autem filius, qui hic *Πύλων*, idem IV, 36, 1. *Πύλος*, atque I, 5. et 39. *Πύλας* vocatur; quod documento est, veteres ipsos saepe in nominum propriorum terminationibus fluctuasse. *παρὰ δὲ αὐτὴν κ. τ. λ.* Hic dicitur *Ladon praeter Pylum labi in Peneum:* idem tradit Dodwellius II, 2. p. 157. Sickl. hoc vero quomodo conciliari potest cum V, 7, 1, ubi *Ladon in Alpheum exire* traditur? Similiter VIII, 25, ubi Ladonis fons et totus cursus monstratur, dicit scriptor eum se in Alpheum exonerare. Itaque quod hoc loco de Ladonis Peneique aquis coniunctis legimus, an verum sit quaeratur. Penei tamen nomen corruptum esse non videtur; namque in

hoc tractu, in quo Pausanias nunc versatur, Peneus fuit, quem Strabo VIII, 337 sq. (31 sq. 36.) per urbem Elin fluere, et inter Chelonatam atque Cyllenen in mare exire narrat. in eadem illum regione ponit Gellius in Itinerary of the Morea p. 32. Mannertus VIII, 444. *duos Ladones, Elidis et Arcadiae*, distinguit; quod, ut puto, utile esset ad id, quod quaerimus, inveniendum. Dodwellius l. c. p. 338. Pausaniam ipsum turbasse ait has res. (?) ἔχει pro ἔχειν Mosq. *Homeri* locus est Iliad. V, 544 sq. ποταμοῦ — ὅς ῥέεν εἰς Mosq. ὅς ῥα ῥέων Vindob. ὅς ῥα ῥέει Ald. quem poetae locum Strabo VIII, p. 336. et 350. non de urbe Pylo sed de Pyliorum agro Nestori subiecto interpretatur. *Πυλίων γὰρ κ. τ. λ.* hoc pertinet ad Pylum Messenicum. *ἐν τῇ Ἀρκάδων.* Lepreaticus seu Triphyliacus etiam Arcadicus dictus est. v. Strabo VIII, 337. (33.) ἴσμεν τὴν πόλιν Mosq. Vind. Confundebant igitur Elei, et cum iis Pausanias, Pylum in Elide cum Pylo Triphyliaco.

§. 4. *Ἡράκλια* Mosq. Auctore Strabone VIII, 356. (143.) *Ἡράκλεια* fuit una ex octo Pisatidis urbibus prope Salmonen XL. stadia remota ab Olympia, sita ad amnem *Cytherium* (*Κυθήριον*), *οὗ τὸ τῶν Ἰωνιάδων νυμφῶν ἱερὸν, τῶν πεπιστευμένων θεραπεύειν νόσους τοῖς ὕδασι.* Mox *Συνάλλασις* Mosq. Vind. Apud Athenaeum p. 683. a. sunt *Ἰάδες Νύμφαι* et in Nicandri versibus subiunctis *Ἰωνιάδες Νύμφαι*, ut apud Strabonem. Ante Facium legebatur *ἐπίκλησιν·* is e Vindob. *ἐπίκλησις* restituit. Pro *λουομένοις* fortasse legendum *λουμένοις.* cf. ad II, 38, 2. *γὰρ γήττον* Mosq. *μετοικίσαντος* Mosq. Neque de hoc *Ione*, neque de eius patre *Gargetto* alibi me legere memini.

§. 5. *Εἰ δὲ — θελήσειας.* Haec est altera via ex Olympia Elidem ducens per campos, cui opposita est ἡ ὀρεινή. vide ad §. 3. adn. Corayus proposuit coniecturam: *σταδίοις μὲν — ἥξεις* pro vulgatis *σταδίους μὲν — ἕξεις.* sed eadem dictio reperitur VIII, 11, 2. *σταδίους ἕξεις μάλιστά που πέντε.* In Mosq. *καὶ ἑκατὸν — ἐκ Λετρίνων* desiderantur, causa non latente. *τὸ μὲν δὴ* usque ad finem huius capitis. Hunc locum Pausanias ipse V, 14, 5. *τοὺς λόγους τοὺς Λατριναίους* vocavit, ubi vide de scriptura. Codex Vindob. teste Facio constanter *Λεκτριν.* exhibet. Apud Phavorinum est *Λαίτρινα, πόλις Ἤλιδος.* fuit *Pisatidis.* vide, qui mox afferetur, Athenaei locum. Pro vulg. *Ἀλφειαίας* est *Ἀλφιαίας* in Mosq. etiam postea. Strabo VIII, 343. ponit ad Alphei ostium *τὸ τῆς Ἀλφειονίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης ἄλσος, ἀπέχον τῆς Ὀλυμπίας εἰς ὀγδοήκοντα σταδίους·* et in Athenaeo VIII, 346, b. com-

memoratur ἐν τῇ Πισάτιδι γραφὴ ἀνακειμένη ἐν τῷ τῆς Ἀλφειώσας Ἀρτέμιδος ἱερῷ. Scholia autem ad Pindari Pyth. 2, 12. Nem. 1, 3, ubi de amoribus Alphei et Dianae sermo est, quos Pausanias leviter tetigit V, 14, consentiunt in hoc Dianae cognomine scribendo cum nostri loci vulgata. Hoc templum opinantur fuisse ubi nunc est aedes Panagiae Rouphiae. v. Mülleri Doriens. II, 458. βιασάμενον vulg. Rectius esse βιασόμενον, Sylburgius et Corayus recte iudicarunt, et ita scripsimus in minore editione. Pro ἀγόμενον vix dubito quin scribendum sit ἀγομένην, ut referatur ad παννυχίδα. Goldhagenus bene vertit: *er fand sich bey einem naechtlichen Feste ein, das Diana selbst mit den Nymphen hielt, unter die er sich spielend mengete, und der Diana nachging.* ἀκο-
ὸν
λουθῶν abest a Mosq. οὐκ ἔχειν αὐτῶν Mosq. Verborum οἱ δὲ Ἠλεῖοι — ὀνομασθῆναι sensus hic nobis videtur esse: *Elei, quae apud ipsos erant in honorem Dianae sacra constituta Elaphiaeae, id est, Dianae nomine Elaphiaeae cultae, ea Letrinos transtulerunt, et soliti sunt Dianae Alpheiaeae operari, et ita obtinuit, ut Alpheiaea Diana succedente tempore Elaphiaea appellaretur.* Ergo pro Alpheiaea dici coepta est Elaphiaea. Quod enunciati vocatur subiectum, id latet in τὴν Ἀλφειαίαν, praedicatum autem in Ἐλαφιαίαν. Apud Strabonem l. c. est Ἐλαφία. Ἐλαφιαίαν — θήρα. cf. ad cap. 20, 1. notata. Pro ὅσον γε Porsonus voluit ὅσον τε scribi. ἀένναος λίμνη *vivus lacus* apud Virgilium.

CAPUT XXIII.

De *urbe Elide* usque ad caput 26, 2. extr. Insignis Strabonis locus de hac urbe est VIII, 336, quem illustrabamus in Hellenicis p. 87. 88. (271 sq.) adde Strab. ibid. 358. Gellii Itinerary of the Morea p. 32. 33. ponit pagum *Palaiopoli* in loco urbis Elidis, similiter Dodwellius II, 2, 156 sqq. Sickl. ubi narrat suum iter huc factum. De tempore huius urbis conditae definiendo est dissensio, de qua dicebamus ad l. c. Hellenicor. Phavorinus quoque Stephani loco usus vitiosum illud πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ omisit, quod Stephanus habet.

§. 1—5. extr. de *gymnasiis* in urbe Elide. cf. adn. ad §. 5.

§. 1. Hoc ἀρχαῖον γυμνάσιον, quod §. 3. dicitur μεῖζον, videtur his significare Strabo VIII, 337: Ῥεῖ δὲ διὰ τῆς

πόλεως ὁ Πηνειὸς παρὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῆς· ἔπραξαν δὲ τοῦτο Ἠλεῖοι χρόνοις ὕστερον πολλοῖς τῆς ἐς αὐτοὺς μεταστάσεως τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τῷ Νέστορι. In Vindob. est διὰ τὸν δρόμον. quam lectionem Amasaeus sequutus videtur: male. Ad vocabulum Ξυστὸς h. l. interpretandum inprimis illud pertinet: καλεῖται δὲ ξυστὸς καὶ ὁ ἀνειμένος τόπος τοῖς ἀθληταῖς εἰς γυμνάσιον e Bekkeri Anecd. p. 284. cf. Schneideri Lex. gr. Herculem autem hoc labore fungentem variis artis operibus expressum se vidisse narrat Winckelmannus in Descript. d. pierr. grav. p. 272. quem nobis locum indicavit Facius. χωρὶς μὲν δὴ ἐς ἅμιλλαν τῶν δρόμων ἐστὶν ἀποκεκριμένος δρόμος, ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἱερός· χωρὶς δὲ, ἔνθα ἐπὶ μελέτῃ δρομεῖς καὶ οἱ πένταθλοι θέουσιν. Vulgata, sed suspicor pro τῶν δρόμων legendum esse τῶν δρομέων· nam quid et quale hoc δρόμος ἐς ἅμιλλαν τῶν δρόμων ἐστὶν ἀποκεκριμένος? quodsi legas δρομέων, recte distinguuntur duo δρόμοι, alter ἐς ἅμιλλαν τῶν δρομέων ἀποκεκριμένος, alter ἐς μελέτην δρομέων καὶ τῶν πεντάθλων. In his ultimis non intelligo cur πένταθλοι habeant articulum, δρομεῖς eo careant? estne hoc de generis parte, illud de toto genere accipiendum?

§. 2. Οἱ Ἑλλανοδίκαι — συμβάλλουσι δὲ Mosq. omisit, sed pro antecedente συμβάλλουσι habet συμβάλλουσι δὲ. Verborum συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλ. videtur hic esse sensus: *Ex certaturis committunt eos, qui sunt iusta aetate* (ut qui iusta eademque aetate sunt inter se pugnent) *vel ipso certaminis genere, cui student, excellunt* i. e. vel committunt cum maioribus aetate iuniores, sed arte in sui certaminis genere conspicuos. Exemplum huius rei clarissimum est *Artemidorus* cap. 14, 1. adde *Gnathonem* cap. 7, 3. συμβάλλουσι δὲ ἐπὶ πάλῃ Vulg. Amasaeus legit ἐπὶ πάλῳ i. e. κλήρῳ· quod Sylburgius quoque Vulgatae praeferendum censuit. Clavier Vulgatam retinuit sed vertit quasi scriptum esset πάλῳ. Legitur hoc vocabulum a nobis receptum, etiam IV, 3, 3. Ἡρακλέους — ἐπίκλησιν. cf. V, 8, 1. De *Anterote* cf. I, 30, 1. περὶ ἀποκλίνοντος ἐς δυσμὰς τοῦ ἡλίου τὸν δρόμον ante Facium legebatur, qui e Vindob. se restituisse ait ἀποκλίνοντα· idem legitur etiam in Mosq. ἄλλαι pro ἄλλα Mosq.

§. 3. Καὶ παλαῖστραι τοῖς ἀθλοῦσιν ἐνταῦθα ποιοῦνται. Vulg. Facius maluerat παλαίστρας, sed Clavier edidit παλαίστραν. *ibi volunt esse palaestram athletis.* quod ut sumtum e codice recepi. ἀνάκειται — ἐποιήθη. De hoc dixerat scriptor V, 21, 7. p. 433 sq. καὶ post ἀνάκειται δὲ vulgatum omisi cum Mosq. Bona etiam Corayi est emendatio pro ἐπὶ ζημίᾳ

scribendum censentis *ἀπὸ ζημίας*. Sibilans in fine absorpta est sibilante in principio proximi vocabuli *Σωσάνδρου*. et de *ἀπὸ* atque *ἐπὶ* confusis cf. ad cap. 10. adn. *ἐπὶ τῇ ζημίᾳ τῶν πυκτῶν* V, 21, 2. aliter accipiendum est, nimirum ut ibi paulo post §. 3. *Ἠλείους ἐπαινοῦντα ἐπὶ τῶν πεντάθλων τῇ ζημίᾳ*. Praeterea *ἃ ἀπὸ ζημίας ἐποιήσαντο ἀθλητῶν* cap. 20, 5. in Mosq. similiter depravatum est in *ἐπὶ ζημίας*.

§. 4. *Μαλκῷ* edd. Francof. Kuhn. Facii, Clavierii. *μαλκὸ* Aldina. sed mox *μαλαθώτητος* — *τῆς μαλθοῦς* — *ἐς τὴν μαλθὼ* est in Aldina. Mosquensis primo loco exhibet *Μαλθῶ*, secundo *Μαλθὼ* pro *Μαλθοῦς* et tertio loco *Μαλθώ*. quam scripturam sequutus est Amasaeus; eadem placuit Casaubono et Hartungo. Porsonus corrigebat *ὄνομα μὲν Μαλθακῷ*. Sed Sylburgius iam vidit, *Μαλκῷ* ferri posse, quum et Hesychius *μαλκὸν* per syncopen pro *μαλακὸν* dici tradiderit. Pro eo, quod in Aldino est, *μαλαθώτητος* Hartungus *μαλθακότητος* voluit, at Xylander *μαλακότητος*, quorum hoc posterius in Francofurtanam et reliquas transiit editiones. in Mosq. est *μαλακώτητος*. In verbis *πρόςωπον* — *ὤμους* non est cur *Hermeracles* quaeratur. *καὶ ταινιῶν παλαιστῶν μιᾶς τύπος, Ἔρωτα ἔχον ἀπειργασμένον κ. τ. λ.* legebatur ante Facium, qui se ait e Mosq. et Vindob. scripsisse: *καὶ ἐνίων παλαιστρῶν μιᾶς, τύπος Ἔρωτα ἔχων* hoc sensu: *et in unius ex pluribus palaestris angulo typus est exhibens;* nam ad *μιᾶς* vult *ἐν γωνίᾳ* revocari ex antecedentibus. Hoc sequutus est Nibby, retinuit
ἐνιων
Clavier. Sed in Mosq. est *καὶ αἰνιῶν παλαιστρῶν μία — ἔχων*. Boettiger in libello de Erote et Anterote, qui Ephemer. litter. Ienens. 1803. vol. quarto praefixus est, corrigebat *καὶ ταινιῶν παλαιστρικῶν ἀνάμεστος τύπος, Ἔρωτα ἔχων ἐπειργασμένον*. Porsonus autem *καὶ ἐν τῶν παλαιστρῶν μιᾷ*. eandem hanc coniecturam proposuit Clavier. *παλαιστρικῶν* vel *παλαιστικῶν* Sylburgius voluerat. Et huius et Mosquensis codicis vestigia sequutus in minore editione scripseram: *καὶ ταινιῶν παλαιστρικῶν μία, καὶ τύπος Ἔρωτα ἔχων*. nunc video, *καὶ* ut ante *τύπος* inseratur necesse non esse, sed *τύπος Ἔρωτα ἔχων* esse appositionem praecedentium *ταινιῶν παλαιστρικῶν μία* hoc sensu: *et taeniarum palaestricarum una, a fundo elevata et Amorem continens*, seu *et typus taeniae palaestricae speciem ferens et Amorem continens.* In locum vulgatae *ἀπειργασμένον* substituendum esse *ἐπειργασμένον*, Sylburgius iam monuerat. ita nobiscum scripsit Clavier. *ὁ νομοφύλαξ Ἠλείων*. Capite 24, 3. sunt *νομοφύλακες*, ubi de eorum munere apud

Eleos. Valckenarius e Thucydide commemorat Eleorum θεσμοφύλακας. v. Thucyd. V, 47. Παραπίωνα Mosq. τούτου pro τούτῳ idem. ἑβδόμῳ pro ἑβδόμῃ idem.

§. 5. *Morus* putabat, quod in Xenophontis Hellen. VII, 4, 31. memoratur βουλευτήριον, id hoc loco a Pausania describi; sed huic opinioni locorum ratio repugnat: nam illud βουλευτήριον necesse est fuerit Olympiae, hoc autem fuit Elide. Si ἅμα κεῖνται sanum est, ἅμα iungendum cum περὶ αὐτὸ erit *pariter* i. e. *undique*. Reliquum esse videtur, ut, quomodo Nibbyus hunc Pausaniae locum de variis, quae Elide fuerunt, gymnasiis ceperit, indicemus. Is initium paragraphi tertii reddidit: „Havvi ancora un altro recinto più piccolo nel ginnasio, che è unito al maggiore." et paragraphi quarti principium: „Havvi anche un terzo recinto nel ginnasio." Ex quibus intelligitur, Nibbyum putavisse unum his quinque paragraphis §. 1—5. significari gymnasium, et eodem comprehensa fuisse aedificia, de quibus scriptor §§. 3, 4, et 5. dixit. Sed res aliter est cogitanda. §. 2. loquitur Pausanias de eodem gymnasio, de quo §. 1. dicere coeperat; quare addito articulo scripsit Ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ. sed articulum initio et tertii et quarti paragraphi omisit, gymnasia significans ab illo primo diversa.

§. 6. Ἐκ δὲ τοῦ γυμνασίου videtur referendum esse ad gymnasium antiquum, de quo §§. 1. et 2. dictum erat. cf. cap. 24, 1. γείτωνι non est vulgata, ut Facius ait, sed Kuhnianae editionis vitium. τῇ ἀγυιᾷ δὲ Σιωπῇ ὄνομα — τεθῆναι λέγουσιν Vulg. Possit quispiam suspicari, legendum esse Σιωπήν· sed vide illud: ἡ Ἄρτεμις — ἐπίκλησιν εἶχε Λαφρία IV, 31, 6. ubi vide adn. Similiter autem de *silentio* dictum est in Boeotia monumentum Narcissi Σιγηλὸν apud Strabonem IX, 404. (403.) ἄνδρες τοῦ Ὀξύλου κ. τ. λ. cf. V, 3. et 4. p. 380 sqq. ἐπειδὰν πλησίον γίνωνται. Corayus suspicabatur γένωνται legendum esse. ἔτι pro εἴ τι et δυνηθήσονται pro δυνήσονται Mosq.

CAPUT XXIV.

§. 1. Ἑτέρα δὲ ἔξοδος opponitur illis cap. 23, 6. init. Hic quoque gymnasium illud ἀρχαῖον cogitandum ut cap. 23, 6. Sylburgio magis analogum esse videbatur Ἑλλανοδικῶν quam Ἑλλανοδικαιών. *Hellanodicaeon* unde appellatus fuerit, aperitur §. 3. erat autem diversus a porticu, in qua διημέ-

ϱενον τὰ πολλὰ οἱ Ἑλλανοδίκαι §. 2. ἔστι δὲ refertur ad illam alteram ἔξοδον et respondet praecedentibus φέρει μέν. Sensus verborum ἔστι δὲ ὑπὲϱ τοῦ Ἀχιλλέως τὸν τάφον est: *Achillis sepulcrum subiacet huic viae*, ut via non citra sed ultra hoc sepulcrum ducta esset. Hoc sepulcrum honorarium antea commemoratum fuit in gymnasio illo antiquo. vide cap. 23, 2. εἰςιᾶσι Vulgata. Scripsi εἰςίασι. nunc video Corayum suspicari, ἐςίασι scribendum esse. Similiter peccatum est VIII, 31, 5. adde Observ. Crit. ad Hellen. p. 36. συμβαλόντες Vulg. συμβάλλοντες dedi e Mosq. iterum Corayus suspicatur, ita legendum esse.

§. 2. Hinc usque ad finem capitis de *foro* urbis Elidis. An ὅσαι πρὸς Ἰωνίαν πόλεις εἰσὶν Ἑλλήνων Amasaeus recte verterit, dubito; sed fortasse ille πρὸς Ἰωνίᾳ legit. Sensus vulgatae videtur esse: *quae Graecorum urbes se accommodarunt Ioniae, congruunt cum Ionia.* nam πρὸς cum Accusativo convenientiam aliquam denotat. διεστώσας pro διεστώσαις Mosq. πρὸς αὐτοὺς scil. κίονας. Corayus verebatur ne πρὸς αὐτοῖς legendum esset: sine causa; est: *adstruunt illis.* In proximis Amasaeus negationem, quae est ante πολλοὶ omisit, sed bene se habet Vulgata, docens, cur non multae conspiciantur in foro arae. καταλύονται γὰρ οὐχ ἁπλῶς Vulgata. Toupius in Curis noviss. in Suidam p. 297. correxit. οὐ χαλεπῶς, *dissolvuntur facile.* Similiter οὐ χήκιστα pro οὐχ ἥκιστα cap. 26, 4. VII, 1, 3. Sed laus huius emendationis debetur Sylburgio; en ipsa eius verba: „Pro οὐχ ἁπλῶς omnino legendum videtur οὐ χαλεπῶς cum Amasaeo.“ Vides Sylburgii iustitiam nihil Amasaeo detrahentem. In Kuhnii quidem editione haec Sylburgii emendatio non legitur, sed ex versione Sylburgii ibi proposita poterat, quid ille vir egregius sensisset, intelligi. Eodem modo voluerunt corrigi Abreschius ad Cattierii Gazophyl. p. 100. et Porsonus qui laudavit IV, 11, 2. p. 306. Scripsit ita nobiscum Clavier. οὐ χαλεπῶς legitur etiam VII, 9, 5. Sylburgius vertit: *in ea ludorum praefecti plerumque per totum diem sessitant. ad eas columnas Iovi aras statuunt, quae in subdiali fori parte sunt non ita multae. Dissolvuntur enim illae non magno utique negotio.* Hoc καταλύονται — οἰκοδομούμενοι reddit rationem, cur non multae in aperta fori parte arae sint.

§. 3. Ἀγοϱᾶς ἐστιν αὐτοῦ. ἐν τούτῳ τῇ Ἑλλανοδικαιῶνι οἰκοῦσι δὲ καὶ Mosq. qui paulo post δεῖ ποιεῖν omisit. αἱϱεθέντες· idem verbum de Hellanodicis est V, 9, 5. Hoc

vero an de *sortiendo* interpretandum sit cum Tittmanno in Darstell. der griech. Staatsverfass. p. 366. mihi non liquet.

§. 4. Ἐγγὺς cum *Dativo* non ausim damnare. cf. Sturzii Lex. Xenoph. adde Eurip. Phoen. 880. (887.) ἐγγὺς θάνατος αὐτόχειρ αὐτοῖς. Similiter ἐγγύτατα cum Dativo X, 4, 3. et ἔγγιστα in Galeni Protrept. 5. p. 7. Kühn. τὸ μεταξὺ αὐτῶν ἀγυιὰ μία scil. ὄν· Nominativus absolutus: *quum intercapedo inter has porticus unus angiportus sit.* De Nominativis absolutis cf. I, 24, 3. σφαιτέραν Mosq. τῆς Ἠλείας λέγοντες Mosq. Vind. Fortasse *dicendi* verbum a scriptore omissum, ab aliis autem λέγουσι, quae nunc est Vulgata, ab aliis λέγοντες additum est. *Pyrrho* hic *Eleus* Diogeni Laertio, Suidae et Eudociae *Plistarchi* fuit filius. καὶ ἐς — καταστάντος. Diogenes eum τὸ τῆς ἀκαταληψίας καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰςαγαγεῖν tradit. ἄστεως ante Facium, qui tacite ἄστεος edidit; hoc autem legitur in Mosq. ut X, 8, 5. extr. 34, 1. 35, 1. cf. ad VII, 22, 1. Πέτρα μὲν τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα λέγεται, ὡς ἡ Πέτρα δῆμος εἴη τὸ ἀρχαῖον Vulg. Legendum esse — ὄνομα, λέγεται δὲ, ὡς monuerunt Abreschius ad Thucyd. p. 877, laudatus a Valckenario, et Facius. quod a me atque etiam a Clavierio receptum est. Hanc Πέτραν Dodwellius II, 2, 161. Elidis arcem fuisse opinatur.

§. 5. Ἡ ὁ — Ἀθηναίων. cf. I, 3, 3. adde ad II, 32, 5 adnotata. ἐπίχρυσα τὰ ἐς ἐσθῆτα Vulgata, quae videtur Cuperum in Apoth. p. 28. in hunc errorem impulisse, ut forsan nudas fuisse has Gratias putaret. E Vindob. dedi ἐπίχρυσα τὴν ἐσθῆτα, quum et Mosq. ἐς ante ἐσθῆτα omittat. Kuhnius emendabat: οἰκεῖα τῷ ἐς κάλλος λόγῳ χάριτας τῇ Ἀφροδίτῃ μάλιστα εἶναι θεῶν hoc sensu: *et ratione pulcritudinis nulli magis dearum quam Veneri convenire Gratias.* quod non absurdum videbatur Facio; sed ut nihil dicamus de hac interpretatione verborum τῷ ἐς κάλλος λόγῳ, quis οἰκεῖα εἶναι χάριτας τῇ Ἀφροδίτῃ ferat? Magis audiendus esset Corayus corrigens: χάριτας δὲ Ἀφροδίτῃ μάλιστα συνεῖναι θεῶν, si omnino emendatione indigeret hic locus: sed ad χάριτας δὲ Ἀφροδίτῃ μάλιστα εἶναι θεῶν repetitur ex praecedentibus οἰκείας. Quid autem illud ἐνσαλωνίῃ sit, quod pro ἐς κάλλος in Mosq. legitur, equidem nescio. Pro ἀστράγαλόν est ἀστραγαλῶν in Mosq. idem τε μειρακίων omisit. ἄχαρι Phavorinus interpretatur χαλεπὸν, κακὸν λυπηρόν.

§. 6. Μέθη — δίδωσι. Similiter Praxiteles dicitur ex aere fecisse *Ebrietatem nobilemque una Satyrum, quem Graeci periboeton cognominant* teste Plinio XXXIV, 19, 10.

ἐν γὰρ — μνῆμα. *Ebraeorum Silenos* comparant cum *Penatibus*, iisque putant vim foecundam attributam esse. cf. Creuzeri Symbol. II, p. 340. III, 208 sq. Bene autem Kuhnius „Ego, inquit, simpliciter accipio verba autoris de vero Sileno, cuius sepulcrum vidit in Hebraeorum terris, quod non ipsi Hebraei, sed gentiles, qui Pausaniae tempore inter Hebraeos habitabant, exstruxerant. Quod autem ipsi Sileni mortales habiti, id vel ex supplicio Marsyae liquet." Περγαμιοῖς Mosq. Vulgatam Περγαμηνοῖς tuetur Stephanus Byz.

§. 7. Ἔστι δὲ — μνῆμα omisit Mosq. quum σχῆμα et μνῆμα oculos fefellissent.

§. 8. Ordo verborum in Vulgata est: Πεποίηται δὲ καὶ ταῖς γυναιξὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ οἴκημα. Nos sequuti sumus codicem Mosq. ταῖς ἑκκαίδεκα καλουμέναις cf. V, 16, 2. Simile huic aedificium habuerunt Spartani. v. Pausan. III, 16, 2.

CAPUT XXV.

§. 2. Τῆς στοᾶς — Κορκύρας. v. cap. 24, 4. Ἀφροδίτης ναὸς κ. τ. λ. Hic Veneris aedes et τέμενος fuit, in illa *Coelestis*, in hoc Πανδήμου signum; ad illam τὴν μὲν — βέβηκε, ad hanc τῆς δὲ κ. τ. λ. pertinet. Quod attinet ad illam Coelestem quam a Phidia factam Elei habuerunt, quid ea testudinem altero pede premens significaret, Pausanias aliis quaerendum reliquit: in his Kuhnius putavit, hanc Venerem symbolum esse *matronalis pudicitiae*, Plutarchus autem, quem Winckelmannus sequi non dubitavit Opp. vol. II. p. 567. (adde Meyerum in Gesch. der Kunst bey den Griech. I. p. 65.) credidit *mulierum graecarum munus esse aedium custodiam et silentium*, ea significari. Plutarchus enim in Praecept. Coniug. XXXII. p. 142. Eleorum, inquit, Venerem Phidias fecit χελώνην πατοῦσαν, οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς. Idem de Iside et Osir. p. 279. Frob. T. IX. p. 206. Hutt. ait: τῷ τῆς Ἀθηνᾶς (ἀγάλματι) τὸν δράκοντα Φειδίας παρέθηκε, (cf. Paus. I, 24, 7.) τῷ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἐν Ἤλιδι τὴν χελώνην· ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, ταῖς δὲ γαμεταῖς οἰκουρίαν καὶ σιωπήν. Neque huius allegoriae obscuritatem reprehendit Winckelmannus Opp. I, 199. *Venus hirco insidens* est in Clausingii Dactyliotheca p. 120. *Hircus*, Cupidinem ferens Venerisque currui iunctus, est in Begeri Thes. Brandenb. T. I. p. 176. teste Goldhageno.

§. 3. Ἄδου Kuhn. Facius. Ἄιδου Francof. ᾅδου Mosq. Ἄδου Clav. nos Ἀιδου. ἀνοίγνυται. ἀνοίγνυμι κάλλιον ἢ ἀνοίγω Thomas Mag. et Phavorinus. ἀνοιγνύτω Ἀττικῶς, ἀνοιγέτω Ἑλληνικῶς Moeris. rursus paulo post ἀνοίγειν legitur. οὐ τότε Vulgata. οὔτε τότε Vind. Mosq. Clavier. nos οὐδὲ τότε scripsimus; nunc video idem placuisse Corayo: παρά γε τοῦ ἱερωμένου Vulg. Pro παρὰ Sylburgius putabat scribendum esse πάρεξ, quod est VII, 5, 5. hoc recepit Clavier. Mihi videbatur propius a vero abesse παρά γε τὸν ἱερώμενον *praeter sacerdotem*. idem a Corayo commendari nunc video. ὧν ἴσμεν μνήμῃ τιμῶσιν ante Facium, qui e Vind. et Mosq. nec non ex Amasaei interpretatione μόνοι pro μνήμῃ dedit. Ἡρακλεῖ κ. τ. λ. De Herculis expeditione adversus hanc Pylum V, 3, 1. συμμαχήσαντα Mosq. Vind. ἐπάγονται μάρτυρα. passive μάρτυρος τοῦ ἐπαγομένου in Phrynichi Epitome p. 425. Lob. Pro ποιήσαντα ἐν in Vind. ac Mosq. est ποιήσασθαι τὰ ἐν. Locus Iliadis est V, 395. Vulgatae ordo apud Pausaniam est Διὸς υἱὸς. Hoc vitium tam superstitiosus esse non debui ut retinerem, quum iam Sylburgius monuisset, versum postulare transpositionem υἱὸς Διός. Pro ἐν Πύλῳ apud Homerum est ἐν πύλῳ, quod videtur verius esse et tuentur veteres, qui ἐν πύλῳ ἐν νεκύεσσι interpretantur: ἐν τῇ κατὰ νεκροὺς πύλῃ. v. Phavorinus p. 1069. extr. Sed nobis hic Vulgata Πύλῳ retinenda fuit, quum Pausanias hunc poetae locum de Pylo accepisset. τῷ Ὁμήρῳ λόγῳ — οὐδὲ ᾅδην εἶναι Mosq. Virgulam Vulgatae post εἰκότος sustulimus. *Orcum Pyliis opitulantem* habet etiam Apollodorus II, 7, 3, et *Herculis hanc Plutonisque pugnam* Orpheus quoque iu Argon. 24. Vulgatum ἐποιήσαντο τὸ ἱερὸν Porsonus mutatum voluit in ἐποίησαν τὸ ἱερόν.

§. 4. Τοῖς δὲ Ἠλείοις καὶ Vulg. τοῖς δὲ auctoritate codicis Mosq. omisi. idem deinde καὶ Ἠλείοις praebet, et τὸ pro Τύχης. De *Sosipolide* cf. cap. 20, 2. 3. ποικίλην ἀπὸ pro π. ὑπὸ Mosq. cf. ad cap. 20, 8. *Vestes* et mulierum et virorum *stellis distinctae* haud ita rarae apud veteres. v. Winckelmanni Opp. III, 254. V, 46. Eae autem quid velint, aperire studuit Boettiger in Commentatione *über den Raub der Cassandra* p. 70. Ἀμαλθαίας ante Kuhnium iam Sylburgio vitium notante.

§. 5. Πληθύνει pro πληθύει Vindob. πληθύειν cum *Dativo* etiam apud Diod. S. V, 25. τόν τε ἕτερον — ἑτέρῳ. Winckelmannus Opp. IV, 365. Amasaeo notato vertit *decussatis pedibus, gambe incrocicchiate* et p. 143. *mit überein-*

andergeschlagenen Beinen, ut Goldhagenus. Sylburgius reddidit *pede pedi implicato* ut Loescher, Clavier autem: *qui a un de ses pieds croisé sur l'autre.* De *pedibus statuarum ita collocatis* cf. Winckelmanni Opp. VIII, 40. Eundem autem recte iudicasse de hoc nostro Pausaniae loco, negatum est ibidem p. 388. Inprimis hoc ut falsum est reiiciendum, Pausaniae persuasum fuisse, τοῦτο τὸ ἄγαλμα εἶναι Ποσειδῶνος. Diffidere viderer intelligentiae legentium, si hoc pluribus explicarem. De forma ἠρεισμένος non improbanda cf. Lobeck. ad Phrynich. 33. ἱρέαν ante Facium, quum Sylburgius docuisset, ἱρεᾶν scribendum esse. cf. VIII, 10, 2. et Sylburg. ad Etym. M. 618. In Mosq. ἑτέραν legitur. Sensum huius loci bene Clavierius ita expressit: *On le revêt d'une robe de laine, d'une de lin et d'une de byssus.* λινοῦ Vulgo. De *Samico* Triphyliae urbe cf. V, 6, 1. 2. Pro τῷ post Σαμικῷ est τε in Mosq. idem paulo post ἔτι omisit. Σατράπης nomen Persicum, seu Orientis, quod a Graecis exponitur βασιλεύς, στρατηγός, ἄρχων. Cf. Sturzii Lex. Xen. ἀρχὴν χώρης οἱ Πέρσαι σατραπηΐην καλέουσι teste Herodoto I, 192. Hic dicitur *Corybantis* cognomen fuisse. *Corybas* fuit Iasionis et Cybeles filius narrante Diodoro V, 49. Vocabulum προσοίκησις hodieque desideratur in Schneideri Lex. gr. sed simile est voci ἐσοίκησις, quae legitur VII, 2, 4. Deinde pro vulgato κατὰ τὴν Πατρ. προσοικ. e Mosq. scripsi μετὰ τὴν Π. πρ. *postquam Patrenses in vicinia habitare coeperunt* id est: post Patras in vicinia conditas. Agide autem Eurysthenis filio Spartae regnante Patreus in Achaia Patras condiderat teste Pausania ipso III, 2, 1.

CAPUT XXVI.

§. 1. Initium huius capitis videtur corruptum, sed a Corayo bene restitutum esse hunc in modum: Θέατρον δὲ ἀρχαῖον μεταξὺ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ Μηνίου, καὶ ἱερόν ἐστι Διονύσου. Conspirat cum hac emendatione Clavierii interpretatio: *Entre la place publique et le Ménium il y a un ancien théâtre et un temple de Bacchus, dont la statue est de Praxitèles.* Vulgatae tenax ita interpretabitur: *Antiquum theatrum inter forum et Menium est theatrum simulque Bacchi templum i. e. et theatri et templi Baccho sacri vicibus fungitur.* Sed hoc Μήνιον quid sit quaeritur. Amasaei *Dianium* Sylburgius suspicatur sumtum esse ex cap. 24, 5, ubi

Soli et Lunae (τῇ μήνῃ) simulacra dicuntur ab Eleis posita. Schneider in Lex. graeco et Nibby acceperunt de *aede Lunae*. Articulus praepositus reiicit nos ad superiora, in quibus nullum reperitur *Μήνιον*, nisi illo id absconditum putes latere loco, ubi Solis Lunaeque simulacra dicuntur fuisse cap. 24, 5. At hunc ipsum locum Pausanias ibidem ponit ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς· ergo hic dicere non potuit: μεταξὺ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ *Μηνίου*, si hoc *Μήνιον* in ipso foro fuit. Quare equidem quondam cogitabam, pro *Μηνίου* scribendum esse *Πηνειοῦ*, quum hunc fluvium per urbem Elidem lapsum sciamus. vide Strabonis locum ad cap. 23, 1. propositum. Miror tamen, nullam a Pausania Penei per urbem Elidem meantis mentionem fieri. Müller in Doriens. II, 457. hunc *Menium* fluvium habet partemque Penei, et nomen eius vindicandum esse in Paus. V, 1, 7. scriptoribusque ibi citatis. Θεῶν δὲ — σέβουσιν Ἠλεῖοι. In Etymol. M. v. Διόνυσος hoc legitur: παρὰ Ἠλείοις ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ νομίζεται scil. ὁ Διόνυσος. Cuius rei nullum in Pausaniae narratione vestigium est. Quomodo Eleorum mulieres Bacchum invocaverint, Plutarchus bis refert de Iside et Osir. p. 269. Frob. αἱ Ἠλείων γυναῖκες καὶ παρακαλοῦσι (Διόνυσον) εὐχόμεναι, ποδὶ βοείῳ τὸν θεὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτάς· et inprimis in Quaestion. graec. XXXVI. p. 299. (225. seu 180. Frob.) Διατί τὸν Διόνυσον αἱ τῶν Ἠλείων γυναῖκες ὑμνοῦσαι παρακαλοῦσι βοείῳ ποδὶ παραγίνεσθαι πρὸς αὐτάς; ἔχει δὲ οὕτως ὁ ὕμνος· ἐλθεῖν ἥρω Διόνυσε ἅλιον ἐς ναὸν ἁγνὸν σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοείῳ ποδὶ θύων. εἶτα δὶς ἐπᾴδουσιν· ἄξιε ταῦρε. Quod Bacchus autem veniebat θύων ad hoc festum, de eo dictum est Θυῖα (unde Θυιάδες, quanquam earum nomen aliunde ducitur X, 6, 2.), et locus, ubi hoc festum ab Eleis celebrabatur, Θυῖον· ita enim cum Claverio pro vulgato Θυίαν scribimus. De loco, ubi hoc festum agebatur, et de miraculo, quo insigne erat, his ἀπέχει μέν κ. τ. λ. paria leguntur ex Theopompo apud Athenaeum I. p. 34. a: Ὅτι Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν ἄμπελον ἱστορεῖ εὑρεθῆναι ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τὸν Ἀλφειόν. καὶ ὅτι τῆς Ἠλείας τόπος ἐστὶν ἀπέχων ὀκτὼ σταδίους, ἐν ᾧ οἱ ἐγχώριοι κατακλείοντες τοῖς Διονυσίοις χαλκοῦς λέβητας τρεῖς κενοὺς, παρόντων τῶν ἐπιδημούντων ἀποσφραγίζονται, καὶ ὕστερον ἀνοίγοντες εὑρίσκουσιν οἴνου πεπληρωμένους. Haec quoque docent, Vulgatam Θυίαν male a nonnullis acceptam esse de festi nomine, neque recte ab iis mutari in Θυῖα. Clavier nobiscum scripsit ἄγουσι pro vulg. ἄγουσιν. Mosquensis ἀριθμὸν omisit. παρόντων καὶ τῶν πολιτῶν καὶ ξένων Vulg. Mosquensis pro πολιτῶν

καὶ habet *αὐτῶν*. Quid in Vindobonensi sit, non satis distincte indicatum est; quum enim hoc ex eo prolatum legimus: *καὶ τῶν αὐτῶν ξένων*, nescimus, utrum ille etiam *πολιτῶν* offerat necne. Cum Mosquensi lectione conspirat Clavierii *παρόντων καὶ τῶν ἀστῶν καὶ ξένων*, quam recepimus. *εἰ τύχοιεν ἐπιδημοῦντες* Vulg. An Clavierii suspicio, legendum videri *οἳ τύχοιεν ἐπιδ.* iusta sit, dubitamus. *ὅσοις ἐὰν* ante Facium qui Kuhnii correctionem *ὅσοις ἂν* recepit. *ὅσοι ἐὰν* Vindob. *κατώκνουντο* pro *κατώμνυντο* Mosq. Eandem fabulam legi in Aristot. de Mirab. Auscult. c. 134. Facius adnotavit. Creuzer autem in Symbol. III, 87. ait: „die drey Kessel sind Symbole der drey Jahreszeiten aeltesten Calenders; und so versteht sich die Füllung mit Wein von selber.“ *ἀνδρεῖοι* pro *Ἄνδριοι* Mosq. cf. VI, 14, 5. *ἱεροῦ. πιστεύειν — Ἕλλησι, καὶ ἀποδέχοιτο* Vulgata. Melius Clavier: *ἱεροῦ. Εἰ πιστεύειν — Ἕλλησιν, ἀποδέχοιτο.* In Mosq. est *Ἕλλησιν* et *εἰ* pro *καί*. Pro *τῷ λόγῳ τε* Corayus *τῷ λόγῳ γε* voluit. *ὅσα Αἰθίοπες — λέγουσιν.* cf. I, 33, 4. et adn.

§. 2. *Μὲν οὖν* ante Facium, qui e Vind. et Mosq. *μέντοι* scripsit. De *Minerva Ergane* I, 24, 3.

§. 3. *Cyllene*, n. Chiarenza. Ab Araxo versus occidentem progredienti est Cyllene teste Strabone VIII, 337. (35.) In stadiorum CXX. numero consentit Strabo ibidem cum Pausania. Olim Aeginetae *ἐκεῖθεν ὑποζυγίοις τὰ φορτία ἀνῆγον παρὰ τοὺς Ἀρκάδας*. Paus. VIII, 5, 5. *ἀπὸ ἀνδρὸς Ἀρκάδος.* Cyllene Elati filio? VIII, 4, 3. *ἔπεσι τοῖς ὕστ.* Iliad. XV, 518. *ὃς τὸν* pro *Ὦτον* et *ἑταῖρον* pro *ἕταρον* Mosq. Strabo addit l. c. *Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀρκαδικοῦ ὄρους ὄντα ἔμελλεν (Ὅμηρος) ἡγεμόνα τῶν Ἐπειῶν ἀποφῆναι.* Loco laboranti *τοῦ Ἑρμοῦ δὲ — βάθρου* Corayus succurrit ita corrigens: — *ὀρθόν ἐστι τὸ αἰδοῖον ἔχον.* Articulum quoque *τοῦ* ante *βάθρου* deleverim.

§. 4. *Ἀλλά ἐστιν* ante Facium. *οὐ χήκιστα* Mosq. cf. cap. 24, 2. *ἐκτρέφειν* ut V, 14, 4. VIII, 29, 3. est etiam apud Herodot I, 193. De *bysso Elidis* dixerat iam V, 5, 2. adde VII, 21, 7. Monente Sylburgio p. 931. Kuhn. duplex hic est syntaxis, prior *ἀγαθὴ ἐς καρπούς*, altera *ἀγαθὴ ἐκτρέφειν βύσσον*. Post *τρέφειν* Mosq. *ἐστὶν* omisit. *οἱ μίτοι δὲ — γίνονται* I. H. Vossius im Intell. Blatt der Ien. A. L. Z. 1822. N. 26. ita vertit: „die Faeden aber, wovon die Serer Gewande machen, entstehen von keiner Pflanze (*φλοιὸς* Gespross) sondern auf andere Art.“ et addit: „welche Art dann nach Kraemermaerchen beschrieben wird.“ Pro *φλοιοῦ* putant Amasaeum legisse *φυτοῦ*. Miror, Vulgatam *ἀπὸ δὲ αὐ-*

τῶν Σηρῶν in nostram editionem minorem transiisse. ὑπὸ recte edidit Clavier, et correxit Porsonus. ἀπὸ δὲ τῶν αὐτῶν Σ. Vindob. ἄλλο ποῦ τι Vulgata. ἄλλο πού τι scripsimus. ὑπὸ τοῖς δενδρ. Vulg. ἐπὶ τοῖς δένδρ. malebat Corayus. τῶν ζώων pro τῷ ζώῳ Mosq. γιγνώσκεται δὲ κ. τ. λ. Haec ignoratio geographiae notata est a Goldhageno et I. H. Vossio in anim. ad Virgil. Georg. II. p. 814. γινώσκεται — ἐν χειμῷ Mosq. καὶ οὐχ ὑπὸ Mosq. et Vind. mutarunt in καὶ οὐδὲ ὑπό. Pro περιέχεσθαι Facius volebat περιέχεται. Sylburgius τοιαύτην ἑτέραν reddidit: *Alteram insulam talem.* sed *alteram* omittendum. Mox δηρίαν pro Σηρίαν Mosq. Σακαίαν Vulg. Holstenius et Berkelius ad Stephan. Byz. v. Ἀβασηνοὶ volunt Σαβαίαν. sed Σκύθας mox. Mosquensis habet Ἰνδιοῖς.

§. 5. Gellius in Itinerary of the Morea p. 31. *Larisum* ponit inter Kapelletti et Palaiopolin. Cf. de hoc fluvio Strabo VIII, 387. et de scriptura Tzsch. ad IX, 440. Etiam Bibl. Coisl. p. 282. in Stephani loco v. Δύμη e codice Λαρίσῳ habet. ἑπτὰ — ἑκατόν· v. de his paulo post. καὶ Ἠλείοις κ. τ. λ. Bene et ita ut lux affundatur Straboni VIII, 337. (34 sq.) qui Araxum facit promontorium Eleae et ἀρχὴν τῆς τῶν Ἠλείων παραλίας. Cf. et Paus. VII, 17, 3. Pro vulgato ὄρος ἦν scripsi ὅρος ἦν, quod nunc video Corayo etiam in mentem venisse. Cf. ad VIII, 54, 5. adn. De *Araxo* Strabo VIII, 337. (34.), qui ibidem 388. (315.) hoc promontorium mille stadiis dissitum ab isthmo Corinthiaco esse testatur. Iudice Dodwellio II, 2. p. 153. Araxus, qui campum in duas partes dividat, inde nomen acceperat. Idem l. c. p. 154. ita in Pausaniam invehitur: „Pausanias scheint in diesem Theile seiner Topographie voller Irrthümer u. Fehler zu seyn." Causa huius iudicii his verbis praecedentibus comprehensa est: „Pausanias laesst die Entfernung vom Larisos bis zu Elis aus 157 Stadien bestehen, was mit der Zeit von 8 Stunden 40 Minuten nicht zusammentrifft, die ich zu der Durchreise dieses Zwischenraumes gebraucht habe." Ego autem crediderim, non multum abesse, quin hi duo numeri inter se sint pares, si viginti stadia unius horae spatio aequentur.

ADNOTATIONES
AD PAUSANIAE ACHAICA SEU LIBRUM SEPTIMUM.

Ἀχαϊκὰ sua Pausanias ipse vocat *τὴν ἐς Ἀχαιοὺς συγγραφὴν* VI, 3, 4, et *τὸν ἐς Ἀχαιοὺς λόγον* VI, 8, 3. ex quibus locis simul intelligitur, Achaica post Eliaca esse composita. *Ἀχαϊκὰ* scripserant etiam *Rhianus* teste Stephano Byz. v. *Σκόλις*, *Ἀπία*, *Ἄτλαντες* ac *Βολίνη*, et *Autocrates* apud Athenaeum. In Strabonis VIII, 385. (2°8.) scriptor quidam, fortasse Polybius (nomen enim excidit), dicitur *λέγειν αἰτίαν τοῦ ἐμπλατύνεσθαι τοῖς περὶ Ἀχαιῶν λόγοις τὸ ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθέντας, ὡς καὶ Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι, μὴ ἀξίως γνωρίζεσθαι.*

CAPUT I.

Pausanias, quum proximo libro ad Larisum Eleam ab Achaia disterminantem venisset, hoc libro transit in Achaiam, cuius situm ante omnia paucis definit.

§. 1. *Ἡ πρὸς ἕω θάλασσα* est *sinus Corinthiacus* qui ratione habita maris Ionii dictus videtur *mare eoum.* De structura *Ἀχαΐα ὄνομα ἔχουσα* cf. IV, 31, 6. Quae postea *Achaia*, olim *Aegialos* dicta est auctore Pausania: sic et Etymol. M. p. 28, Steph. B. v. *Αἰγιαλός*, Strabo VIII, 383, Phavorinus et Schol. Venet. ad Hom. Il. II, 575. Apud Homerum tamen Iliad. II, 575. *Αἰγιαλὸς πᾶς* videtur pars tantum regionis esse Achaiae postea appellatae, quum Sicyonem, Pellenen, Aegium, Helicen separatim commemoraverit: quas ille urbes ut *Αἰγιαλὸν πάντα* dicit paruisse Agamemnoni. *Αἰγιαλεῖς* Raoul Rochette in Histoire de l'établ. d. colon. gr.

T. II. p. 83. mutari voluit in *Αἰγιεῖς*, quod repugnat Pausaniae sententiae, qui totam Achaiam et simul Sicyoniam (vide II, 5, 5.) Aegiali nomine olim comprehensam putavit. Iones in Achaia habitantes *Πελασγοὶ Αἰγιαλέες* vocati sunt teste Herodoto VII, 94. et auctore Strabone VIII, 383. *Αἰγιαλεῖς* de Ionibus, qui huc venerant, *Ἴωνες*. Nomen *Αἰγιαλεῖς* etiam ad Argolidis incolas translatum legimus in Theocriteis XXV, 174. adde Apollodori locum mox proferendum. *λόγῳ μὲν — Σικυωνίᾳ.* idem e Sicyoniorum ore retulit II, 5, 5. Ibidem *Aegialeus* autochthon, sed ab Istro apud Stephanum v. *Αἰγιαλὸς Inachi* filius dicitur. Idem refert Apollodorus II, 1, qui addit, de Aegialeo totum Argos appellatum esse *Αἰγιάλειαν*. cf. Steph. B. v. *Ἄργος*. Herodotus auctor est V, 68, unam tantum Sicyoniorum tribum *Αἰγιαλέας* de Aegialeo, Adrasti filio, nominatam esse. De v. *αἰγιαλὸς* cf. ad II, 34, 9. adn.

§. 2. *Χρόνου δὲ ὕστ.* Mosq. *Ξοῦθον κ. τ. λ.* Hellen tres habuisse dicitur filios Aeolum, natu maximum, Dorum, et Xuthum natu minimum. v. Apollod. I, 7. Conon cap. 27. Strabo VIII, 383. Ab his Euripides discessit, qui in Ione v. 63. Xuthum non Hellenis sed Aeoli filium, et gente Achaeum fuisse narrat. *χρήματα opes*, non *pecunia*, ut Goldhagenus, Amasaeus et Sylburgius. De opibus illorum temporum cf. Not. ad Hellen. p. 72. adde Homer. Iliad. VII, 472 sqq. Paus. III, 12, 3. IV, 36, 3. *ἀνὴρ πολυπάμων* est, cui sunt *ὄϊες μυρίαι* in Hom. Il. IV, 433. Post *Ἐρεχθέως* verba *ἠξιώθη — Ἐρεχθέως* in Mosq. omissa sunt. *ἠξιώθη λαβεῖν.* Hoc Euripides Ion. 57. ita illustrat: *Κρέουσα Ξούθῳ γαμεῖται συμφορᾶς τοιᾶσδ' ὕπο. Ἦν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις, οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων, ὃν συμπονήσας καὶ ξυνεξελὼν δορὶ γαμῶν Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο.* Reddit enim hic Euripidis locus rationem, cur Xuthus, peregrinus homo, dignus habitus sit, cui nuptum daretur Erechthei filia; eaque causa probabilior, quam quae affertur a Kuhnio, quod *Erechtheo Xuthus suppetias tulisset adversus Eumolpum;* de qua fama non satis illa ad fidem commendata dicetur paulo post ad p. 522. *Achaeus* Xuthi filius etiam in Schol. Apol. Rh. I, 243. *Ion* in Euripidis cognomini fabula 8. et 1591. Creusae et Apollinis filius est. *ὑπὸ τῆς* pro *ὑπὲρ τῆς* Mosq. *παῖδες — οἰκήσαντι* Mosq. omisit. *Ἀχαιὸς — Θεσσαλίαν*, in *Phthiam*, unde pater eiectus fuerat. v. Strabo VIII, 383. Thucydides princ. adde Not. ad Hellen. p. 98. Aliam de *Achaeo* famam Strabo acceptam servavit VIII, 383. vide ad §. 3. *δὲ ἐπὶ* pro vulg. *δ' ἐπὶ* Mosq. Hunc *Selinuntem*, Helices patrem

et Neptuni filium habet etiam Stephanus Byz. v. Ἑλίκη et, qui ibi citatur, Eustathius ad Iliad. II, 575. ἡ μόνη — παῖδες ἦν Mosq. διδοὺς *dare volens*, *offerens*. cf. VIII, 51, 1. καὶ αὐτὸν κ. τ. λ. *ipsique Ioni adoptionem offerens ea conditione, ut sibi in regno succederet.* ἐγένετο οὐκ ἄπο γνώμης recte legitur in Aldina et Francofurtana. Hoc nescio quo pacto in Kuhniana depravatum est in ἐγένετο οὐκ ἀπὸ γνώμης, quod in suas securi transtulerunt Facius et Clavier. Sed magis etiam mirandum, qui Facius putare potuerit, Amasaeum verba οὐκ ἄπο γνώμης interpretantem *ex animi sententia* vel non legisse οὐκ, vel legisse οὐ παρὰ γνώμην. Sane ἀπὸ γνώμης φέρειν ψῆφον est *ex animo ferre sententiam*, sed hoc non est confundendum cum nostra loquutione: τοῦτό μοι ἐστιν οὐκ ἄπο γνώμης *hoc mihi non est contra animi sententiam;* in qua ἄπο adverbium est. cf. Hermannus ad Viger. p. 749. Simile fuit οὐκ ἄπο τοῦ εἰκότος VI, 25, 3. Fortasse etiam in Soph. Electra 140. ἄπο τῶν μετρίων scribendum est. De formula apud Pausaniam frequente οἰκίζειν πόλιν ἀπὸ τινὸς dicebamus in Not. ad Hellen. p. 115. ἐκάλεσεν Ἴωνας. cf. Strabo VIII, 383. τοῦτο οὐ — ἐξαρχῆς. Haec ut alii Pausaniae loco II, 5, 5. lucem accendunt, ita rursus illius ope illustrantur. Ibi enim Pausanias haec narrat: Σικυώνιοι περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο. καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς, ἀπ᾽ ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι. Goldhagenus in verbis Πελοποννήσου — Αἰγιαλὸς suspicabatur vitium inesse, quoniam Pausanias hoc nostro loco dixerit, Aegialum deinceps Ioniam et postea Achaiam appellatum esse; sed temere suscepta haec suspicio erat: Pausanias enim hoc nostro loco narrat, Aegialenses de Ione Iones ita nominatos esse, ut prius illud nomen hoc posteriore non tolleretur, verum potius hoc illi tanquam epitheton adiiceretur, et homines *Aegialenses Iones* vocarentur. Sic ergo Aegialensibus mansit priscum suum nomen. Pergit deinde Pausanias: *regionem diutius etiam quam incolas antiquum nomen Aegiali servavisse.* Cum his facile conciliabuntur, quae Pausanias II, 5, 5. dixit: *sua adhuc aetate hanc terram Aegialum nominari* scilicet *passim*, namque usitatius nomen nunc erat Achaia. Itaque quum vel Pausaniae aetate nondum plane exolevisset Aegiali nomen, recte videtur hoc nostro loco dixisse, *regioni diutius etiam quam hominibus mansisse id nominis.* διέμεινε τὸ ὄνομα ἐξαρχῆς ante Facium, qui διέμεινεν ὄνομα τὸ ἐξαρχῆς e Mosq. restituit. Homeri locus est Iliad. II, 575. de eo iam

dicebamus ad §. 1. εὑριὰν pro εὑρεῖαν Mosq. ἐπὶ τῆς Ἰώνων βασιλείας Mosq. πολεμησάντων κ. τ. λ. De hoc bello, *Eleusinio* dicto, cf. II, 14, 2. I, 31, 2. Meurs. Lect. Attic. VI, 21. de regg. Atheniens. II, 8. Idem vero bellum est quod Athenienses ab aliis contra Eleusinios, ab aliis contra Eumolpum et Thraces gessisse narrantur: in eo tamen diversitas deprehenditur, quod ab aliis *Xuthus*, ab aliis *Ion* Atheniensibus tunc opem tulisse perhibetur. In *Ione* sibi constat Pausanias II, 14, 2. I, 31, 2. καὶ Θηβαίων pro καὶ Ἀθηναίων Mosq. Vindob. Ἴωνα ἐπαγομένων ἐπὶ ἡγεμονίᾳ. Sic Thucydides princ. ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις. Frequentatur ἐπάγεσθαι de iis, *qui auxilii causa aliquem arcessunt.* vide I, 12, 1. II, 6, 2. Thucyd. I, 104. ἡγεμόνα pro ἡγεμονίᾳ Mosq. τὸ χρεὼν ἐπιλαμβάνει. Cf. adn. ad I, 9, 3. ἐν τῷ δήμῳ μνῆμα Ποταμίων ἐστίν Vulgata. Scripsi — μνῆμα τῷ Ποταμίων ἐστίν ut I, 27. extr. hoc enim latet in Mosquensi lectione — μνῆμα τὸ Ποταμίων ἐστιν. Ionem in hoc Atticae populo sepultum esse, dixit iam I, 31, 2. τὸ Ἰώνων ἔσχον κράτος. Iones hi sunt, quos antea Aegialenses Iones dixerat. De hac formula autem cf. adn. ad VIII, 3, 1.

§. 3. Post Πελοποννησίων Mosq. omisit ὑπῆρξεν, et habet Ἀρχαιαῖς pro Ἀχαιοῖς. *Archander et Architeles* etiam II, 6, 2. sunt *Achaei* filii. Herodotus II, 98. Ἀρχάνδρου πόλιν dicit esse in Aegypto, eamque putat appellatam de Archandro, Danai genero, Phthii filio et Achaei nepote. Addit tamen: εἴη δ' ἂν καὶ ἄλλος τὶς Ἄρχανδρος. Manso in Sparta vol. I. P. II. p. 54. Herodotum ita interpretatur, quasi Archandrum dixerit in Phthia natum et genus referentem ad Achaeum. Clavierius autem in Notis ad Apollodorum I, 7, 12. p. 87. Herodotum quidem aliter exponit, sed Pausaniam erroris temere arguit, quod ab Herodoti discesserit auctoritate. Constat enim, prisca illa ab auctoribus varie tradita esse; et fortasse Phthius iste, ut parum notus, ab aliis praetermissus est. ἐς Ἄργος ἀφίκοντο ἐκ τῆς Φθιώτιδος· haud dubie cum colonia. Strabo enim VIII, 365. narrat, Achaeorum coloniam e Phthia in Laconicam migrasse, a Pelope ductam; addit autem p. 383, Achaeum Xuthi filium, homine praeter voluntatem caeso, ex Attica in Laconicam fugisse, ab eoque incolas Achaeos appellatos esse. ἐγένοντο Δαναοῦ γαμβροί. Hic *Danaus* putatur esse posterior. vide Larcherii Chronolog. Herodot. „Amasaeus pro Αὐτομάτην posuerat Αὐτονόμην· mutationis quam habuerit causam ignoro. Apollodorus certe et ipse Αὐτομάτην recenset inter Danai filias.“ Sylburgius. Σκιὰν

pro *Σκαιὰν* Mosq. *δηλοῦσι κ. τ. λ.* Hunc locum duo viri et addendo et detrahendo depravatum putantes corrigendum susceperunt: Goldhageno enim *οὐχ* ante *ἥκιστα* delendum videbatur, ut sensus esset: „Dass sie zu Argos nicht lange geblieben, ist auch damit angedeutet worden, dass Archander seinen Sohn Metanastes (den *Vertriebenen und Flüchtling*) nannte.“ Hoc apertissime pugnat cum Pausaniae sententia, qui continuo ita pergit: *δυνηθέντων δὲ ἔν τε Ἄργει καὶ Λακεδαίμονι τῶν Ἀχαιοῦ παίδων·* ergo manserunt ibi. Hic posuit scriptor Argos et Lacedaemonem, antea tantummodo Argos, sed latiore ambitu, qui Lacedaemonem comprehenderet. Oebalus, Spartae rex Gorgophonen ex Argolide in matrimonium duxerat. Huius filius Tyndareus filias nuptum dedit Clytaemnestram Agamemnoni, Helenam Menelao, qui duo fratres Argos et Laconicam acceperunt, quae regna Orestes coniunxit. Quid? quod Stesichorus ac Simonides Agamemnonis regiam in Spartae urbe collocarunt teste Scholiasta ad Eurip. Orest. 46. Alter illorum virorum Corayus de hoc loco ita: „Il me semble qu'il faut lire *Δηλοῦσι δὲ οἱ ἐν Ἄργει* avec l'addition de l'article, dans ce sens: *Ce qui prouve surtout que les Achaeens étoient venus d'ailleurs, ce sont ceux, qui s'établirent à Argos; car Archandrus, leur chef, donna à son fils le nom Métanastes* [Emigré].“ Primum autem si legamus *οἱ ἐν Ἄργει καταμείναντες*, necesse videtur esse, ut duas hominum huc profectorum partes cogitemus, quarum altera in Argolide et Laconica lares posuerit, altera aliorsum se contulerit: sed ista divisionis cogitatio aliena est a mente Pausaniae. Deinde non intelligitur, cur verbis *δηλοῦσι δὲ ἐν Ἄργει καταμείναντες* non potius Achaei filios ipsos quam alios significari putemus, quum alter certe Achaei filius, Archander, in illis fuerit, qui cogitentur sedes ibi fixisse, quumque scriptor ipse illico claris indicet verbis, utrumque Achaei filium et ibi mansisse et auctum esse viribus: *δυνηθέντων δὲ ἔν τε Ἄργει καὶ Λακεδαίμονι τῶν Ἀχαιοῦ παίδων.* Neque vero haec constructio *δηλοῦσι καταμείναντες* vere graeca esse negari poterit: praedicati enim *δηλοῦσι* subiectum est *οἱ Ἀχαιοῦ παῖδες·* et ad idem subiectum Nominativus *καταμείναντες* refertur. *planum faciunt se mansisse.* Similia *δηλῶ τιμῶν· πόλεμος δηλώσει μείζων γεγενημένος· ἐδήλου πονηρῶς ἔχων* vel e Lexicis colligi possunt. Ergo nullae sunt hae emendationes. *οὐχήκιστα* Mosq. ut VI, 26, 4. *μετανάστης* i. q. *μέτοικος qui patria relicta in aliam terram migravit.* cf. Herod. VII, 161. cum adn. Schw. De significatione verbi *δύνασθαι*

vires acquirere, potentem fieri dicebamus ad Hellenica nostra p. 146, ubi etiam opus esse negabamus, ut animo adderetur μέγα. cf. IV, 26, 3. adde Lobeckii adn. ad Phrynich. p. 197. ἐξενίκησε κληθῆναι *evaluit, praevaluit;* sic saepe, veluti cap. 26, 2. ubi v. adn. VIII, 23, 3. IX, 34. extr. adde adn. ad II, 29, 3. et Wyttenb. in Eclog. hist. *Δαναοὶ — ἰδίᾳ.* cf. Strabo VIII, 371. (225.) ἐπικηρυκεύεσθαι cum Dativo personae: *caduceatorem ad aliquem mittere;* sic VII, 15, 5. sub fin. Ubi additur Accusativus rei, vel ὑπὲρ cum Genitivo vel Infinitivus, est: *per caduceatorem missum imperare aliquid, vel agere de aliqua re, vel petere aliquid.* Sic VII, 15, 1. X, 21, 4. et hoc nostro loco. Atque etiam δι' ἀγγέλων additum legitur X, 34, 2. προστεμένων Aldina. προςμένων Mosq. Haec sequutus dedi προςεμένων ut II, 13, 1. In Francof. Kuhn. Fac. ac Clav. edd. est προςιεμένων. Pro ἐν Δελφοῖς est ἀδελφοῖς in Mosq. Cf. adn. ad cap. 18, 6. *Tisamenus* apud Strabon. VIII, 389. (326.) Ἀχαΐας οἰκιστὴς vocatur.

§. 4. Συνοίκους ἐξεδέξαντο Mosq. Idem καὶ inter ἕνεκα et ἔργων omisit. Similis nostro locus est II, 30, 5. extr. *Αἰγίνης μὲν δὴ Αἰακοῦ ἕνεκα καὶ ἔργων, ὁπόσα ἀπεδείξατο, ἐς τοσόνδε ἔστω μνήμη.* μὴ — ἀπέχεσθαι *ne devictis Ionibus in se quoque arma converterent,* bene Sylburgius.

CAPUT II.

§. 1. *Νειλεύς.* Perizonius ad Aelian. V. H. VIII, 5. praefert Strabonis scripturam *Νηλεύς.* sed absque causa. v. Wessel. ad Her. IX, 97. (96.) adde ex Eust. ad Od. p. 1681: *Νειλεὺς ἀττικὸς ἥρως διὰ διφθόγγου, ἀφ' οὗ Νειλεῖδαι, ὧν ἀποικία ἐστάλη εἰς τὴν Ἀσίαν. καὶ ὅτι ὁ Νείλεως, τοῦ Νείλεω κλίνεται* ut l. c. Herodoti. ἐστισίασαν Mosq. ἀγαγόντες — βουλόμενον. Similiter II, 13, 1. *Ἵππασος σὺν τοῖς θέλουσιν ἐς Σάμον φεύγει.*

§. 2. Additamento ὄχλοις τε ἀλλοίοις uncis notando, quod nec Mosquensis codex agnoscit, eiecto legendum putamus τρίτος δὴ οὗτος ὁ στόλος ὑπὸ βασιλεῦσιν ἀλλοίοις ἐστάλη. namque ἐστάλησαν e praecedente ἀπεστάλησαν natum videtur. Si quis ὄχλοις ἀλλοίοις defendat, ei certe τε interpositum eliminandum, et ὄχλοις ἀλλοίοις non cum ὑπὸ sed cum ἐστάλη coniungendum erit. οὗτος στόλος in Vulgata est. Articulus in talibus omissus offendit Coraynm (v. ad VI, 21, 4.), non item Sylburgium. cf. adn. ad VI, 20, 8. ἀδελφιδοῦς ὁ Ἡρα-

κλέους Vulg. Sylburgius opinabatur rectius legi ὁ Ἡρακλέους ἀδελφιδοῦς vel ἀδελφιδοῦς ὢν Ἡρακλέους· quorum ego prius praetulerim. cf. ad V, 14, 5. τὰ μὲν γὰρ κ. τ. λ. De insula *Sardinia* multus est Pausanias X, 17, ubi etiam huius coloniae illuc profectae mentionem facit, et sibi constat in nomine *Thespiensium.* Confirmat lectionem Stephanus Byz. qui Θέσπειαν ἐν Σαρδοῖ commemorat et ex eo Eustathius Θέσπειαν Σαρδῴαν. Idem Stephanus Thespias Boeoticas conditas narrat a Thespiada, Teuthrantis filio et Pandionis nepote. Hinc Athenienses et Thespienses illius coloniae socii. Alii *Thestiadas* habent; vide, quos Kuhnius Faciusque laudarunt, Diod. Sic. IV, 29. Apollod. II, 4, 10. γενεᾷ — Καλλίστην. Cf. III, 1, 6. 7. Μινύας — Λήμνου. vide omnino Herodot. IV, 145 sqq. ex quo loco hic pro vulgato ὑπὸ Πελασγοῦ scribendum esse ὑπὸ Πελασγῶν, monuerunt Palmerius in Exerc. Valckenarius et Larcherius ad Herodotum T. III. p. 536. et ita scripsit nobiscum Clavier, Herodotum, ut ait, sequutus. ἀντεσίωνος pro Αὐτεσ. Mosq. ἀπὸ τούτου Θήραν Clavierii coniectura est, qua facile careas. Cf. §. 3. de *Mileto.* οὐδέν σφισι γένος τῶν Ἰώνων μετόν. Vulg. scripsi γένους, quod Facius quoque voluit, Clavier autem neglexit. cf. cap. 14, 1. τὰ πρὸς Κόδρου καὶ Μελάνθου Vulg. Staveren ad Hygin. p. 941. corrigebat — Κόδρου τοῦ Μελάνθου, ut mihi quidem videtur, praeter necessitatem. Ἴωσι δὲ τοῦ στόλου μετασχόντες οἵδε Ἑλλήνων. Porsonus inserendum putavit ἦσαν. nobis autem videtur participium ita positum, ut ἦσαν intelligatur. cf. Hermannus ad Viger. p. 770. γεγονίτι ἀνδρία ἀπονηλεως pro γεγονότι ἀπογόνῳ Πηνέλεω Mosq. Ὀρχομένιοι Μινύαις ante Facium, qui praeeuntibus Sylburgio atque Kuhnio Μινύαι restituit; littera sibilans e proxima voce συγγενείᾳ adhaeserat. *Orchomenios Minyas* admixtos Ionibus in Asiam profectis noverat etiam Herodotus. v. eum I, 146. cf. Paus. IX, 37, 3. extr. Eorum *cognationem cum Codridis* Palmerius inde repetit quod utrique Aeolidae fuerint, Orchomenii a Sisypho, Codridae a Cretheo. Nomen Ἀθηναῖοι Mosquensis transposuit post Φωκεῦσι. Idem οἱ pro ἡ ante σὺν αὐτῷ habet.

§. 3. De *Milesia et Mileto* cf. Strabo XIV, 941. Alm. ἐπὶ γενεὰς μὲν δὴ Vulg. Iam ad Hellenica p. 330. proposueram emendationem ἐπὶ γενεὰς μὲν δύο, quum *duae* Anactis et Asterii significentur aetates: nam γενεαὶ sunt etiam ἀνδρῶν γενεαὶ, ut Pausanias loquitur I, 11, 1. *hominum singulorum aetates.* Sic V, 3, 5. γενεαὶ ἀπὸ Θόαντος ἀνήκουσιν ἓξ ἐς Αἰτωλὸν· quod stemmate in Notis ad Hellenica p. 329 sq. ex-

plicato illustratur. Alibi sic ponit vocabulum *γένος*, ut V, 18, 2. *Κυψέλῳ ἕκτον ἦν γένος*. Eandem emendationem Clavierius suae editionis margini allevit. Nibby vertit *Per tre età*, Facium temere sequutus, qui suspicatur excidisse *γ'*, male autem quasi suam suspicionem confirmaturus citavit ex Apollodori loco *ἐπὶ τρεῖς γενεάς*, hinc alienissimo. Sic Nibbyum in errorem impulit. In eodem numerali nomine peccatum videtur esse cap. 5, 1, ubi v. adn. Pro *Ἀνακτορίαν* in Schol. Apoll. Rh. I, 187. *Ἀνακτόριον* legitur. *Ἄνακτός τε αὐτόχθ. κ. τ. λ.* Cf. omnino I, 35, 5. et adnotata. *Μιλήτου κ. τ. λ.* Apud Strabonem l. c. Ephorus auctor est, *τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητικὸν ὑπὲρ θαλάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι· τοὺς δὲ περὶ Νηλέα ὕστερον τὴν νῦν τειχίσαι πόλιν.* Pro vulg. *Μιλήτου* est *Μιλήτῳ* in Mosq. *κατάραντος* i. e. *ἐλθόντος*. sic et 4, 6. vide ad III, 24, 7. *ἀφίκετο — φεύγοντες*. Facius citavit Apollod. III, 1, 2. adde Schol. Apoll. Rh. I, 187. Hic et in proximis scripsimus *Κᾶρες*, *Κᾶρας*. Sic etiam Mosq. Vulgata *παροξύνει*. Hic *Δίδυμοι*, aliis *Δίδυμα* ut Stephano Byz. Alius locus, *Δίδυμοι* dictus, est II, 36, 4.

§. 4. De *Didymis* istis et Apollinis templo, quod ibi fuit, cf. adn. ad II, 10, 4. et Mülleri Dor. I, 224 sq. *ἀρχαιότερον ἢ κατά*. cf. Vigerus p. 65. Pro *πολλῷ δὴ πρεσβύτερα ἔτι* estne *πολλῷ δὲ πρ. ἔτι* legendum? *τὰ* post *Ἴωνας* Mosq. omisit; melius idem inserit *τὰ* post *πάντα γε·* in Vulgata praetermissum restitui. *ἐπύθοντο* pro *ἐπύθετο* Mosq. *Πίνδαρος, ὃς κ. τ. λ.* Pindarus hoc tractaverat in carmine nunc perdito. cf. carminum eius fragmenta p. 89. Heyn. adde Mülleri Dor. I, 389. *Ἡρακλέα ἔφυγον*. Amazones a Theseo, Herculis socio, in fugam compulsas eo fugisse legimus in Etym. M. p. 402. Verba *αἵδε καὶ Διόνυσον τὰ ἔτι ἀρχαιότερα* Kuhnius parenthesi voluit includi. Nos ante *ἡνίκα* distinximus, distinctionem autem post *αἵδε* a Facio Sylburgii monitu factam, quum antea post *ἔφυγον* interpunctum esset, sustulimus. *Bacchum*, bello victorem, supplicibus Amazonum, quae aram huius Dianae insederant, ignovisse, memorant Ephesii in Taciti Annal. III, 61. et Amazones Bacchum fugientes offeruntur in Plutarchi Quaest. Graec. p. 541. §. 56. Quod Kuhnius adnotavit: „Innuit Auctor, Amazones bis (imo ter) ad templum Ephesinum venisse: primo (et secundo) quum bello (a Baccho et postea) ab Hercule illato pressae supplices confugerunt ad templum illud tanquam asylum; secundo (potius tertio) Dianae Ephesiae sacra fecerunt Amazones, quum peterent Athenas“ id versione latina exprimere studuimus. Pro

ἱδρύνθη est ἱδρύσθη in Mosq. non bene; agnoscitur tantum ἱδρύνθη et ἱδρύθη. vide Fischerum ad Weller. T. III. Priscum tamen huius Deae templum fuisse, quod ab Amazonibus conditum fama tulerit, his testatum reliquit Dionysius Perieg. *Θεῇ ποτε νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο πρέμνῳ ἐν πτελέης* p. 20. ed. Basil. 1534. *ἀπὸ τοῦ Ἐφέσου*. De *Epheso* quodam etiam in Etym. M. p. 402. urbs Ephesus dicta traditur. secundum alios de Epheso Amazone. v. ibid. *Λέλεγες — μοῖρα*. sed apud Strab. XIV, 640. *Κᾶρές τε καὶ Λέλεγες* dicuntur hanc urbem habitasse. Vocabulum *ἱκεσία* quod iterum X, 26, 1. usurpatum reperitur, Phrynichus damnavit; de qua re cf. Lobeckius p. 502.

§. 5. et 6. *Ἀφείλετο — οἰκεῖα*. Fusius haec narrantur cap. 4, 3. Hoc *Πριηνεῦσιν — μάχῃ* confirmat Stephanus v. *Βενναμία*. *Ὀλύμπιον* Vulg. Sic etiam II, 7, 4. *Ὀλύμπειον* Mosq. *Ὀλυμπιεῖον* autem edidit Clavier, nec dixit, unde. De qua diversitate cf. Lobeckius ad Phryn. p. 371, qui iam cum Vulgata nostri loci contulit *Ἱπποδάμιον* ex VI, 20, 4. (et V, 22, 2.) *ὁπλισμένος* Mosq.

§. 7. Aldina lectio *ἐπηκοσάμενοι* a proximis editoribus mutata est in *ἐποικησάμενοι*. Sylburgius tamen maluit *ἐποικισάμενοι*. Nos scripsimus *ἐσοικισάμενοι*. quod ducit vitium codicis Mosq. *ἐσῳκησάμενοι*. Verbum *ἐσοικίζεσθαι* est cap. 6, 1. ubi praepositio verbi ante substantivum repetitur; sed fortasse etiam hoc loco scriptum fuit *Ἴωνες ἐς Μυοῦντα ἐσοικισάμενοι*. Clavier *ἐσοικησάμενοι* e codd. Par. 1410. 1411. edidit, non bene. *μοιοῦντα* pro *Μυοῦντα* Ald. *οἰκισταὶ κ. τ. λ.* notabilis structura. Cf. ad V, 22, 2. Pro *Κυάρητος* apud Strabonem XIV. 939. (633.) legitur *Κυδρῆλος*· scribendum fuit mutato accentu *Κύδρηλος*. v. Etym. M. p. 343. Lips. Tzschuckius quoque utrius, Pausaniae an Strabonis scriptura verior esset, liquere negavit. Si Hesychii et Phavorini glossa *Κυάρη, ἡ Ἀθηνᾶ* confidere possemus, nomen *Κυάρητος* inde manavisse posset videri. Sed suspicantur in Hesychio corrigendum esse *κυδρή*, quod Minervae epitheton legitur in hym. Homer. in Pallad. ineunte. Simsonus in Chronico Cathol. A. M. 2948. Strabonis scripturam praeferens deducit eam a *Κύδρος*, quod nisi dialecto diversum non putat a *Κόδρος*· utrumque fluxisse a vocabulo *κυδρὸς*, *illustris*. Clavier quoque suspicabatur hic *Κυδρῆλος* reponendum esse. Idem tamen refert in Supplement. p. 218, in cod. Par. 1410. legi *Κυνάρητος*. Verba *Ἴωσιν ἀναμεμιγμένοι Θηβαῖοι* sunt appositio praecedentis *Πριηνεῖς*. Scriptor significat, Prienenses i. e. Graecos ex

Europa traductos, qui Caribus eiectis Prienen occupaverint, collectos fuisse ex Ionibus et Thebanis, duosque habuisse conditores urbis ab ipsis frequentatae, Philotam Boeoticae, Aegyptum Ionicae stirpis. Partem novorum Prienes colonorum Thebanos fuisse, Phanodicus quoque tradidit apud Diog. Laert. I, 83. adde Strabo XIV. p. 633. Kuhnii igitur emendatio *Θηβαῖόν τε Φιλώταν τὸν ἀπογ.* nulla est. *Αἴγυπτον* Vulgata, quam corruptam magis etiam corrupit Clavierii haec versio: *Aegyptus, fils de Nilus*, quum tamen antea scripsisset *Niléus*. Strabo XIV, 633. de eodem hoc Nilei filio loquens nominat eum *Αἴπυτον*, quam scripturam Vulgatae nostri loci Palmerius, Kuhnius, Goldhagenus, Simsonus l. c. Vindingius in Hellene p. 455. et Porsonus anteponendam duxerunt, quorum ultimus vitium ex his scripturis

Π
ΑΙΓΥΤΟΝ

ortum iudicat. Quum VIII, 27, 3. 34, 3. similis error *Αἰγυπτίους* et *γῆν Αἰγυπτίδα* invexerit, aequum esse putavi, ut suum Pausaniae *Αἴπυτον* redderem. Clavier ultra suspicionem, *Αἴπυτον* scribendum videri, non est progressus. Ante Facium legebatur *παῖδας ἔσχεν*· sed vitium correxit Sylburgius. *ὑπὸ Ταβούτου γε τοῦ Πέρσου* Vulg. *ὑπὸ τοῦ Ταβούτου τοῦ γε* Mosq. Casaubonus corrigebat *Ταβαλοῦ* idque recepit Clavier: scribendum certe fuisset *Ταβάλου*. Est *Τάβαλος* quidam apud Herodotum I, 153 sq., sed Sardibus a Cyro praefectus. Kuhnius malebat *Μεγαβάτου* ex Herod. V, 32. sed nec ibi narrantur de eo huc pertinentia. Referente Kuhnio Amasaeus *Βούτου* legit. Pro *γε τοῦ Πέρσου* scribendum putavi *τε τοῦ Πέρσου*, hortante etiam Porsono. *τελοῦσιν ἐς Ἴωνας* Mosq. omisit. *Μυοῦντος δὲ καὶ η* Mosq. *τοῦτον — ἰλύϊ* Ita scripsit Facius partim e cod. Vindob. partim ex Amasaei versione pro vulgato *ἰσχύϊ*. Praeiverat Kuhnius Amasaei lectionem confirmans loco ex Arcadicis cap. 24, 5, ubi est: *non aeque limum (ἰλὺν) vehit Achelous ac Maeander, qui per Cariam Phrygiamque bene cultam manans brevi tempore ex mari, quod inter Prienem et Miletum est, terram continentem fecit.* De hoc Maeandri exitu consentit Dionysius Perieg. p. 20: *Μαίανδρος λιπαρῇσι κατέρχεται εἰς ἅλα δίναις Μιλήτου τε μεσηγὺ καὶ εὐρυχόροιο Πριήνης.* Verborum *ὡς δὲ — θάλασσα* sensus videtur esse: *Quum aqua marina illius sinus paulatim rediisset i. e. recessisset, discessisset, neque amplius mare ibi esset, limo Maeandri impediente, quomi-*

nus aqua marina in illum sinum denuo penetraret. Invexit igitur Maeander in illum sinum tantam limi vim, ut ex eo fieret palus, quum aquae marinae aditus non amplius pateret nec navibus. Schneider in Lex. gr. v. νοστέω interpretatus est *νόστιμον ἐγένετο süss trinkbar werden* Sylburgium sequutus. Sylburgii coniectura, ἐνόσησε forsan legendum esse pro ἐνόστησε, iusto magis placuit Goldhageno et Clavierio. Ante κώνωπες duo codd. Vind. et Mosq. inserunt οἱ. E Mosq. et Ald. dedi ἄπειρον πλῆθος pro vulg. ἄπειροι πλῆθος. Mox λίμνης Mosq. *Μύουσι* pro *Μυούσιοι* Mosq. ὅτι μὴ *Διονύσου* ναός. cf. Mannerti Geogr. VI, 3. p. 263 sq. λευκοῦ. *Μυοῦσιν* καὶ δὴ — *Ἀταρνήτας* Mosq. Locus *Atarneus* memoratus est IV, 35, 6. ὑπὸ *Περγάμου*. Similiter VIII, 37, 3. οὗτοι ὑπὸ τῶν ἀγαλμάτων πεποίηνται. *Myuntem* Strabo in meridionali Maeandri ripa ponit.

CAPUT III.

§. 1. *Τοῦ ἐν Κλάρῳ* Vulg. τὸ ἐν Κλ. dedit Clavier, sequutus quod Facius post Kuhnium coniecerat. In Scholiis Apoll. Rh. I, 308. est *Κλάρος πόλις πλησίον Κολοφῶνος*, (cf. Not. ad Hellen. 349.) et *oraculum* Apollinis ibi conditum dicitur vel a Manto Tiresiae filia, vel a Claro Alois filio, heroicae aetatis homine. *Κλάρον παρ' ὄχθαις Φοίβου λάλον ὕδωρ* Anacreon, et *πηγὴν μαντικὴν Κολοφῶνος* memorat suaque aetate σεσιγῆσθαι dicit Clemens Al. Protr. p. 9. De *Apolline Clario* cf. ad II, 2, 7, et Mülleri Dor. I, 226. Secundum alios *Clarus* nominata est, quod κλήρῳ ἔλαβε τὴν πόλιν Ἀπόλλων. quanquam *Κλάρος* priorem corripit. v. Apoll. Rh. I, 308. Ante Facium legebatur ἔχοντας ἡγεμόνα καὶ ὅσον — πλῆθος. ἔσχον τε τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ ναυσὶ καὶ ἴσχυον. Hic a Sylburgio monitus post ἡγεμόνα clausit periodum, et post πλῆθος distinctionem posuit commaticam. Mosquensis ἔχοντας ἡγεμόνα omissis post Ῥακίῳ inserit καὶ ὅσον ἐστὶ ἔχοντα· mox ἔσχον τε τὰ praetermisit, et denique καὶ ναυσὶν ἰσχύοντες dedit. In Vindob. est τῷ Ῥακίῳ καὶ ὅσον ἐστὶ πλῆθος ἔχον τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ, καὶ ναυσὶν ἰσχύοντες. Clavier hunc locum (en partie d'après les imprimés, en partie d'après les MSS. p. 218. Supplem.) ita scripsit: ἡγεμόνα· καὶ ὅσον εἵπετο ἄλλο τῷ Ῥακίῳ πλῆθος, ἔχοντες τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ ναυσὶν ἰσχύοντες· in qua lectione difficile est ad intelligendum, quae sit orationis structura. Nobis Pausanias ita videtur scripsisse: καὶ ὅσον εἵπετο

ἄλλο τῷ Ῥακίῳ πλῆθος, ἔχοντες τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ ναυσὶν ἴσχυον. Sic molestum illud καὶ quod Vulgata ante ἴσχυον loco plane alieno habet tollitur. A nobis Vulgatam retinentibus interea ante ναυσὶ positum est. In Scholiis Apollon. Rh. I, 308. hoc de *Rhacii* istius nomine legitur: Ῥάκιος ἐκαλεῖτο ὁ ἀνὴρ διὰ πενιχρότητα καὶ κακοειμονίαν. Cf. de eo et Mülleri Dor. I, 226. 227. Clavier in Suppl. p. 218 sq. negat, Rhacium et Lacium fuisse eundem. De eius genere mox ex iisdem scholiis. Ante ἄλλοι Mosq. habet καί· idem pro vulgato αἰχμάλωτοι bene αἰχμαλώτων praebet. ἐκομίσθησαν Ald. ὄντες καὶ ἥκουσι· cf. Hermannus ad Viger. p. 772. de καὶ post participium cum verbo finito coniunctum. Pro vulgato κατὰ αἰτίαν ἥντινα scribendum censemus καθ' ἥντινα αἰτίαν, ut est V, 10, 2. 11, 5. 21, 3. VI, 18, 2. VII, 1, 3. 4, 5. 5, 3. 17, 6. 19, 1. VIII, 43, 1. Cum toto hoc loco Θερσάνδρου — συνοίκους cf. omnino IX, 33, 1. Adde praeter Apollod. III, 7, 4. haec ex Schol. Apoll. Rhod. I, 308: Οἱ τὴν Θηβαΐδα συγγράψαντές φασιν, ὅτι ὑπὸ τῶν Ἐπιγόνων ἀκροθίνιον ἀνετέθη Μαντὼ ἡ Τειρησίου θυγάτηρ εἰς Δελφοὺς πεμφθεῖσα. Κατὰ δὲ χρησμὸν Ἀπόλλωνος ἐξελθοῦσα περιέτυχε Ῥακίῳ υἱῷ Λέβητος Μυκηναίῳ τὸ γένος. καὶ τούτῳ γαμηθεῖσα (τοῦτο γὰρ περιεῖχε τὸ λόγιον, γαμεῖσθαι ᾧ ἂν συναντήσειεν) συναπῆλθεν ἐκείνῳ εἰς Κολοφῶνα. Vides hic Rhacium dici *Mycenaeum*, sed Pausaniae IX, 33, 1. est *Cretensis:* nulla tamen haec est pugna, quum in Creta quoque *Mycenas* conditas ab Agamemnone scripserit Velleius Paterc. I, 1, 2. Caeterum cf. O. Mülleri Orchom. p. 148. Pro vulgato Μόψος in altero Vindobonensi est μόνος, in altero autem Μόμψος, et in Mosq. Κάρανας pro Κᾶρας. βασιλείαν δὲ κ. τ. λ. cf. ad §. 5. sub fin. Pro Δαμασίχθων est in Mosq. Δαμοσίχθων, mox tamen idem habet Δαμασίχθονος, recte; sic et IX, 5, 8. Similia sunt Δαμασίφρων, Δαμασίστρατος. Pro vulgato λαμβάνει Clavier, incertum an ex codice, λαμβάνουσι edidit: quod non recepi, quum constet, singulari numero verbi saepe non solum duo nomina adiuncta esse, sed alterum etiam pluralis numeri. vide adn. ad II, 9, 2. V, 22, 2. ἐς Νάξον Vulg. ἐς Κλάρον Vind. Mosq. ἀπεχθέντα Mosq. Κολοφωνίοις — Λυσίμαχον. Locus est I, 9, 8. ubi etiam de *Lebediis* dixit a Lysimacho Ephesum translatis, de quibus hic §. 2. *Colophon* tamen adhuc Ciceronis aetate nobilissima urbs v. pro Lege Man. c. 12. ἐς Ἔφεσον maluit Porsonus.

§. 2. *Lebedus* Horatii aetate vicus admodum desertus. v. eius Epist. I, 11, 7. λουτρὰ Vulg. Camerarius malebat λου-

τρα, quoniam ei tribuerit Etymologus *loci* significationem, quum λουτρὰ sint *ipsae aquae*. ἐπὶ μὲν γὰρ, inquit, τοῦ τόπου βαρύνεται, ἐπὶ δὲ τοῦ ὕδατος ᾧ λουόμεθα, ὀξύνεται. Nec editor Lipsiensis Hecubae Euripideae e rec. Brunckii cum var. lect. Porson. ad vers. 770. idem esse putat λοῦτρον et λουτρόν. Quum hic tamen potius aquae quam loca significari videantur, λουτρὰ non movi. cf. et ad cap. 5, 5. *Lebedum* apud Strabonem XIV, 633. *Androcopus* condidit, *Andraemon* autem Pylius *Colophonem*. ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ. „à gauche du chemin de Colophone à Téos" Clavier. Καλάοντα Vulg. Palmerius in Exercit. correxit Ἄλεντα· verissime; sic cap. 5, 5. Ἐν τῇ Κολοφωνίων ἄλσος τε τοῦ Ἀπόλλωνος — καὶ οὐ πόῤῥω τοῦ ἄλσους Ἄλης ποταμὸς ψυχρότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ· et VIII, 28, 2. Ἄλεντος τοῦ ἐν Κολοφῶνι — τὴν ψυχρότητα ᾄδουσι· namque ita ibi pro Ἀνελόντος legendum est. Vides *Alentem* non tantum Ioniae, sed Colophoniorum agro, de quo hic loquitur Pausanias, vindicari. Adde illud Tzetzae ad Lycophr. 868. Ἀλεντία, ἡ ἐν Ἄλεντι, ποταμῷ Κολοφῶνος, τιμωμένη· et Phavorini: Ἀλησιὰς, ἡ Ἀφροδίτη — διὰ τὸ ἐν Κολοφῶνι ἐπὶ τοῦ Ἄλεντος ἱδρυμένη ποταμοῦ. Praeterea Plinius V, 31. dicit *Halesum seu Haletem affluere Colophoni*. Fuit igitur huius regionis *Ales*, *Calaon* autem non modo in hac sed in omnibus Ioniae regionibus ignoratur. Itaque Pausania ipso volente ac postulante, Goldhageno autem alia loca et flumina Pausaniae soli commemorata frustra obiiciente, videmur Alentem recte substituisse in locum Calaontis; idem fecit Nibby. Tzschuckius ad Strabon. XIV, 634. opinabatur, verum huius fluvii nomen fuisse Ἀλήεις, sed ut e Κλήμης fit Κλήμεντος, sic ex Ἄλης duci Ἄλεντος potuit.

§. 3. Τέων· Apud Strabonem Τέω, quo teste Τέως Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι στάδια, καὶ ἐπὶ Χεῤῥονήσῳ ἵδρυται λιμένα ἔχουσα· In Mosq. est Μιναῖαι. De hoc *Athamante* cf. Strabo XIV, 939. (633.) Stephanus Byz. v. Τέως, et Schol. Platonis in Siebenk. Anecd. p. 29. ἀρχομενίοις, οὐδ' ἐπὶ τοῖς Mosq. sed οὐδ' ἐπὶ probandum ob duplicem v. βουλεύειν constructionem. v. I, 17, 6. et VII, 9, 4. οὐδὲ τοῖς Vulg. De significatione κακοῦ quod est in voce νεώτερον dicebamus ad III, 3, 3. Tzschuckius in Strabone XIV, 633. retinuit quidem Ναῦκλον, sed ex Pausania recepit Ἄποικον, Δάμασον et Γέρην. Ναῦκλος quam Νάοκλος etiam Clavier malebat. „Pro Ἀθηναίων Amas. legit Ἀθηνῶν, quod cum sequente Βοιωτίας melius congruit." Sylb.

§. 4. *Erythrum* Rhadamanthyos filium Erythrarum re-

gem memorat etiam Diodorus Sic. V, 79. *Λυκίων κ. τ. λ.* cf. omnino Herod. I, 147. De *Carum et Minois amicitia* cf. Clavierii Hist. d. prem. temps de la Grèce I. p. 297. *Πάμφυλοι* et *Παμφύλιοι*. v. Berkel. ad Steph. ubi Pamphylia nominata dicitur de Pamphyla Rhacii et Mantus filia. *μὲν ἐστὶν* pro *μέτεστιν* Mosq. idem *τῶν* post *πλανηθέντων* inserit. De *Calchantis erroribus* est etiam Conon in Narr. c. 6. Est autem hoc *εἰσὶ* — *Κάλχαντι* ex Herod. VII, 91. *Ἐρυθρὰς* hic recte; cf. ad VI, 21, 7. adnotata. *Ἐρυθραὶ* apud Strabonem XIV, 644. bene sed p. 633. *Ἐρύθρας* male. *Ἐρυθρὰ* est apud Stephanum Byz. *Ἐρυθραῖ* in Schw. Herod. I, 142. videtur esse peccatum operarum. Qui hic *Κλέοπος*, ab aliis vocatur *Κνῶπος*, atque hanc illi scripturae fere praeferunt. v. Berkel ad Stephanum v. *Ἐρυθρά*, Tzschuck. ad Strabon. XIV, 633. Raoul Rochette in Hist. de l'établiss. de colon. grecs T. III. p. 92. hic quoque ita legi voluit, atque ita scripsit Clavier, sed non e codicibus. In Athen. VI, 259. Schw. legitur *Κνωπός*, sed etiam in Etym. M. est *Κνῶπις*. Verborum *συλλέξας ἐξ κ. τ. λ.* versione Kuhniana *a singulis Ioniae urbibus nescio quot collectos Erythraeis attribuit colonos* Clavier ad miram ductus videtur esse coniecturam hanc: *ὅσους δὴ παρὰ ἑκάστων οὐκ οἶδα*. Sed ut *ὅστις δὴ* de eo, quem quis sit dicere non possumus (v. ad I, 13, 3. adnotata) sic *ὅσοι δὴ* de multitudine, quae quanta sit definiri non potest. Sic Herod. III, 52: *ὁ Περίανδρος κήρυγμα ἐποιήσατο, ὃς ἂν οἰκίοισι ὑποδέξηταί μιν, ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν, ὅσην δὴ εἴπας.* ubi male redditur: *quam definiebat.* Ibid. I, 157: *στρατοῦ μοίραν ὁσηνδήκοτε ἔχων.* cf. Lex. Herod. Schw.

§. 5. *Πάρφορον·* Teste Strabone *Πάραλος* Clazomenas condidit. *Σκύππιον·* Apud Stephanum est *Σκυφία, πολίχνιον Κλαζομενίων. Τινὲς δὲ διὰ τοῦ π.* Locum *κατεσκευάσαντο* — *ἐκ τῆς ἠπείρου* Palmerius in Exerc. p. 73. recte adhibuit Xenophonti illustrando, qui Clazomenas insulam vocat. Mannertus igitur hoc nostrum *Ἀλέξανδρος* — *τῆς ἠπείρου* de solo consilio et conatu non recte interpretatur. Urbs *Clazomenae* ad septentrionalem partem isthmi, quo Erythraeorum peninsula continenti iuncta erat, sita fuit. v. Strabo XIV, 644. *Φιλιοῦντος* Mosq. De *Phliasiis*, qui tum e Peloponneso migrarunt, dixit iam II, 13, 1. Pro vulgato *κατελθόντων* est *κατελθόντες ὧν* in Mosq. *κατελθόντες* in Vindob. *τὴν χώραν δὲ* Vulg. *τὴν δὲ χώραν* Mosq. *ἐς Πανιώνιον* Vulg. Coray suspicabatur *ἐς τὸ Πανιώνιον* legendum esse. sed vide cap. 4, 6. extr. De hoc sacro loco Mycales cf. Herod. I, 148. Strabo

XIV, 639. πρὶν ἢ τοῦ γένους βασιλέας τοῦ Κοδριδῶν λάβωσι. Herodotus I, 147. de Ionibus novas in Asia civitates condentibus ita: *Βασιλέας ἐστήσαντο οἱ μὲν αὐτῶν Λυκίους ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας; οἱ δὲ Καύκωνας Πυλίους, ἀπὸ Κόδρου τοῦ Μελάνθου, οἱ δὲ καὶ συναμφοτέρους.* De iisdem his regnis est quod apud Pausaniam §. 1. legitur *βασιλείαν δὲ — Κόδρου παῖδες.* Pro *καὶ ἐκ Τέω δὲ Οἴτην* Porsonus substitui voluit *καὶ ἐκ Τέω Δεοίτην·* Facius tantum δὲ in δὴ mutari. Clavier autem scripsit *παρὰ Ἐρυθραίων ἐκ Τέω τε Οἴτην*, quod nos recepimus. nam καὶ deest in cod. 1411. sic δὲ recte mutavit Clavier in τε. Addit idem in Suppl. p. 219. „Cependant il est possible, que δὲ οἴτην ne forme qu'un seul nom propre qui seroit corrompu."

CAPUT IV.

§. 1. *Σάμος ἡ ὑπ. Μυκ. Samus prope Mycalen.* vide Strabo XIV, 636. Thucyd. VIII, 79. Habuit haec insula sicuti Chius et Cos unam eandemque cognominem urbem. Urbs Samus adhuc Ciceronis aetate *nobilissima* fuit. v. eius or. pro L. Manil. c. 12.

§. 2. *Ἀστυπαλαία* Vulg. ut VI, 9, 3, et in Etym. M. de Sami parte. Sed proparoxytonon est in Apollon. Rh. II, 866. Athen. IX, 400. d. et iis, quos de eadem hac re citavimus ad VI, 9, 3. Huius *Ancaei* mentio in Schol. Apoll. Rh. I, 185. II, 866. et Stephano Byz. v. *Ἀστυπαλ. λαβέσθαι* pro *γενέσθαι* Mosq. *καὶ* ante *Περίλαον* delevi; nunc video idem placuisse Corayo. *Λυκομήδη* Vulg. *Λυκομήδην* scripsi e Mosq. *ἐς τοσοῦτον — ἐδήλωσε.* cf. adn. ad VI, 4, 4.

§. 3. *Πότε* pro vulgato *Τότε* Mosq. *ἀνάγκη — συνοίκους·* eadem loquutio est X, 17, 2. *ἀνάκη* Mosq. *ἐθεπιτύρεως* pro *ὁ Πιτυρέως* Mosq. *οἱ ἀπὸ Δηϊφόντου — ἐξεπεπτώκεσαν.* Hoc vitium ex prioribus in Facii ac Clavierii editiones transfusum tandem loco cedat verae lectioni *ὑπὸ Δηϊφόντου — ἐξεπ.* quae suum locum tuita est cap. 9, 4. De *ὑπὸ* et *ἀπὸ* confusis cf. II, 32, 2. Eandem mecum emendationem communicavit Schneider. Praeterea inter *οἱ* et *ὑπὸ* inserui *δὴ* e Mosq. De *Pityreo cum civibus pulso ex Epidauro* II, 26, 2, qui locus confirmat, quod hic de Proclis genere traditur. De *Procle* cum colonis in Samum profecto est etiam locus in Etym. M. p. 160, 22. eundem in Samo regnantem novit Clemens Alex. v. ad §. 4. *Ἄνδροκλος δὲ καὶ Ἐφέσιοι κ. τ. λ.* Haec tetigit iam

cap. 2, 5. 6. ἐλεώγορον pro λεωγόρον Mosq. βουλεύειν καὶ pro ἐπιβουλεύειν Mosq. φευγότων idem. ἀνοικήσεως ante Facium, qui e Mosq. ἐνοικήσεως restituit. Σαμοθράκην — Δαρδανίας. v. Steph. Byz. v. Σαμοθράκη et Δάρδανος. adde Not. ad Hellen. p. 310. et Mülleri Orchom. p. 452. Ἀναίαν Vulg. Ἀναῖαν Mosq. perperam. Obediendum non putavimus Heynio, qui in Excursu I. ad Virgilii Aen. III. Ἀναίαν mutari iussit in Αἰνειαν, quum pro *Anaea* stent Thucydides (v. Intrpp. ad III, 19. 32.) et Stephanus Byz. quorum posterior ita: Ἀναία, παροξυτόνως· — ἔστι δὲ Καρίας ἀντικρὺ Σάμου. Sic quod in nostro loco est ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ πέραν satis declaratur. διαβάντες ἐν τῇ Σάμῳ pro eo, quod nos diceremus ἐς τὴν Σάμον. Similiter ἐλθόντα αὐτὸν ἐν Σπάρτῃ III, 15, 3. Rursus ἦν ἐς Ἴλιον VIII, 10, 4. παρῆσαν εἰς Σάρδεις Xenoph. Anab. I, 2, 2. ἐκβάλουσι Mosq.

§. 4. Τὸ δὲ ἱερὸν — ποταμῷ. Cf. Boettigeri Mythologiam Iunonis p. 87. et 95. τοὺς — πλέοντας. eodem modo de Argonautis loquitur IV, 34, 4. Bona autem Corayi coniectura est, pro ἀπάγεσθαι esse ἐπάγεσθαι scribendum. In contrariam partem facta est in simili re horum verborum confusio I, 8, 5. sed recte ἐπάγονται τὸ ἐκ τοῦ σπηλαίου ξόανον legitur II, 23, 1. item IX, 40, 2. παρὰ τῷ — λόγῳ. Interpretes iam citarunt Athen. XV, 672. et Schol. Apoll. Rh. I, 187. *Viticis huius* iterum mentio fit VIII, 23, 4. λυγῷ Mosq. Σμίλις Vulgata; scripsi Σμῖλις ut V, 17, 1. vide de eo indicem artificum in Winckelmanni Opp. Huc illa pertinent de *Iunonis Samiae simulacris* e Clementis Protr. p. 30. τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὥς φησιν Ἀέθλιος, πρότερον μὲν ἦν σανίς· ὕστερον δὲ ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο. — τὸ δὲ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον Σμίλιδι Εὐκλείδου πεποιῆσθαι, Ὀλύμπιχος ἐν Σαμιακοῖς ἱστορεῖ.

§. 5. Μηπονίδων Ald. Francof. sed Sylb. correxit. ἐπιφανέστερος ἐς ἅπαντας ἀνθρώπους. Simile ἐς ἅπαντας ἐπίσημα I, 17, 1. cf. VII, 21, 3. ἀποκτείνας κ. τ. λ. vide I, 21, 6. Μίνων apud Herod. VII, 170. καὶ τοῦ Μίνω Mosq. omisit. Locus *Homeri* est XVIII, 590 sqq. et adde Paus. IX, 40, 2. σίνυκον pro Ἴνυκον Mosq. Pro *Inyco* alii *Camicum* posuerunt ut Herodotus VII, 169 sq. Ex Stephano Byz. v. Κάμικος discimus, Characis vestigia hic voluisse legere Pausaniam πόλεμον κ. τ. λ. De hac *Minois expeditione in Siciliam* Herodotus l. c. cum Valcken. adnot. Strabo I, 48. VI, 279. Diod. Sic. IV, 81. ἐξαιτοῦντος. cf. ad I, 32, 5. adde III, 5, 6. Schol.

Apoll. Rh. I, 96. ὁ ante Κώκαλος Mosq. omisit. ἐς τὴν Ἠλείαν· cf. V, 17, 1. ἄλλους τε Mosq.

§. 6. Miror, quod nullus interpretum de lacuna dixerit, quae ante verba Ἴωνι δὲ τῷ esse animadvertitur. In codice autem Mosquensi ad finem praecedentis et initium huius §. hoc adnotatum legitur: λείπει τὶ ἐνταῦθα τοῦ κειμένου. De hoc ποιήσαντι τραγῳδίαν dicebamus ad II, 7, 4. ἐν τῇ συγγραφῇ in quanam? hoc desideratur. Apud Athenaeum laudatur Ἴων ἐν τῷ περὶ Χίου· idem Ionis liber alias etiam Χίου κτίσις appellatur. Et quae hic afferuntur, esse e Χίου κτίσει, Bentleius quoque suspicabatur in Opusc. p. 506. γραφῇ pro συγγραφῇ Mosq. De eadem horum vocabulorum confusione dicebamus ad III, 10, 6. adde IX, 5, 2. ἐς τὴν νῆσον, *Chium*. Hoc quoque nomen lacuna absorpsit. De hac insula dicebamus in Not. ad Hellen. p. 350 sq. χίονα κ. τ. λ. Varia de nomine huius insulae collegit Stephanus. ὄνομα θέσθαι χίος Vulgata, quae ferri poterat. vide ad IV, 31, 6. Facius e Vind. et Mosq. Χίον dedit. κατάραι ante Facium, qui a Sylburgio monitus κατᾶραι scripsit, quod Mosq. quoque habet sed sine iota subscripto. De *Oenopione* Reinesius in Obs. in Suidam citavit Athen. I, 26. et 28. adde cap. 5, 6. Pro vulgato ἀφικέσθαι Clavier dedit, non indicavit unde, ἕπεσθαι· idem latet in corrupta lectione Mosquensis codicis ἔσεσθαι. In eodem codice est Τάλαν καὶ Εὐάνθην quorum posterius recepimus. Pro vulgato ἀφικέσθαι δὲ ἐξ Facius e Mosq. ἀφίκετο δὲ ἐξ reposuit. Ἱστιαίας· infra cap. 7, 4. sub fin. legimus Ἑστίαιαν. Promiscue haec efferri, iam Wesselingius adnotavit ad Diod. S. XI, 11, et laudavit Casaubonum ad Athen. I, 16. Duplicem huius nominis scripturam testatus etiam Stephanus est v. Ἱστίαια, sed διὰ τοῦ ι Ἰωνικὴν γραφὴν εἶναι. cf. Hom. Iliad. II, 537. Mosq. hoc ordine τηνικαῦτα ἐς μνήμην, sed Facius Kuhnii coniecturam et, ut ait, Vind. ac Mosq. (?) sequutus dedit ἐς μνήμην τηνικ. quum antea scriptum esset: μνήμην τηνικαῦτα ἐς. Mox δὲ οἱ — Πᾶν ἰώνιον Mosq. Strabo XIV, 639. Panionio commemorato addit: ὅπου τὰ Πανιώνια, κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων, συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι καὶ θυσία. adde eiusdem VIII, 384. (292.) ubi est θύουσιν ἐκεῖ τὰ Πανιώνια. Pro εἰρηκότα Mosq. εἰρηκότας.

CAPUT V.

§. 1. *Σμύρναν δὲ ἐν ταῖς δώδεκα πόλεσιν οὖσαν Αἰολέων, καὶ οἰκουμένης τῆς χώρας καθὰ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι, πόλιν ἣν καλοῦσιν ἀρχαίαν, Ἴωνες ἐκ Κολοφῶνος ὁρμισθέντες ἀφελόμενοι τοὺς Αἰολεῖς ἔσχον·* Vulgata, quae quamvis sit in vitiis, tamen repetita est a Clavierio, quum intactam eam praeteriisset Facius. Primum enim et oratio et sententia Pausaniae postulabat, ut corrigeretur *οἰκουμένην*, quod iam Goldhagenus animadverterat: deinde propter easdem causas eliminandum fuit *ἣν* post *πόλιν·* quod idem Goldhagenus viderat: cf. adn. ad VIII, 2, 1. denique iam Sylburgius adnotaverat: „Convenientius esse videtur *ὁρμηθέντες*, ut IX, 15, 1. unde *ὁρμητήρια* dicuntur loca eruptionibus faciendis apta, IV, 5, 8. 25, 3." Eodem quo Sylburgius modo correxit Porsonus, et legisse videtur Amasaeus, vertens *profecti.* Nunc puto intelligi, hunc loci esse sensum: *Smyrnam, quae erat in duodecim urbibus Aeolensium, et habitabatur* (sita erat) *in ea regionis parte, qua mea adhuc aetate urbem vocant priscam* (dicunt urbem priscam esse) *Iones Colophone profecti Aeolensibus ablatam possidebant.* Pausanias huic *πόλει ἀρχαίᾳ* mox opponit *τὴν ἐφ' ἡμῶν πόλιν.* De *vetere et recentiore Smyrna* conferendus etiam Strabo est XIV, 646. adde Palmerii Exerc. p. 346. Fortasse clementior fui in *ἣν* compedibus tantum constringens. Ab initio est *Σμύρνα* in Mosq. Caeterum de *re* cum Nostro conferendus est Herodotus I, 150. Smyrnam vero iam ante Olympiadem XXIII. Aeolensibus ademtam et Ionibus additam esse, patet ex Pausan. V, 8, 3. p. 394. *Ἀλέξανδρος — οἰκιστής.* cf. Palmerius in Exerc. p. 346. ad Strabon. p. 646. de differentia quae hic sit inter illum et Pausaniam. *Νεμέσεων ἱερὸν* apud Smyrnaeos iterum memoratur IX, 35, 2. *ἐπὶ τῇ πλατάνῳ* Vulgata: scripsi auctore Sylburgio *ὑπὸ τῇ πλατ.* quod nunc video Corayo probatum esse. *ἐπιφανείαν* pro *ἐπιφανείσας* Mosq. Dativus a *κελεύειν* suspensus est. v. ad IX, 34, 1. *Τρισμάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις.* ut in Homeri Odyss. V, 306. *Τρισμάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις.* Ut hic *Μέλης* sic etiam §. 6. p. 535. In Bekkeri Anecd. p. 1398. perperam scriptum est *Μήλης*, recte rursus *Μέλης* p. 1188. In Stephano Byz. *Μέλητος* vocatur. *μετῴκησαν* Vulgata. *μετῳκήσαντο* Mosq. et Vindob. 23. *μετῳκίσαντο* Vind. 51, et Par. 1410. 1411. quorum ultimum nobiscum recepit Clavier, Facio iam probatum. *καὶ θεῶν Νεμέσεις πλείους νομίζουσιν ἀντὶ μιᾶς* Vulgata, sed Mosq. *πλείους* omi-

sit. Quum vero etiam Genitivus *θεῶν* in vitio sit, scribendum existimamus *καὶ δύω Νεμέσεις νομίζουσιν ἀντὶ μιᾶς*. Et *duae Nemeses* in curru stantes conspiciuntur in Smyrnaeorum numo, quem exhibet Creuzer in Abbild. zur Symbol. ad p. 30. Alii simpliciter *Σμυρναίας Νεμέσεις* commemorant. v. Anthol. Palat. T. II. p. 510: similiter Pausanias IX, 35, 2. *τῶν Νεμέσεων τὰ ἀγάλματα* apud Smyrnaeos, quae I, 33, 6. *ξόανα* et alis instructa dicit. *δύω* oblitteratum etiam cap. 2, 3. videbatur. Similiter *δεύτερος* in *δὲ* transiisse apud Diodorum Sic. monet Valckenarius in Diatr. p. 290. adde adn. ad VIII, 42, 4. *δὶς* quoque depravatum dicebamus ad VI, 4, 2. Nos interea *θεῶν*, quod in proximis etiam littera *ν* in fine male auctum est, uncis circumdedimus et *πλείους* omisimus. *ὥςπερ Ἀθηναίοις γε τῇ ἐν Ῥαμνοῦντι θεῶν πατέρα λέγουσιν εἶναι Ὠκεανόν* ante Facium, qui e duobus codd. Vind. et Amasaei interpretatione reposuit *Ἀθηναῖοι* et *θεῶν* mutavit in *θεῷ*, quorum utrumque iam Sylburgius Kuhniusque voluerunt. In Mosq. Par. 1410. et 1411. est *ἔτι* pro *ὥςπερ*. Hinc Porsonus pro *ὥςπερ* putavit *ἐπεὶ* scribendum esse. Sed *ἐπεὶ — γε* IX, 18, 4. extr. (ubi v. adn.) in diversitate narrationis indicanda ponitur, quae significatio ab hoc loco, ubi non de diversis patribus aut matribus, sed de matre atque patre sermo est, videtur aliena. Nos *ἔτι* scripsimus i. e. *praeterea*. Pro *γε* Mosq. offert *τε*. De Atheniensibus *Oceanum Nemesi patrem tribuentibus* I, 33, 3.

§. 2. *Ἴωσι — χώρα*. Similiter VIII, 28, 2. *γῆν εὖ τῶν ὡρῶν ἔχουσαν* dixit. *ὡρῶν κλάσις temperamentum anni temporum*, ut neque frigus neque aestus modum excedat, et nimia pluvia absit atque siccitas. Xenophon de redit. I, 2. suae Atticae *ὥρας πρᾳοτάτας* vindicans idem videtur significavisse. Herodotus de *situ Ioniae praestantissimo* loquens I, 142. *οἱ Ἴωνες*, inquit, *τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ὡρέων ἐν τῷ καλλίστῳ ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.* (ubi Valckenarius plures locos de v. *ὧραι* ita posito affert), et 149: *οἱ Αἰολέες χώρην μὲν ἔτυχον κτίσαντες ἀμείνω Ἰώνων, ὡρέων δὲ ἥκουσαν οὐκ ὁμοίως.* Pausanias paulo post §. 5. *τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν* laudat in Ionia. Pro *ὡρῶν* in Aldina est *ὀρῶν*. Ad *μεγέθους — πλούτῳ* animo addendum *θέας ἄξιον*, quod latet in praecedentibus. Hoc *templum Ephesiae Dianae* Chersiphro seu Ctesiphon exstruxit; quod quum Herostratus incendisset Olymp. CVI, 1, *ἄλλον νεὼν ἀμείνω κατεσκεύασαν συνενέγκαντες τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον, καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας*, ut ait Strabo XIV, 640. (535.) Cf. et de hoc

templo Winckelmanni Opp. I. p. 377 sq. et 456 sq. De *Minervae aede apud Phocaeos incensa* iam dixit II, 31, 9. Φωκέα pro Φωκαίᾳ Mosq.

§. 3. Ἡσθείη Mosq. *Hercules apud Erythraeos cultus* non Amphitryonis filius sed unus ex Idaeis Dactylis fuit seu Tyrius, ut patet non tantum ex hoc loco sed etiam ex IX, 27, 5. De artis operibus *Aeginaticis et Aegyptiis* indices in Winckelm. Opp. p. 8 sqq. ἐπ' αὐτῆς θεὸς Vulg. Lectionem Mosquensem quam nunc video confirmari Par. 1410. et 1411, ἐπ' αὐτῇ ὁ θεὸς mecum recepit Clavier. ἡ θάλασσα ἡ Ἰώνων quae sit dictum est ad I, 4, 1. Eodem modo loquitur de hoc mari Herodotus V, 50: ὁ̓ζοσέων ἡμερέων ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἰώνων ὁδός. Pro vulgato πρὸς Ἥρᾳ Facius e Vindob. 23. et 51, in quibus est πρὸς ἀέρα, dedit πρὸς ἄκρᾳ, quod Sylburgii acumen iam invenerat. καλου Μεσάτην Mosq. Vulgata ἡ δὲ ἔστι μὲν τῆς ἠπείρου τοῖς ἐκ τοῦ Ἐρυθραίων λιμένος ἐς νῆσον τὴν Χίον πλέουσι τοῦτο ἐπὶ μεσαίτατον haud dubie corrupta est. Kuhnius legendum censuit ἐπὶ τὸ μεσαίτατον· quod Clavier repetivit. Facius putavit durius hoc dictum esse pro κατὰ τοῦτο ἐ. μ. vel ἐπὶ τοῦτο μ. Nobis etiamnunc videtur hic locus ita refingendus esse: ἡ δὲ ἔστι μὲν τῆς ἠπείρου, τοῖς δὲ ἐκ τοῦ Ἐρυθραίων λιμένος ἐς νῆσον τὴν Χίον πλέουσι τοῦτο ἐπιμεσαίτατον. *Hoc promontorium est quidem continentis, iis autem, qui ex Erythraeorum portu in insulam Chium navigant, hoc vere medium est.* τὴν Χῖον Mosq. De loco πολὺν μὲν οἱ Ἐρυθραῖοι πόνον — ἔσχον iam dictum est ad IV, 16, 2. p. 318. adde Herod. IX, 8. σπουδὴν ἔχοντες πολλήν. Paus. I, 4, 3. μείζονα εἶχον πόνον. Parentheseos signa, quibus verba διέφθαρτο — Φορμίων ἦν Facius et cum eo Clavier circumdedit, removi. δὲ οἱ pro δέοι Mosq., ut supra cap. 4, 6. sub fin. καὶ οὔσαις — βίος. „Kuhn. haec ita interpretatur: *innuit, domi liberas ingenuasque fuisse illas Thressas, quamvis apud Erythrenses servirent.* At pro οὔσαις scribendum esse ὅσαις persuasum habeo; sic enim sensus expeditus: *Thracii autem generis mulieres, et quae serviebant, et quae ingenuae ibi degebant.*" Facius, cuius hanc correctionem Clavier in contextum admisit. At me quidem iudice haec neque Kuhnius interpretans neque Facius corrigens audiendus est, neuter, ut videtur, memor observationis, loco pronominis relativi seu adiectivi ὅσοι repetendi saepe poni pronomen demonstrativum αὐτός (ut VIII, 24, 4.) seu σφεῖς, ut VIII, 27, 4. 43, 3. Est quidem hoc loco καὶ οὔσαις σφίσιν positum pro καὶ ὅσαις οὔσαις ἐλευθέραις sed non ita corrigen-

dum. Facius ὅσαις pro οὔσαις proponens haud dubie proximum σφίσιν expunctum voluit: quod quum omisisset indicare, Clavier ὅσαις σφίσιν ἐλευθέραις ἦν ἐνταῦθα βίος non
ἀκ
dubitavit scribere. Θράσαις Mosq. Quod O. Mueller in Gesch. Hellen. Staem. T. I. p. 388. 399. de *Ionicarum Erythrarum origine Boeotica* et de his Thressis e Boeotia oriundis dicit, id quibus veterum testimoniis confirmetur, non invenio.

§. 4. Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πόλον (ἔχει), sed II, 10, 4. φέρουσα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πόλον, et IV, 30, 4. πόλον ἔχουσα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. Pro πόλον habet hic πόλιν Mosq. quo vitio non confirmabitur dubitatio ad IV, 30, 4. commemorata. Heynius autem in Opusc. Academ. V. p. 342 sq. suasit, ut pro πόλον hic πῖλον legeretur et Minerva cogitaretur *pileata*, quoniam Troiana quoque Minerva pileata fuerit teste Eustathio. Quod Creuzer in Symbol. T. II. p. 697 sq. ed. secundae ita sequitur, ut πῖλον interpretetur *galeam*, quoniam Troiana Palladia fere galeam habuerint. Equidem non puto necessarium esse, ut hic Troianam cogitemus Minervam. Quid Minerva globum gestans significare videatur Facio, indicavimus ad II, 10, 4. adde Winckelm. Opp. VI, 2. p. 8. Schwenckius in Etym. Myth. Andeut. p. 235. hanc Minervam interpretatur *deam lunae ac temporis*. πόλῳ videtur hic quoque *vertendi* notio subiecta fuisse. ἐν ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν Creuzer l. c. vertit: *in der einen Hand:* nos cum aliis: *utraque manu;* sic ἑκατέρα III, 1. extr. De *Endoeo* I, 26, 5. καὶ ἐς τὴν ἐργασίαν ὁρῶντες ἔνδον τοῦ ἀγάλματος Vulgata, quam Sylburgius ita reddidit: *et interiore simulacri opere probe inspecto;* hoc reliqui sequuti sunt, Clavier tamen suspicatus est, legendum esse τοῦ ἔνδον ἀγάλματος. Quum vero ex tota oratione pateat, intra aedem hoc Minervae simulacrum fuisse, neque, hoc ut isto etiam modo declararetur, necessarium ducere potuisse Pausaniam, non est admittenda haec correctio, magis illa speciosa quam vera. Mosquensis τοῦ ante ἀγάλματος omisit, ut puto, recte; nam, nisi fallor, a Pausania ipso ita scriptum est: καὶ ἐς τὴν ἐργασίαν ὁρῶντες ἔν τε τῷ ἀγάλματι καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ ταῖς Χάρισί τε καὶ Ὥραις· sic nectitur ἡ ἐργασία ἐν τῷ ἀγάλματι et ἐπὶ ταῖς Χάρισί τε καὶ Ὥραις. Vitio ἔνδον orto Genitivus ἀγάλματος accommodatus est. Equidem enim non assequor, quae sit illa ἐργασία ἔνδον τοῦ ἀγάλματος, quum hoc simulacrum ligneum δι᾽ ὅλου πλῆρες fuerit, nec pendigines seu cava occulta habuerit, ut simulacra eburnea aut aenea. Me igitur iudice significare voluit scriptor, *opificii rationem eandem*

fuisse in hoc Minervae simulacro et in Gratiis Horisque sub dio stantibus, αἳ πρὶν — ὑπαίθρῳ· in quibus vertendis Goldhagenus sequutus est Amasaei errorem. Sed πρὶν ἐλθεῖν haud dubie corruptum est ex πρὶν ἐςελθεῖν. Hic quoque Mosq. οὐχήκιστα exhibet ut cap. 1, 3. κορυφῆς ante Facium, qui Amasaeum sequutus Κορυφῆς scripsit. Haec θάλασσα ἀμιγὴς ὕδατι ἀλλοίῳ videtur esse *permagnus lacus, in quem nulli se exonerant fluvii aut fontes.*

§. 5. Τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως. cf. ad §. 2. adn. De hoc *Cenchrio* Strabo XIV. p. 948. (639.) Πίονος Vulg. quam confirmat Plinius H. N. V, 31. Salmasium autem Exercit. p. 808. 809. Πρίωνος emendandum putare, Facius adnotavit. idem visum est Clavierio. Ἁλίταιαν Vulgata. Plinius V, 31. ait: „Ephesus attollitur monte *Pione*, et fons in urbe est *Callipia*.“ Ortelius narrat in Cod. MS. legi *Alipia*, quod praetermisit Harduinus dicens, in omnibus MSS. reperiri *Calipia*. Et est forsan qui suspicetur, hic quoque Ἀλιπίαν legendum esse, praesertim si illud ex Etym. M. p. 60, 47. memoria teneat: Ἀλειπὴς, πηγὴ ἐν Ἐφέσῳ· quod idem legitur in Etym. Gudiano. neque ego contra dixerim, alterum horum fontium in urbe alterum in agro Ephesiorum fuisse. τε post πηγὴ et ἐς post ὅσα Mosq. omisit; idem ἔρωταν habet. De fonte *Biblide* cf. 24, 4, ubi, in quo loco fuerit, indicatur. καὶ ante δένδρα Mosq. recte omisit. μηλαίαι pro μελίαι Mosq. Ἄλης Vulg. Cum Amasaeo scribimus Ἄλης ut cap. 3, 2, ubi de hoc fluvio dicebamus. Ἄλυς Vindob. Haec Lebediorum λουτρὰ iam cap. 3, 2. memorata sunt. Ex iis autem quae hic continuo de Teiis et Clazomeniis adduntur, patet, Pausaniam λουτρὰ et *de aquis ipsis et de aedificio super iis exstructo*, dixisse, neque inter λοῦτρα et λουτρὰ distinxisse v. de hoc discrimine ad cap. 3, 2. τὰ μὲν ἐπὶ τῷ Κλύδωνι ἐν πέτρας χηραμῷ Francof. et Kuhn. sed Sylburgius „appellative, inquit, scribendum κλύδωνι· significat enim in ipso littoris gurgite calidas aquas cavernosis saxis erumpere.“ Facius scripsit quidem κλύδωνι, ut ait, ex Aldina cum Sylburgio et Kuhnio, suspicabatur autem veram lectionem fuisse ἐπὶ τῷ Κλύδωνι ἐν πέτραις χειμάῤῥῳ *ad Clydonem torrentem in saxis*, quoniam Vindob. 51. det Κλήδωνι, et Vind. 23. χημαρῷ (Mosq. etiam χημαρῶ offert) uterque autem Vindobonensis ἐν πέτραις. Hunc sequutus solum Clavier scripsit: ἐπὶ τῷ κλύδωνι ἐν πέτραις, χηραμῷ et vertit: *dont les uns, en terre cuite, sont sur les rochers baignés par la mer.* Idem addit in Supplem.: „Il veut dire que les baignoires étoient tout simplement en terre

cuite, tandis que les autres étoient construites avec luxe." Nobis hic locus non emendatione videtur sed iusta interpretatione egere. *κλύδων* ut IV, 35, 1. est *mare littus alluens, littus extremum.* Sic Virgil. G. III, 541. *genus omne natantum littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus proluit.* In Hesychii glossa *κλυδών* (ita ibi scribitur), *χώρα. καὶ ἡ τοῦ ὕδατος φορά* videtur vestigium huius significationis relictum esse. Deinde ut hic *ἐν πέτρας χηραμῷ*, ita IX, 38, 3. legitur *ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας*, ubi vitium *χημαρῷ* in Mosq. repetitum est. Est autem *πέτρας χηραμὸς spelunca saxi seu cavernosum saxum.* Sic apud Homerum Iliad. XXI, 494. de columba est: *ὑπ' ἴρηκος κοίλην εἰςέπτατο πέτρην χηραμόν.* Inprimis huc illa Phavorini pertinent: *χηραμοί — σπήλαια. καὶ μέχρι δὲ ἄρτι πολλοὶ τῶν ἑλλαδικῶν, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ Πελοπόννησον χηραμοὺς τὰς παρὰ θάλασσαν ῥαγάδας* (cavernosas) *πέτρας φασὶ κατά τινα παραφθοράν·* dicunt enim *χηλαμοὺς, ἰδιωτικῶς.* cf. Eustath. ad Hom. Odyss. II. p. 100. vers 339. qui *χηραμὸν* et *χηλὸν* ducit a *χῶ, χήσω τὸ χωρῶ.* Hesychio quoque *χηραμοὶ* sunt *σπήλαια* et *κοῖλαι πέτραι.* Pausanias infra cap. 22, 1. transtulit hanc vocem ad *platanorum vetustate exesarum cavernas.* Non igitur hic locus videtur corrigendus fuisse. Nibby tamen Facii expressit coniecturam; sic sparsi crescunt errores. Deinde Corayus legendum censuit *καὶ Κλαζομενίοις δέ.* Pro vulg. *Χαλκίτις* est *Χαλκίας* in Mosq. nos *Χαλκῖτις.* scripsimus. *Χαλκιδεῖς* in illa regione memorat Strabo XIV, 644. *τῶν ἐν Ἰταλίᾳ λουτρῶν* Mosq.

§. 6. Fortasse quispiam emendaverit *Μέλης ὕδωρ ἐστὶ κάλλιστος.* Cum his *σπήλαιον — λέγουσι* cf. Strabo XIV, 646. et de *Oenopione* cap. 4, 6. Sed *θαύματα* non tantum miracula, verum etiam *res cognitu et memoratu dignae sunt.* Sic et §. 5. et Herod. I, 93. *Θαύματα γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει.* Cf. adn. nostram ad VIII, 46, 2. In Mosq. *καὶ* post *πόλλα τε* desideratur.

CAPUT VI.

§. 1. *Τότε δ'* Vulg. *Τότε δὲ* nos e Mosq. *ἀπεληλυθότων Ἰώνων οἱ Ἀχαιοὶ τὴν Ἰώνων διελάγχανον* Vulgata. — *ἤν τε οἱ Ἀχαιοὶ* Vind. et Mosq. ex quo Facius iam eruit *γῆν τε οἱ Ἀχαιοὶ*, quod codicibus Par. 1410. 1411. confirmatum nobiscum recepit Clavier. Similiter cap. 11, 1. *γῆς* excidit e Mosq. *ὁπόσα* Mosq. *Δύμη κ. τ. λ.* Catalogum harum duodecim

urbium fecerunt etiam Herodotus I, 145, Polybius II, 41. (eius aetate omnes praeter Olenum et Helicen adhuc supererant, de qua re cf. ad cap. 25, 5.) et Strabo VIII, 385. (299 sqq.) Quae de singulis his urbibus narranda erant, ea Pausanias inde a cap. 17, 3. persequitur. Sed quomodo quum in nominibus tum in ordine harum XII. urbium scriptores de iis narrantes discrepent, haec eorum comparatio docebit: inter Herodotum et Strabonem summa est consensio, sed ab iis discessit Polybius, et rursus aeque ab illis atque ab hoc Pausanias. Ordo igitur et nomina sunt

apud Herodotum et Strabonem	apud Polybium	apud Pausaniam
Πελλήνη	*Πάτραι*	*Δύμη*
Αἴγειρα	*Δύμη*	*Ὤλενος*
Αἰγαί	*Φαραί*	*Φαραί*
Βοῦρα	*Τριταία*	*Τρίταια*
Ἑλίκη	*Λεόντιον*	*Ῥύπες*
Αἴγιον	*Αἴγειρα*	*Αἴγιον*
Ῥύπες	*Πελλήνη*	*Κερύνεια*
Πατρέες (*Πατρεῖς*)	*Αἴγιον*	*Βοῦρα*
Φαρέες (*Φαρεῖς*)	*Βούρα*	*Ἑλίκη*
Ὤλενος	*Κερύνεια*	*Αἰγαί*
Δύμη	*Ὤλενος*	*Αἴγειρα*
Τριταιέες (*Τριταιεῖς*)	*Ἑλίκη*	*Πελλήνη*

Leontium igitur solus habet Polybius, *Ceryneam* omiserunt Herodotus et Strabo, *Rhypes et Aegas* Polybius, et *Patras* Pausanias; causam vero cur has ex suo excluserit catalogo Pausanias, statim aperit §. 2. *Δύμη — πρώτη.* II, 9, 1. *Δύμη ὑπὲρ Πατρῶν* ubi v. adn. *Ὤμενος* Mosq. *Τριταία* Vulgata; ego scribendum putavi *Τρίταια* ut VI, 12, 3. p. 481, ubi v. adn. *Τριτία* Mosq. ut in Vulgata cap. 22, 4. Ante *Ῥύπες* deest in Vulgata *καὶ*, quod e Mosq. inserui. Pro *Ῥύπες* olim hic fuit *Ῥίπες*, quod iam a Sylburgio correctum est. cf. et 18, 5. 23, 4. 5. De hac urbe Achaei *Ἄρυπες* dicti et *Ῥύπες*. v. Phavor. Etym. M. et Pherecyd. Fragm. p. 216 sq. *Ἐάσιον* Vulg. *Αἰάσιον* Par. 1410. 1411. Vind. *ἀλάσιον* Mosq. „Amasaeus legit *Θάσιον*, sed verum est *Αἴγιον*, ut partim ex Herodoti et Strabonis (atque Polybii) catalogo licet cogno-

scere, partim ex ipso autore nostro. Quum enim duodecim primarias huius regionis urbes enumeret, et Aegio post Helicen primas tribuat cap. 7, 1. et 24, 3, non est verisimile, Aegium hic ab eo fuisse omissum." Sylburgius. Idem senserunt Kuhnius, Goldhagenus, Facius, et *Αἴγιον* nobiscum scripserit Clavier. *Κεκύρινα* Vulg. Codd. Paris. et Mosq. *Κερκύρινα* Vind. *Κερυνία* Athen. l. p. 31 f. Nos quum ex Polybio tum ex Pausania ipso cap. 25, 5 sqq. *Κερύνεια* scripsimus: idem fecit Clavier. *Αἰγαῖται* pro *Αἰγαί τε* Mosq.

§. 2. Ad *τοῖς Ἀχαιοῖς* non supplendum *ἐν*. *Σπάτων* Mosq. *Τέλλης* Vulg. Pro eo in codicibus 1410. et 1411. esse *Τέλλις* Clavier testatus est in Suppl. et Histoire des premiers temps de la Grèce T. II. p. 192. Graecum nomen *Τέλλις* esse, intelligitur e X, 28, 1. recepimus igitur hanc lectionem; eam nunc in Clavierii quoque editione expressam videmus. *οὗτοι δὲ* Vulg. *οὗτοι δὲ δὴ* Vind. *οὗτος δὲ δὴ* Mosq. Hinc scripseramus *οὗτοι δὴ·* nunc autem cum Corayo *οὗτοί τε δὴ* corrigimus. Huius *Damasiae* iam facta mentio est V, 4, 2. p. 382. *οὗς* pro *ὁ υἱὸς* Mosq. *ὑπὸ Ἀχαιῶν* Vulg. nos e Vind. *ὑπὸ τῶν Ἀχ.* dedimus. *ἐδόθη κτήσασθαι πόλιν ἐν τῇ χώρᾳ* Vulg. Rectius hic Sylburgio videbatur esse *κτίσασθαι* *condere* atque hoc in contextum intulit Clavier, confirmatum dicens codd. Par. 1410. 1411. Nos de hoc Medii usu dubitantes Vulgatam retinendam putavimus et ita interpretandam: *data ei est potestas possidendi urbem in hac regione*; significatur urbs *Aroë*, cui auctae de se Patreus nomen dedit *Patras*, quod ipse narrat Pausanias cap. 18, 3. Est quidem apud eundem III, 2, 1. *Πατρεῖ τῷ Πρευγένους κτίζοντι ἐν Ἀχαΐᾳ πόλιν*, quatenus Aroës pomoerium protulit, sed ibi quoque est *κτίζειν* non *κτίζεσθαι*. rursus *ἀποδιδόασιν ἑκάστοις γῆν κτᾶσθαι* VII, 16, 7. Quod antea fuit in Eurip. Phoen. 687. (715.) *ἐκτίσαντο*, locum nunc cessit lectioni *ἐκτήσαντο*.

§. 3. *Κατὰ δὲ τὴν Ξέρξου καὶ Μήδων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ὁδόν* Vulg. Sylburgius maluit *ἔφοδον* quam *ὁδόν*. Possit quis Vulgatae tenacior obiicere et Xenophontem, cuius in Anab. I, 4, 11. *ὁδὸς* sit *expeditio bellica*, et Pausaniam ipsum, qui IX, 15, 3. scripserit *Ξενοφῶντος τοῦ Κύρῳ ὁδοῦ μετασχόντος ἐπὶ βασιλέα*. Sed tutius est expellere hanc vocem, quippe quae neque ad sententiae integritatem vel perspicuitatem necessaria sit, neque in codice Mosq. legatur; nos interea ad uncos eam damnavimus, quum ex praecedentibus assumendum sit *ἐπιστρατείαν*, neque negari possit, apud Pausaniam non raro vocabulum antea positum postea ita omitti, ut e proximis in-

telligatur. Cf. adnotata ad VI, 13, 14. *συμμαχίων* pro *συμμάχων* Mosq. *Πλαταιάσι* Vulg. *δὴ* post *δῆλα γὰρ* cum Mosq. omisi. *ὅτι ἐπὶ τῷ ἀναθήματι τῷ ἐπ' Ὀλυμπίᾳ τῶν Ἑλλήνων οὐ μετῆν Ἀχαιοῖς γεγράφθαι* Vulg. Primum pro *ἐπ' Ὀλυμπίᾳ* videtur cum Sylburgio corrigendum *ἐν Ὀλ.* Deinde ex utroque Vindob. et e Mosq. scripsi *Ἑλλήνων μετῆν ἂν καὶ Ἀχαιοῖς·* quod Clavier quoque recepit pariter in codd. 1410. 1411. inventum. De illo *donario* Iovi Olympiae dicato et simul de populorum inscriptorum nominibus dixit V, 23, 1. *δοκεῖν δέ μοι, ἐς πατρίδας τε ὑποληφθέντες ἕκαστοι τὰς αὐτῶν ἔσωζον* Vulg. sed Vind. et Mosq. habent *δοκεῖ·* Sylburgius autem suspicabatur legendum esse *ὑπολειφθέντες*, ut *ἐς πατρίδας* positum esset pro *ἐν ταῖς πατρίσι*. Facius, cui codicis Mosq. lectione *ὑπολιφθέντες* Sylburgii emendatio videbatur confirmari, in contextum recepit *ὑπολειφθέντες*, *ἐς* autem ante *πατρίδας* deleri malebat. Denique Clavier hunc locum ita scripsit: *Δοκεῖ δέ μοι, ὡς πατρίδας τε ὑπολειφθέντες ἕκαστοι τὰς αὐτῶν ἔσωζον*, e codd. 1410. 1411. *δοκεῖ* et *ὑπολειφθέντες*, de suo autem dans *ὡς* pro *ἐς*, atque reddidit: „Ils étoient, à ce que je crois, restés dans leur pays, pour défendre chacun leurs villes.“ Hinc nobis videmur veram hanc eruere lectionem: *δοκεῖ δέ μοι, τὰς πατρίδας τε ὑπολειφθέντες ἕκαστοι τὰς αὐτῶν ἔσωζον* *mihi autem videntur, relicti suam quisque patriam tueri studuisse.* *ἐς τὴν συμμαχίαν ἦσαν οἱ Ἀχαιοὶ πρόθυμοι Πατρεῦσι, καὶ ἐς τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἧσσον εἶχον γνώμην* Vulg. In Vindob. est *γνώμης* et in Mosq. *εἶχε*. Clavier recepit e Vind. *γνώμης*, sed praeterea pro *Πατρεῦσι* non dixit unde dedit *Σπαρτιάταις·* sed Vulgata indicat, Achaeos opem tulisse Patrensibus, quoties hoc bello vexarentur a Lacedaemoniis: neque a Vulgata in versione sua discessit Clavier. Ad *εἶχον γνώμης* intelligitur *εὖ*, ut Herod. I, 149. *τῶν δὲ πολεμηθέντων ὕστερον ὑπὸ τοῦ Ἕλλησι κοινοῦ* Vulg. Sed in Mosq. est *πολέμων δὲ τῶν* quod Vindobonensi confirmatum Facius recepit. *τοῦ Ἕλλησι κοινοῦ*, ubi Dativus Genitivi locum tenet, Boeckhius V. Celeberr. in litteris ad me datis mutatum volebat in *τοῦ Ἑλληνικοῦ*. Clavier nulla codicum mentione facta dedit *τοῦ Ἑλλήνων κοινοῦ*. cf. VI, 4, 4. In Mosq. est *χερωνεία*. Nec Wesselingius ad Diod. S. XVIII, 12. putabat iniuria natam Sylburgio suspicionem de Vulgata *τὸν πρὸς Λάμῳ καλούμενον πόλεμον·* et sane videtur, quum, quod Sylburgius iam monuit, verius nomen sit *Λαμία*, scribendum esse *πρὸς Λαμίᾳ·* atque ita iam scripseram in minore mea editione, quum et Boeckhius per litteras mihi significavit, co-

dem se modo corrigi velle, et in Clavierii editione hanc inveni lectionem: *τὸν πρὸς Λαμίαν καλούμενον πόλεμον*, quae tamen codicibus non debetur. Simile vitium *τῆς πρὸς Κνίδον ναυμαχίας* I, 2, 2. a nobis sublatum est. v. adnotata ibi. Nomen *Λαμία* est paulo post §. 4. I, 1, 3. 8, 4. VI, 4, 4. VII, 10, 1. apud Strabonem IX, 433. et Diod. Sic. l. c.

§. 4. *Χείλωνα.* vide de eo VI, 4, 4. *Λάμιαν* Vulgo, ut VI, 4, 4. *Dianae Persicae* etiam in Diodori Sic. V, 77. mentio fit, ubi vide Wessel. adde Creuzeri Symbol. IV. p. 201. Numum huius Deae nomen ferentem laudavit Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 37. Vulgatum *στρατείαν* mutavimus in *στρατιάν.* In Mosq. est *ἀποτειχίσεια·* idem *δὴ* post *τοῦτο μὲν* omisit.

§. 5. *Καταχθέντες ὑπὸ Κασσάνδρου* Mosq. Pro *τῶν ὕστερον* Goldhagenus voluit *τῶν ὑστέρων* sine idonea causa, quum *τὰ ὕστερον* sint *novissima.* Cf. ad VI, 15, 4. „sont les actions faites en dernier lieu, c'est-à-dire, la guerre de Lamie et celle contre les Gaulois" Clavier in Supplem. *οὔ ποτε* Porsonus mutandum censuit in *οὔ πω.*

CAPUT VII.

§. 1. Ante Facium *συνημμένων·* is e Vind. et Mosq. *συνισταμένων* dedit. *πλὴν Πελλήνης* significat *Chaeronem*, de quo v. cap. 27, 3. ubi noster locus illustratur. *ἀπὸ τῆς νόσου τῆς λοιμ.* ea quae sit, patet e I, 3, 3. II, 32, 5. VIII, 41, 5. *βουλεύματα — καὶ τὰ ἔργα.* Hic quoque articulus posteriori nomini additus ut IV, 34, 1. *ἐς Αἴγιον.* „Non tantum Autor sed et Livius XXXVIII, 30. hoc asserit, nec Strabo dissentit, quum VIII, 385. communem conventus Achaici locum dictum voluit *Ἀρνάριον* vel *Αἰνάριον.* nam idem p. 387. Aenarium pertinuisse ad Aegienses edocet. Ubi Casaubonus notat, tres esse diversas *γραφὰς* unius loci, *Ὁμάριον* scilicet ex Polybio lib. 5. *Aenarium* et *Arnarium.* Mihi videtur *Ὁμώριον* fuisse genuinum loci nomen, eo quod ipse Polybius lib. 2. Histor. asserit, Crotoniatas, Sybaritas et Caulonitas imitatos esse formam reipublicae Achaicae, primum in eo, quod *Διὸς Ὁμορίου κοινὸν ἱερὸν καὶ τόπον ἀπέδειξαν, ἐν ᾧ τάς τε συνόδους καὶ διαβούλια συνετέλουν.* Certe non potuisset dici, illos imitatos esse Achaeos, nisi Achaei et nomen loci idem et eadem loco congrua iam ante habuissent. Itaque archetypum Iovis Ho-

morii primo habuerunt Achaei, typum vero et ἀφίδρυμα Crotoniatae cum sociis. Fuit autem antiquitus, quum conventus ageretur Achaicus apud urbem Helicen, Iovis Homorii templum lucusque ibidem; illa vero aquis demersa, Aegiensibus cessit Helices ditio, et cum ea conventus in templo Iovis Homorii, qui nomen habet a *coniunctione finium*, quod inspector communium finium habebatur. *Amiterminus* vel *Ambiterminus* dici posset ex Glossario Cyrilli." Kuhnius. cf. ad c. 24, 2. μετὰ Ἑλικ. ἐπικλ. vide cap. 24, 6. δόξης pro δόξῃ Mosq. ἐπεσχόντες pro ἐπισχόντες idem. συντελεῖς pro συντελεῖν Mosq. ἔπειθεν, ὅτε ante Facium qui e Vind. ἔπειθεν, ὅτι reposuit. Idem τὸ quod antea fuit ante πλέον, auctoritate codd. Vindobonensium 23. et 51. atque codicis Mosq. delevit; nos restituimus. cf. Theocr. I, 20. Post ἑώρων Mosq. inserit αἵ ἐς· sed hoc videtur e margine illatum esse, ubi fortasse scriptum fuit: αἵ ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν συντελεῖς.

§. 2. Ἄγις vulgo. sed vide ad III, 2, 1. adn. Pro Ἆγις εἷλεν ὅ est Ἀγησίλαος in Mosq. Vulgatam tuetur locus II, 8, 4, ubi idem traditur. adde VIII, 27, 9. Κλεομένης κ. τ. λ. Cf. II, 9, 1. 2. Ἀντίγονός τε Vulg. Ἀντίγονος δὲ e coniectura Clavierius. De hoc *Antigono* Philippi tutore cf. VI, 16, 3. Simsonus autem in Chron. cathol. A. M. 3772. et Wesselingius verisimilius esse probare studuerunt, hunc Antigonum Demetrii ipsius patruelem fuisse. αὐτίκα παραβὰς omisit Mosq. ἠνδραποδίσατο — πόλιν. De hoc iniusto Cleomenis *impetu in Megalopolin* cf. VIII, 27, 10. 28, 4. τὸ ἐν Σελλασίᾳ πταῖσμα. vide de eo II, 9, 2. ἐν λόγοις τοῖς Ἀρκ. cap. 27, 10. Pro ἀφιξόμεθα est ἀφίκετο in Mosq. Idem proxima ἐς μνήμην — ὡς ἀφίκετο omisit.

§. 3. Παρὰ ἑκόντος. ut Iustinus *eo mortuo*, ut Plutarchus in Arato refert, *eo aegroto*; quod Kuhnius adnotavit. In ὅσοις Sylburgius notavit brachylogiam. δέρμασι Mosq. pro κέρμασι· hoc autem Corayus commutatum voluit cum κέρδεσι, quippe quod infra cap 10. init. legatur. κέρματα, χρήματα Hesychius. κέρματα, τὰ λεπτότατα Phavorinus. Videntur *lucella* hoc vocabulo significari *eaque parva*, ut apud Iuven. XIV, 218. *vendet periuria summa exigua.* ἐπὶ δεξιότητι καὶ φιλίᾳ „*comitatis et amicitiae gratia.* φιλοτησίαν vocant Graeci hanc propinationem. Hesych. φιλοτησία, πρόποσίς τις μετὰ τὸ δεῖπνον ὑπὲρ φιλίας" Kuhn. Apud Phrynichum in Bekkeri Anecd. p. 70. est: φιλοτησίας ἕνεκά σοι προπίνω, οἷον φιλίας. Etiam Schneider in Lex. gr. adnotavit, δεξιότητα h. l. esse δεξίωσιν. Ante Facium legebatur φαρμάκων δὲ.

hic e Vind. et Mosq. *φάρμακα δὲ* edidit. Vulgatam Clavier recte retinuit, suis eam codicibus omnibus confirmatam dicens. Quum anacoluthia, quae latet in enunciatis *προπίνειν δὲ — ἦν ἐλαφρότατον* non esset animadversa, varia tentarunt Facius ac Clavier, quorum ille quidem *ἃ δὴ — ἀρχὴν* parentheseos signis inclusit, hic autem coniecturam proposuit: *Φιλίππῳ τῷ Δ. τόλμημα ἦν ἐλαφρ.* sed neutrum eorum probari potest, quum *ὁ μὲν τοῦ Ἀ. Φιλ.* et *Φιλίππῳ δὲ τῷ* sibi respondere manifestum sit. Scriptor voluit hoc dicere: *προπίνειν δὲ — κύλικας οὐκ οἴνου, φάρμακα δὲ ἐς ὄλεθρον ἀνθρώποις, ἃ δὴ ὁ τοῦ Ἀμύντου Φίλιππος οὐδ᾽ ἐπενόησεν ἀρχὴν, Φιλίππῳ τῷ Δημητρίου τόλμημα ἦν ἐλαφρότατον.* Eadem anacoluthia in causa fuit, quod *τὰ φάρμακα* per abundantiam adderetur. Fluxit autem haec anacoluthia e pronomine relativo *ἃ* posito pro pronomine demonstrativo, et evanescet si ita scriptum fingas: *τοῦτο ὁ μὲν τοῦ Ἀμύντου Φίλιππος οὐδ᾽ ἐπενόησεν ἀρχὴν, Φιλίππῳ δὲ τῷ Δημητρίου τόλμημα ἦν ἐλαφρότατον* *Propinare autem in conviviis benevolentiae et amicitiae gratia pocula non vini sed venena hominibus letifera, hoc Philippo Amyntae ne in mentem quidem, ut mihi videtur, unquam venit, Philippo autem Demetrii conamen erat facillimum.* De his istius Philippi caedibus cf. II, 9, 4. 5. Pro vulgato *κατεῖχε καὶ τρεῖς* Corayus auctor fuit ut scriberetur *κατεῖχέ τε τρεῖς* vel potius *κατεῖχε δὲ καὶ τρεῖς.* In Mosq. *τῆς Ἑλλάδος* bis positum est. *κλεῖς τῆς Ἑλλ.* „Livius l. 24. Philippum non contumeliosius quam verius *compedes* eas Graeciae appellasse notat: ex Livio C. C. Non abludit quod de Acrocorintho et Ithoma dixit Demetrius Pharius ad eundem Philippum: *ἑκατέρων κεράτων*, inquit, *κρατῶν μόνως ἂν ὑποχείριον ἔχοις τὸν βοῦν.* Polyb. l. 7. hist. Strabo l. 8." Kuhn. adde Not. ad Hellen. nostra p. 67. *ἐτετείχιστο* Vulgata, cui multum praestat lectio codicis Vindob. *ἐπετετείχιστο.* *ἐπιτειχίζειν* construitur cum Dativo, hic cum repetita praepositione *ἐπὶ*, atque etiam cum *κατά.* v. Schaefer ad Apoll. Rh. T. II. p. 339. In Etym. M. p. 254, 41 sqq. est *Δεκέλεια Ἀθηναίοις ἐπετειχίσθη*, et apud Strab. VIII, 359. *ἐπιτείχισμα τοῖς Λακεδαιμονίοις.* quanquam apud Diod. S. XIV, 87. *Μεσσήνην τειχίζων ἐπ᾽ αὐτοὺς* reperitur. „Autor more Homeri vetus urbis (*Magnesiae*) nomen retinuit. Nam ex Magnesia aliisque circumiectis vicis iam tum coaluerat *Demetrias*, nomen trahens a Demetrio Poliorcete. Ideoque pro Magnesia Polybius XVII, 17. habet Demetriadem." Kuhn. adde Strabo IX, 436. (619.) et Steph. B. v. *Δημητρ.* *ὑπὸ*

τὸ Πήλιον. Sed apud Strab. IX, 438. ἔστι ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κώμη et Pind. Ol. VI, 130. (77.) rursus Noster cum Accusativo X, 36, 2.

§. 4. Ἐπίεξε Mosq. ἐν τῇ Ἀτθ. συγγρ. est I, 36, 4. Verbo συνάρασθαι quomodo Pausanias usus sit, ostendi in Notis ad Hellen. p. 333. κατέφευγον Mosq. Αἰτωλοὺς pro Αἰτωλοῖς idem. ἐν κατασκοπῇ Kuhnio dictum est pro εἰς κατασκοπὴν *ad explorandas res Macedonicas.* Lobeckius in Phrynicho suo p. 475. malebat legi ἐπὶ κατασκοπῇ· quod praetulerim. Similiter est ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πραγμάτων ἀφίκετο apud Aeschinem de falsa legat. 72. τε post στρατιὰν Mosq. omisit; idem et hic et postea habet ὀτίλιον pro Ἀτίλιον. „*A. Attilius Serranus*, cui Praetori sorte contigit classis et Macedonia, Liv. 35, 20. 36, 2. praefectus Romanae classis dicitur, cui successit C. Livius cap. 42. non vero Flaminius (ut est apud Pausaniam hoc loco). Idem Livius 31, 14. Athenas missum refert C. Claudium Centonem cum 20 longis navibus et militum copiis. v. et c. 22.“ Kuhn. πατῶθεν pro πατρόθεν Mosq. ὁπότε ὀλίγιστα Mosq. Paris. 1410. 1411. omisso ᾗ· eodem modo edidit Clavier. Porsonus ᾗ retinens ante ὀλίγιστα vulgatum ὁπότε mutabat in ὁπόταν. Pro ἐπὶ πλέονα Facius ἔτι πλέονα scripsit ut Sylburgius iam voluerat. Pro έων in Εὐβοέων est spatium vacuum in Mosq. et ἐς αιτιαιαν pro Ἑστίαιαν. Vulgo Ἐτιαίαν scriptum est ut cap. 26, 2. v. Stephan. B. v. Ἱστίαια. Ἑστίαια et Ἄναια. „*Anticyram* Livius a T. Quintio Flaminio captam refert XXXII, 18, uti mox *Eretriam* a fratre Flaminii L. Quintio expugnatam habet cap. 16.“ Kuhn. *Anticyram* ab hoc Atilio devastatam esse, iterum tradit Pausanias X, 36, 3. ut in Pausania nihil mutandum sit. μοι δοκεῖν Vulgo; sed Herodotus et Pausanias dicere solent ἐμοὶ δοκεῖν. cf. Herod. II, 77. Pausan. II, 1, 6. 6, 2. 11, 4. 14, 2. X, 8, 5. I, 9, 8. Φλαμίνιον. Sylburgius adnotavit, Sigonium aliosque malle *Flamininus*, et Paciaudius in Mon. Pelop. vol. II. p. 105. dicit, rescribendum ubique esse *Flamininus* Lambinum, Casaubonum, Reinarum aliosque vidisse; ipse nos ad duos Quinctiorum denarios, ad inscriptiones et ad Chronicon Alexandrinum reiicit. Hoc si sequamur, vera huius nominis scriptura Φλαμινῖνος fuerit.

CAPUT VIII.

§. 1. Ἐρέτρειαν Mosq. De *Eretria expugnata* cf. ad VII. extr. adn. ἐπὶ Κόρινθον· „Livius 32, 19. refert, ante expugnationem Corinthi autore consule legatos a fratre eius L. Quintio missos ad Achaeorum gentem." Kuhn. ἐπήγγελε pro ἐπήγγελλε Mosq. μεγάλας pro μεγάλως idem. καὶ αὐτὸν Facius dedit e Mosq. et Vind. pro καὶ αὐτοὶ, quod antea vulgabatur. ἔστι πρότερον Mosq. μετεχειρήσαντο Ald. Francof. Mosq. sed Sylburgius correxit. πόλλεις pro πόλεις Mosq. ἀρχομένας — καὶ Μακεδόνων Mosq. omisit. Vitium προεωροῦντο iam Sylburgius correxit. οἴκοιεν pro ἤκοιεν Aldina. ὡς δεσπόται προςτάττειν coniectura est Clavierii, καὶ Ἀχαιοὶ σὺν Φλαμινίῳ Vindob. καὶ ἀπέκτειναν Περσαῖον. cf. de hac re II, 8, 4.

§. 2. Τὸ ante ἀπὸ τούτου vulgatum Facius Vindobonensem ac Mosquensem codicem sequutus delevit, sed iniuria. vide cap. 18, 7. extr. 22, 2. 25, 8. VIII, 23, 2. et ita saepius. cf. Viger. cap. I. not. 30. Itaque τὸ restituimus; idem fecit Clavier, qui τὸ servatum invenit in codd. 1410. et 1411. στρατιᾶς pro στρατείας Mosq. τρίτα — Σύρων cf. VIII, 51, 1. ὅσα — ἐτάξαντο *quaecunque Achaei adversus Macedones aut Syrorum exercitum decreverunt.*

§. 3. Ἀλλήλους pro Λακεδαιμονίους et οἰκία pro οἰκεῖα Mosq. De *Nubidis* istius crudelitate testes Kuhnius citavit Polybium in fine lib. 13. Plutarchum in Philop. Livium lib. 45. τὰ ἐς — ἐνεπεπτώκει. *illico ad Lacedaemonios spectantia inciderant* i. e. *sumta erant tractanda.* λόγον pro σύλλογον et ἐδίδασκον pro ἐδίκαζον Mosq. τὰ τείχη τῆς Σπάρτης. „Iustinus 14, 6. tum demum Spartam muris cinctam refert, quum Cassander multis Graeciae urbibus bellum inferret. Livius 34, 38. ait: *Fuerat quondam sine muro Sparta, tyranni nuper locis patentibus planisque obiecerant murum.*" Kuhn. adde Liv. 38, 34. στρατίας pro στρατείας Mosq. καὶ τὰ ἐς — ἐπιτηδεύειν. Locum Livii 38, 34. *Lycurgi leges moresque abrogarent. Achaeorum adsuescerent legibus institutisque* Kuhnius iam attulit. ἐπέξεισιν κ. τ. λ. locus est VIII, 51. τὰς pro τὰ ἐς Mosq.

§. 4. Ἐπὶ Μέτελλον — ἐκ Ῥώμης. „Legati fuerunt Q. Caecilius Metellus, M. Baebius Tamphilus, Ti. Sempronius. Liv. 39, 24. De tota hac re Polyb. in Exc. c. 40 sqq." Kuhn. Verba Μέτελλον — σὺν absunt a Mosq. Pro eo, quo antea legebatur, πρότερον ἐπὶ, Facius e Mosq. πρότερον ἔτι reposuit. ἐν λόγοις τὸ ἧττον ἠνέγκατο ante Facium, qui Kuhnii recepit

emendationem ἐν λόχοις κ. τ. λ. λόχοι haud dubie huic loco aptiores quam λόγοι, sunt non *velitationes* neque *agmina*, sed *lochi* seu *manipuli*; nam δυνάμεις λόχοις oppositae sunt, quod Kuhnius iam vidit, *totae regni vires*: ἐν λόχοις hic denotat *in pugna manipulorum*. Sensus: *Pugnans contra Flaminium ac Romanos Philippus ad Cynoscephalas in manipulorum pugna inferior fuit; sed totis etiam regni viribus in aciem eductis confligens ipse hic Philippus ita superatus est proelio.* Audacior est Clavierii correctio eaque in contexto posita ἐν λόφοις τὸ ἴσον, cui non respondet haec eiusdem interpretatio: *s'étoit assez bien soutenu dans les premières rencontres.* ὁ post οὗτος Mosq. omisit.

§. 5. Κατὰ — εὐπρεπές. „Honesta oratione pacem vocant quam Philippus impetravit a Romanis, re vera autem servitus erat et dura lex a victore imposita victo regi." Kuhn. εὕρητο Vulgata. Cum Porsono scripsi εὕρετο· sic, quem idem locum citavit, ἄφεσιν παρὰ Ῥωμαίων εὕροντο cap. 16, 7. Mihi in mentem venerat εὕρατο ex VIII, 30, 4. δύναμιν ἣν περιεβάλοντο haud dissimile est Herodoteo III, 71. περιβαλλόμενος ἑωϋτῷ κέρδεα· cf. Schw. Lexic. Herod. sed περιεβάλοντο Mosq. omisit. βασιλεῦσιν Μακεδόνες Mosq. De scriptura Μακηδόνες cf. ad I, 13, 2. Formam Ἀργεάδης frustra quaesitam nusquam nisi apud Plutarchum reperi de Fort. Alex. p. 334. Frob. ubi de Alexandro Magno usurpatur, et in Stephano Byz. cuius locus ad cap. 17, 3. proferetur. De Macedoniae regibus ex Argolide oriundis interpretes nos reiiciunt ad Herodot. V, 22. VIII, 137. et Valckenarii adnotationem. μοιρανέων — Φιλίππου — πόλεσι λαοῖσιν — ἀμηθεὶς — ἠώοις Mosq.

Ῥωμαῖοί γε δὴ Vulg. E Vind. et Mosq. Ῥωμαῖοι μὲν δὴ recepimus. ἐκ Μυσίας στρατιᾶς Vulg. „Melius cum Hartungo leges στρατιὰ, casu nominativo" Sylburgius. Facio se hoc probavit, a nobis receptum est. idem voluit Clavier. μᾶλλόν τι videtur esse *multo magis*. Sensus: *Macedoniae est Mysia multo magis versus orientem quam Roma versus occidentem.* Sic cap. 7, 4. λόγῳ μὲν ἐπικουρήσοντας — τῷ δὲ ἔργῳ μᾶλλόν τι ἐπὶ κατασκοπῇ.

CAPUT IX.

§. 1. Ὑπεριδεῖν plerumque cum Genitivo interdum cum Accusativo construi, Phavorinus adnotavit. δὲ inter τοὺς et

τὰς Mosq. inserit. ἠξίουν — ἠπιώτερον idem omisit. μηδὲ ἐκείνοις Vulgata. μὴ δὲ ἐκείνοις Mosq. μήτε ἐκείνοις scripsimus. Recte μήτε — μήτε est cap. 14, 1. *Μέτελλος*. „Vide Polyb. Exc. 42. Liv. 39, 33.“ Kuhn. οὐ παρὰ τὰ ἀληθῆ pro οὐ πάντα τὰ ἀληθῆ Vindob.

§. 2. Ἀλκιβιάδης Vulg. Ἀλκιβιάδα Mosq. Scripsi Ἀλκιβιάδας, quum et §. 3. Ἀλκιβιάδα pro Ἀλκιβιάδου idem praebeat. μὲν καὶ δόκιμοι Mosq. δίκαι pro δίκαιοι Mosq. παρὰ γι ώμης idem.

§. 3. De *Appio Claudio* Kuhnius citavit Liv. 39, 33 sqq. Polyb. Exc. 42. 44. οὐδὲ ὀφθέντες — ἡδονήν *ne conspecti quidem grati Achaeis futuri erant* i. e. ipse eorum adspectus ingratus futurus erat; cui opponitur πρόςοδος πρὸς τὸν σύλλογον. Respondent ergo sibi ὀφθέντες et ἐς τὸν σύλλογον ἐπελθόντες, ut οὐ καθ᾽ ἡδονὴν εἶναι et λυπεῖν. In Mosq. Ἀργέα pro Ἀρέα et ἐπείγοντο pro ἐπήγοντο legitur. χλευασμός· sed cap. 11, 1. χλευασία· neque vero illud damnandum putant. v. Edd. ad Thomam Mag. ἀποψηφίζεσθαι cum Genitivo est etiam in Bekkeri Anecd. p. 122. De eius significatione *absolvendi* Maussacus. cf. ad Harpocr. p. 80. Paris. Ἀλκιβιάδα Mosq. ἀφιέντες duo illi Vindob. et Mosq. pro ἐφιέντες et εἴρηται pro εἴρητο. In cod. 1411. est καὶ ὅσον pro καὶ ὅσων. Constructio περὶ τῇ ψυχῇ διδόασι δικαστήρια similis est illi περὶ τῷδε δέδοικα· seu ἀῤῥωδίη μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ. v. Bekkeri Anecd. I, 87. 169. Herod. VII, 163. IX, 101. Per ξενικὰ δικαστήρια haec significatur *senatus Romanus*, quod a Sylburgio Kuhnioque iam animadversum videmus. cf. cap. 12, 2. init. p. 552.

§. 4. Ἄστεος Mosq. ut saepe alias. cf. ad VI, 24, 4. βουλεύοντες παντοῖα ἐπὶ Ἀχαιοῖς *adversus* ut τειχίζειν vel ἐπιτειχίζειν ἐπί τινι cap. 7, 7, 3. ἐπὶ Ἀκράγαντι τανύσαις Pind. Ol. 2, 100. (165.) *Μεσσηνίους κ. τ. λ.* cf. IV, 29. VIII, 51. Liv. 39, 49 sqq. καὶ αἰτίαν ταύτην ante Facium, qui Sylburgii correctionem καὶ δι᾽ αἰτίαν ταύτην recepit; addiderat Sylburgius, huius praepositionis ellipsin nondum a se in hoc scriptore animadversam esse. Kuhnius malebat καὶ κατ᾽ αἰτίαν τ. *et propter hanc causam*. et in Clavierii ed. nunc legitur καὶ κατὰ αἰτίαν τ. e codd. Par. 1389. 1410. 1411.

§. 5. Vitium συνπροθυμουμένου etiam in Clavier. ed. transiit. ἐς δέον et ἐς τὸ δέον. cf. ad I, 40, 3. adn. χωρεῖν ἐς τι fuit etiam I, 8, 4. γράμμα — Ἀθήνας. Kuhnius citavit Polyb. Exc. 58. δίκαι pro δίκαια Mosq. προϋπηργμένον ἐστί

μοι ἐς τινὰ prius seu antea beneficium a me in aliquem collatum est. Post τὰ Φιλίππου posui virgulam. τότε — ἐπράχθη. cf. ad VI, 4, 4.

CAPUT X.

§. 1. Locus egregius de eorum, qui lucri causa patrias prodant, infamia perenni. Ad priscos graecos huius generis homines quod attinet, Wesselingii ad Herod. IX, 41, 19. conferri potest adnotatio. ἐκλείπον pro ἐκλιπόν Mosq. ac nescio an hoc illi posthabendum sit, quum hoc §. extremo οὕτω μὲν οὔποτε τὴν Ἑλλάδα ἐπέλειπον οἱ ἐπὶ προδοσίᾳ νοσήσαντες legatur. ἐπὶ μέν — προδόντων. Omnino videndus Herodotus VI, 13, 14, ubi, quod Sylburgii aciem non effugit, pro ἀνδρῶν est νεῶν. sed ἄνδρες sunt undecim navium praefecti. Etiam hoc οἱ εὐδοκιμοῦντες — Ἀλκιμάχου sumtum est ex Herodoti VI, 101, ex quo in locum Φίλαβρος substitui Φίλαγρος, quod Wesselingius quoque cum Valekenario nostri loci Vulgatae praetulit, et Clavier cum Amasaeo recepit. Ἐρετρεία pro Ἐρετρίᾳ Mosq. Ἀλευάδων adhuc in Facii et Clavierii editionibus legitur, quum Sylburgius monuisset, regulam Ἀλευαδῶν postulare. Ἀλευάδου Mosq. De *Aleuadis* cf. ad III, 7, 8. προεδόθη cum Mosq. pro vulg. προὐδόθη. Herodoteum Ἀτταγῖνος vulgato Ἀτταγῖλος cum Sylburgio et Valckenario praetulimus. cf. Herod. IX, 15. et 86, quorum locorum posterior etiam Τιμηγενίδην hunc producit. adde Herod. IX, 38. Ἀτταγῖνος Clavier quoque scripsit h. l. et Schweighaeuser in Athen. IV. p. 148. e. Formam autem huius nominis similibus tuitus est Valckenarius ad Herodotum. De huius *Xeniae* proditione cf. III, 8. V, 4. χρόνον δὲ οὐδένα ἀνίεσαν πατρίδας ἐγχειρίζοντες Mosq. Vindob. ὑπὸ νόσου πρότερον τῆς λοιμ. cf. ad cap. 7, 1. adn. Ἐπεὶ δὲ τῷ ἐν Mosq. De *Demade* hoc cf. Suidas et Fabric. Bibl. gr. vol. II. p. 868. ἐς ἀχθῆναι Mosq. τόνδε τὸν λόγων Mosq. ὡς ἐκράτησαν ante Facium, qui Sylburgii non silendi emendationem ὡς ἐκρατήθησαν recepit. ἐν Λαμίᾳ δὲ κ. τ. λ. Cf. adn. ad I, 25, 4.

§. 2. Hic *Callicrates* Leontio (de qua Achaiae urbe v. Polyb. II, 41.) oriundus fuit teste Polybio XXVI, 1, ubi de Achaeorum libertate ab isto homine prodita exponitur; adde de odio eius ut proditoris Polyb. XXX, 20. γὰρ post Περσεῖ Mosq. omisit. καὶ ἐπί τε Σαπέων τὸν βασιλέα Ἄβρον πόλεως στράτευμα ἀγαγών, ἐποίησεν ἀναστάτους Ῥωμαίων ὄντας ante

Facium, qui e Mosq. dedit 'Αβρούπολιν, quum iam Kuhnius cum Palmerio ita corrigendum censuisset, et idem Goldhagenus voluisset. *Abrupolis* socius et amicus populi Romani, a Perseo regno expulsus non tantum e Livii XLII, 13. 40. 41. sed etiam ex Appiani Macedonicis IX. cap. 1. 3. innotuit. „Attamen alterius socii Romanorum nomen excidisse, cum praecedens τε, tum subsequens pluralis συμμάχους ὄντας innuere videtur. Illud vero aderit, si post βασιλέα inseras καί." Facius; idem fere sensit Kuhnius. atque Sylburgius adeo legendum putavit καὶ κατὰ 'Αβρουπόλεως στράτευμα ἀγαγών. Haec aliena sunt ab hoc loco; namque hic Abrupolis ipse, quod iam Goldhagenus vidit, Sapaeorum rex fuit. itaque συμμάχους ὄντας referes ad Sapaeos eorumque regem Abrupolim: postea solum τὸ ἐς Σαπαίους ἀδίκημα Persei memoratur. τε autem pertinet ad praecedens καί· nam καὶ — τε saepe copulatum reperitur. vide ad I, 24, 7. adnotata. Pro vulgato Σαπέων, Σαπέους scripsi Σαπαίων, Σαπαίους sequutus Herodotum VII, 100, quocum Strabonem, Stephanum et Ptolemaeum conspirare, iam a Sylburgio Facioque adnotatum est. v. Strabo X, 457. XII, 549 sq. quo posteriore loco Σάπαι videntur dici. Ex iis, quae apud Herodotum ac Strabonem leguntur, Gatterer existimavit, „*Sapaeos inter Abdera et montana ad oram maritimam coluisse.*" v. Comment. Soc. reg. Gotting. vol. V. p. 81. Σαπαίων δὲ τούτων — ἔσχε. Liebelius putans Archilochum Sapaeorum mentionem fecisse in Elegiis, quarum fragmentum p. 146. affert, Pausaniam dicit memoriae lapsu scripsisse ἐν ἰάμβῳ. In eiusmodi iudicium facili incidere lapsu possis. cf. adnotata ad I, 3, 1. Quid autem impedit, quominus idem hoc in iambis quoque factum esse sumamus? Pro vulgato Σαπέους est ἑσπέτρους in Mosq. ἄνδρες δέκα. „Livius nomina eorum recenset l. 45. c. 17. Ceterum Polybius aeque ac Livius prodidit, ex decem legatis duos tantum venisse in Peloponnesum, ut reos Macedonismi ad causam Romae dicendam evocarent." Kuhn. συνάρεντο Mosq. εὑρεῖν pro ἐρεῖν idem. ἤδη videtur pertinere non ad ἐληλυθότες, sed ad ὀνομαστὶ αὐτῶν ἑκάστου μνησθῆναι. E Mosq. καταγινώσκειν pro vulg. καταγιγν. dedi. ὑπὸ διδασκαλίᾳ τῇ Καλλικράτους *docente Callicrate*; paulo liberius redditur in Viger. p. 671. Pro eo apud Herodotum V, 70. est ταῦτα δὲ πέμπων ἔλεγε ἐκ διδαχῆς τοῦ 'Ισαγόρεω. Facio Kuhnius haud male coniecisse videbatur, ante οὕτως excidisse οὐχ· nam sensum esse: *non ita res se habet cum isto crimine.* Nobis aliter videtur, qui nec Clavierium probamus, quod scripsit: οὕτως ἔφη· „κατὰ τὴν κ.

v. 1. quoniam οὕτως cum ἔχει coniungendum est. ὑπελάβετο τῆς προφάσεως *arripuit hanc causam* (Veranlassung). παρὰ post οὔτε γὰρ Mosq. inseruit. καὶ ἀναίτιον. Kuhnius illud attulit: τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο ex Hom. Iliad. *Λ*, 653. χιλίους· Kuhnius de iis citavit Polyb. Exc. 105. et 28. Liv. lib. 45. c. 31. ἀφιᾶσιν. de liberatis Achaicis his exulibus Polyb. XXXV, 6. ἑλόντας pro ἁλόντας Mosq.

CAPUT XI.

§. 1. Γάλλος. C. Sulpitius Gallus. ἀπέσταλτο — γενέσθαι δικαστής. Similiter cap. 13, 1. οἳ ἦσαν ἀπεσταλμένοι δικασταὶ γενέσθαι. cap. 14, 1. οἱ ἀποσταλέντες δικασταὶ γενέσθαι. cap. 15, 1. ἀπιστέλλοντο — φρουρὰ εἶναι. Rursus ἐλευθερώσων ἀπέσταλτο X, 34, 2. ὑπὲρ τῆς ἀμφισβητουμένης γῆς Vulg. γῆς Mosq. omisit. Hoc nos ducit ad veram lectionem hanc: ὑπὲρ γῆς ἀμφισβητουμένης. Ante Facium legebatur ἐς τοσοῦτον οἰκούσαις. Hic Sylburgii emendationem ἡκούσαις recepit. κριθείσαις — Ἀμύντου. cf. II, 20, 1. VIII, 7, 4. In Acarnanum oratione dicitur hic Philippus in Peloponnesum venisse καλούμενος καὶ πολλάκις ὀνομαζόμενος ὑπὸ τῶν ἐκ Πελοποννήσου φίλων καὶ συμμάχων apud Polyb. IX, 33. κριθεῖσαι Mosq. αὐτὸς μὲν φησὶν ὁ ante Facium, qui praeeunte Sylburgio αὐτὸς μέν σφισιν ὁ correxit. ἀλάστωρ. Hoc vocabulum quomodo a numine ad hominem transferatur, his docetur in Bekkeri Anecd. p. 211: ὁ μεγάλα τετολμηκὼς ἀδικήματα, ὧν οὐκ ἂν ἐπιλάθοιτό τις, ἀλάστωρ καλεῖται. Vulgata est συντελείας τῆς ἐς Ἀχαιούς, ἐθέλοντες δὲ ἄφεσιν εὕρασθαι, quanquam Sylburgius iam monuisset, virgulam post Ἀχαιοὺς tollendam esse. idem voluit δὲ in δή, *videlicet*, mutari. Ego hanc particulam expellendam censens uncis eam circumdederam: Porsono placuit eam plane deleri; nunc cum Clavierio eiusque codd. 1410. 1411. expunxi. Pro ἐθέλοντές est ἐθέλων in Mosq. De forma εὕρασθαι cf. Lobeckius ad Phryn. 140. ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἰδίᾳ cf. cap. 9, 3. sed praestat cum Clavierio scribere ἀπὸ σφῶν αὐτ. ἰδ. Vulgata habet προεπεστάλη. „Rectius leges προσεπεστάλη. nam si ante de disiungendo Achaeorum concilio mandatum accepisset, non fuisset opus Romam ablegare Pleuronios.“ Sylburgius, cui cum Kuhnio assensus sum, praesertim quum dubium sit, an hoc decompositum προεπιστέλλομαι usquam reperiatur. προσεπεστάλη cum Kuhnio interpretamur, non tantum permissum a senatu est Pleu-

roniis, ut ab Achaeis se segregarent, verum etiam mandatum Sulpitio, daret operam ut plures civitates adimeret concilio Achaico. πόλεις κ. τ. λ. *urbium quantum posset maximum numerum disiungeret.* Pro οἷος est οἷς in Mosq. et συλλόγῳ pro συλλόγου. Pro vulgato ἀφεῖσθαι Sylburgius vel ἀφεῖναι vel ἀφέσθαι legi volebat; recte, quum ἀφεῖσθαι Ἄργος — συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν passive positum sit: nos prius illud praetulimus.

§. 2. Ἀθηναίων — ἀξίαν. De his rebus cf. Plut. Cat. mai. cap. 22. Bona est Corayi coniectura: πολέμῳ πιεσθέντες Ut hic, sic VIII, 4, 2. ὑπὸ Φλεγυῶν πολέμῳ πιεζομένοις. Recepi. In Mosq. πισθέντες est. καταφεύγουσιν οὖν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων βουλὴν ante Facium, qui Sylburgii Kuhniique correctionem ἐπὶ τὴν Ῥ. β. recepit a Stephano quoque Byz. confirmatam v. Ὠρωπὸς, ubi ex Berkelii correctione hoc legitur: Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. — Παυσανίας δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τὴν μὲν πόλιν θηλυκῶς εἶπε· Διαρπάζουσιν Ὠρωπὸν ὑπήκοόν σφισιν οὖσαν. καὶ τὸ ἐθνικὸν (seu potius τὸ δὲ ἐθνικὸν) οὕτω· Καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων βουλὴν οἱ Ὠρώπιοι. De *Oropo* cf. I, 34. ἀναξίαν pro ἀξίαν Mosq. δεηθεῖσιν Ἀθηναίοις. „missis tribus legatis ex Academia, Porticu et Peripato, de quibus videantur notata ad Aelian. V. H. III, 17." Kuhn. τῶν φρουρῶν ἀδικοῦσιν ἄνδρας Ὠρωπίους Vulg. Quum Facius dixisset, ad τῶν φρουρῶν paulo insolentius τινὲς supplendum esse, Clavier scripsit τῶν φρουρῶν [τινες] ἀδικοῦσιν. Sed multo melior est Sylburgii sententia, rectius legi ἄνδρες quam ἄνδρας, hoc sensu: *quidam e praesidiariis militibus.* Simile est illud IV, 24, 2. Λακεδαιμονίων ἄνδρες ἀποθανεῖν καταγνωσθέντες καταφεύγουσιν, ubi v. adn. ἐροῦντες pro ἐροῦντας Mosq. Post ἀνθρώπων γὰρ articulum τῶν inserendum esse, recte vidit Sylburgius. hunc in Vulgata omissum addidi. οὐ ante τοῦ Ἀθηναίων δήμου omisit Mosq. ἐπηγγέλοντο Mosq.

§. 3. Vind. et Mosq. omittunt ἐδέοντο, et ille praebet κατέφυγον τε pro καταφεύγοντες, hic autem κατεφεόντε. Deinde ἐξαγγέλει Mosq. ὡς ἕκαστος τάχους εἶχεν iterum cap. 13, 2. ἔτι pro εἴ τι Mosq. σφίσιν ἁρπαγαῖς παρεῖτο. Vulg. παρεῖτό σφισιν ἁρπαγαῖς e Mosq. dedi. ὑστερήσαντες — οὐ χήκιστα Mosq. ἀναχωρῆσαι pro ἀνεχώρησεν Vind. Mosq.

CAPUT XII.

§. 1. Ὠφελίας Mosq. παρὰ Ἀχ. pro παρ' Ἀχ. dedi e Mosq. ἐν χειρὶ Vulg. sed ἐν χερὶ Aldina. hinc existimo e Vindob. ἐν χερσὶν legendum esse. ἀποστερεῖν — ἄλλου abest a Mosq. ἐκ τοῦ εὐθέως Vulg. sed malui Sylburgium sequutus et hic et cap. 14, 4. ἐκ τοῦ εὐθέος scribere, quum non modo hoc ipsum reperiatur VIII, 8, 2. 20, 2, sed Suidas etiam ac Phavorinus εὐθέος interpretentur φανεροῦ. Atque ut ἐκ τοῦ φανεροῦ VIII, 8, 6. vel ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς IX, 1, 3, ita ἐκ τοῦ εὐθέος dictum esse arbitramur. Hoc vero cum Vigero p. 598. non reddiderim *temere*. Clavierius quoque idem in codd. 1410. 1411. repertum recepit. δὴ post βεβαιοῖ Corayus mutat in δέ. Ante Facium legebatur ὡς ἄλλ' ἦν· is e cod Vind. edidit ὡς ἄρα ἦν. Sylburgius Kuhniusque voluerant ὡς ἄρ' ἦν. quod codicibus Parisinis 1410. 1411. confirmatum recepi; idem fecit Clavier. Μεναλκίδας μὲν ὑπερῇρεν Vulg. μὲν uncis circumdedi, neque Corayus retinendum putavit. „Interpretes post ἀπιστίᾳ periodum clausisse videntur, et sequentem sic incepisse, Καλλικράτης, ὡς ἐλασσ." Sylb. Porsonus Vulgatae ἀπιστίᾳ, Καλλικράτην, ὃς ἐλάσσων adhaerens hic ὢν inseri voluit. Fortasse ἀπιστίᾳ. Καλλικράτης ἐλάσσων ὢν legendum est. Sed de toto hoc loco ὡς ἄρ' ἦν — Καλλικράτην Godofr. Hermannus a me consultus anno huius saeculi septimo respondit, se dubitare an versus essent, nullum certe metrum inesse, nullam poesin; credibile autem esse, versus alicuius comici numeris demtis in prosaicam mutatos esse orationem. Et hoc et editiones Kuhniana priores sequutus huic loco orationis prosaicae faciem reddidi, quam ei Kuhnius tacite ademerat. Hunc minores imitati ita scripserunt: βεβαιοῖ δὴ τὸ λεγόμενον·

> Ὡς ἄρ' ἦν καὶ πῦρ ἐς πλέον ἄλλου πυρὸς καῖον,
> Καὶ λύκος ἀγριώτερος λύκων ἄλλων,
> Καὶ ὠκύτερος ἱέραξ ἱέρακος πέτεσθαι·
> Εἴγε καὶ Καλλικράτην ἀνοσιώτατον τῶν τότε
> Μεναλκίδας μὲν ὑπερῇρεν ἀπιστίᾳ, Καλλικράτην,

ὃς ἐλάσσων παντοίου κ. τ. λ. Kuhnius et Clavier maximam, Facius minimam distinctionem post Καλλικράτην esse voluit. Neque Corayus, quo vitiis, in quibus hic est locus, mederetur, certi quidquam habuit. En ipsa huius senis praestantissimi verba: „Tout ce passage paroit embrouillé par les copistes. Voici comment j'oserois le rétablir: Βεβαιοῖ δὲ τὸ λεγόμενον, ὡς ἄρ' ἦν

Καὶ πῦρ ἐς πλέον ἄλλου πυρὸς καῖον,
Καὶ λύκος ἀγριώτερος λύκων ἄλλων
Καὶ ὠκύτερος ἱέραξ ἱέρακος πέτεσθαι.

εἴγε καὶ Καλλικράτην, ἀνοσιώτατον τῶν τότε, Μεναλκίδας ὑπερῆρεν ἀπιστίᾳ. Καλλικράτης δὲ, ὃς (f. ὢν ou ὡς) ἐλάσσων παντοίου λήμματος κ. τ. λ. Cette fourberie confirme les adages, qui disent: *qu'il y a un feu plus brûlant qu'un autre feu, un loup plus féroce que les autres loups, et un épervier plus léger au vol que les autres éperviers;* puisque Menalcidas a surpassé en perfidie Callicrates, le plus scélérat de tous ses contemporains. Ce dernier, homme à sacrifier tout au plus vil intérêt, voyant qu'il s'étoit gratuitement attiré la haine des Athéniens poursuivit etc." Initium, ut editores adnotarunt, refert hunc locum Aristophanis in Equit. 381. a Suida et Phavorino v. ἦν repetitum: Ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα θερμότερα, καὶ λόγων ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι. Deinde ἐς πλέον καίειν dictum est ut ἐς πλέον ἐπεξιέναι VII, 8, 3. ἐς πλέον λυπεῖν cap. 9, 3. cf. Viger. cap. IX. sect. II. reg. XV. Aliter ἐς πλέον ἔχειν τινὸς dicitur IX, 30. extr. Post παυσάμενον iterum μὲν ut male intrusum notavi. τῷ ἐξ Ὠρώπου Vulg. Scripsi τῶν ἐξ Ὠρώπου e Sylburgii emendatione: idem fecit Clavier, sed praeterea edidit [τῷ] Μεγαλοπολίτῃ Διαίῳ. In Mosq. est ἐπὶ τῇ μὲν ἀφέσει.

§. 2. Mosq. δὲ inter περὶ et ἀμφισβητησίμου inserit. ἐν συνεδρίῳ τῶν Ἀχαιῶν Vulg. τῷ Ἀχαιῶν dedi e Mosq. Sic et cap. 14, 1. συνεδρίου τοῦ Ἀχαιῶν: γένους τοῦ Ἀχαιῶν. Pro vulgato οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἀπεκρίναντο e coniectura Clavierius ἡ μὲν — ἀπεκρίνατο scripsit. ἀνδρὸς καταγνῶναι τῶν ἐκ Σπάρτης Vulg. ἀνδρῶν καταγνῶναι τῶν ἐκ Σπ. Clavier e coniectura. Post αἱ μὲν δὴ — νόμον sequi debebat Δίαιος δὲ ἔφασκεν, sed eo, quod altera enunciationis pars requirebat, neglecto, ponitur causa, cur ad Diaeum legatos miserint, et deinde id quod ille iis responderit. νόμον perperam sollicitabat Kuhnius. νόμων proponens. τῶν γερόντων scil. Spartae. καὶ αὐτῶν ὁ μὲν — ἐπὶ τῆς βουλῆς Mosq. omisit. Ingeniosa est Goldhageni coniectura, pro vulgato κατὰ τὴν Ῥόδον, quod miror nulli fuisse neque editori neque interpreti praeter hunc offensioni, scribendum esse κατὰ τὴν ὁδόν, quam emendationem in minore editione expressimus. Pro ἀποστέλλειν πρέσβεις legendum esse ἀποστελεῖν πρ. suspicatus eram; nunc video idem Corayo in mentem venisse suspicari. ἐξ ἀρχῆς *denuo*. V, 4, 4. fuit *de integro* ut in Plut. v. Lycurgi cap. 8. παράγειν hic

aliter positum atque III, 6, 2, est *falsa persuadere*; apud Phavorinum ἀπατᾶν, quod hic synonymum est. ὡς τὰ πάντα κ. τ. λ. Quare Facius et hic et ad I, 21, 2. scripserit, pro vulgato ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς ponendum hoc loco esse ἀπὸ τῆς Ῥ. β. id equidem non assequor, quum constructio ὡς Λακεδαιμόνιοι εἰσὶν ἐγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς τὰ πάντα ἕπεσθαι σφίσιν i. e. Ἀχαιοῖς praepositionem ἀπὸ plane respuat. Similiter mox cap. 14, 2. ἐγνωσμένα ὑπὸ Ῥωμαίων. Caeterum ἐγνωσμένοι εἰσὶ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς ἕπεσθαι dicitur ut V, 21, 5: οὗτος ἀδικεῖν ὑπὸ Ἠλείων κατεγνώσθη. Mosquensis δὲ post Λακεδαιμονίους omisit.

CAPUT XIII.

§. 1. Στρατηγεῖν Ἀχαιῶν sic et mox §. 4. et cap. 10, 2. 11, 3. VIII, 51, 1, (ubi Vulgata discedit); et eodem sensu VIII, 51, 1. 50, 5. ἄρχειν τῶν Ἀχαιῶν. Sed de copiarum ducibus fere cum Dativo, veluti IV, 26, 2. IX, 1, 2. 6, 1. quanquam et cum Genitivo, ut apud Herod. I, 34. De *Andrisco* Liv. Epit. 48. 49. πολεμήσοντες Mosq. πόλεμος κρίνεται est etiam IV, 6. p. 294. Sic et κρίσιν ἐν μάχῃ μιᾷ παρέχεσθαι IX, 9, 1. εὖ pro ἐς Mosq. προςεροῦντας Vulg. προςαιροῦντας Mosq. sed προαιροῦντας Vindob. προεροῦντας, *denunciaturos*, Facius, quum Sylburgius Kuhniusque iam ita correxissent. πεποιεῖσθαι Mosq.

§. 2. Ἀμυνοῦντες τῇ οἰκείᾳ Mosq. Sic ἀμύνουσι τῇ οἰκείᾳ IV, 6. extr. p. 294. τῇ οἰκείᾳ ἀμυνοῦντες Vulg. τοῖς φεύγουσιν — Σπάρτης. Sylburgius putans ὁμοῦ pertinere ad τοῖς φεύγουσιν suspicabatur Ἀχαιοῖς mutandum esse in Ἀχαιούς. Nos ὁμοῦ ad utrosque et ad φεύγοντας et ad Ἀχαιοὺς referendum rati abstinemus a corrigendo. ὑπῆρξεν ἂν Mosq. omisit, συντόμω pro συντόνῳ Mosq.

§. 3. Ἀνδραποδίτῃ pro ἀνδρὶ προδότῃ Mosq. ἐκτίσαι Mosq. sed cf. ad 14, 4.

§. 4. Σπάξειν pro ἐπάξειν Mosq. ἀναμένειν Vulg. ἀναμενεῖν bona est Corayi coniectura et digna, cui cedat Vulgata. τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα; quae vulgo dicebantur περιοικίδες πόλεις, sunt *Laconicae urbes, Spartanorum imperio parentes.* cf. Valckenar. ad Herod. IX, 11. p. 231. fin. ὑπηγάγετο Vulg. ἐπηγάγετο Mosq. Sed X, 34, 2. de Philippo Demetrii filio est: ὑπηγάγετο τοὺς δυνατωτέρους

δωρεᾷ inter Elatenses. *sibi conciliavit.* adde omnino adn. ad IX, 40, 4.

§. 5. Φασὶν pro σφισιν Mosq. δι' ἃς ὅμως τὸ σπονδὰς ὑπερβῆναι, καὶ omisso verbo πείθει Mosq. Ἴασος, ὄνομα τόπου, καὶ Ἰασίτης ὁ ἀπὸ τούτου ait Suidas. ἐπόρθησεν, ὅροις ante Facium, qui Sylburgio monente ἐν ὅροις scripsit. pro ὅροις est οὓς in Mosq. Ἀχαιῶν — ὑπήκοον. sed hanc ob causam non dicendum fuit *Achaiae oppidum*, namque, ut Pausanias ait, ἐν ὅροις χώρας τῆς Λακωνικῆς situm fuit. Ἐξγήρας pro ἐξεγείρας Mosq. De forma ηὕρισκεν cf. ad VIII, 42, 4. ποιῶν pro πιὼν Mosq. ἄρξαντι ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ, τότε μὲν Λακεδαιμονίων κ. τ. λ. Vulgata. Kuhnius corrigebat ἄρξαντι ἐν τῷ ἑαυτοῦ χρόνῳ, Facius — ἔθνει, Clavier βίῳ, Schneider ἄρξαντι ἐνιαυτῷ τότε. Verba ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ Amasaeus praetermisit in sua versione, cui ea Sylburgius sic addita voluit: *ut ipse procul dubio apud animum consideravit.* Reliquum est ut quid nos de hoc loco sentiamus adiungatur. Nobis videntur verba ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ suo loco mota et in altiore sede collocanda esse, ita: οὐ γάρ τινα — σωτηρίαν ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ ηὕρισκεν. Sic verbis ἑαυτοῦ νῷ alieno loco deiectis, ἐν τῷ recte copulabitur cum τότε. Coniuncta autem haec ἐν τῷ τότε saepe leguntur apud Pausaniam: sic paulo ante hoc ipso §.: Ἀχαιῶν ἐν τῷ τότε ὑπήκοον. adde IV, 17, 2. Interea ἑαυτοῦ νῷ uncis disiunximus a reliqua oratione.

CAPUT XIV.

§. 1. Ἀφίκοντες — ἀποσταλλέντες Mosq. De hoc *Aurelio Oreste* pauca apud Polyb. XXXVIII, 1. ἔνθα — ἐςῳκισμ. Significatur Corinthus, ut patet e §. 2. τὴν προςοίτην Mosq. Ὀρχομενίους Ἀρκάδας etiam IX, 36, 4. memorat, et Homerus Iliad. II, 605.

§. 2. De *Spartanorum tonsura, calceis, vestitu* cf. Meursii Misc. Lacon. I, 15. 16. 18. et Palmer. Ex. ad h. l. ὄνομα· nomina propria Spartanis peculiaria, veluti *Lichas, Menalcidas.* τὰς δὲ pro τοὺς δὲ Mosq. φθάνοντες ante Facium, qui Sylburgii emendationem φθάνοντας, codice illam Mosquensi confirmatam recepit. ἐνταῦθα pro ἐντεῦθεν Mosq. ἐβιάζοντο ἕλκειν *moliebantur, contendebant rapere* ut Plutarch. v. Num. 2. adde Paus. VIII, 49. Aliud narrat Livius Epit. 51. 52. Θερίδαν. Apud Polybium XXXVIII, 2. bis est Θεαρίδαν, atque sic inde scripsit tacite Clavier. Ibidem legatus Roma-

nus post Orestem missus *Sextus Iulius* vocatur. ἐπέλθοιεν pro ἀπέλθοιεν et πρεσβεῦσιν pro πρέσβεσιν Mosq. Pro αὐτοὶ τρέπονται est αὐτοὺς τρέπεσθαι in Mosq.

§. 3. et 4. De his cf. Polyb. XXXVIII, 3 sqq. δριμὺς ἔρως. Sic ἐρωτικαὶ ἀνάγκαι γεωμετρικῶν δριμύτεραι in Platon. Pol. V. p. 22. Bip. ἔτυχον γάρ ποτε — ἥκοντες Vulgata. Mutavi cum Clavierio ποτε in τότε. Sensus: *namque tum iam venerant a Romanis missi, aderant.* ἥκειν interdum vim praeteriti habere, ab aliis iam animadversum est. cf. Sturzii Lex. Xenoph. ἐκ τοῦ εὐθέος scripsi pro ἐκ τοῦ εὐθέως ut cap. 12, 1. idem fecit Clavier. πολεμήσασι pro πόλεμον καὶ Mosq. Pro vulgato ἐκ τοῦ δαιμόνων Facius scribi voluit ἐκ τῶν δαιμόνων· imo scribendum est ἔκ του δαιμόνων· idem Porsono et Corayo placuisse nunc video; sed idem iam Sylburgius voluerat, ut patet ex eius versione, quam recepi. Sic et cap. 17, 6. τὶς θεῶν. Post καλοῖτο Porsonus inserit ἄν· Corayus autem emendabat ἀτυχί' ἂν καλοῖτο. De hoc *Pythea* cf. Polyb. XL, 1. Mosquensis vocabulum πρώτην ante δίκην inserit, sed post ζημίαν omittit. δεύτερα εὐνοεῦσιν· ἐδήωσαν γὰρ εὐνοέων — Ἀμφιοῦσιν Mosq. ἐκτίσαι Vulg. ut 23, 7. Scripsi ἐκτῖσαι ut cap. 13, 3. Sic ἀποτῖσαι Hom. Odyss. XIII, 193.

§. 5. Ἀπέστελλεν pro ἐπέστελλεν Mosq. De *L. Mummio*, huius belli duce Romano, cf. Livii Epit. 52. et infra ad cap. 16, 5. praeter Velleium Pat.

CAPUT XV.

§. 1. Καὶ ὁ ante σὺν Mosq. omisit. Pro φανῆναι est φανῇ in Mosq. ἀφίχθαι Mosq. male: media enim producitur: vide Hom. Odyss. VI, 297. τῆς πρὸς abest a Vind. et Mosq. ὁπόσαι ἤρηντο τὰ Ῥωμαίων Vulg. ὁπόσας εἰρῆντο ὑπὸ Ῥωμαίων Mosq. Hinc eruimus quam veram putamus esse lectionem: ὁπόσαι εἴρηντο ὑπὸ Ῥωμαίων *quaecunque dictae erant a Romanis*, quas scriptor cap. 14, 1. nominavit. Non quae ad Romanorum partes transierint civitates, sed quas Romani foedere Achaico solvendas esse dixerant l. c. significantur. Vulgata videtur corrupta corrigendo effecta esse; et ἤρηντο alibi passivam habet vim ut VIII, 50, 5. γενήσεσθαι ὀργὴν Mosq. ἤλαυνεν ἐς Μακεδονίαν τὸν στρατὸν διὰ Θεσσαλίας Vulgata; sed haud dubie ab auctore ipso scriptum est ἐκ Μακεδονίας. Hoc voluit iam Goldhagenus reponi; Clavierium quoque ita scripsisse nunc video, mirans, qui dicere potuerit: „je suis

surpris qu'on n'y ait pas fait attention." (!) *διὰ Θεσσαλίαν* Mosq. *πορίαν* idem. *καὶ* ante *παρὰ τὸν*, quod videtur abundare, non delebis, si post *στρατὸν* distinxeris. *τὸν Λαμιακὸν κόλπον* commemoraverat iam I, 4, 3. Valckenarius cum Sylburgio maluit *Μαλιακόν*.

§. 2. *Heracleam* ad Oetam. vide cap. 14, 1. *Ἡράκλειαν — οὐ βουλομένους*. Similiter mox cap. 16, 3. et *πόλιν — ἠρημένους* in Xen. Hel. I, 4, 5. *διαβεβληκέναι τὸν Σπερχ.* Mosq. *ἐς τοῦτο ἀφίκετο δείματος* Vulg. Nonne praestat *ἐς τοσοῦτο*? Sic VIII, 50, 4. *ἐς τοσοῦτον εὐλαβείας προῆλθον.* Vulgata est *ὡς μηδὲ αὐτὸ ποιήσασθαι τὸ χωρίον πρὸς ἀμείνονος ἐλπίδος*. Sed Clavier e coniectura edidit *ὡς μηδὲ ἀντιποιήσασθαι τοῦ χωρίου.* Sensus Vulgatae: *ut ne ipso quidem loco ad meliorem spem uteretur, spem boni eventus in loco poneret.* Cf. VIII, 50, 5.

§. 3. *Πλήθει πολλούς.* „Viginti millia caesa ex Achaeis et Boeotis, ut Claudius historicus refert apud Orosium lib. 5. c. 3." Kuhn. *καὶ ἔλαβον* Mosq. *καταδοῦναι τὸ τόλμη* Mosq. sed in margine *τέλος* legitur. *ἄγνωστός τε καὶ ἄπυστος οἰχήσεσθαι.* Animadvertit Kuhnius imitationem Homeri, apud quem in Odyss. I, 242. de Ulyxe est: *ᾤχετ' ἄϊστος, ἄπυστος.* ubi cf. Eustathius, quo interprete inest *ingloriae mortis* significatio. De *morte Critolai* aliud narrari in Livii Epit. 52. a Kuhnio iam animadversum est. *Κριτολάου τοῦ ἔργου* Vind. Mosq. *Ἐλαττείας* Mosq. *κατὰ συγγένειαν δή τινα παλαιάν.* cf. omnino VIII, 4, 2. X, 34, 2. *κελεύουσι* abest a Mosq. *ἐπὶ Χαιρώνειαν ἐπιφαίνονται* Vulg. Sylburgius malebat *περὶ Χαιρώνειαν* ut §. 5. Ego, si quid mutandum esset, praeferrem *ἐπὶ Χαιρωνείᾳ.* Sed nihil videtur mutandum esse; simile est illud I, 33, 4. *ἐπὶ θάλασσαν ἔσχατοι κατοικοῦσι.* adde Matthiaei Gram. gr. §. 586. c. *καὶ* inter *Φιλίππου* et *Μακεδόνων* Mosq. omisit.

§. 4. et 5. *Ἀχαιοῖς — Δίαιος.* Hoc ex lege, quam affert Polybius XL, 2. de hac ipsa re loquens, et de *servis tum manumissis.* Pro *ἀπέλεξεν* est *ἀπέταξεν* in Vind. *ἐπέτεξεν* in Mosq. *ἄρχοντας* pro *ἄρχοντα* Mosq. *ἄστεος* Mosq. In Vigero p. 240. *τοῦ πρόσω σφᾶς κωλύειν* redditur: *illis mature obsisterent*, nec magis bene *τοῦ* coniungitur cum *κωλύειν*, quum constructio et integra oratio sit *κωλύειν τοῦ πρόσω ἰέναι.* Mosq. *κωλύειν* omisit. *ἀναστήσας κ. τ. λ. motis castris duxit exercitum. ἀναστῆσαι* non tantum in vi et armis sed etiam in iussis et persuasione usurpari notum est. v. Herod. IV, 158. *ἤλαυνεν* abest a Mosq. *τότε δὲ κ. τ. λ.* Cf. de *Thebis et Pythea*

Polyb. XL, 8. πᾶσα ἡλικία est appositio, et commatibus a reliqua oratione distinguenda. ἐμπιπρᾶναι θεῶν, οὐ δὲ — ἐκέλευσεν αὐτὸν Mosq. ἀγαγεῖν ἐκέλευσεν αὐτὸν Vindob. sed ἀνάγεσθαι mox in hac re. sic συλληφθέντας ἀναχθῆναι δεδεμένους Polyb. 40, 4. Pro vulg. ἐκέλευεν codicum lectionem dedi. Ἀλκαμένην e Mosq. Ἀλκαμένη Vulg. ἐς ante Κόρινθον Mosq. omisit. Idem pro καὶ τούτῳ dat διὰ τούτω et Δωνικαίως pro Δίαιος.

CAPUT XVI.

§. 1. Ἐκείνων pro ἐκείνῳ Mosq. Pro ἐφίκετο Clavier scripsit ἀφίκετο e codd. 1410. 1411. quem sequutus sum. περὶ Ἀττάλου Mosq. τότε ἐξ Ἰταλίας τινὰ καὶ τὰ ἐπικουρικὰ Vulgata. Facius malebat ἐξ Ἰταλίας τέ τινα καὶ τὰ ἐπικ. Mihi in mentem venerat corrigere ἐξ Ἰταλίας τινὰς καὶ τὰ ἐπικ. sed melior est, quam Clavier ex codd. 1410. 1411. protulit, lectio: τότε τῶν ἐξ Ἰταλίας τινὰς καὶ, quanquam in his codd. est τῶν τότε ἐ. Ἰτ. Quod autem idem edidit πρὸς τοῦ παντὸς εἶναι στρατεύματος φυλακήν· id non sum sequutus, neque quidquam est nisi Clavierii coniectura.

§. 2. In his τοῖς ἐπὶ φυλακῆς αὐτοῖς τῆς πρώτης Dativus αὐτοῖς non coniungendus cum τοῖς referendus est ad Ῥωμαίων, et locum tenet Genitivi. τε ὅσον πεντακοσίους Vind. Mosq. ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἐπήρθ. *post huius pugnae successum animos tollebant ita ut.* ὁπλιτικοῦ τῶν Ῥωμαίων Mosq. καὶ ἀπαγορεύοντες τοῖς στρατεύμασιν, ὅμως ante Facium, qui distinctionem post στρατεύμασιν sublatam posuit post ἀπαγορεύοντες, ut hunc sensum eliceret: *tamen agminibus restiterunt.* Sed quod antea vocatur τὸ ὁπλιτικὸν, nunc τὰ στρατεύματα dici, parum est probabile. Ego tanto minus dubitavi Kuhnio praeeunte corrigere καὶ ἀπαγορεύοντες τοῖς τραύμασιν ὅμως, *vulneribus confecti*, quum Pausanias eodem plane modo loquutus sit IV, 11, 3: χρόνῳ καὶ τοῖς τραύμασιν ἀπαγορεύοντες· pro quo in Philostr. Heroic. p. 650. Morel. ἀπειρηκότες ὑπὸ τραυμάτων reperitur. Clavier eodem quo nos modo scripsit. τελέαν ionice. καὶ εὔρασθαι Vindob. καταστάντα ante Facium, qui e Vind. et Mosq. καταστάντες scripsit; Sylburgius idem voluerat vel καταστάντος.

§. 3. Εὐθὺς Μεγάλης πολ. Vind. et Mosq. non bene; cf. Phrynich. Lobeckii p. 144. ἔφεγεν pro ἔφευγεν Mosq. οὐδέν τι γενόμενος ἐς Ἀχαιοὺς ὅμοιος, ἢ καὶ Καλλίστρατος πρὸς

Ἀθηναίους Vulgata. Schneider delendum censebat ἢ laudans Platon. Criton. §. 8. ubi est δοκεῖ ὅμοιος εἶναι καὶ ὁ πρότερος. adde locos illos, quos excitatos vides ad Paus. I, 22, 6. Alia ratio est loci IX, 11, 1. οὐδέν τι ὁμοίως λέγοντες ἢ Στησίχορος καὶ Πανύασις ubi positum est ἢ, quia deinde καὶ sequitur. Nos ἢ in nostro loco uncis notavimus. Pro vulgato οἵ τε Ἀθηναῖοι scripsi ex Kuhnii emendatione ὅτε οἱ Ἀθην. Clavier ὅτε Ἀθην. e cod. 1411. ἀπώλυντο πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Ἀσινάρῳ· τότε τῷ Καλλιστράτῳ Vulgata. τοῦτό τε τῷ Καλλ. Vindob. τοῦ τότε τῷ Καλλ. Mosq. Hinc Facius eruit τούτῳ τῷ Καλλ. quod recepi; fortasse quispiam scribi malit: τῷδε τῷ Καλλ. Clavier dedit e codd. 1410. 1411. τούτῳ τε τῷ Καλλ. quod ne reiiciendum sit valde vereor. Sylburgio autem rectius esse videbatur ἀπώλοντο vel saltem ἀπώλλυντο quam ἀπώλυντο. Scripsi ἀπώλλυντο ut Clavier e codd. 1410. 1411. sed minore distinctione usus sum post Ἀσινάρῳ. Pro vulgato παρέσχε τόλμα διεκπέσαι διὰ τῶν πολεμίων Lobeckius suspicabatur legendum esse παρέστη τόλμα διεκπαῖσαι δ. τ. π. vide eum ad Phryn. 725. atque etiam Porsonus διεκπαῖσαι proposuit. Cf. ad Hesych. διεκπέσαντες. §. 2. fuit διαπίπτειν. Schneidero in Lex. gr. διεκπίπτειν idem est quod διεκπαίειν, qui et cognatum διέκπτωσις affert. αὐτὴν ante αὖθις Mosq. omisit. διαρπάζοντας πειρῶν τὸ Ἀθηναίων στρατόπεδον, καταβάλλει τε ὅσον Vulg. Kuhnius a Valckenario probatus corrigebat διαρπάζοντάς τε εὑρὼν, et τε post καταβάλλει volebat sublatum. Clavier dedit διαρπάζοντας δὲ ἔτι εὑρών· quod, si litterarum figuras spectes, prope accedit ad Mosquensis et codicum 1410. 1411. lectionem διαρπάζοντες δὲ ἐπειρῶντο, quam in minore editione expressimus; neque adhuc facti poenitet, quum sensus sit: *aggrediebantur diripere Atheniensium castra.* διαρπάζοντες ἐπειρῶντο refertur ad Συρακουσίους· quod nomen latet in praecedente vocabulo Συρακούσας. cui simile, quod legimus cap. 15, 2, ubi v. adn. Etiam Participium iungi cum verbo πειράομαι notum est. Sic Herod. IX, 26. ἐπειρῶντο κατιόντες. cf. Lex. Herod. Schw. Abruptior sane hac nostra lectione efficitur oratio, sed eo minus videbitur corrigentis manui deberi. τραύματα ἐπίκαιρα „Amas. *letalibus vulneribus acceptis.* Suid. ἐπικαιρότατα, ἐπικινδυνότατα. Attamen ἐπίκηρα scribendum esse vix dubito; idem enim Suidas ἐπίκηρα, ἐπιθανάτια, κὴρ γὰρ ὁ θάνατος. Vide etiam Hesych. h. v." Facius. Sed ἐπίκηρος est fere *fragilis*, *caducus*, et τραύματα ἐπίκαιρα sunt quae alibi dicuntur καίρια. sic ἐπικαίρως τετρωμένοις IV, 8, 1, quod Porsonus ad Vulgatam

defendendam recte huc vocavit. adde Lex. Xenoph. v. ἐπίκαιρος. Caeterum silere de hoc praeclaro Callistrati facto Thucydidem VII, 84, Valckenarius adnotavit.

§. 4. Ἧκεν ἄγγελος „Herodoti phrasis de Cyro αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε" Kuhn. I, 79. ποιῶν pro πιὼν Mosq. ut 13, 5. τὴν ἐς χρήματα πλεονεξίαν. Hoc in Diaeo vitium etiam Polyb. XL, 5. notavit, quem locum iam Kuhnius citavit. τὴν ante ἐς χρήματα Mosq. omisit. ἀπεδίδασκον Mosq.

§. 5. De celeritate qua illud bellum confectum est, Kuhnius nos reiicit ad Florum (II, 16.) et Polybium (XL, 5. et III, 5, 6.). De *Corintho capta* vide et Polyb. XL, 7. cf. adn. ad §. 7. τι pro τινα Mosq. ἥρειται pro ᾕρει τε idem ἀπέδοντο δὲ ante Facium, qui e Vind. singularem numerum restituit. ὅσοι — μήτοι εὐθὺς — ἐτεθνήκεσαν Vulgata. Dederam e Mosq. μήτε pro μήτοι. Consentit nobiscum Clavier, qui ex suis codd. 1410. 1411. scripsit μητ'. De hac regulae grammaticae migratione dicetur ad IX, 17, 5. Corayus tamen hac vitii specie offensus assensum sustinuit, legique maluit μὴ τὸ εὐθὺς. In ἀνήκοντα ἐς θαύματα iure offendit Porsonus, qui emendavit ἀν. ἐς θαῦμα. Verbum ἀνήγετο Kuhnius reddidit: *abducebatur Romam*; sed de hominibus, qui e Graecia Romam proficiscebantur aut mittebantur ut de rebus quae indidem eodem deferebantur, in usu erant ἀνάγεσθαι, ἀναπέμπεσθαι, ἄνοδος. vide cap. 10, 2. p. 548. 549. cap. 12, 2. 14, 2. De *Mummio* in rebus ad artis opera pertinentibus rudi notus est Velleii locus 1, 13. Eiusdem abstinentiam laudat Polybius XL, 11. τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα, quanta tum fuerit, ostendit Polybius XL, 7. τὰ δὲ — δίδωσι. alia Polybio. vide Polybii locum XL, 8. a Kuhnio iam citatum. Φοιλοποίμενι Mosq. Pro πόλεμον δὲ ὅσοι Kuhnius et Clavier cum Amasaeo volebant legi πόλεων δὲ ὅσαι seu πόλεων δὲ αἳ quum in codd. 1410. 1411. sit οἳ pro ὅσοι. In Mosq. πόλεμον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπολέμησαν vocabulo ἐναντία omisso. ἐμβούλους Vulg. Sylburgio, Kuhnio, Schneidero in Lex. graeco praeeuntibus correxi συμβούλους, quod Clavier quoque fecit, et Facius probavit. Accedit auctoritas codd. 1410. 1411.

§. 6. Οἱ — βουλευσόμενοι Polybio XL, 9. οἱ δέκα dicuntur. καθίστατο δὲ ἀπὸ τιμημάτων τὰς ἀρχάς· recte Kuhnius: „Oligarchias instituit in urbibus a ditioribus gubernandas. Apud Platonem de rep. VIII. (p. 197. Bip.) *Oligarchia* dicitur ἡ ἀπὸ τιμημάτων πολιτεία, ἐν ᾗ οἱ μὲν πλού-

σιοι ἄρχουσι, πένησι δὲ οὐ μέτεστιν ἀρχῆς. nam οἱ ἀπὸ μεγάλων τιμημάτων sunt ditiores quique." Adde illud ex Thoma Mag. p. 854: λέγεται τίμημα καὶ ἡ περιουσία — Δημοσθένης· οἱ τὰ μεγάλα τιμήματα ἔχοντες. Ἀριστείδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· οὐ τοὺς ἀπὸ τῶν μεγάλων τιμημάτων. In Mosq. est ὑπερωρία. Vulgo legitur συνέδριά τε κατὰ ἔθνος τὸ ἑκάστων Ἀχαιῶν, καὶ τὸ ἐν κ. τ. λ. Nos Sylburgio emendante scripsimus κατὰ ἔθνος ἕκαστον, τὸ Ἀχαιῶν, καὶ τὸ ἐν κ. τ. λ. De *Phocico concilio* est X, 5, 1. de *Boeotico* IX, 34, 1.

§. 7. Καὶ συνέδρια — ἀρχαῖα. Synedrium Achaeorum, quod Aegii, et Amphictyonicum quod Thermopylis et Delphis sedem habuit, etiam Pausaniae aetate reliquum fuit. vide cap. 24, 2. sed haec, et quae in aliis Graeciae populis restituta sunt synedria, illorum antiquorum simulacra fuerunt et nomina. Achaici foederis ad seriora tempora conservati mentio etiam in hac inscriptione Naniana fit ἡ πόλις τῶν Ἀβεατῶν Τραϊανὸν κατὰ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα ἀνέθηκε in Monum. Pelop. vol. II. p. 77. De *Boeotorum communi* dissoluto Polyb. XXVII, 1 sq. Βοιωτούς τε γὰρ Ἡρακλεώταις καὶ Εὐβοέας τάλαντα ἑκατὸν Vulgata. Clavier recte edidit Εὐβοεῦσι pro Εὐβοέας ut patet e cap. 14, 4. extr. In Mosq. est εὐνοέας ut 14, 4. ἐκτίσαι Vulg. cf. ad cap. 14, 4. adn. καλοῦσι δὲ — προεστηκότων. Similia habet Suidas s. v. Ἀχαΐα. Subiugata Achaia, reliqua simul Graecia in Romanorum potestatem venerat; ut ait Sylburgius. In Mosq. Ἕλληνες — προεστηκότος legitur. ὁ δὲ πόλεμος κ. τ. λ. *Bellum Achaicum Olympiade CLX. finitum* testatur etiam Appianus Rom. Histor. VIII, 135, quo tempore Mummius videtur triumphasse. Auctore Plinio XXXIV, 3. *Corinthus capta* est Olympiadis CLVI. anno tertio, a. u. c. DCVIII, sed hunc numerum Olympiadis, a Plinio positum, in vitio esse, Harduinus iam animadvertit. In *Diodoro* hoc victore est dissensus. v. Meurs. de Archont. IV, 19.

CAPUT XVII.

§. 1. Ἐσθενείας Mosq. διαπορηθεῖσα ante Facium, qui e Vind. διαπορθηθεῖσα dedit. Wesselingius ad Diodorum Sic. T. I. p. 590. non male corrigebat διαφορηθεῖσα confirmans suam emendationem hoc Chrysostomi loco Orat. XXXVI. p. 446. D. πόλις ὑπὸ τυράννων τε καὶ δήμων καὶ δεκαρχιῶν — καὶ τινων ἄλλων ἀῤῥωστημάτων διαφορουμένη. Clavier δια-

πορηθεῖσα et διαπορθηθεῖσα confundens, et illud in codd. 1410. 1411. et Vindob. legi narrans, Wakefieldii e Sylv. crit. P. III. p. 169. coniecturam διαπονηθεῖσα proposuit, non probabilem; nam διαπονεῖσθαι fere aliter usurpatur. v. Wesselingius ad Diod. S. XI, 7. Ἄργος — εὐμενές. Si memineris, Pausaniam verbum ἐπιλείπειν construere solere cum Accusativo, ut cap. 10, 1. init. et sub fin. p. 546. et 547, inprimis si in memoriam revoces illud Μεσσηνίους — ἐπέλιπεν ἡ περὶ τὸν ἀγῶνα τύχη Ὀλυμπιακόν VI, 2, 5. nostro loco simillimum, vix dubitabis quin corrigendum sit ἀφικομένην — πόλιν· quod qui non probat, ei per me licet ἀνακολουθίαν amplecti. τὸ ἔθνος τὸ — ἀνενεγκόντες, καὶ αὖθις ἀνηρξάμενον Mosq. ἀνανηξάμενον· Oppositum est illud τὴν πόλιν ἐς βυθὸν πεσεῖν in Soph. Ai. 1072. Similis metaphora in καταποντιστὴς apud Pausaniam VIII, 52, 2. καθαιρήσειν. κατέσκηψε δὲ — μήνιμα. Λακεδαιμονίους — Θηβαῖος, καὶ αὖθις ante Facium distinguebatur; is vero κατέσκηψε — μήνιμα parentheseos signis clausit minima distinctione post καθαιρήσειν, maxima post Θηβαῖος, et cum prioribus editoribus iterum minima post ἐγένετο et maiore post τὸ Ἀχαϊκὸν usus· quam qui sequitur rationem, ad Λακεδαιμονίους δὲ — Θηβαῖος assumet καθεῖλε ex praecedente καθαιρήσειν. Clavier interpunxit atque scripsit e codd. 1410. 1411. καθαιρήσειν. Κατέσκηψε — μήνιμα· Λακεδαιμονίοις — Θηβαῖος. Καὶ αὖθις ὁ Ἀχαιῶν πόλεμος ἐγένετο. Ὅτε δὴ — τὸ Ἀχαϊκόν, καὶ αὐτό. Sed nova opus erit emendatione, qua fulcias emendationem Λακεδαιμονίοις. Hoc videns Corayus succurrit simplex ἐγένετο transformando in compositum ἐπεγένετο. Kuhnius iam correxerat Λακεδαιμονίοις, et deinde scribi volebat συμφορὰ ἐγένετο. Sylburgius ἐγένετο mutandum censebat in ἐσίνετο, ut Accusativus Vulgatae Λακεδαιμονίους eo referretur. Quod horum quisque velit, per me licet amplectatur, neque repugnem ἐγένετο plane delenti, quum non habeam quo laboranti loco medear; hoc autem mihi videor intelligere, ὅτε δὴ καὶ initium novae esse periodi, cuius apodosis sit καὶ αὐτὸ ἡ. In Mosquensi καθαιρὴ — λελωβημένοι καὶ εὐθὺ legitur. Clavier recepit e codd. 1410. 1411. καὶ εὐθύ· nos ad Vulgatam καὶ εὐθὺς, quanquam suspicione corruptelae non liberam, redeuntes interpretamur: *et quidem simul*. Neutram Corayus lectionem probans corrigit: ἅτε ἐκ δένδρου λελωβημένου τὰ πλείονα, αὖθις ἀνεβλάστησεν· quod ut codicum auctoritate confirmetur optamus. Kuhnius λελωβημένου τὰ πλείονα ἀνεβλάστησεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὸ Ἀχαϊκὸν, εὐθὺς καὶ αὐτὸ ἡ κακία

κ. τ. λ. voluerat. τῶν στρατηγησάντων Mosq. omisit. Pro vulgato αὐξανόμενον in Vind. et Mosq. est αὐξόμενον.

§. 2. Ἐλεύθερον κ. τ. λ. *Graeciam universam libertate donatam esse a Nerone* idonei testantur auctores, veluti Suetonius v. Ner. 24. Plutarchus de sera num. vind. p. 127, ubi plures citavit Wyttenbachius. ἀλλαγὴν κ. τ. λ. Achaia usque ad Tiberii tempora proconsulari premebatur imperio; illius aetate quum onera deprecata esset, levari eam in praesens isto imperio tradique Caesari placuit teste Tacito Annal. I, 76. Et transtulit Tiberius ad curam suam hanc provinciam, sed senatui reddidit Claudius, ut relatum legimus apud Sueton. v. Claud. cap. 25. Neronis igitur tempore iterum Caesariana facta provincia libertate aucta est a Nerone. ὀρθώτατα Mosq. εἰρηκέναι Πλάτων „lib. 5. Politic. καὶ τὰς ψυχὰς οὕτω φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας, κακῆς παιδαγωγίας τυχούσας, διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι. ἢ οἴει, τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πονηρίαν ἐκ φαύλης ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως τροφῇ διολλυμένης γίγνεσθαι; ἀσθενῆ δὲ φύσιν μεγάλων οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν αἰτίαν ποτὲ ἔσεσθαι;“ Kuhn. sed hic Platonis locus est Polit. VI. p. 85. Bipont. (491. e.) Suetonius Neroni dicit fuisse *aeternitatis perpetuaeque famae cupidinem, sed inconsultam* c. 55. οὐ μὴν Ἕλλησί τε Vulgata. Scripsi γε pro τε ut Schaefer correxerat et postea Porsonus. idem dedit Clavier. ὤνασθαι ante Facium, qui Sylburgii emendationem ὄνασθαι recepit. ὄνασθαι est etiam in Mosq. Οὐεσπασιανοῦ κ. τ. λ. Achaiam libertate demta in provinciae formam redegisse Vespasianum Suetonius testatur in v. Vespas. c. 8.

§. 3. *Huc usque historia; hinc regionis exponuntur memorabilia*, ac primum de *Dyme et Dymaeo agro* usque ad finem huius capitis. Λάρισος sic etiam VI, 26, 5. VIII, 49. sub fin. apud Strabonem VIII, 387. IX, 440, Livium XXVII, 31. et in Bibl. Coisl. p. 282. scribitur fluvius Eleos ab Achaeis dirimens. cf. Tzschuckius ad Strab. locum posteriorem. nunc vocatur *Risso* seu *Mana* v. Mülleri Dor. II, 429. Viae a Palaio Achaia ad Metoki ad sinistram est Larisus teste Guil. Gellio in Itin. of Morea p. 25. Λαρισσαίας Vulgata. Λαρισσαῖος Vindob. Aldina, Stephanus Niger, quanquam hic simplice sibilante: atque Λαρισαίας Creuzer quoque in Symbol. II. p. 772. propter derivationem legi voluit. *Dyme* auctore Strabone ἐξ ὀκτὼ δήμων συμπολισθεῖσα distabat ab Araxo promontorio Elidis sexaginta stadia VIII. p. 337, Pausania autem cap. 18, 1. a Piro fluvio quadraginta. Cf. et de *Dyme* II, 9 1. VII, 6, 1. Müller in Dor. II, 429. in eo loco ponendam

censet, ubi nunc est pagus *Karabosta.* Dymes nomen est etiam in Peuting. tab. VII. Gellio teste in Itin. of Morea p. 25. circiter unius horae via est a Palaio Achaia ad Dymes vestigia. ὅσον τετρακοσίους ἀπέχει τοῦ Λαρίσου Vulg. ὅσον περὶ τριακοσίους ἀπέ τοῦ Λαρ. Mosq. *Dyme trecentis a Lariso distat stadiis* vertit Stephanus Niger. ὅσον τε τριακοσίους e cod. 1410. edidit Clavier. Nibby quoque habet: *trecento.* Cellarius autem in Geogr. antiq. Goldhagenus et Barthelemyus in Analyse des Cartes de Voy. d. jeune Anach. p. XVI. maluerunt τετταράκοντα scribi. Quum τριακοσίους aeque corruptum videatur esse ac τετρακοσίους, Vulgatam retinui, ne vitium vitio permutarem. αἰτίᾳ ταύτης Mosq. Οὐλυμπικὸς Vulgata. Kuhnius corrigebat ὁ Λούκιος, intelligens Lucium Quintium Flaminium, fratrem et legatum T. Q. Flaminii; quam auctoritatem sequendam putavit Goldhagenus: neque ausus est resistere Corsinus, quanquam is in Fastis Att. T. III. p. 13. Φλαμίνιος scribi maluit. Mihi tamen multo propius a vero abesse semper visa est Palmerii emendatio Σουλπίκιος· nam teste Livio XXXII, 21. Dyme capta et direpta a Romanis est *bello priore*, quod 214. a. C. ergo tempore belli Punici secundi Romanis cum Philippo motum erat; hoc priore autem bello non *Flamininus* sed *P. Sulpicius Galba* multas res gessit, qui et auctore Livio XXVII, 31. *classem appulit inter Sicyonem et Corinthum, agrumque nobilissimae fertilitatis effuse vastavit.* Drakenborchius, cuius mecum animadversionem ad Livii locum priorem e T. IV. p. 640. nuperrime communicavit Bosius Dresdensis, eandem ob causam, quam modo attuli, reiecta Kuhnii opinione Palmerii emendationem profert ut suam, fortasse quia Palmerium ita iam correxisse ignorabat. Adde quod, etiamsi quod Kuhnius voluit scripsisset Pausanias, tamen omisisset articulum ὁ ante Λούκιος, et forsan non Λούκιος sed Λεύκιος posuisset. Praeterea Mosquensis lectionis vitium ταύτης Οὐλυμπικὸς potius e Sulpicii quam e Lucii nomine ortum videtur. Denique discimus ex Appiani IX, 2, a. u. c. 546. Sulpicium in Graecia versatum esse, et ibidem 5. legimus οἱ πλείονες τῶν Ἀχαιῶν ἀπεστράφοντο Ῥωμαίους διὰ τινὰ ἐς τὴν Ἑλλάδα Σουλπικίου τοῦ στρατηγοῦ παρανομήματα. Clavier edidit Σουλπίκιος, quam lectionem Nibbyi quoque sequuta est interpretatio. ὄνομά οἱ μετέθετο ἐφ' ἡμᾶς Mosq. codd. 1410. 1411. Ald. Francof. ἐς ἡμᾶς Kuhniana. μετέθετο τὸ ἐς ἡμᾶς Facius se dicit restituisse: sed ita iam Abreschius correxerat in Thucyd. p. 587, Valckenarii schedis testantibus. At ne sic quidem Pausaniae

manus ipsa restituta est, quem scripsisse iudicamus *μετέθεντο τὸ ἐς ἡμᾶς*, quod in minore iam expressum est editione. Hic enim Aoristus vim habet activam. Vide cap. 26, 2. *Ὑπερησίας δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα τὸ νῦν μετέθεντο*, ubi nollem excidisset Facio: *praestat scribere μετέθετο*. IX, 36, 1. *τῇ χώρᾳ τῇ πάσῃ Φλεγυαντίδα ὄνομα εἶναι μετέθεντο*. VIII, 5, 5. *Φιαλίαν τὸ ὄνομα τῇ πόλει μετέθετο ἀπ' αὐτοῦ*, ubi hoc verbum refertur ad Nominativum *Φίαλος*· ut ibidem *Πόμπος ἔθετο ὄνομα Αἰγινήτην τῷ παιδί*. X, 35, 5. *ὄνομα ἔθεντο αὐτῇ*. adde VIII, 8, 3. VII, 18, 3. nunc video Porsonum quoque vel *μετέθεντο* vel *μετετέθη* voluisse scribi. *Αἰγινίτου* Mosq. *Αἰγιμίτου* Ald. Francof. Kuhn. Sylburgii correctionem *Αἰγιμίου* ex Apollodoro ductam recepit Facius. Pro *Δύμας* apud Stephanum Byz. est *Δυμᾶν*. Urbem Dymen de muliere seu heroina Dyme dictam esse, legimus etiam in Etym. M. p. 291. Quod urbis etymon Strabo VIII, 387. affert: *πασῶν δυσμικωτάτη, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα*, invenitur etiam in Etym. M. l. c. et Stephano Byz. ubi haec urbs in Euphorionis versiculo *ἐπιζέφυρος* vocatur. *ὑπὸ δὲ τοῦ ἐλεγείου τοῦ Ὀλυμπιάσιν ἐπὶ τῇ εἰκόνι τῇ Οἰβώτα οὐ προαχθείη τις εἰς ἀλογίαν* Vulgata. Corayus emendabat *Οἰβώτα ἂν προαχθείη τὶς εἰς ἀμφιλογίαν* vel *Οἰβώτα προαχθείη ἄν τις εἰς ἀμφιλογίαν* recte animadvertens, constructionem postulare, ut addatur *ἄν*. Eidem autem negationem *οὐ* delenti, quod contrarium sensum efficiat, non assentimur, quanquam pro se Amasaei afferat versionem. Expellendam illam non esse, planum faciunt proxima, ubi scriptor eandem repetens sententiam eodem modo dicit: *τοῦτο οὖν οὐκ ἄν τινι ἀλογίαν παραστήσειεν*. Quid vero est quod Corayus, quod attinet ad negationem hic repetitam, addat *on pourroit la conserver ici?* Si hic, cur non antea in eadem sententia? Caeterum in hoc altero quoque loco Corayus reponi iubet *ἀμφιλογίαν*. Nos eius auctoritatem neque hic neque antea sequi potuimus, quoniam et difficilius ad credendum est, idem vocabulum bis eodem modo paucis interiectis versibus corruptum esse, et vocabulum *ἀλογία* videtur posse defendi; in Phavorino enim etiam *ἀταξία* exponitur, *conturbatio*, ut posteriore loco recte verterit Amasaeus *nihil nominis haec commutatio quenquam conturbarit*. Kuhnius in priore loco usus est formula: *a iudicio recto se pati abduci*. Neque *ἀπορίαν*, quae se mihi obtulit, admisi. Itaque ex Corayi emendationibus nil nisi *ἄν*, satis illud posteriore etiam loco nobis commendatum, recipimus et cum Porsono scribimus *Οἰβώτα οὐκ ἂν προαχθείη*. Proxima *ἀνδρὶ Δυμαίῳ — νίκην* Stephanus

Byz. v. Δύμη ita laudat: *Καὶ Παυσανίας ἐν Βοιωτικοῖς· Ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην.* Qui Stephani locus in Bibl. Coisl. p. 281. ita exhibetur: *καὶ Παυσανίας ζ. Βοιωτοὶ ἀνδρὶ — νίκην.* Pro *sexta* Olympiade Amasaeus habet *septimam*, sed accommodandum graeco textui numerum putavit Sylburgius. Memorabile tamen, quod etiam in Eusebii Chronico *septima* non *sexta* ponitur. sed cf. VI, 3, 4. *εἰκόνος κ. τ. λ.* De hac statua Oebotae Olympica cf. et VI, 3, 4. *καὶ τὰ* pro *κατὰ* Mosq. *μάντευμα ἐκ Δελφῶν* Vulg. *μάντευμα τὰ ἐκ* Mosq. *μαντεύματα ἐκ* Vindob. hinc fluit correctio *μάντευμα τὸ ἐκ*, quomodo loquutum videmus Pausaniam X, 10, 1. *Οἰνία — ὁ δ' Ἀχαιὸς* Vulgata. *Ἀχαιοῖο* cod. 1410. Vind. Mosq. *ὁ δ' Ἀχαιοῖς* dedit Clavier e cod. 1411. Corayus suspicabatur legendum esse *νικῶν ὅδ', Ἀχαιοῖς*. Kuhnii audacia corrigebat: *Ὤνατο Οἰβώτας στάδιον νικῶν· ὁ δ' Ἀχαιοῖς Fructum tulit laboris Oebotas vincendo stadium: nam Achivis* etc. Nos cum Brunckio quidem et Iacobsio in Anth. Palat. T. II. p. 842. scripsimus *νικῶν ὅδ'* e codicibus autem recepimus *Ἀχαιοῖς πατρίδα κ. τ. λ. θήη* pro *θῆκ'* Mosq. *τοῦτο οὖν οὐκ* est correctio Sylburgii tacite a Kuhnio recepta. In Ald. et Francof. *τούτου οὖν οὐκ* legitur. *τῶν ὑστέρων* videtur pendere a vocabulo *ὀνόματα*, ut sensus sit: *posterorum nomina a maioribus ducta. ἀνάγεσθαι* pro *ἐπάγεσθαι* Mosq. *Ἀμφιάραόν* Facius e Vind. et Amasaei versione restituit pro *Ἀμφίαρον·* illud huic iam Sylburgius praetulerat. Idem addidit: „Phoronidae hic latiori significatione nominantur Argivi a Phoroneo, Argi avo." Huc inprimis pertinet Stephani Byz. locus v. *Ἄργος* hic: *λέγονται (οἱ Ἀργεῖοι) καὶ πατρωνυμικῶς — Ἡρακλεῖδαι· πρὸ δ' Ἡρακλέους Περσίδαι· καὶ πρὸ Περσέως δὲ Λυγκεῖδαι καὶ Δαναΐδαι· πρὸ δὲ Δαναοῦ Ἀργειάδαι* (cf. Paus. VII, 8, 5.) *καὶ Φορωνίδαι· οὓς Ἄβρων ποιηταῖς ἀνατίθησιν. Theseus Erechthides* v. Plutarchi v. Thesei cap. 3.

§. 4. *Τοῦ ἄστεως* Vulg. *τούτου* Vindob. *ἔστη* ante Facium, qui e Vind. et Mosq. *ἐστι* scripsit. *τοῦ ἐν Δυμαίῳ ἐν δεξιᾷ* Vulgata. Expresseram Sylburgii emendationem *τοῦ Δυμαίων ἐν δεξιᾷ*, quum prius *ἐν* videretur ex altero natum esse. Clavier maluit Facium *τῶν Δυμαίων* corrigentem sequi. *τότε* Vulg. divise scripsi auctore Sylburgio: idem pro *αὐτὸν* voluit *αὐτὸ* scribi: assensum sustinui, Herculem ipsum pro suo Sostrati amore et in amoris sui testimonium illud sepulcrum exstruxisse significari existimans.

§. 5. Ista Dodwellii II, 151. „Es ist klar, dass P. bey der Untersuchung der Küste von Elis bis Patrae nicht mit Ge-

nauigkeit verfahren ist, u. die Abschreiber haben hier die Verwirrung vermehrt. Er giebt auf seinem Wege von Kyllene nach Dyme nichts als einen Tempel der Minerva nahe am Larisos an" magis iactata quam meditata videntur esse. cf. ad VI, 26. extr. Verba *Δυμαίοις — καὶ ἄγαλμα* repetivit ex hoc loco Stephanus Byz. v. *Δύμη. ἀρχαῖος* Mosq. *Δινδυμένη* mater deum dicta de *Dindymo* monte, qui biceps fuit et inde nominatus est. v. adn. ad I, 4, 5. p. 20. et Etymol. M. 276. Ergo de hoc monte duorum cacuminum vocata est deum mater et *Dindymene et Agdistis;* de quo altero nomine cf. Hesychius h. v. et adn. ad I, 4, 5. *Ἄττης* supra I, 4, 5. scribitur *Ἄτυς*. Kuhnius adnotavit, Stephanum Nigrum legisse videri *οὐδὲν οἷός τε ἦν, ἀπόῤῥητον ὂν ἐς αὐτὸν, ἐξευρεῖν,* quum ita ille e Pausania scripserit: *qui autem esset Attes nunquam potis fui, quum id arcanum esset, percipere;* eamque lectionem fatetur sibi valde placere, suumque hoc iudicium Facio probavit ac Clavierio, quorum posterior etiam in versione illud sequutus est. Sed mihi quidem haec lectio videtur menti repugnare Pausaniae, qui quum dixisset se, quod Attae spectat originem, nihil reperire potuisse quod arcanum seu in mysteriis situm esset, refert quod Hermesianax de eius genere tradidit, et deinde addit *λόγον ἐπιχώριον* Pessinuntiorum de eodem Atta, et quomodo natus atque conservatus sit. Haec igitur de Atta narrans quomodo dicere potuit, se quis ille fuerit nunquam potuisse percipere, quum id arcanum esset? Adde quod quae continuo sequuntur *ἀλλὰ Ἑρμησιάνακτι κ. τ. λ.* ut cum ista lectione parum congruunt, ita cum Vulgata bene conspirant. Neque Arnobius adv. gent. V, p. 184. nostrae obstat sententiae; quae enim ille dicit ex intimis eruta mysteriis, ea magnam deorum matrem eiusque sacra spectant. *Καλαοῦ·* Stephanus Niger teste Kuhnio habet *Calii. μητέρος* Mosq. *Ἀνδοῦς* pro *Ἀνδοῖς* et *ἓν* pro *ὖν* Mosq. *καί τι ἑπόμενον τούτοις et aliquid his consentaneum.* cf. ad VIII, 10, 4. *Πεσινοῦντα* etiam I, 4. *Πεσσινοῦντα* Mosq. Vind. *ἀλλὰ ἐπιχώριος — λόγος.* Hunc latius explicat Arnobius adv. gent. V. p. 184 sq. ex quo loco excerpi placuit, quae nostro illustrando videbantur inservire. Arnobius igitur quum Phrygiae petram quandam commemorasset, cui nomen *Agdus* fuit, ita pergit: „Ex ea lapides sumtos in orbem mortalibus vacuum Deucalion iactavit et Pyrrha: ex quibus cum caeteris et haec, Magna quae dicitur, informata est mater, atque animata divinitus. Hanc in vertice ipso petrae datam quieti et somno incestis Iupiter cupiditatibus appetivit. Sed cum obluctatus

diu id, quod sibi promiserat, obtinere nequisset, voluptatem in lapidem fudit victus. Hanc petra concepit, et mugitibus editis multis prius mense nascitur decimo materno ab nomine cognominatus *Acdestis*. Huic robur invictum et ferocitas animi fuerat intractabilis, insana et furialis libido ex utraque sexus vi rapta. Cuius cum audacia quibusnam modis posset vel debilitari vel comprimi, saepenumero esset deorum in deliberatione quaesitum, huius muneris curam Liber in se suscepit: familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat suetus et sitis lenire flagrantiam, ludo et venationibus excitatum, validissima succendit vi meri: necessitatis in tempore haustum accurrit Acdestis: fit ut insolita re victus soporem in altissimum deprimatur. Adest ad insidias Liber, ex setis scientissime complicatis unum plantae iniicit laqueum, parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat: exsolutus ille vi meri corripit se impetu, et adducente nexus planta, suis ipse se viribus eo, quo fuerat, privat sexu: cum dissidio (?) partium sanguis fluit immensus: rapiuntur et combibuntur haec terra: malum repente cum pomis ex his punicum nascitur: cuius *Nana* speciem contemplata regis Sangarii fluminis filia carpit mirans, atque in sinu reponit: fit ex eo praegnans: tanquam vitiatam claudit pater, et curat ut inedia moriatur: pomis atque aliis bacculis deum sustentatur a matre: enititur parvulum. Sed exponi Sangarius praecipit: repertum nescio quis sumit, format, lacte alit hirquino: et quoniam Lydia scitulos sic vocat, vel quia hircos Phryges suis *Atagos* elocutionibus nuncupant, inde *Atys* nomen ut sortiretur effluxit. Hunc unice mater deum, ore fuerat quod excellentissimo, diligebat, et Acdestis blandus adulto comes, et qua solum poterat amans. Tunc Pessinuntius rex Midas alienare cupiens tam infami puerum coniunctione, matrimonio eius suam filiam destinat: ac ne scaevus aliquis nuptialia interrumperet gaudia, fecit oppidum claudi: verum deum mater adolescentuli fatum sciens, interque homines illum tam diu futurum salvum, quamdiu esset solutus a matrimonii foedere, ne quid accideret moesti, civitatem ingreditur clausam, muris eius capite sublevatis, quod esse turritum ratione ab hac coepit. Acdestis scatens ira convulsi a se pueri, et uxoris ad studium derivati, convivantibus cunctis furorem et insaniam suggerit. Atys furiarum et ipse iam plenus proiicit se tandem, et sub pini arbore genitalia sibi desecat, dicens: tibi Acdesti haec habe, propter quae motus tantos furialium discriminum concitasti. Evolat cum profluvio sanguinis vita, sed abscissa

quae fuerant, magna legit mater deum, et iniicit his terram veste prius tectis atque involutis defuncti. Virgo sponsa quae fuerat exanimati pectus lanis mollioribus velat, dat lacrymas cum Acdesti, interficitque se ipsam. Mater suffodit eam deum, unde amygdalus nascitur, amaritudinem significans funeris. Iupiter rogatus ab Acdesti, ut Atys reviviseeret, non sinit: quod tamen fieri per fatum posset, sine ulla difficultate condonat, ne corpus eius putrescat. Contentum Acdestim consecrasse corpus Pessinunte, caeremoniis annuis et sacerdotum antistibus honorasse." Mitscherlichius ad h. Hom. in Cerer. 372. recte animadvertit, fructibus amygdali vim prolificam tributam esse, quod Amygdalus e terra progerminarit, ubi Agdistis *αἰδοῖα* iacuerant. *τὰ δὲ αὐτῷ γυναικός* Vulgata. *αὐτῷ* hinc alienum uncis incluseram; Clavier omisit ut inutile visum; quanquam cogitari potest, excidisse *γενέσθαι*. Vulgo scribitur *Ἀγδίστιν·* retraxi accentum, ut I, 4. Nomen *Ἄγδιστις* datum est et monti et matri deum (vide ad I, 4, 5. adn. atque Hesych.) et hoc loco daemoni cuidam generis communis. Caeterum hic distinguuntur *Agdistis et Attes*; e pudendis enim virilibus Agdistis abscissis nata est amygdalus, et ex huius fructu Atten peperit Sangarii filia, postea Agdistis amasium. *Συγγαρίου* Mosq. De *Sangario* cf. ad I, 4, 5, et de eius coniunctione cum rebus deum matris Sch. Apoll. II, 722. *λαβεῖν — τοὺς καρποὺς* Vulg. Recepi Sylburgii emendationem *λαβεῖν — τοῦ καρποῦ*. In Mosq. *αὐτίκα ἀφανὴς* legitur. Schwenckius in Etym. Mythol. Andeut. p. 97. putat *amygdali* fructum veteres comparavisse cum prolibus (poliminibus, coleis, testiculis) ut *κύαμον* et *ἐρέβινθον*. Aliter in hac fabula interpretari amygdalum Arnobium vidimus. *τράγος περιεῖπε τὸν παῖδα*. „Notandum *τράγος* pro *αἴξ*" Sylb. atque etiam Valckenarius adnotavit, aptius fuisse vocabulum *αἴξ*. Sed nulla est necessitas ut *περιέπειν* hic interpretemur *nutrire suo lacte*, quum esse possit *tueri*, *curam agere*. Quid autem *hirquino lacti* Arnobii faciemus? Fortasse ille quod fabula de hirco tradidit male accepit reddiditque. *ἐγκείμενον* Mosq. Idem *ἔρως* omisit et postea *Ἀγδίστα* pro *Ἄγδιστιν* praebet. *συνοικήσοντα τῇ* Vulgata. *συνοικίσοντες τοῦ* Mosq. De verbo *ἐφίστασθαι* ad I, 4, 4. *καὶ τὰ αἰδοῖα ἀπέκοψε μανεὶς ὁ Ἄττης*. Clemens Alex. Protr. p. 12. postquam narravit, Corybantes fratres duos suum tertium fratrem interfecisse, eosdemque hos fratricidas cistam, in qua Dionysi pudendum situm fuerit, in Tyrrheniam detulisse, et hanc cistam cum pudendo venerandam tradidisse Tuscis, addit:

δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τὸν Διόνυσόν τινες Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν, αἰδοίων ἐστερημένον. Apud Nicetam in Creuzeri Melet. I. p. 22. ἄττις est Bacchi epitheton. Clementis autem verba illustrantur his Etymologici M. p. 163. Ἄτης, ὁ Διόνυσος ἐπιθετικῶς· ἀπὸ τῆς γενομένης ἐκ τῶν Τιτάνων εἰς αὐτὸν ἄτης καὶ φθορᾶς. Ergo ab ἄτη, ἀτῶ i. e. βλάπτω quidam ducebant Attae nomen, et hanc ἄτην referebant ad αἰδοῖα ἀποκεκομμένα. Hinc iste Ἄττης ipse sibi ea demessuisse ferebatur. μετάνοιαν Mosq. qui mox Ἄττην omisit.

§. 6. Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Δυμαίᾳ ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ δρομέως Οἰβώτα νίκη. τούτῳ δ' ἐν Ὀλυμπίᾳ Ἀχαιῶν πρώτῳ γέρας λαβόντι οὐδὲν ἐξαίρετον παρ' αὐτῶν ἐγένετο εὕρασθαι Vulgata. καὶ τοῦ δρομέως Οἰβώτα νικῆς ἄν τι Ὀλυμπίᾳ Ἀχαιῶν πρώτῳ γέρας οὐδὲν ἐξαίρετον παρ' αὐτῶν ἐγένετο εὕρασθαι Codd. 1410. 1411. Mosquensis ἐστὶ et ἡ et λαβόντι omisit, et Οἴβαντα pro Οἰβώτα habet. Pro νίκη. τούτῳ est νικήσαντα in Vind. et Mosq. Ex his erui lectionem, quam in minorem editionem recepi; ubi stellulam posui, fortasse μνῆμα excidit seu τάφος. neque deserui illam lectionem, quippe qua quidquam melius ab aliis prolatum nescirem. Clavier scripsit Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Δυμαίᾳ ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ δρομέως Οἰβώτα νικήσαντι ἐν Ὀλυμπίᾳ Ἀχαιῶν πρώτῳ, γέρας οὐδὲν ἐξαίρετον παρ' αὐτῶν ἐγένετο εὕρασθαι. Quod quum ipse carere sensu vidisset, hanc proposuit coniecturam: ἡ τοῦ δρομέως Οἰβώτα εἰκών. Οἰβώτᾳ νικήσαντι ἐν seu ἔστιν εἰκὼν τοῦ δρομέως Οἰβώτα· νικήσαντι τούτῳ ἐν κ. τ. λ. Praeivit et in errorem duxit Kuhnius: is enim εἰκὼν pro νίκη substitui iusserat; sed quae extremo hoc capite memoratur Οἰβώτα εἰκὼν, ea non in Dymaeo, qui Kuhnii error erat, sed in Olympico fuit agro. vide VI, 3, 4. Facius putavit, scribendum esse Νίκη et intelligendum *Victoriae signum, quod in honorem Oebotae positum et ἡ τοῦ Οἰβώτα Νίκη dictum fuerit.* ἐπὶ τοῦτο Vulg. Ex emendatione Sylburgii ἐπὶ τούτῳ scripsi. Ὀλυμπικὴν Mosq. Ὀλυμπιᾶσιν idem. δὴ post οὕτω idem omisit. παισὶ abest a Mosq. De huius *Sostrati* victoria cf. VI, 8, 1. ἐναγίζειν τῷ Οἰβώτᾳ, καὶ ἣν κρατήσουσιν ἐν Ὀλυμπίᾳ, στεφανοῦν τοῦ Οἰβώτα τὴν εἰκόνα. Ita vulgo distinguitur: Facius e Mosq. recepit κρατήσωσιν, sed interpunctionem non tetigit. Nos, virgula post κρατήσωσιν fixa, ἐν Ὀλυμπίᾳ coniunximus cum sequentibus: namque ἐνήγιζον in Dymaea, ἐστεφάνουν autem Olympiae, ubi Oebotae statua erat.

CAPUT XVIII.

§. 1. Pro τε post Σταδίους Facius δὲ edidit, quod Sylburgius iam voluerat. ἐς Θεσσαλίαν pro ἐς θάλατταν Mosq. et Stephanus Niger. De *Piro* cf. cap. 22, 1. Prope Olenum fuisse, testes habemus Hesiodum apud Strabonem VIII, 342. (61.) et Herodotum I, 145. In Etym. M. p. 475. est Πίρος. *Olenus* inter Dymen et Patras (v. Strab. VIII, 386.) „in den von Palaeo Achaia ¼ mile südl. gelegenen Ruinen" Müller in Dor. II, 429. *Oleni* vestigia Gellius in Itinerary of the Morea p. 24. trium horarum et dimidii spatio removet a Patris. ἔστιν οὐκ ἐλάχιστά σφισιν δείγματα τοῦ λόγου, τίς ὁ δεξάμενος ἐν Ὠλένῳ βασιλεύς ante Facium, qui Palmerii correctionem Δεξαμενὸς e cap. 19, 3. p. 573. haustam recepit, Goldhageni sequutus exemplum. Mosquensis autem omittit τίς ὁ et ante ἐν inserit δ'· quod ducere ad veram lectionem videbatur δείγματα τοῦ λόγου Δεξαμενὸς ὁ ἐν Ὠλένῳ βασιλεύς, in minore nostra expressam editione. Clavier rudem carentemque constructione codicum 1410. 1411, qui τίς ὁ non agnoscunt, lectionem dedit: δείγματα τοῦ λόγου, Δεξαμενὸς δὲ ἐν Ὠλένῳ βασιλεύς. Cf. et de hoc *Dexameno* V, 3, 4. Diod. S. IV, 33. Apollod. II, 5, 5. Nomen adhuc corruptum est apud Anonymum de XII. Certam. Herc. in Ruhnk. Ep. cr. II. p. 375. Sensus: *Dexamenus, Oleni rex et quae ab eo Hercules accepit dona hospitalia, non minima pars sunt eorum, quibus se iactat narratio illorum, qui Herculem eiusque res celebrarunt.* ἐξ ἀρχῆς μικρόν Mosq. ἐλεγεῖον — πεποιημένον videtur esse distichon elegiae alicui insertum, et huius Eurytionis Olenique parvae mentionem faciens. Franckius in Callino p. 55. malebat Hermesianactis distichon in Eurytionis statuam intelligi. Ruhnkenius in Ep. crit. II. p. 375. sumebat fuisse elegiam ad Eurytionem Centaurum, cuius argumentum forsan fuerit Mnesimache, Oleni filia, rapta ab Eurytione, sed liberata ab Hercule; ubi locus Anonymi de XII. Cert. Herc. corrigendus fuit. De *Hermesianacte* cf. ad VI, 17, 3. ἐς Πειράς τε καὶ ἐς Εὐρυτειάς· de his nihil habeo dicere. Εὐρυτιάς Vind. Mosq. Apud Strab. VIII, 386. (302.) Olenii Dymen migrarunt.

§. 2. De *Patris et Patrensibus* usque ad cap. 21. extr. Cf. de iis Wassii Add. ad Thucyd. II, 83. O. Mülleri Doriens. II, 427. Sickleri Nachtr. Anm. u. Berichtig. zu Dodw. Reise p. 51. *Patrae* distabant, ut hic locus testatur, a *Piro* LXXX. stadia, a *Rhio* quinquaginta (vide cap. 22, 7.) vel quadraginta (apud Strab. VIII, 387.); a *Corintho* ad Patras est iter

viginti horarum teste Hobhousio in Iourney trough Albania T. I. p. 238. triginta trium in Müller. Dor. II, 426. Patrass to Palaio Achaia 3 hours 55 minutes, Megaspelia by Kalabrita to Patras 12 h. 55 m. referente Gellio in Itinerary of the Morea p. 23. 135. Idem de praesente Patrarum conditione dicit p. 3 sq. pluribus autem Dodwellius I, 1. p. 153 sqq. Strabonis aetate erat πόλις ἀξιόλογος eandemque ille dicit ἐξ ἑπτὰ δήμων συμπολισθεῖσαν. v. Strab. VIII. 387. et 337. Patras ad ipsum mare exstructas non fuisse, viri docti iam locis Thucydidis V, 52. et Plutarchi in v. Alcib. 15. planum fecerunt. Cf. Paus. c. 21, 2. ὀγδοήκοντα. Dodwell. II, 1. p. 148. dicit esse viam quatuor horarum deficiente tertia horae parte. De *Piro* cf. c. 22, 1. et Strab. VIII, 342. Auctore Dodwellio II, 2, 352. Glaucus nunc *Leuca* vocatur. A Patris ad *Glaucum* unius horae via est deficiente circiter quarta parte. v. Gellii Itinerary of the Morea p. 23. Mosquensis post ἀνθρώπων inserit οὐ πολλῶν· fortasse βασιλεύοντα ἀνθρώπων οὐ πολλῶν a Pausania scriptum est. *Eumelum hunc agriculturam a Triptolemo doctum* quomodo Welcker in Schwenckii Etym. Myth. Andeut. p. 296. negare potuerit agricolam fuisse non intelligo. Τριπτολέμου — τῆς γῆς. Similia de huius urbis nomine profert Etymologicum M. v. Ἀρόη, et Stephanus Byz. hunc ipsum Pausaniae locum. Ante Facium legebatur οἰκῆσαι· hic scripsit οἰκίσαι ut Sylburgius correxerat. εὐθεῖαν pro Ἀνθεῖαν Mosq. Porsonus Ἀνθέα maluit. Welcker l. c. transformat Ἀνθεῖαν in puellam. Τριπτόλεμος — οἰκίζουσιν. Ab Anthensibus cultam esse Cererem, discimus ex Athen. XI, 460. Pro Ἄνθειαν Porsonus scribendum putavit Ἀνθεῖαν. sed cf. Homer. Iliad. IX, 151. ubi Agamemno Achilli Ἄνθειαν βαθύλειμον offert. Μεσσάτις ante Facium. putant urbem ita appellatam esse, quod media inter Antheam et Aroën fuerit.

§. 3. Μεσάτῳ — ἐπιβουλεύοντα — Πατρᾶσι Mosq. Pro Πανῶν Clavier suspicabatur Τιτάνων legendum esse. *Patreum* dicunt etiam *Patraum* vocatum esse, idque confirmant tetradrachmo argenteo in Seguini Selectis numism. antiq. p. 103. ed. pr. et Begeri Thes. Brandeb. T. I. p. 283. Πρηνγένους Mosq. atque etiam postea. sed cf. cap. 6, 2. III, 2, 1. ἐντὸς τοῦ Vulg. nos οἱ post ἐντός inseruimus cum Mosq. ὄνομα — Πάτρας. Antiquum tamen nomen Aroë non plane exolevisse numi testantur ita inscripti COL. A. A. PATRENS. i. e. Colonia Augusta Aroë Patrensis, vide Wassii Add. ad Thuc. II, 83.

§. 4. Αἰγινήτης nomen proprium est etiam VIII, 5, 5. τοῦ Ἁρπάλου Vulg. Iam ad III, 1, 3. dixi, Meursium de re-

gno Laced. cap. 3. hoc loco corrigere τοῦ Ἀργάλου, quoniam Pausanias in Laconicis hoc nomen ita scripserit. Goldhagenus post Gedoynum recepit *Argalum.* Clavier in Hist. d. prem. temps de la Grèce I. p. 105. dubius haerebat, utrum nomen esset verum. Postea nescio quomodo scrupulus ei exemtus est, ut in Pausaniae editione scripserit τοῦ Ἀργάλου. Sed quia, quod ad III, 1, 3. iam significavi, alterum nomen alterius interpretatio esse potest, nec codices propositae favent correctioni, nunc quoque Vulgatam retinendam putavi; idem fecit Nibby. Huius Harpali filius fuit *Δηρείτης* i. e. Θηρειτὴς Welckero iudice p. 309. l. c. quod quid significet, ab eo non docemur; invenimus autem in Pausaniae Laconicis c. 19, 8, cognomen hoc fuisse Laconicum Martis. Sed cur discedamus a *Δηρείτης*, quum hoc nomen duci possit a δῆρις, δηριάω *pugna*, *pugno?*

§. 5. *Ἰδίᾳ — τὴν Αἰτωλῶν.* cf. cap. 20, 3. X, 22, 4. συνδιοίσουσι pro συνδιοίσοντες Mosq. *Βολίμην* ante Facium qui e cap. 23, 3. et Stephano Byz. qui Rhianum producit testem, *Βολίνην* scripsit. Ἀργυρὰν Mosq. sed Ἀργυρᾶ est etiam cap. 23, 1—3. Pro Ἀρβᾶν (Ἀρβὰν Mosq.) Sylburgius legi voluit Ἀρόαν seu Ἀρόην ex antecedentibus et ex cap. 19, 1, idque probavit Ortelio ac Facio. Sed Aroë et Patrae fuerunt una urbs (vide §. 3.), ut Patris non potuerint Aroën migrare. Non magis notae sunt *Πειραὶ* et *Εὐρυτειαί* §. 1. τοῦ παράπλου κεῖσθαι καλῶς *opportune sitam esse praeternavigantibus.* Similiter dixerat Thucydides I, 36: τῆς Σικελίας καὶ Ἰταλίας καλῶς παράπλου κεῖται. ubi similis e Procopio locus affertur. ἐπανήγαγεν — Ῥύπας. Eusebius in Chronico id a. u. c. DCCXL. accidisse tradit. προςσυνῴκησε ante Facium, qui Sylburgii correctionem προςσυνῴκισε recepit. ἔδωκε δὲ καὶ ἐς τὰ ἄλλα γέρας σφίσιν, ὁπόσα Vulg. Scripsi γέρα· hoc convenientius esse vidit et Sylburgius, hic quoque a Kuhnio neglectus, et Porsonus. Singularem respuit constructio. ὁπόσα — νομίζουσι. Facta est colonia Romana. v. Strabo VIII, 387. (312.) adde Martinii veter. monum. syllogen p. 117.

§. 6. — 20, 2. de *Patrarum arce.*

§. 6. et 7. de *Diana Laphria:* ea culta est a Calydoniis, Messeniis et Patrensibus. cf. IV, 31, 6. Idem hoc epitheton Minervae datum in Lycophr. Cass. 356. Tzetza interprete est ὅμοιον τῷ Ἀγέλεια, ἤτοι ἡ ἄγουσα λείαν. sed in Diana hac Patrensium istud cognomen aliam iudice Pausania potestatem habuit. *Calydon* „was 30 stadia, or 3 miles inland, probably near a place now called Kabro Limne“ Gell's Itinerary of

the Morea p. 4. διὰ τὸ τὴν ἐς Νικόπολιν τὴν ante Facium, qui Kuhnii emendationem διὰ τὸ ἐς τὴν in contextum intulit. Sylburgio articulus τὴν post διὰ τὸ videbatur tollendus; a nobis nunc sublatus est. Νικοπόλεως συνοικισμὸν commemoravit scriptor etiam V, 23, 2. ἔσχον, ὡσαύτως — Ἀκαρνάνων. τὰ μὲν Facius distinxit: nos ad veterem interpunctionem redivimus eamque necessariam. Sensus enim nexusque hic est: *simulacrum Laphriae Patrenses acceperunt. Pariter autem quidquid aliorum etiam erat simulacrorum, et ex Aetolia et ex Acarnania maximam partem Nicopolin asportatum est, Patrensibus autem Augustus et alia ex Calydonis praeda et Laphriae dedit simulacrum.* κομισθῆναι pro ἐκομίσθη positum est quasi praecessisset λέγουσι vel συνέβη. Sylburgius excidisse putabat ἐκέλευσε vel simile verbum, Facius autem hunc Infinitivum a subsequenti ἔδωκε regi. Dicebamus de hoc structurae genere ad VI, 20. 7. ἐπ' ἐμὲ ante Facium, qui ἐς ἐμὲ e Mosq. restituit. φησὶ pro φασὶ Mosq. Λάφριον γὰρ τὸν Κασταλίου τοῦ ἀδελφοῦ Vulg. Amasaeus legit τὸν ἀδελφόν. Sylburgius vidit, pro ἀδελφοῦ legendum esse Δελφοῦ sed ita, ut vel intelligeretur Laphrius Castalii filius Delphis oriundus, vel admitteretur transpositio Λάφριον τὸν Δελφοῦ τοῦ Κασταλίου. Quae qualia sint, patebit ex generis serie, quae haec est in Scholiis ad Eurip. Orest. 1087. (1093.):

Lycorus
|
Hyamus
|
Melanis
|
Delphus
|
Castalius
|
Laphrius

In Pausaniae X, 6, 2. diversa traduntur, ut aliis *Delphus* Castalii ex filia Thyia, aliis Cephissi ex Melaena nepos fuerit. Scripsimus τοῦ Δελφοῦ, non ut appellativum sed ut proprium nomen esset, Castalii patri et Laphrii avo datum. ἀδελφὸς et Δελφὸς confusa sunt etiam VI, 2, 1. VII, 1, 3. et in Scholiis Tzetzae ad Lycophr. 1374. p. 1017. ed. Muell. ubi pro μετὰ τῶν ἀδελφῶν egregia Ruhnkenii emendatio μετὰ τῶν Δελφῶν recipienda fuit. Clavier quoque scripsit Δελφοῦ· eandem lectionem sequuti sunt Goldhagenus et Nibby. De Laphrio dicta

est φρατρία ἐν Δελφοῖς Λαφριάς. v. Hesych. et Phavor. et apud Calydonem fuit τοῦ Λαφραίου Ἀπόλλωνος templum teste Strab. X, 459, nisi τῆς Ἀρτέμιδος — ἐλαφρότερον. v. Apollod. I, 8, 2. αἰτία Mosq. Duas igitur huius cognomenti causas attulit Pausanias, duas alias Martinius l. c. p. 138. et 142 sq. quarum altera est, quod admodum fera, vel ferarum venandarum perquam studiosa fuerit, a φὴρ i. e. θὴρ et λα particula augendi vim habente, ut λαφρία contractum sit ex λαφηρία. altera autem repetitur a festo huius Deae, quod §. 7. enarratur; quoniam enim postulaverit, ut tot animalia sibi hoc festo immolarentur, propter singularem hanc ferarum appetentiam λαφρίαν dictam videri a λάω, *inhio*, *vehementer appeto* et φήρ, ut λαφηρία, λαφρία sit ferarum cupidissima. Denique Müllero in Dor. I, 377 sq. Diana Laphria et Αἰτωλὴ apud Paus. X, 38, 6. (quae etiam σχῆμα ἀκοντιζούσης παρείχετο) videtur esse eadem. Aetolicam autem putat fuisse deam frumentorum, quae aliquando apri sumta specie sata interfecerit. τὸ μὲν δὴ — θηρεύουσά ἐστιν· Vulg. δὴ cum Mosq. omisi. *Formam et habitum* Dianae Laphriae Martinius credidit cognosci e Patrensium numis, quos Valens (Vaillant) in Numism. aereis Imperatorum, Augustarum et Caesarum in Coloniis, Municipiis et Urbibus iure Latio donatis P. I. p. 125. 142. ed. Amstel. suppeditet. πεποιημένη ante Facium, qui πεποίηται e Mosq. adscivit. Ναυπάκτιος pro vulg. Ναυπάκτιοι Mosq. *Naupacti* quoque fuit, ubi Messenii habitantes a Calydoniis vicinis cultum Dianae Laphriae acceperunt teste Pausania IV, 31, 6. De *Menaechmo ac Soida* cf. indices in Meyeri Hist. art. int. Gr. et in Winckelmanni Opp. Martinius nostrum locum de Callone et Canacho simulque Plinii XXXIV. cap. 9. sequutus Menaechmum hunc (quem a Sicyonio distinguit) et Soidam putat centesima fere Olympiade, a. u. c. CCCLXXX, a. C. n. CCCLXX. maximam artis suae famam laudemque adeptos esse, ergo tempore bellorum, quibus Pelopidas atque Epaminondas inclaruerint. τεκμαίρονταί τε Porsonus legi voluit. De *Canacho* cf. indices in Winckelmanni Opp. et adnotáta ad Paus. II, 32, 4. adde X, 9, 4. In Anthologia Palat. T. II. p. 692, ubi Musa ab eo facta laudatur, nomen eius Καναχᾶς scribitur. De *Callone* cf. ad II, 32, 4. τινὰ pro τινὶ Mosq.

§. 7. Ἄγουσι δὲ καὶ Λαφρίᾳ ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι Vulgata. Cum Meursio in Graecia Feriata et Porsono Λάφρια scripsi. περὶ μὲν τὸν κ. τ. λ. In ara fuit locus excavatus, in quo ponebantur ligna incendenda, ideoque maxime *arida*.

Ligna autem, quibus haec ara sepiebatur, erant *viridia*, ne hoc septum igni in ara accenso consumeretur. ἀνότατα pro αὐότατα Mosq. λειοτέραν κ. τ. λ. *leviorem mollioremque terram in arae gradus congerentes eosque illa explentes.* τοὺς ante ἀναβ. Mosq. omisit. ἱερουμένη Vulgata; sed scripsi ἱερωμένη, etiam Corayo suadente. cf. ad II, 32, 1. adnotata. καὶ ἱερωμένη — ἐζευγμένων· Ad hoc illustrandum Paciaudius in Monum. Pelop. T. I. p. 106. profert numum a Patrensibus in honorem M. Aurelii percussum, in quo ille talis sacerdotis imaginem expressam putat. ἢ post ἑορτὴν abest a Mosq. ἐςβάλλουσιν ἐς τὸν βωμόν· non est *intra arae septum coniiciunt*, sed *in ipsam aram*, ergo i. q. ἐπιβάλλουσιν ἐπὶ τὸν βωμόν. quod ut fieri posset, ἐμηχανῶντο ἄνοδον ἐπὶ τὸν βωμόν, ut est paulo ante. ἐνταῦθά κ. τ. λ. *hic passim vel ursam vel aliud animalium vidi quaedam sub primum ignis impetum niti perrumpere, quaedam viribus sibi aperire fugam.* ἐμβαλόντε Mosq.

CAPUT XIX.

§. 1. Hic ναὸς ab ἱερῷ c. 18, 6. et περιβόλῳ τῆς Λαφρίας c. 20, 2. distinguitur. ὧν καὶ ἀφίκετο pro ἣν καὶ ἀφ. cf. ad II, 8, 3. adn. γῆν ita codex Mosq. saepe; iterum §. 3 supra c. 17, 5. προηγησαμένῳ ante Facium, qui e Vind. et Mosq. προδιηγησαμένῳ restituit, quod Sylburgius iam voluerat. Sic supra cap. 1, 3. ἐπέξεισιν ὁ λόγος μοι προδιηγησαμένῳ, ubi omissum est πρότερον· sed ut nostro loco Pausanias, ita Herodotus IV, 145. loquutus est διὰ πρόφασιν, τὴν ἐγὼ ἀπηγήσομαι, προδιηγησάμενος πρότερον τάδε. Mosquensis ante ἀνθρώποις inserit τοῖς, perperam; sic §. 3. τοῖς ἐνταῦθα ἀνθρώποις. Ante Facium legebatur Ἰώνων — ἐν οἴκῳ τέμενος — ἐπίκλησιν· is monentibus Sylburgio ac Kuhnio correxit ἐν κοινῷ. Lucus enim et in eo templum Dianae Triclariae prope Patras et ad dextram earum (v. cap. 22, 7.) commune fuit Ionibus Aroën, Antheam et Mesatin habitantibus; et Dea ipsa *Triclaria* dicta est de tribus partibus, quas quasi sorte nacta erat ab horum trium oppidorum incolis. Τρικαλλίων Vind. Τρικλαρίων pro Τρικλαρίας Mosq. ἱερωσύνη δὲ εἴχετο Vulg. Quum Vind. et Mosq. habeant εἶχε, non dubitavi scribere ἱερωσύνην δὲ εἶχε. Sic cap. 23, 7. ἢ τὴν ἱερωσύνην ἔχει. Idem suasit Porsonus, et recepit Clavier, qui hoc reperit in cod. 1411. in 1410. est ἱερωσύνη δὲ εἶχε.

§. 2. Ante ἱερᾶσθαι Vind. ὡς inserit. Κομαιθῶ Vulg. Scripsi Κομαιθώ· sic Mosq. idem voluit Sylburgius ac Porsonus. eodem modo scribitur in Apollod. II, 4, 5. et 7. ἐμνᾶτο αὐτὴν παρὰ τοῦ πατρός. Phavorinus: *Μνᾶται, ἐπὶ ἀνδρὸς, οἷον μνᾶται ἀνὴρ γυναῖκα· ἐπὶ δὲ γυναικὸς τὸ μνηστεύεται, ἤγουν ἡ γυνὴ μνηστεύεται ἀνδρί· γράφεται καὶ ἄνδρα.* quod repetitur a Thoma Mag. p. 618. ἔπειτα. v. ad VIII, 10, 4. Sylburgio τοὺς ἔρωτας aptius quam τοὺς ἐρῶντας videbatur esse. ἀνάγεσθαι Vulgata. Valckenarius ad Herod. IV, 78. voluit substitui ἀγαγέσθαι. Idem laudat Abreschii coniecturam ἄγεσθαι, quae probata est Porsono et Corayo. ἄγεται γυναῖκα ὁ ἀνὴρ, ἤγουν λαμβάνει ait Phavorinus. adde Thom. Mag. p. 6. Hoc recepi. ἐπέδειξε κ. τ. λ. Subiectum latet in sequente voce ἔρωτι, ubi perspicuitatis causa virgulam posuimus. In ἀναστρέψαι θεῶν τιμὰς offendit Kuhnius, sed Hesychii glossa ἀναστρέφειν, ἀνατρέπειν commotus iudicavit, ἀναστρέψαι h. l. pro ἀνατρέψαι *subvertere* esse positum. Rursus idem Hesychius ἀνατρέπειν interpretatur ἀναστρέφειν, et ita discrimen his verbis intercedens tollere videtur. Sed quum hoc loco non *convertendi seu revertendi* notio, quae est in ἀναστρέφειν (ut IX, 4, 2. 39, 5. cf. Etymol. Gudian. p. 655.), sed *evertendi* vis, quam ἀνατρέπειν habet, requiratur, equidem vix dubito, quin corrigendum sit ἀνατρέψαι. Eadem est Corayi sententia. Sic X, 16, 1. ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων τὸ ξόανον. Mosquensis καὶ ante ἐξέπλησαν repetivit. τῆς τε γῆς καρπὸν οὐδὲν ἀποδιδούσης Vulgata. Recepi Kuhnii emendationem Porsono etiam probatam καρπὸν οὐδένα. Sylburgius καρπῶν οὐδὲν maluit. Sed ecce: τοῖς ἐνταῦθα οὐκ ἀπεδίδου καρπὸν οὐδένα ἡ γῆ VIII, 28, 3. οὐδὲν et οὐδένα confusa etiam IX, 26, 2. νόσοις pro νόσοι Mosq. ἐπ' αὐτῶν θάνατοι Vulgata. Sic ἐπὶ esset *praeter* ut II, 20, 4. sed convenientius est ἀπ' αὐτῶν· quod post Sylburgium Corayus quoque animadvertit. Similia sunt πυρετός τε ἀπὸ τοῦ τραύματος καὶ ἡ τελευτὴ τριταίῳ συνέβη VIII, 11, 6. νόσος τε ἐξαίφνης καὶ θάνατος ἐπέλαβεν ἀπ' αὐτῆς III, 5, 9. κόπος καὶ ὕπνος ἀπὸ καύματος κατελάμβανεν αὐτόν IX, 23, 2. De ἀπὸ et ἐπὶ confusis cf. ad VI, 10, 1. adn. πλείονες Mosq. sic πλείονα §. 3. πλειόνων I, 43, 3. πλέονες Vulg. illud recepimus. *Amilichus* postea *Milichus* dictus, prope Patras fuit. v. cap. 22, 7. Τρικαλλίας pro Τρικλαρίας Vind. etiam postea. ἀπόλλυντο Mosq. ἀνθρώπῳ ψυχῆς κ. τ. λ. *homo non dubitat vitae quamvis pretiosae iacturam facere, modo amatis frui liceat.* sic Sylburgius.

§. 3. *Παύσασθαι δὴ οὕτω* Vulg. Scripsi *δὲ* pro *δὴ* Sylburgio assentiente. *γῆν* Mosq. De *Eurypylo Euaemonis filio* Hom. Iliad. II, 736. Post *λάρνακι* maiore usus sum distinctione; nam *ἔργον μὲν* — *Ἡφαίστου* scil. *ἦν* — *Δαρδάνῳ* pertinet ad *λάρνακα.* cf. IX, 41, 1. ubi scriptor fabulam, Vulcani opus fuisse hanc arcam, reiicit. *ὅτι* — *ἀπολείποι* Mosq. *ἤνοιξε* — *θέαν.* Cum his propter similitudinem comparabis I, 18, 2. de Herse et Aglauro narrata. An huc pertineat 1 Samuel. 6, 19, mihi non liquet. *εἶδεν ἐς τὸ* ante Facium, qui Vind. et Mosq. cod. auctoritate *ἐς* delevit. *ἐς τὴν Θεσσαλίαν* ut patriam; paternum Eurypyli regnum in Thessalia monstrat Homerus Iliad. II, 734. *ἐπεί τε* pro *ἐπί τε* Mosq. Ald. *Cirrha* portus Delphorum. *ἐς τὸν* — *κόλπον·* vulgo *Crissaeum* appellatum. *τὸν ταύτην* ante Facium, qui e Mosq. *τὸν ταύτῃ* restituit, quod Sylburgius iam voluerat, qui et *τὸν ταύτης* coniecit. *ἐχρῆτο* pro *ἐχρᾶτο* Mosq. cf. ad II, 28, 3. *ὑπὲρ τῆς νόσου* Vulgata. *νόστου* pro *νόσου* habet Mosq. Codicis lectionem praefert Facius; at ea meliorem esse Vulgatam, patet tum ex praecedentibus *ἅτε δὲ οὕτω* — *πλοῦν ἐποιεῖτο,* tum ex sequentibus *καὶ οὕτω τῷ* — *ἐπαύσθη.* Facius dicit se ut ita iudicet oraculi responso moveri, quod magis ad reditum pertineat quam ad insaniae medelam. Sed in oraculi verbis hoc latet, eum si ad locum pervenisset monstratum, insania liberatum iri, et ibi habitantem tranquille vitam traducturum esse. adde quod Eurypylus templum signumque erexisse dicitur *Σωτηρίας, ἀποφυγὼν τὴν μανίαν* cap. 21, 2. ergo ea se inprimis liberari voluit. *κατήνεγκεν* Mosq. omisit. *πρὸς τὴν Ἀρόην* — *γῆν* — *παρθένων* Mosq. *ἀφίκοντο ἐς μνήμην* — *βασιλέα τε ἰδόντες* — *καὶ ὑπενόησαν.* Hic Grammatica postulat, ut *τε* exterminetur, neque tamen hoc faciendum est, quum *τε* Participio adiunctum alibi etiam reperiatur. v. Hermannus ad Viger. p. 772. sed *ὑπονόησαν* Mosq. habet: ex quo fortasse erit qui eliciat *ὑπονοήσαντες·* quod istam tolleret *ἀνωμαλίαν.* Ante *ἐπιχώριοι* Facius *οἱ* e Mosq. inseruit. *ἐπαύσθη* Vulg. *ἐπαύθη* Mosq. cf. adn. ad II, 22, 9. *συμμαχήσοντι* Vulg. sed scripsi *συμμαχήσαντι·* quod haud dubie Sylburgius quoque voluit; nam quod in eius adnotatione legitur „rectius *συμμαχήσαντας,* praeterito tempore“ sine dubio vitium operarum est, quod mala fide repetivit Kuhnius. *οὔτε μὲν* Vulg. *οὔτε μὴν* Corayus et Porsonus correxerunt, quod recepimus. *οἳ καὶ* Vulg. Sylburgius volebat *ᾧ καὶ cui,* quod placebat Corayo. Kuhnius confugiebat ad transpositionem *καί οἱ et illi.* In Vind. ac Mosq. est *καὶ οἱ καὶ,* unde scripsimus

καί οἱ καὶ assentientibus Porsono et Corayo. Pro ἄγωσι Porsonus ἀγάγωσι scribendum censuit.

CAPUT XX.

§. 1. Vocabulum *Αἰσυμνήτης* ducunt a σύω, συέω et interpretantur *qui studiose et diligenter res curat, qui summo imperio praeest.* v. Lennepii Etym. Veteres referebant ad vocem αἶσα, vel αἴσιον, τὸ καθῆκον v. Helladii Chrestom. et Criticos ad Homer. Odyss. VIII, 258, ubi βραβευταὶ seu ἀγωνοθέται ita appellantur. ἐννέα· numerus *novenarius* crebro usurpatus reperitur inprimis in Homeri carminibus. vide Iliad. I, 53. II, 489. VI, 174. IX, 466. XII, 25. Odyss. VIII, 258. XIV, 230. 240. 248. 314. adde Hesiodi Theog. 636 sq. 722. 801 sq. Hym. Homer. in Apol. 91. in Cerer. 47. *Novem* fuerunt Curetes apud Diod. S. V, 64. *novem* dies Deucalio ferebatur per eluviem aquarum in Apollod. I, 7. totidem celebrabantur Carnea; novem Musae; *Ἐννεάκρουνος*. In Etym. M. ἐννέα ducitur ἀπὸ τοῦ ἐνδεῖν εἰς τὸν δέκατον ἀριθμόν· ergo esset: *cui unum deest ad plenum numerum*, unde novum initium numerandi faciendum est; hinc de summa dierum, qui illum praecesserunt, quo quid factum esse seu accidisse narratur. Eustathius quum ad Iliados rhapsodiam primam adnotasset, Homerum esse εὐεπίφορον εἰς τὸν ἐννέα ἀριθμόν, ad librum secundum hanc profert rationem ὅτι τετράγωνός ἐστι καὶ τέλειος ἐκ τελείου τοῦ τρία γινόμενος πολυπλασιασθέντος εἰς ἑαυτόν (quadratus numerus est et perfectus ex perfecto natus i. e. ex ternario in se ipsum multiplicato). De numero *ternario*, quem veteres pro perfectissimo habuerint, cf. Winckelmanni Opp. IV, 166. VII, 117. Auctore Varrone apud Arnobium adv. gent. IV. p. 173. numerus *novenarius* in movendis rebus potentissimus semper habitus est et maximus. οὓς ἂν — ἀξίωμα. Tales Homerus Odyss. VIII, 258. κριτοὺς vocat. μιᾷ *prima* Sylb. reddit. εἰς τὸ ἐντὸς Vulgata. Sylburgius, Kuhnius, Goldhagenus Amasaeum sequuti recte correxerunt: ἐκτὸς· quod nobiscum recepit Clavier. cf. de hac confusione ad VI, 20, 2. adnotata. Ex Aesymnetae igitur templo, quod paulo post commemoratur, in quo haec arca videtur fuisse, protulit eam sacerdos. ἀστάχυσιν ἐστεφαν. refertur ad sterilitatis poenam repetitam et remissam vide cap. 19, 2. οὓς ἄγοιεν τῇ Ἀρτέμιδι θύοντες Vulgata: scribendum censemus θύσοντες, quod Sylburgius iam voluit, Corayus commendavit. Neque temere

suspicatus videtur esse Sylburgius, in locum Vulgatae *παρὰ τῷ θεῷ* substituendum esse *παρὰ τῇ θεῷ*, Amasaei vestigia sequutus. Triclariae enim templum ad Milichum fuit: ibi igitur suspenderunt coronas spiceas, et hederaceis coronati pergebant ad Aesymnetae templum in ea Patrarum parte situm, quae mare spectabat. vide cap. 21, 2. Reddidimus hanc contextui lectionem.

§. 2. *Ὁ περίβολος τῆς Λαφρίας* est illud eius *ἱερὸν* in arce, quod c. 18, 6. memoratum est. *καὶ Ἀθηνᾶς — χρυσοῦ.* In Patrensium numi, quem Martinius in Monum. Antiq. Sylloge illustrandum sumsit, aversa fronte Minerva conspicitur armata, gradiens, et dextra hastam, laeva scutum gestans. *ἐρχομένῳ — πόλιν.* nam quae a cap. 18, 6. narrata sunt, pertinent ad *Patrarum arcem. Διδυμένης* Mosq. *τὸ* ante *ἄγαλμα οὐδὲν* uncis notavimus assentiente Porsono. *ἔστι — Ὀλυμπίου.* Martinius in sui Patrensium numi fronte adversa caput Iovis Olympii expressum esse credidit. *Ἀλκαῖός — τοῦ Ἀπόλλωνος.* Huius hymni imitationem esse Horatii carmen decimum libri primi existimant Porphyrionis hoc scholio „Hymnus in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta“ commoti. In Homeri loco, qui est Iliad. XXI, 446, vulgo hic *εἰλιπόδας* legitur. „Hartungus scribit *εἰλίποδας*, a perittosyllabo *εἰλίπους*. In Aldino perperam erat *εἰλὶ πόδας*. ex quo suspicari liceat, in manuscripto fuisse *εἰλίπόδας*, accentu duplici, ad significandam scilicet duplicem scripturam *εἰλίποδας* ab *εἰλίπους*, et *εἰλιπόδας* ab *εἰλιπόδης*.“ Sylburgius. *εἰλίποδας* scripsi. *ἀγάλματα* pro *ἄγαλμα* Mosq.

§. 3. *Ἡνίκα — μόνοι.* cf. cap. 18, 5. *πλήν γε δὴ τοῦ κ. τ. λ.* *Odeo* ab Herode Attico Athenis exstructo locum, quem O. Mueller in Erschii et Gruberi Encyclop. T. 6. p. 234. monstraverat, dedimus in Descriptione Athenarum Pausaniae Atticis subiuncta. De hoc Atheniensium *Odeo* loquitur Philostratus de vit. Sophist. L. II, 1. §. 5. et 8. p. 549. 554. *ἀνέθηκε δὲ Ἡρώδης Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἐπὶ Ῥηγίλλῃ θέατρον κ. τ. λ.* et *θέατρον ἀναθεῖναι αὐτῇ* (Rhegillae coniugi) *τοιοῦτον.* Hic quoque et postea *Πρηυγένους* est in Mosq. cf. cap. 18, 3. *οἵ Πατρέως ἡλικίαν παιδὸς ἔχοντες καὶ αὐτοὶ παῖδές εἰσι.* Vulgata. *ἔχοντος* Mosq. codd. 1410. 1411. Amas. idem voluerunt Porsonus et Sylburgius, quorum quem postremo loco nominavi, ita vertit: *qui, quum Patreus puerili sit aetate, et ipsi sunt pueri.* Quam lectionem nobiscum Clavier recepit. sed ea non contentus voluit Porsonus etiam *αὐτοὶ* mutari in *αὐτοῦ* hoc, ut arbitror, sensu: *qui, quum Patreus et ipse*

puerili sit aetate, pueri sunt. Vulgata tamen αὐτοὶ pleniorem exhibet clausulam, quae illa correctione nimis attenuatur.

§. 4. Secundum Grammaticorum praeceptionem pro ἄντικρυς hic scribendum esset ἀντικρύ· sed cf. Lobeckius ad Phryn. p. 444. κατὰ ταύτην τὴν ἔξοδον Amasaeus vertit: *iuxta eundem exitum;* fortasse corrigendum est κατὰ τὴν ταύτῃ ἔξοδον· Sensus: *Si ex ea fori parte, quae opposita illi est, de qua modo dictum est, exeas.* In Mosq. inter τὴν et ἔξοδον est ἔ. idem καὶ ναὸς Λιμνάτιδος omisit, et hunc verborum ordinem λέγουσιν ἐκ Σπάρτης constituit. ἐν Μεσόᾳ cf. III, 16, 6. noster autem locus dubium facit, an *Mesoa* pars Spartae fuerit. cf. O. Mülleri Dor. II, 49 sq. ἐπειδὰν δὲ τῇ Λιμνάτιδι τὴν ἑορτὴν ἄγουσι τῆς θεοῦ ante Facium, qui a Sylburgio monitus post ἄγουσι virgulam posuit, τῆς θεοῦ ad proxima trahens: sed oportuit etiam ἄγουσι mutari in ἄγωσι, ut recte legitur cap. 19. extr. Clavier ἄγουσι retinuit; quod ut tueretur, ἐπειδὴ vel ὁπότε Porsonus proposuit. Pro τῶν τις οἰκετῶν Mosq. τις τῶν οἰκετῶν offert.

§. 5. Τούτου τοῦ τεμένους pro ἐν τούτῳ τῷ τεμένει. Proximorum πεποίηται — στοῶν ἐστι sensus est: *erant sub tecto porticuum, per quas aditus ad ea patebat.* Simulacro *Aesculapii* ἱερὸν cogitatione addendum. Πρευμένους pro Πρευγένους Aldina. ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑορτὴν τῇ Λιμνάτιδι ἄγοντες Vulg. καὶ πρὸς εἰς πρὸς τὴν Mosq. In Sylburgii versione: *similiter etiam quum ad festum Limnatidi agitandum solenni pompa procedunt* acquiescere non possumus: quare Facius coniecturam proposuit, πρὸς mutandum esse in Πατρεῖ· nam non patri solum sed et filio parentatum esse, admodum esse credibile. Quam coniecturam probabilem Clavier et Nibby in contextum et versionem intulerunt; nec nobis ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ Πατρεῖ τὴν — ἄγοντες scribendum non videtur, praesertim quum in codd. 1410. 1411. sit Πατρεῖς non πρὸς scriptum. Hoc θέατρον putamus esse *odeum* paulo ante memoratum.

CAPUT XXI.

§. 1. Πόλεώς ἐστιν ἱερὸν Mosq. ἐξ ἔρωτος Mosq. omisit. παρθένον pro παρθένος Mosq. Pro κομίζεται Clavier legendum καθίζεται suspicatus est. Sed quum κομίζεσθαι hanc quoque potestatem habeat ut sit *se recipere, conferre in aliquem locum,* causam mutandi videmus nullam. ἱερέος Mosq.

Ἤπειρον ante Facium. sed Sylburgius iam correxerat. αἱ πέλειαι — μαντεύματα. res nota ex Herod. II, 54—57. Quam Herodotus φηγὸν, eam Pausanias et hic et VIII, 23, 4. δρῦν appellat. ἁμαρτάνειν cum Genitivo personae *non ferire*, (ut X, 22, 4.) *non tangere, non movere seu flectere.* Notanda autem est ἀνωμαλία structurae ἁμαρτάνουσα — ἐλείπετο — αὐτὴν φονεύεσθαι· ita enim incepit tanquam si voluisset dicere: τέλος ἠναγκάζετο αὐτὴ ἀποθανεῖν. A verbis ἐλείπετο οὐδὲν ἔτι αὐτὴν φονεύεσθαι Hermannus de Ellipsi et Pleonasmo in Mus. Antiq. Stud. I, 1. p. 180. ita removet ellipsin, ut dicat, solum per se Infinitivum significare: *ad pereundum*; neque nos admittimus hoc loco ellipsin, sed existimamus cum Kuhnio excidisse ἢ, idque restituendum Pausaniae censemus. Namque illud λεῖπε φορῆναι alius generis est atque hoc Pausaniae V, 21, 5. καὶ αὐτὸν ὑπὸ Ἠλείων ἐλείπετο τοῦ ἀγῶνος εἴργεσθαι, vel VIII, 43, 3. τούτοις ἐλείπετο νεῖμαι τὰ χρήματα ἐς οὐ προσήκοντας, ἢ ἐπαυξῆσαι τὸν βασιλέως πλοῦτον· quibus noster similis est locus, quem ita in schedis nostris correxeramus ἐλείπετο οὐδὲν ἔτι ἢ αὐτὴν φονεύεσθαι· nunc Clavierium eodem modo scripsisse videmus, qui se in cod. 1399. ἢ insertum reperisse testatur. ἢ quam facile hinc expelli potuerit planum est. Kuhnius vertit: *nihil aliud iam supererat quam (nisi) ut ipsa iugularetur Baccho victima.* προεξειργασθέντων Mosq. Ald. Francof. sed Sylburgius correxit. Κόρεσος ἐφεστήκει τῇ θυσίᾳ nempe ut ἱερεύς· Sic in Eurip. Hecuba 221. θύματος δ' ἐπιστάτης ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως. ubi Scholia ἱερεὺς, σφαγεὺς. θύτης. κυρίως ἱερεὺς ὁ σφαγεύς. ἐφεστήκει seu ἐπέστη de eo *cuius officium est seu cui mandatum est ut victimam iugulet.* ἀπέδειξεν ἔργον — διατεθεὶς ἐς ἔρωτα ἀπλαστότατα Vulgata. Sylburgius maluit ἔργῳ· si hoc scripsisset Pausanias, eundem non ἀπέδειξεν sed ἀπεδείξατο scripturum fuisse arbitror. Sic Xenoph. Memor. IV, 4, 1. ἣν εἶχε γνώμην, ἔργῳ ἀπεδείκνυτο (alii ἐπεδείκνυτο)· praecipue Eurip. Bacch. 47, ubi Bacchus de se ait: αὐτῷ (Pentheo) θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι· et Andocid. p. 31, 34. ἐνδείκνυται — ὑμᾶς τοῖς αὐτοῦ τρόποις ἀκολουθεῖν ἀξιῶν. Quodsi Pausanias scripsisset ἀπέδειξεν ἔργῳ, addidisset etiam ἑαυτόν· Sic in Bacch. Eurip. Bacchus dicit μεταστήσω πόδα δεικνὺς ἐμαυτόν 50. Sensus Vulgatae non deserendae est: *perpatravit facinus ut omnium, quorum exstat memoria, purissimo affectus amore i. e. quo ostendit se — affectum fuisse.* ἐσῄει παρὰ — Κορραίσου τε ἔλαιος Mosq. vox ἔλεος similiter corrupta seu male reddita II, 5, 5. I, 17, 1. ὅσα ἐς αὐτὴν εἴργασται

Vulg. Sylburgius scribendum putavit ἐς αὐτόν· quod non receperim quum Vulgata sensu non careat; nam hic videtur esse: *puduit eam duri ingratique animi in omnibus quae erga ipsam i. e. pro ipsa facta erant ab illo.* Pro εἴργασται forsan scriptum fuit εἴργαστο· corruptionis causa latet in proximi vocabuli initio. τοῦ λιμένος — πόῤῥω ordine haud dubie turbato: iam Sylburgius optaverat, ut Genitivus τοῦ λιμένος post πόῤῥω collocatus esset. ἡ pro ἢ Mosq.

§. 2. Θεάτρου. v. ad 20. extr. τοῖς Ἀχαιοῖς Vulg. Sylburgius voluerat τοῖς Ἀχαϊκοῖς vel τοῖς Ἀχαιῶν, quorum posterius in minorem intuli editionem; sed longe melior est, quam postea Clavierii editio in lucem protulit, lectio codicum 1410. 1411. haec: τοῖς ἀρχαίοις· significantur antiqua oppida Mesatis, Anthea, Aroë. vide cap. 18, 2. Quum de his tribus tria Bacchi haec cognomina petita sint, sic illa scribenda fuerunt Μεσατεὺς, Ἀνθεὺς, Ἀροεύς· quod necessarium esse viderat cum Amasaeo Sylburgius, sequutus est nobiscum Clavier. Vulgo Μεσαδεὺς — Ἄρευς legitur. Bacchus Ἄνθιος I, 31, 2. p. 77. alius est, ubi v. adn. τὰ ante ὀνόματα Mosq. omisit. Quam Vulgata post πόλεώς ἐστιν habet virgulam sustuli, quum ἐρχομένοις referatur ad ἐς τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ τῆς πόλεως. Quum vero urbs haec ipsum mare non attigerit, intelligendae erunt partes urbis mare spectantes. cf. ad cap. 18, 2. adn. Haec Σωτηρία videtur respondere *Saluti*, quam Ovidius Fast. III. extr. una cum Iano, Concordia et Pace mense Martio ad finem vergente a Romanis adoratam canit: ubi *Salus* est quam Zonaras X, 34. Ὑγίειαν vocavit, ille enim narrat, Augustum fecisse statuas Ὑγιείας, Ὁμονοίας καὶ Εἰρήνης, ergo eorundem numinum, quae Ovidius coniunxit. v. Burmannum ad l. c. Ovidii similiter statuentem, Salutem et Valitudinem eandem fuisse deam, et Σωτηρίαν mentis, Ὑγίειαν autem corporis prospexisse valitudini. Σωτηρίας cultus iterum memoratur cap. 24, 2. φησὶ pro φασὶ Mosq.

§. 3. Πάρεξ Ald. Francof. Kuhn. cf. ad Greg. Cor. Schaefer. p. 21. Pro vulgato τόσαι δὲ cum Porsono scripsi τοσαίδε· sic maior distinctio post τίθενται mihi in minorem mutanda fuit, et iustus sententiarum nexus restitutus est. ἐς ἅπαντας *apud omnes* Kuhn. Fac. e Sylburgii correctione. ἐς ἅπαντα Ald. Francof. Similiter ἐπίκλησις ἐς τοὺς πολλούς ἐστιν αὕτη Δέσποινα VIII, 37, 6. adde ibi c. 2, 3. et ἐπιφανὴς ἐς ἅπαντας. v. cap. 4, 5. Πελαγαῖος (Παλαγαῖος Mosq.) καὶ Ἀσφαλιαῖος Vulgata. Has formas etiam Schneider in Lex. gr. damnavit. Recepi Πελάγιος καὶ Ἀσφάλιος, quorum posterius ha-

bet Mosq. cum cod. 1411. idem fecit Clavier. Fateor tamen me locum, ubi *Πελάγιος* vocetur, adhuc reperisse nullum. De *Asphalio* ad III, 11, 8. adde Creuzeri Melet. I. p. 32. *Ἵππιον — εἰκάζω.* Eadem fuit Cretensium sententia apud Diod. S. V, 69, ubi Wesselingius adnotavit, perinde esse utrum *Ἵππειον* an *Ἵππιον* elegeris. cf. ad VIII, 14, 4. *μέν γε* Vulgata post *Ὅμηρος*, sed *γε* Mosq. omittit; quod sequuti sumus. *μέν γε* est V, 7, 1. *Homeri* locus est Iliad. XXIII, 584. pro vulgato *ὅρκον* Facius e Mosq. revocavit *ὅρκου*, Kuhnio iam idem volente; *provocationem iurisiurandi per hunc deum attribuit Menelao.* Vulgo in altero Homeri versu hic legitur *μηδὲν* pro *μὴ μὲν*, quod restituendum putavi. In priore autem Mosq. *γαιάοχον* praebet. In Pamphi fragmento Vulgata habet *Ἵππων τε δοτῆρα*· metricam legem postulare *δωτῆρα* Sylburgius iam animadvertit; quam formam, etiam in Hesiodi Theog. 633. repertam, in locum alterius substitui. Porsonus autem adnotavit, Ruhnkenium correxisse *τ' ἐλατῆρα.* Clavier quoque suspicabatur ita corrigendum esse. Per metrum an liceat, me peritiores viderint. Vocabuli autem *ἰθυκρήδεμνοι* interpretatio incerta est: Goldhagenus nescio quo iure reddidit *bemastete;* equidem, si probabilia licet sequi, malim *erectis vexillis ornatas* vertere. *κρήδεμνον* fuit non tantum *τὸ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, κεφαλοδέσμιον*, sed etiam *καταπέτασμά τι πλατύ.* v. Schol. ad Iliad. XVI, 100. XXII, 470. ad Odyss. I, 334. V, 346. Quod autem vocabulo *κόρυμβον*, quod de capitis ornamento dicitur, accidit, ut ad *navis puppim* transferretur, idem videtur usu venisse voci *κρήδεμνον*, ut de *vexillo puppis* usurparetur, quod erectum ventorum cursus recta sequitur eosque nautis indicat. cf. Berghausii Gesch. der Schifffartsk. II. p. 419. et Calcagn. de Re Nautic. c. 13. in Gronovii Thes. XI. Hoc vexillum dicebatur vulgo *ταινία.* Dio Or. 74. p. 397. *ταινίαι αἳ τὸν ἄνεμον σημαίνουσαι κατὰ τὴν στάσιν ἀεὶ τοῦ πνεύματος αἰωρούμεναι* illustrat quodam modo *ἰθυκρηδέμνους νῆας.* Praeterea *ἰθύνειν* de gubernaculo regendo ponitur; Odyss. Hom. V, 255. *πηδάλιον ποιήσατο, ὄφρ' ἰθύνοι. τουτέστιν εἰς ὀρθὸν πλοῦν ἀπευθύνοι*, ut ait Phavorinus qui addit *ἰθύνω, τὸ εὐθύνω, ἤγουν κατ' εὐθεῖαν ἄγω. ἰθυντὴρ ποιητικῶς ὁ κυβερνήτης*· Possent ergo etiam esse *naves vexilla habentes cursum indicantia rectum et gubernatoris instar regentia.* Clavier vertit: *vaisseaux à la voile*, Nibby: *navi che dritte ergon le vele.*

§. 4. *Ἄνδρες* post *ἁλιεῖς* omisit Mosq. *Ἔστι δὲ καὶ ἀγάλματα — πεποιημένα Ἄρεως· τὸ δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀφροδίτης.*

Πρὸς τῷ λιμένι δέ ἐστι τέμενος. λίθου μὲν — εἴργασται. Sic ante Facium interpungebatur, qui ita distinxit —*Ἄρεως, τὸ δὲ Ἀπόλλωνος. καὶ Ἀφροδίτης πρὸς τῷ κ. τ. λ.* In codd. 1399. 1410. 1411. *καὶ Ἀφροδίτης, καὶ πρὸς τῷ* legitur: sed varie huic loco male accepto mederi studuerunt; Kuhnius ita corrigendo: *πεποιημένα τὸ μὲν Ἄρεως, τὸ δὲ Ἀπόλλωνος· καὶ Ἀφροδίτης δὲ πρὸς τῷ λιμένι ἐστί τε τέμενος καὶ ἄγαλμα, ᾧ λίθου μὲν·* D'Arnaud autem de Diis *II.* p.86. hunc in modum: *Ἄρεως καὶ Ἀπόλλωνος· τῷ δὲ Ἀφροδίτης λίθου μὲν πρόσωπον — λοιπὰ εἴργασται, πρὸς τῷ λιμένι δέ ἐστι τέμενος.* Denique Clavier ita scripsit: *πεποιημένα [τὸ μὲν] Ἄρεως τὸ δὲ Ἀπόλλωνος. Καὶ Ἀφροδίτης πρὸς τῷ λιμένι δέ ἐστι τέμενος [καὶ ἄγαλμα] λίθου μὲν πρόσωπον κ. τ. λ.* Quorum omnium nihil facile cuiquam probabitur a calidioribus alieno. Nos *τὸ μὲν* ante *Ἄρεως* non admittimus; omissum hoc in Pausania non potest offendere. Deinde post *Ἀπόλλωνος* maiore utimur distinctione; nam duo haec tantum signa Martis et Apollinis aerea erant, Veneris autem simulacrum erat ligneum, capite manibus pedibusque exceptis. Tum verba *πρὸς τῷ λιμένι δέ ἐστι τέμενος* parentheseos signis includimus, ut *καὶ Ἀφροδίτης λίθου μὲν* etc. possint copulari. Sic non opus est, ut denuo inseratur *ἄγαλμα·* Ad *πρὸς τῷ λιμένι δέ ἐστι τέμενος* facile intelligitur *αὐτῆς·* quod pronomen saepe omisit Pausanias. Ergo hoc dicit: *ad portum esse aream Veneri sacratam, et in ea eius simulacrum positum.* Sylburgio videbatur commatica distinctio post *Ἀφροδίτης* ponenda et deinde *δὴ* pro *δὲ* scribendum esse. Ut illis superioribus correctionibus ita hac quoque carere possumus, si nobis usus concedatur parentheseos indicatae. Caeterum haec est *Ἀφροδίτη Λιμενία*, quod eius cognomen II, 34, 11. memoratum legimus. De *portu* Gell. in Itin. of the Mor. p. 4. „the port is about 1000 yards north of the city, and is scarcely better than an open road.“ *καὶ ναοὶ θεῶν Ἀπόλλωνος, ὁ δὲ Ἀφροδίτης πεποίηνται, λίθου καὶ τούτοις τὰ ἀγάλματα* Vulgata, nisi quod Facius minorem distinctionem post *πεποίηνται* mutavit in maiorem. Nos codicis Mosq. lectione *πεποίηται* usi post *Ἀφροδίτης* incidimus, *πεποίηται* ad sequentia trahentes. Memorabile autem est, horum utrumque suopte Kuhnium invenisse ingenio. Hic quoque Clavier malo suo indulgens mori nobis scripsit *ναοὶ θεῶν [ὁ μὲν] Ἀπόλλωνος, ὁ δὲ Ἀφροδίτης πεποίηνται.*

§. 5. *Πηγή. — ἐπιδείκνυσι.* „1200 yards from the city on the beach is the church of Saint Andrea, now a ruin. — At the church of St. Andrea is the Well mentioned by Pausa-

nias as the oracular fountain of Ceres.“ Gellii Itinerary of the Morea p. 3 sq. *ταύτης τὰ μὲν κ. τ. λ.* „huius (fontis) septum pro templo lapide consurrexit, extrinsecus autem per gradus ad eum est descensus“ Kuhn. Sylburgius autem non male suspicatus est legendum esse *τὰ μὲν πρὸς τοῦ ναοῦ ab ea parte quae templum respicit;* ut IV, 35, 8. *πρὸς τοῦ Ἰονίου.* quod sequutus est Goldhagenus. *αἱμασία* Francof. Kuhn. sed Sylb. maluit *αἱμασιά·* sic Ald. Facius. sic et Herodot. I, 180. et Bekker. Anecd. *σταθμώμενοι μὴ κ. τ. λ. metiendo caventes, ne altius in fontem descendant, sed eo usque tantum, ut summam aquam imo speculi orbe contingant. σταθμᾶσθαι, ἐπὶ ζυγοῦ* Phav. *σταθμῆσαι, τὸ ζυγοστατῆσαι* Eustath. ad Hom. Iliad. I, 156. Verbum Herodoteum. v. Lex. Her. Schweigh. *ὅσον* cum Infinitivo etiam I, 23, 6. ubi cf. adn. *τῷ κύκλῳ·* quoniam *rotunda* erant specula. *ἐς* post *θυμιάσαντες*, quod abest a Vulgata, Facius e Vindob. inseruit. Kuhnius iam voluerat addi.

§. 6. *Κυανέων* Vulgata. Similiter in Schol. Apoll. IV, 1002. de insulis, ubi Adiectivi formam habet sicuti apud ipsum Apollonium IV, 304. 1002. Hoc loco autem *Cyaneae* non sunt Symplegades sed *urbs Lyciae seu Lyciae finitima;* in Lyciae urbibus est apud Plinium V, 28. Müller. in Dor. I, 217. videtur populum intellexisse. Pro vulgato *πρὸς Λυκίαν* Sylburgius *πρὸς Λυκίᾳ* voluit scribi; nam *πρὸς* cum Dativo etiam *vicinitati* significandae inservit. vide V, 1, 4. Apollinis hoc cognomen *Θυρξεὺς* cuius sit originis et quid denotet me ignorare fateor: estne a *θυράξαι* i. e. *ἔξω τῆς θύρας διατρίψαι*, ut sit *θυραῖος, ἐπείσακτος*? Sic de Laphriae cultu ad Patrenses traducto cap. 18, 6. *ξενικὸν μὲν τῇ θεῷ τὸ ὄνομα, εἰςηγμένον δὲ ἑτέρωθεν καὶ τὸ ἄγαλμα.* Apollo *Θυραῖος* est etiam *ostiorum praeses* apud Tertullianum de coron. mil. 354. et 623. de la Bar. Proxima vulgo ita leguntur: *παρέχεται δὲ ὕδωρ τὸ πρὸς ταῖς Κυανέαις, εἰς ὃ ἐνιδόντα ἐς τὴν πηγὴν, ὁμοίως πάντα ὁρᾷ ὁπόσα θέλει θεάσασθαι.* Sylburgius corrigendum putabat *ἐνιδών τις·* sed a codicc. 1410. 1411. et Mosq. abest *ὁρᾷ.* iidem Parisini et cod. 1399. addunt *τινὰ* post *ἐνιδόντα.* Hinc alii alia nata est correctio; Facii est: *παρέχεται δὲ (τὸ) ὕδωρ τὸ πρὸς ταῖς Κυανέαις εἴσω ἐνιδόντα ἐς τὴν πηγὴν ὁμοίως πάντα, ὁπόσα θέλει, θεάσασθαι.* Clavierii autem — *εἰς ὅ ἐστιν ἰδόντα τινὰ εἰς τὴν πηγὴν ὁμοίως πάντα, ὁπόσα θέλει, θεάσασθαι.* quod ille in contextu posuit et ita vertit: „On trouve pareillement près des îles Cyanées vers la Lycie l'oracle d'Apollon Thyrxéus, oracle qui est aussi une

fontaine: en regardant dedans, chacun y voit ce qu'il a envie de savoir." Porsonus locum ita refinxit: ὕδωρ ἡ πρὸς ταῖς Κυανέαις πηγὴ, ἐς ὃ ἐνιδόντα ἐστὶν ὁμοίως πάντα ὁπόσα θέλει θεάσασθαι. Equidem ita scripserim: παρέχεται δὲ ὕδωρ τὸ πρὸς ταῖς Κυανέαις, εἰς ὃ ἐνιδόντα ἔστιν ὁμοίως πάντα ὁπόσα θέλει θεάσασθαι. nam πηγὴν e margine illatum est, ubi quis ad εἰς ὃ alleverat. Ad παρέχεται — Κυανέαις intelligitur αὐτὸ, scilicet χρηστήριον. *Oraculum est in aqua, quae est iuxta Cyaneas;* similiter mons Parnes dicitur παρέχεσθαι θήραν συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων I, 32, 1, et θάλασσα κύνας II, 34, 2. Nibby videtur eodem modo accepisse vertens: „Vicinissimo a Cianèe presso alla Licia havvi l'oracolo di Apollo Tirlèo, e lo porge l'acqua che è ivi." Denique Kuhnius corrigebat — τὸν ἰδόντα — ὁρᾶν *ut fontem intuens videat omnia quae vult.* Pro τοῦτο post Ἀσκληπιοῦ est τοῦ in Mosq.

§. 7. Τῶν ἀνδρῶν pendet a vocabulo ἀριθμόν. *sind* (bis zu) *zweimal die Zahl der Maenner.* διστῶν Mosq. ὑπὸ τῆς βύσσου Vulg. Sylburgius et Wesselingius ad Diod. Sic. p. 289. recte correxerunt ἀπό· quod nobiscum recepit Clavier. τῆς ἐν τῇ Ἤλιδι φυομ. cf. VI, 26, 4.

CAPUT XXII.

§. 1. Nunc a Patris pergit ad mediterraneas urbes, *Pharas et Tritaeam*, de quibus dicet usque ad §. 6. extr. Φαραί. cf. cap. 6, 1. etiam Steph. B. In Strabone VIII, 388. (314.) Φάρα legitur, ubi hoc de ea additur: συνορεῖ τῇ Δυμαίᾳ· Strabonis aetate Rhypium, quae desierant habitari, agrum occupaverant Pharenses atque Aegienses. v. ibid. Ἀχαιῶν πόλεις ante Facium, qui Sylburgii correctionem Ἀχ. πόλις recepit. ἄστεως Vulg. Facius ἄστεος scripsit, quia haec sit codicis Mosq. scriptura. idem fecit Clavier, non nos. cf. cap. 9, 4. πεντήκοντα — ἑκατόν· si via, quae Olenum ducit, eas iudice Müllero in Dor. II, 429. De *Piro* fluvio (Kamenitza) cap. 18, 1. 2. et de v. χηραμὸς ad cap. 5, 5. In Dodwellii Itinerario I, 1. p. 164 sq. plures et permagnae memorantur *platani.* Totum hoc κοῖλαι — ἐγκαθ. illustrat Plinius XII, 1, 5. ἢ pro ᾗ Mosq.

§. 2. Περίβολος — ἀρχαιότερον. Sic intelligitur qui fieri potuerit, ut tantam rerum memorabilium copiam antiquorum oppidorum fora complecterentur. Ἑρμῆς τε — ἔχων καὶ γεν. Vulgata. In Mosq. et codd. 1410. 1411. est Ἑρμοῦ

quod Clavier in contextu posuit, ideoque ἔχων etiam refinxit in ἔχον, quod pariter se ait in 1410. et 1411. reperisse. cf. VIII, 35, 7. πρὸς αὐτῇ Γῇ Francof. Kuhn. „Nescio unde Γ maiusculum irrepserit, quum Aldina recte γῇ cum minusculo γ habeat.“ Kuhnius. Sylburgio quoque sensus esse videbatur, *simulacrum non basi sed ipsi terrae insistere.* Hos sequutus Facius scripsit πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ articulo e Vind. ac Mosq. adscito. τὸ τετρ. additus est articulus ad significandam notam illam formam. αὐτὸ maluit quam αὐτὸν perspicuitatis gratia. προςέχοντες Schneider mutandum in προςέχονται putabat; quod an necessarium sit, equidem dubito, existimans προςέχειν esse hic *adhaerere*, quod aliis est προςέχεσθαι. προςεχόμενοι ἀλλήλοις est V, 19, 1. II, 30, 2. Mosq. ὁ ante τῷ θεῷ χρ. omisit. ἄπεισιν ἐκ τοῦ θεοῦ pro ἄπ. ἐκ τῆς ἀγορᾶς codex Phralitae. Ad verba τοιαύτη — καθέστηκεν Schneider mihi laudavit Aelian. H. A. XI, 10. Dio Chrysost. Or. 32. p. 660. Reisk. Vales. ad Ammian. M. p. 333. et Hemsterh. Observ. Misc. 6. p. 341. ὕδωρ ἱερόν ἐστι τοῦ Ἑρμοῦ· Ἅμα μὲν τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα Vulg. Ingeniosam coniecturam, quam Valckenarius in Diatribe p. 289. proposuit τοῦ Ἑρμοῦ. Ἑρμοῦ νᾶμα — ὄνομα Clavier repetivit. Teste Strabone VIII, 388. fuit ἐν τῇ Φαραϊκῇ Δίρκη κρήνη ὁμώνυμος τῇ ἐν Θήβαις· quae an huc pertineat, dubitare licet. ἀνάθημα — νομίζοντες. Valckenarius eodem loco adnotavit, ἀνάθημα hic ita poni ut alibi ἄθυρμα et reiicit nos ad Hemsterhusii notam in Thoma Mag. v. ἄθυρμα.

§. 3. Φαρεῖς· ita scripsit etiam Tzschuckius in Strabone. vide VIII, 388. (314.) Apud Herodotum I, 145. est Φαρέες· sed apud Polybium II, 41. et Stephanum Byz. Φαραιεῖς. ἑκάστου θεοῦ τινος ὄνομα ἐπιλέγοντες Vulg. Nostra lectio ἑκάστῳ Sylburgio debetur; eandem recepit Clavier. δάμναι pro δάφναι Mosq. ἐν Φαραῖς — λογάδων ἐστί· additamentum videtur esse serius ab auctore ipso insertum. λίθοι λογάδες. v. ad II, 34, 10. et quae dicentur ad X, 5, 2. ὁ Φάρης ὁ Φιλ. *ille Phares Philodamiae filius Danaei nepos qui iam* IV, 30, 2. *memoratus est.* Propter hunc sensum ferendum putavi articulum ante Φάρης, quod nomen in altero loco Φάρις scribitur. Φιλοδαμίας Vind. Mosq. φησὶν pro Φαρῶν Mosq.

§. 4. Τριτία ante Facium. „Τριτία constanter hic retinetur: atque adeo sic habet Aldina editio supra etiam cap. 6. at Eliac. 2. c. 12. eadem habet Τρίτεια. Xylander in illa varietate variavit etiam ipse. nam in duobus istis locis quos modo citavi, pro Τρίτεια reposuit Τρίταια, et pro Τριτία sub-

stituit *Τριταία·* in hac vero pagina exemplaris scripturam retinuit: et scrupulum iniicit Tritia Tritonis filia, a qua huic oppido nomen impositum dicitur paulo infra. Apud Stephanum et Polybium legitur *Τριταία:* et genitivus *Τριταίας* extat apud Strabonem; cum qua scriptura congruit gentile *Τριταιεύς*" Sylburgius. Facius et Clavier scripserunt *Τριταία*, nos *Τρίταια*, ut VI, 12, 3. (ubi v. adn.) et VII, 6, 1. Apud Stephanum est non modo *Τριταία, πόλις Ἀχαΐας*, verum etiam *Τρίτεια* Achaiae urbs, sed *διὰ δύο ττ.* et apud Ciceronem ad Attic. VI, 2. *Tritia*, urbs Peloponnesi, quae forsan non diversae fuerunt a Tritaea. *Ἀχαιῶν — πόλις* commatibus distinxi. *τέχνη Νικ.* Ald. Francof. sed Sylb. correxit. Videnturne hic distingui *μνῆμα* et *τάφος*? Discrimen quoddam his verbis indicat Phavorinus: *μνῆμα, μνημεῖον, ὁ τόπος ὅλος τῆς ταφῆς, ὁ διὰ τὴν μνήμην φαινόμενος· τάφος δὲ ὁ τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος μόνον περιέχων.* illo igitur significatur *monimentum* i. e. quod mortui causa aedificatum est, *περίβολος*, hoc autem *πύελος, θήκη, λάρναξ, arca.* Sic *μνῆμα* I, 37, 4. in Sueton. Octav. 18. *conditorium* est arca, Casaubono aliter interpretante. Quae igitur hic a Nicia picta erant, possit quis dicere fuisse *ἐπὶ τοῦ τάφου*, ergo in arca mortui, forsan fictili. Quae si vera essent, stare non possent, quae de eodem *Nicia* Winckelmannus scripsit Opp. T. IV. p. 27. sed valde dubitamus, an Pausanias ita distinxerit. v. omnino cap. 25, 7. et adn. *θρόνος — ἀνθρώποις* argumentum est eorum, quae ibi picta erant. *προέστηκε* Vulgata, cui Sylburgii emendationem *προςέστηκε* Boettiger in griech. Vasengem. I. p. 151. praetulit cum Valckenario ad Theocr. Adon. p. 343 sq. sed quum Pausanias hac in re *παρέστηκε* frequentet, aequaliter a Sylburgio commendatum, hoc illi composito anteponendum putavi. cf. II, 17, 5. X, 25, 2. Valckenarius l. c. multa de *umbellis seu umbraculis* affert. *εἴχομεν* Vulg. *ἔχομεν* Mosq. Praecedens *ἤδη* Abreschius referente Wesselingio ad Herod. VIII, 106. hoc loco accepit rariore notione pro *μέχρι νῦν, hucusque:* quod an facto opus fuerit, dubitamus. *ἤδη* cum negatione est *non iam, nicht mehr*, ut Virg. Georg. III, 207.

§. 5. *Ὀπικῇ* ante Facium, qui e Vind. et Mosq. *Ὀπικοῖς* restituit. *Opicos* quidam putarunt Ausones quoque appellatos esse, alii hos ab illis distinxerunt, utrosque autem volunt habitasse in Campania; alii denique dicunt in Opicorum locum successisse Ausones, et hos rursus cessisse Oscis. v. Strabo V, 242. (186.) *Κύμη ἡ ἐν Ὀπικίᾳ* est apud Thucyd. VI, 4. *Trito* hic videtur *maris daemon* esse. *ἱερᾶσθαι δὲ τῇ*

Ἀθηνᾷ Vulgata. Scripsi τῆς Ἀθηνᾶς e Mosq. Similiter ἱερᾶσθαι cum *Genitivo* constructum cap. 19, 2. IX, 27, 5. (ubi v. adn.) et Herod. II, 37. quanquam non negamus *Dativum* quoque additum reperiri, ut apud Paus. VII, 24, 2. Pro καὶ αὐξῆσαι est ηὔξει τε in Mosq.

§. 6. Τριταίῳ pro Τριταίᾳ Mosq. καλουμένων μεγίστων θεῶν· ἀγάλματα δέ σφισι πηλοῦ θεοῦ πεποιημένα ante Facium, qui Sylburgii correctionem πηλοῦ θεῶν in contextum intulit. Kuhnius maluit πηλοῦ τὸν πεπ. *ex luto quodam facta.* Sed quum istud του parum probabile hoc loco esset; potius Vulgatae vestigia sequentes πηλοῦ ὀπτοῦ πεποιημένα emendandum putavimus; *ex cocta argilla facta*, ut I, 3, 1. ἀγάλματα ὀπτῆς γῆς. Porsonus emendabat πηλοῦ πεποιημένα omisso Genitivo θεῶν vel θεοῦ. et sane codd. 1410. 1411. θεοῦ non habent, ideoque nos quoque delevimus. Clavier autem scripsit: ἀγάλματά τε σφισι πηλοῦ πεπ. Denique Corayo videbatur vera lectio πηλοῦ, οὐ λίθου πεπ. olim fuisse, eaque commendari loco cap. 27, 3. λίθου ταύτην καὶ οὐ χαλκοῦ· sed huius loci alia ratio est atque nostri; illo enim loco scriptor de duabus loquitur imaginibus Promacho a Pellenensibus positis, altera Olympiae, altera in gymnasio (Pellenes), et quod ad hanc alteram pertinet, addit λίθου ταύτην καὶ οὐ χαλκοῦ· ex quo additamento intelligitur, alteram illam Olympiae dedicatam aeneam fuisse: quare hoc λίθου καὶ οὐ χαλκοῦ pleonasmis cum Corayo non admiscebimus, neque eius emendationem nostri loci probabimus, nulla re nisi hac opinione nixam: „Ces pléonasmes ne sont point rares dans Pausanias.“ καλουμένων μεγίστων θεῶν Winckelmannus Opp. T. III. p. 22. recte interpretatus erat de *Cerere ac Proserpina.* cf. VIII, 31. init. Feae errorem indicavimus in Winckelm. Opp. T. VIII. p. 387. τούτοις ἑορτὴν ἄγουσι κατὰ ἔτος, οὐδέν τι Vulgata. Nos e Mosq. τούτοις κατὰ ἔτος ἑορτὴν ἄγουσιν, οὐδέ τι scripsimus. ἀλλοίαν ante Facium, qui e Vind. et Mosq. quibuscum conspirant Par. 1410. et 1411. ἀλλοίως revocavit. τὸ δὲ ἄγαλμα — ἐκομίσθη. Quatremère in Iupiter Olympien p. 189. recte iudicavit, τὸ ἀρχαῖον hic a Pausania opponi τῷ ἐφ' ἡμῶν, et inde colligit: *que le mot* ἀρχαῖον *dans son idée devoit s'appliquer aussi aux statues des plus beaux siècles de l'art.*

§. 7. Duplex monstratur *via a Patris ad Aegium* ducens, altera per mare, altera per terram. „Vostizza (i. e. Aegium) to Patras 8 hours 15 minutes“ Gellii Itin. of the Mor. p. 6. seu, ut Williams ait, *viginti duo milliaria Britannica.* Ῥίον quid proprie sit, indicavimus in Not. ad Hel-

len. p. 226. adde Phavor. et Etym. M. κατ' ἐξοχὴν ita dictum est humile Achaiae promontorium inter Patras et Aegium, et introrsum falcis in modum reflexum, unde *Δρέπανον* quoque appellatum est. sic Strabo VIII, 387. (311 sq.) et 336. (23.), quorum locorum posteriore videtur prioris lectio vulgata τὸ Ῥίον καὶ Ἀντίῤῥιον defendi. Sed Gellius in Itin. of the Mor. p. 6. scribens: *the promontory of Drepanum, still so called*, et *the cape anciently called Rhion*, ut diversa promontoria distinguit cum Pausania. v. cap. 23, 4. similiter Müller in Dor. II, 427. πεντήκοντα· Strabo VIII. 387. (312.) tantum *quadraginta* ponit. Referente Gellio l. c. unius horae et paene dimidiatae via est a Patris ad Rhium, quod propius accedit ad quinquaginta Pausaniae stadia. 1 lieue 2225 tois. 5 mil. pass. in Mülleri Doriens. II, 427. πέντε καὶ δέκα. cf. Thucyd. II, 86. *Panormus* e regione Naupacti situs fuit testante Polybio V, 102. Dodwellio I, 1. p. 171. narrante nunc *Tekkies* vocatur. Ἀθηνᾶς καλούμενον τεῖχος. Forsan huc pertinet illud Stephani Byz. Τεῖχος, φρούριον Ἀχαΐας. Ἐρινεὸς apud Stephanum Byz. πόλις Ἀχαΐας est. ἐννενήκοντα — τεσσαράκοντα = 190 stadia, congruere cum Gellii 25 miles Müller. in Dor. II, 427. adnotavit. Constructioni παράπλους ἐννενήκοντά εἰσι στάδιοι similis est illa τοῦ (πελάγους) τὸ μῆκος στάδιοί εἰσι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύριοι in Herod. IV, 85. *Πατρέως* ἄστεος Mosq. ἄστεος Clavier cum Facio. De *Milicho* (Flüsschen von Sachena in Mülleri Dor. II, 427.) cf. cap. 19, 2. et 3, et de *luco atque aede* Triclariae (ἱερῷ) cap. 19, 1. Τρικλρίας ἐν ᾧ pro Τρικλαρίας Mosq.

§. 8. *Βοσκήματα armenta et pecudes.* Istud autem πίνοντα — ἄῤῥενα idem est quod ὁ ποταμὸς πίνοντα ἐξ αὐτοῦ τὰ βοσκήματα ποιεῖ τίκτειν ἄῤῥενα. Similiter Salmacis dicitur μαλακίζουσα τοὺς πίνοντας ἀπ' αὐτῆς apud Strabonem XIV. p. 656. (615.). Verbo igitur ὀφείλει significatur necessitas, quam huius fluvii natura iis, qui ex eo bibant, afferat. Lobeckius tamen maluit φιλεῖ quam ὀφείλει legere. καταλίπουσιν Mosq. θηλείων Vulgata. θηλειῶν scripsi, ut Sylburgius iam voluerat. θηλύων Mosq.

CAPUT XXIII.

§. 2. *Ποιμαίνειν* ὡραῖον Mosq. εἶναι μὲν μίαν τῶν ἐν θαλάσσῃ νυμφῶν Clavierii coniectura est infelix. vide ad I, 34, 3. adn. φοιτήσειεν — μονοθέντα Mosq. καὶ ἤρα — αὐτόν·

δωρεῖται Vulgatae interpunctio, quae nobis mutanda fuit. Deinde ante Facium *Ἀφροδίτη, Σέλεμνον ἐς* distinguebatur, quod ille a Sylburgio monitus correxit. Imperfectior autem est haec enunciatorum *δωρεῖται — ἐς λήθην ἄγει* coniunctio. Pro *λουομένοις* videtur *λουμένοις* scribendum. vide ad II, 38, 2. adn.

§. 3. *Ὤκειτο* pro *ᾤκητο* Mosq. quae Reuchliniana est pronunciatio. cf. 24, 4. 25, 7. *Βολίνα*, antea cap. 18, 5. *Βολίνη*, sed in Etym. M. *Βόλινον*, ubi eadem, quae hic, narratur res: *Βόλινον, κώμη τῆς Ἀχαΐας, πλησίον Πατρῶν* Phavorinus commune habet cum Etym. M. *τὴν δὲ — ἀφεῖναι θάλασσαν* omisit Mosq. *τὴν δὲ φυγοῦσαν ἐς τὴν ταύτῃ φασὶν ἀφεῖναι θάλατταν, καὶ αὐτὴν ἀθάνατον γενέσθαι.* Vulgata. Correximus *ἀφεῖναι θάλατταν αὑτὴν, καὶ ἀθάνατον γενέσθαι.* Similiter in Etym. M. *ἔῤῥιψεν ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν.* Haec *γενέσθαι χάριτι — καὶ ἐπ' αὐτῇ* absunt a Mosq.

§. 4. *Ἄκρα τε — Δρέπανον ὀνομάζουσιν.* Vides Pausaniam Rhium a Drepano distinguere contra Strabonis sententiam, quae allata est ad cap. 22, 7. *Drepanum* non longe remotum fuisse a Bolina, testatur etiam Etym. M. l. c. *ἄκρα τε ἐς αὐτὴν ἔχει τὴν θάλασσαν* vulg. Corrigendum putamus — *ἐς ταύτην ἀνέχει τὴν θάλασσαν.* cf. II, 29, 1. III, 25, 4. *ἐπὶ τούτῳ — ὄνομ.* aliter in Strabonis loco ad cap. 22, 7. citato. *Rhypes* a quo dirutae sint, dixit cap. 18, 5, ubi in adnotatione nostra tempus indicatum est. De positu vide.

§. 5. *Σταδίους δὲ αἴγιον περὶ τοὺς τριάκοντα ῥύπες ἀπέχει ῥυπῶν* Aldina. E Francofurtana et reliquis editionibus *ῥύπες* exterminatum est. Rhypes Aegio versus occasum suspicantur fuisse ubi nunc *St. Michel l'Archange.* v. Mülleri Dor. II, 427. Kuhnius malebat *περί που, circiter*, quam *περὶ τοὺς* legi, idque probavit Porsono. Sane et *περί που* et *περὶ — που* interposito vocabulo ut *ὥς — που* (vide VIII, 11, 3. et Lobeckium ad Phryn. p. 410.) invenitur, sed idem Lobeckius monuit, numerum cardinalem et sine et cum articulo reperiri. nos similiter *um dreyssig* et *um die dreyssig.* Spatium inter Rhypes et Aegium teste Pausania est *triginta stadiorum*, referente Gellio in Itinerary of the Morea p. 5. *unius horae et dimidiatae. Aegium* nunc *Vostizza* quanto spatio disiunctum fuerit a Patris, indicatum est ad cap. 22, 7. Prope mare fuisse, patet e cap. 24. init. et prope Olenum ex Strabon. VIII, 387, ubi etiam causa nominis affertur fabulosa. De *Vostizza* cf. Gellii Itinerary of the Morea p. 7. Aegium *ἐξ ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ δήμων συνεπολίσθη* narrante Strabone VIII. p. 337. (31.) *Φοί-*

νιξ ut VI, 10, 2. In Prisciano VII. p. 753. Putsch. et Bekkeri Anecd. p. 1429. scriptura *Φοῖνιξ* commendatur; quod contra in Scholio ad Euripid. Hecub. 454. p. 105. Matth. docetur: *τὸ Φοίνιξ καὶ τὸ κήρυξ μακρὰν ἔχει φύσει τὴν λήγουσαν, καὶ δῆλον ἀπὸ τῆς γενικῆς μακρὰν ἐχούσης τὴν παραλήγουσαν·* quod sequuti sunt Brunckius, Hermannus, Matthiae; adde Heynii editionem Homeri minorem T. I. p. 622. *Μειγανίτας* Mosq. Hic *Strato*, ut V, 21, 5. ex Eliaco Olympionicarum catalogo relatum legimus, fuit *Alexandrinus.* Qui igitur porticus ei ad Aegium aedificata est? forsan quia vel ipse, vel unus ex maioribus eius Alexandria huc migraverat: quanquam enim Aegii habitaret, tamen Alexandria oriundus non de illa sed de hac urbe appellatus est, quum victor renunciaretur. Alia ratione hoc expedire conatus est Palmerius in Exerc. p. 414. Iudice Niebuhrio (de Armenica versione Chronici Euseb. p. 59.) hic *Strato* et Eusebii *Stratonicus* est idem. *Ὀλυμπιάσιν* Vulgata, *Ὀλυμπιᾶσιν* Mosq. *Εἰληθυίας* Mosq. Idem *παῖδας* pro *πόδας* habet. *ξοάνου* Vulgata, quae nullo constructionis vinculo cum reliquis cohaeret, quare non dubitavi Sylburgii emendationem *ξόανον* recipere; idem fecit Clavier. Est autem hic Nominativus interpretandus *καὶ ξόανόν ἐστι·* notabilis breviloquentia. Paciaudius autem in Monum. Pelop. vol. I. p. 26. narrat, Sardianorum, Hypaepenorum et Samiorum numos congruere cum hoc velato Dianae simulacro. Ibidem marmor Nanianum Ilithyiam ostendit veste talari indutam, et hastam sinistra, pateram autem dextra tenentem. Gravius est quod Spanhemius ad Callim. h. in Iov. 12. adnotavit, adhuc in antiquis Aegiensium numis prostare Ilithyiae simulacra *velata.* Pausaniae in Atticis cap. 18, 5. scribenti: *μόνοις Ἀθηναίοις τῆς Εἰλειθυίας κεκάλυπται τὰ ξόανα ἐς ἄκρους τοὺς πόδας*, nondum, ut videtur, hoc Aegiensium Ilithyiae signum innotuerat. *ταῖς χερσὶ τῇ μὲν ἐς εὐθὺ ἐκτέταται* pro vulgari *τῶν χερῶν τὴν μὲν ἐκτεταμένην ἔχει.* De proximis *γυναιξὶν ἐν ἴσῳ καὶ πῦρ εἰσιν αἱ ὠδῖνες* reiicere licet ad I, 22, 6. et ibi adnotata. Clavierii igitur et Wackefieldii (Sylv. crit. cap. 3. p. 50.) coniectura *καὶ πυρὶ* valde mira est. *ὅτι Εἰλείθυιά — τοὺς παῖδας.* Similiter de eadem hac dea: *ὅτι τὸν παῖδά σφισιν ἡ θεὸς αὕτη προήγαγεν ἐς ἀνθρώπους* VI, 20, 3. *Δαμῶντα* pro *Δαμοφῶντα* Mosq. Idem *φησίν* omisit.

§. 6. Pro *τῷ ἱερῷ* est *τὸ ἱερὸν* in Mosq. Clavier autem *τῷ* ante *ἱερῷ* ut inutile omisit. cf. ad cap. 2, 2. Hoc *ἱερὸν* paulo ante *τέμενος* dictum est. *βέλτιον* abest a Mosq. De verbo *ἐπιφημίζειν* cf. adn. ad I, 37, 3. *inscribere Aesculapio*

patrem Apollinem. ὀρθώτατα Mosq. ἀρμάζον idem. εἶναι post Ἑλλήνων Mosq. omisit, et deinde ordinem verborum ita invertit: ἔφην τὸν λόγον. Ante Facium ἐν Τιτᾶνι· is se ait e Mosq. ἐν Τιτάνῃ dedisse, oblitus Sylburgii, cui huius emendationis, primum ex II, 11, 6. erutae, laus debetur. Ὑγείας Vulgata. Ὑγείαν Mosq. Ὑγίειάν scripsi. cf. ad I, 23, 5. Goldhageno videbatur hic aliquid excidisse, et locus ita explendus esse: Ὑγείας τε καὶ Ἀσκληπιοῦ· sed hoc complemento facile carebit, qui τὸ αὐτὸ ἄγαλμα recte interpretatus fuerit ex II, 11, 6. Sensus est: *simulacrum eiusdem numinis (Hygieae) habitum Hygieam appellari.* De re dicebamus ad II, 11, 6. ἐπεὶ cum Accusativo et Infinitivo etiam I, 32, 5. παιδὶ ἦν δῆλα Mosq. ὑγείαν Vulgata. ὡς — ποιοῦντα i. e. δεῖν νομίζειν, τὸν ἡλιακὸν δρόμον — ποιεῖν. cf. de constructione particulae ὡς cum Accusativo Participii Viger. p. 560. Matthiaei gr. gr. §. 568. adde Paus. IV, 6, 3. Sylburgius h. l. interpretatur ὡς ποιεῖ.

§. 7. Λίθου λευκοῦ Mosq. cf. II, 24, 6. ὅτι μὴ γυναιξὶν, ἣ ἂν τὴν ἱερωσύνην ἔχει, ἄλλῳ τινί τε οὐδενί ἐστι θεάσασθαι Vulgata. ἣ ἂν et τινί a Mosq. abest. Sylburgius se haud scire ait an data opera Pausanias γυναιξὶν pro γυναικὶ scripserit. Idem p. 929. ed. Kuhn. in hoc loco statuit esse enallagen numeri, ut ἣ ἂν ἔχει positum sit pro αἳ ἔχωσι· denique censet pro ἔχει certe mutato verbi modo reponi posse ἔχῃ, ut cap. 25, 4. sed nulla hic est enallage; *nemini*, inquit, *videre licet nisi mulieribus: omnibusne? non, sed ei quae quoque tempore sacerdos lecta est.* Indidem intelligi poterit, ἔχει non esse mutandum in ἔχῃ, quum sensus non sit, *si qua sacerdotio fungatur*, quasi incertum sit, utrum habeat illa Iuno sacerdotem. Alia ratio est loci cap. 25, 4, ubi ὃς ἂν ἐςέλθῃ est: *si quis ingressus sit.* Quum Mosq. τινὶ omisisset, pro vulgato ἄλλῳ τινί τε οὐδενί Schneider corrigebat ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Corayus ἄλλῳ τινί γε οὐδενί malebat. nos nunc ἄλλῳ γε οὐδενί scripsimus. Sic ὅτι γὰρ μὴ τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν ὅστις δὴ, ἄλλο δή γε Λακεδαιμονίων τοῖς βασιλεῦσιν οὐδέν ἐστιν ἐς μνήμην III, 8, 1. adde VII, 27, 1. ἔστι pro vulgato ἐστι dedi. ἔχων pro ἔχον Mosq. κατευθὺ *e regione*, ita X, 26, 1. V, 11, 2. Mosq. τε inter Ζεὺς et καὶ inserit. θεοὺς δὲ σφᾶς καλοῦσιν ἐς αὐτοὺς Vulgata. „Amasaeus post καλοῦσιν inserit Ἀργείους: at ἐς αὐτοὺς rectius in sequens comma transferes post Ἀργείων, sic, ὡς μὲν ὁ Ἀργείων ἐς αὐτοὺς ἔχει λόγος.“ Sylburgius. Kuhnius ἐς αὐτοὺς mutandum putabat in ἐςακτοὺς, *aliunde introductos*, seu *pe-*

regrinos. Porsonus voluit idem vel ἐπακτούς, et laudavit ἐπακτὸν ὄνομα ex VIII, 8. extr. addi poterat ξενικὸν μὲν τῇ θεῷ τὸ ὄνομα, εἰςηγμένον δὲ ἑτέρωθεν καὶ τὸ ἄγαλμα e VII, 18, 6. Kuhnio assensi sunt Clavier et Nibby: equidem, si optio detur, malim Ἀργείους legere, quoniam ab Aegiensibus hi Dii, Neptunus, Hercules, Iupiter et Minerva, quorum signa ab Argivis acceperant, vix dici poterant *introducti seu peregrini.* ἐδόθη ἀγάλματα Vulgata. Sylburgio auctore inserui articulum; Clavier [τὰ] ἀγάλματα scripsit. αὐτοὶ δὲ σόφισμα κ. τ. λ. Sylburgius reddidit: *callido a se commento excogitatum, ut permultas quidem hostias mactarent, et diis consecrarent, sed eas postea in publicum epulum converterent: atque ita nullos fere sumtus in sacrificia fuisse factos.* Idem suspicabatur, Amasaeum in sua versione scripsisse *dis quo,* non, *disque.* Pro καὶ αὐτοὶ est καὶ αὐτοῖς in Mosq. ἐκτίσαι vulgo. cf. cap. 14, 4. ἐν Σπάρτῃ cf. III, 12, 6.

CAPUT XXIV.

§. 1. *Αἰγέω — πεποίηται τῆς Δήμητρος* Mosq. ἐν Αἰγίῳ est *iuxta Aegium,* quod e verbis §. 2. παρέχεται δὲ ὁ — εἰρημένα intelligitur. μετ' αὐτῷ ante Facium, qui hoc permutavit cum Sylburgii emendatione μετ' αὐτὸ, Amasaei versionem sequente. Valckenarius malebat μετ' αὐτοῦ. Ad Iovis Homagyrii templum ἐνταῦθα retulit Amasaeus, neque aliter potuit.

§. 2. Ὁμαγύριος qui τῇ ὁμηγύρει (Homer. Iliad. XX, 142.) praeest. Hoc Homagyrii templum et illud Aenarium S. Arnarium, de quo vide ad cap. 7, 1. idem fuisse, Tittmanni suspicio est in Darstell. der griech. Staatsv. p. 681. proposita. ὅτι Ἀγαμέμνων κ. τ. λ. De simili conventu principum Graeciae adversus Xerxem arma Graeciae inferentem dixerat III, 12, 5. τόπον pro τρόπον Mosq. Eadem istorum vocabulorum confusio iam notata II, 9, 7. Ante τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀκολουθήσασι neque excidit, quod Facio visum est, neque intelligitur σύν· minime igitur probari potest Clavier, qui [σὺν] τοῖς — ἀκολουθ. edidit. Dativus pendet ab ἐπόρθησε *horum, qui ab initio sequuti ipsum erant, opera et manu vastavit Ilium.* Si καὶ ante οὐδεμιᾶς abesset, Dativum τοῖς — ἀκολουθ. verbo ἐπελθούσης regi diceremus, ut in illo Homerico ἐπῆλθε θεοῖς ὁμηγερέεσσι Iliad. XV, 84. *Ceres* Παναχαιὰ est sine dubio *omnium Achaeorum,* quae valde differt a Cerere Achaia Sickleri ad V, 7, 4. memorata. Comparanda est Minerva

Παναχαῒς cap. 20, 2. De *Σωτηρίᾳ* cf. adn. ad cap. 21, 2. Pro δὴ post ἰδεῖν μὲν est ἐς in Mosq. ἱερουμένων Amasaeus vertit quasi legerit ἱερωμένων· sed quum certae veri deessent notae, tutius nobis visum est tenere Vulgatam. Cf. de his duobus verbis adn. ad II, 32, 1. ἑκάτερα κ. τ. λ. ergo *Iovem Iovis, Herculem Herculis sacerdos domi suae habebat.* Secundum Phavorini observationem v. ἑκατερ. hic legendum esset ἑκάτερον, sed Pluralem quoque in duobus singulis poni, adnotatum est in Lexico Xenoph. ἱερωμένου Vulgata. ἱερουμένου codd. 1410. 1411. et Mosq. Clavier. Hic autem quin, qui quoque anno sacerdos fuerit, intelligendus sit, dubitari non potest; οἱ κατὰ ἔτος ἱερεῖς αἱρετοὶ γενόμενοι, ut scriptor ipse modo dixerat. ἀρχομένων — κάλλει omisit Mosq. cf. Praef. vol. I. p. XXVII.

§. 3. De *Aegio* sede synedrii Achaici post Helicen demersam cf. cap. 7, 1. et adn. ad cap. 16, 7. *Καθότι — Ἀμφικτύονες.* Hoc de *duplici Amphictyonum conventus loco* Pausanias quo auctore tradiderit, nescio, namque alii dicunt, ad Thermopylas tantum eos coiisse. Clavier in Hist. d. prem. temps de la Gr. II, 14 sqq. distinguit Amphictyones qui Delphis ab iis, qui Thermopylis sedem habuerint. *Σέλινός* Vulgata atque etiam Clavier, sibi non constans in hoc nomine. cf. nostram adn. ad V, 6, 4. „A rapid river, sometimes only the bed of a torrent — The Selinus.“ Gell's Itinerary of the Morea p. 10, qui ab eo ad Aegium viam horae dimidiatae esse tradit. Discedit Strabo, apud quem ῥεῖ διὰ τῆς Αἰγιέων πόλεως ποταμὸς Σελινοῦς VIII. p. 387. (309.). Ibidem ille plures huius nominis fluvios recenset, atque in iis etiam τὸν ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ, de quo vide Paus. V, 6, 4. „Der Selinos mündet in den Kor. Meerbusen ohngefähr 1 Meile südöstlich von Bostitza“ Dodwell. II, 2, 346. Ab Aegio *Helice* quadraginta stadiis remota; cf. Mülleri Dor. II, 427. idem fere tradit Gellius in Itinerary of the Morea p. 10. Hoc χωρίον igitur Helices nomen tenuit. ἐπὶ θαλάσσῃ· hinc Helice ἀγχίαλος in Theocr. XXV, 165. duodecim stadiis a mari dissita teste Strabone VIII, 384 sq.

§. 4. De urbis *Helices* origine et nomine cap. 1, 2. De significatione voc. ἁγιώτατον dicebamus ad II, 33, 3. διαμεμενηκέναι δέ σφισι necessario corrigendum plerisque videbatur, Facius φασι pro σφισι, Clavier φασὶ δὲ διαμεμενηκέναι σφισι, Corayus δέ σφισί φασι, Porsonus διαμεμένηκε scribi volebant; quae omnia cur nobis non probentur, patet ex iis, quae dicebamus ad VI, 20, 7. Adde illud ex VIII, 9, 1. *Μαν-*

τινεῦσίν ἐστιν ἱερὸν Ἐπιδώτου καλούμενον· ἐπιδιδόναι γὰρ δὴ ἀγαθὰ αὐτὸν ἀνθρώποις, ubi nemo facile φασὶ excidisse dicet. Praeterea σφισὶ desideratur in nostro loco ad sententiae integritatem. Sic cap. 27, 4. διαμεμένηκε αὐτῷ νομίζεσθαι. De *prisco inter Iones Neptuni Heliconii cultu*, qui in Aegialea Peloponnesi ortus est, paulo post etiam ad §. 5. locus affertur. καὶ ὡς — ἐς Ἀθήνας. *Area Neptuni Heliconii in Agra Atticae* nota est ex Clidemi fragmento p. 29, quod paulo emendatius reperitur in Bekkeri Anecd. p. 326. καὶ ὕστερον — Ἀσίας. namque Πανιωνικὴν θυσίαν ἐν τῇ Πριηνέων χώρᾳ συνετέλουν τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι teste Strabone VIII, 384. καὶ Μιλησίοις τε ἰόντι male corrigebam in Comment. Soc. Phil. Lips. IV, 1. p. 19: simile est illud Ῥωμαίοις δὲ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα ἐς τὴν ἀγορὰν ἐστιν ἰόντι VIII, 46, 2. Βιβλιάδα Vulgata, sed scribendum Βιβλίδα ut cap. 5, 5, nam dicitur hic fons Βυβλὶς seu Βιβλὶς, non Βιβλιάς. Virgula post Βιβλίδα removenda fuit. καὶ Ὁμήρῳ κ. τ. λ. Loci Homerici sunt Iliad. II, 575. VIII, 203. XX, 403.

§. 5. Ἀποστήσασιν Vulg. ἀποστήκασιν Ald. ἀναστήσασιν Kuhn. et Clav. coniecerunt. Sane ἀναστῆσαι frequenter usurpatum est de iis, qui supplices iubent ex templo et ab ara surgere. Cf. Thucyd. I, 128. 133. (et ibi Wasse), Aelian. V. H. VI, 7. Phavorin. v. ἀναστήσας. Eodem autem iure possit quis ἀποσπάσασιν corrigere, quum hoc quoque verbum de eadem re in usu fuerit. vide Paus. IV, 24, 2. Sed quum ἀποστῆσαι etiam sit, *discedere facere, pellere*, Valckenarius iam monuit, frustra hoc verbum sollicitasse Kuhnium. *Res*, quae hic tangitur, ita habet: Olympiadis CI, 4. (cf. de tempore cap. 25, 2.) Iones iussi sunt oraculo ἀφιδρύματα λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ προγονικῶν αὐτοῖς βωμῶν ἐξ Ἑλίκης τῆς ἐν τῇ τότε μὲν Ἰωνίας, νῦν δὲ Ἀχαΐας καλουμένης (formas effictas ad habitum istarum ararum). Quum igitur Iones ab oraculo moniti ad aram Neptuni Heliconii, quae apud Helicenses erat, sacra facerent, Helicenses, qui hoc illis concedere noluerant, indignati hoc illorum factum, et res sacras disiecerunt, et sacros Ionum legatos ad aram iugularunt. v. Diod. S. XV, 49. Aelian. H. A. XI, 19. Motus igitur terrae, qui Helicen delevit, *causam a religione* repetivit Pausanias. cf. IV, 24, 2. *naturalis* autem haec a quibusdam apud Diod. S. XV, 49. affertur: τὴν Πελοπόννησον κατὰ βάθους ἔχειν μεγάλα κοιλώματα καὶ συστάσεις ὑδάτων ναματιαίων μεγάλας· εἶναι γὰρ ἐν αὐτῇ δύο ποταμοὺς φανεροὺς ῥέοντας ὑπὸ γῆν· quorum alter Ladon (v. Paus. VIII, 20. Strabo VIII. p. 596.)

alter Stymphalus est, qui hiatu absorptus deinde emergebatur in Argolide Erasini nomine. v. Paus. VIII, 22. Strabo VIII. p. 570. De qua causarum illius mali diversitate adde Diod. S. XV, 48. Ad solam μῆνιν Ποσειδῶνος Heraclides quoque hanc calamitatem refert apud Strabonem VIII, 385. (295.) *Callisthenes* descripsit, quemadmodum Helice Burisque mersae sint (teste Seneca in Q. N. VI, 23.) non singulari opere sed in Ἑλληνικῶν loco aliquo, ut recte iudicavit Wesselingius ad Diod. S. XV, 48. ἐμέλησε Mosq. De hoc usu verbi κατασκῆψαι cf. adn. ad III, 12, 6. Mosquensis τῶν post οἰκοδομημάτων inserit. ἐποίησεν Mosq.

§. 6. Haec de *terrae motibus* Schneider suis Eclogis physicis inseruit p. 200 sqq. διϊκοῦνται Mosq. προσημαίνειν κ. τ. λ. De *signis terrae motus instantis a Deo datis* iterum paulo post et Aelianus H. A. XI, 19; et aliarum calamitatum Homerus τοῖσι θεοὶ τέρατα προὔφαινον· Herodotus VI, 27. φιλέει δέ κως προσημαίνειν (quam structuram sequentia expedient) εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι.— ταῦτα μέν σφι σημήϊα ὁ θεὸς προέδεξε. I, 45. θεῶν τίς μοι πάλαι προεσήμαινε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Pausanias IX, 6, 2. προσημαίνει ὁ θεὸς τὸν ὄλεθρον· II, 20. extr. de Pythia προεσήμηνε τὸν ἀγῶνα. Post ἔτους ὥραν distinxi. ἐρυθρώτερον Mosq. ἀνέμων — ἐμβολαί· Sylburgio ἔστιν οἷς (ita scribendum pro depravato ἐστὶν οἷς. cf. IV, 1, 5.) corruptum esse putanti, in mentem venit corrigere ἐστὶν οἷ id est ποι, *aliquo*: quod Facio probatum Schneider excudendum curavit l. c. Sed minime indiget hic locus correctione. ἔστιν οἷς vel ex Vigero cap. V. sect. VI. reg. I. notum esse potest. Sensus: *quibusdam in suam terram ventorum turbines irruperunt.* Inter ἔστιν et οἷς Mosq. ἐν inseruit. ἐν τῷ οὐρανῷ διαδρομαὶ σὺν πολλῇ τῇ φλογὶ sunt *faces flammato ardore volantes per coelum*, ut ait Cicero de Div. I, 11. Catil. III, 8, 18. *Facem ardentem* dixit I. Obsequens 122. ubi interpretes λαμπάδας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναδραμούσας afferunt. De his facibus est *transcurrere* et *praetervolare* in Senecae Nat. Quaest. VII, 5. In Schneid. Ecl. phys. p. 234, 6. Aristotelis locus habet διαδρομὰς τῶν ἄστρων, quas aeque ac διαδρομὰς ἐν τῷ οὐρ. σὺν πολ. τῇ φλογὶ in nostro loco Schneider interpretatur *Sternschnuppen*, *Sternschiessen*. Mox τὰ δὲ quid sit, patet e praecedentibus ὡς τὸ πολύ· ἔστιν οἷς· που· et τὰ δὲ i. e. *aliquoties* non praecedente τὰ μὲν illustravit Hermannus ad Viger. p. 701. adde Aeschyl. VII. c. Th. 343. ἄλλος ἄλλον φονεύει, τὰ δὲ καὶ πυρφορεῖ. Haec ἀστέρων σχήματα Schneider inter-

pretatus est *cometas.* ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῆς γῆς κάτω πνευμάτων ὑφήγησις ἰσχυρά Vulgata. Bona Kuhnii emendatio ὑπήχησις *sonitus*, *mugitus*, a nobis recepta est, item a Schneidero et Clavierio. Corayus tamen malebat πνευμάτων ἀναφύσησις, putans ita Amasaeum legisse. προδείκνυσθαι Vulg. προενδείκνυσθαι Mosq. atque etiam codex Phralitae, ubi Sevinus adnotavit, idem verbum usurpatum esse a Gregorio Nysseno T. I. p. 360. et T. II. p. 891. sed ταῦτα σημήϊα ὁ θεὸς προέδεξε paulo ante ex Herod. VI, 27. protulimus. τῆς δὲ κινήσεως κ. τ. λ. De *variis terrae motuum formis* exposuit Schneider in adnot. ad Eclog. phys. p. 111. Pausanias a levioribus ad graviores progreditur. Cum iis, quae de prima forma refert conspirant quae Schneider l. c. e Senec. Q. N. VI, 12 sqq. protulit. ῥαστώνη· cf. ad IX, 25, 2. ἣν δὴ ἐν κακῷ γε τοσούτῳ ῥαστώνην ἐνεῖναί τινα ἡγησαίμεθα Vulgata. ἦν pro ἣν Mosq. Pro ἡγησαίμεθα scribendum fuit ἡγησώμεθα, quo nos Codicis Mosq. lectio ἡγησόμεθα ducit: idem senserunt Porsonus et Corayus. ἐξεγήρει Mosq. ὀλίγον ἐδέησαν Vulgata: cum Schneidero ὀλίγου ἐδέησαν scripsimus. δοκεῖ pro δοκοὶ Mosq. καὶ εἰ δή τι — προάγει ad verbum est: *et si quid aliud in aquae fluxibus promovens est:* intelliguntur *tubuli*, per quos ducuntur aquae. καὶ τούτων συνδεῖται τὰ διεσπασμένα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων τεκτόνων. Vulgata. ἢ ἀνθρώπων τεκτόνων Facio iusto brevius enunciata videbantur pro ἢ ὑπ' ἀνθρώπων τεκτόνων· quod ei nemo facile dabit. Clavier putabat excidisse τέχνῃ. Nos pro συνδεῖται e Mosq. συνδεῖ scripsimus, et intelligitur σεισμός. Genitivus ἀνθρώπων τεκτόνων pendet a Comparativo μᾶλλον, post quem ἢ qui delendum censeat forsan non deerit. cf. ad I, 33, 4. adn. sed ne hoc quidem probamus, quum loci non desint, in quibus ἢ post Comparativum cum Genitivo copulatum abundat. v. Matthiaei Grammat. graec. §. 450. 2. et Paus. VIII, 29, 3. ὁ δὲ δὴ δεύτερος τῶν σεισμῶν ἀπώλειάν τε τῶν ἑτοιμοτέρων φέρει Vulgata, quam incorruptam esse non credens corrigebam: ἀπώλειάν τε ἑτοιμοτέραν φέρει· neque aliter sensit Corayus, nisi quod ἀπώλειάν τε τούτων ἑτοιμοτέραν scribendum putavit. Sylburgius sumit Amasaeum ἐχυρωτέρων vel βεβαιοτέρων legisse, et ἑτοιμοτέρων opinatur dixisse Pausaniam *pro iis, quae proniora sive procliviora sunt in ruinam, quae promtius everti queunt.* Si τῶν ἑτοιμοτέρων liceret coniungere cum σεισμῶν, sensus esset: *secunda forma terrae motuum, qui sunt praesentiores i. e. perniciosiores prima forma.* Mox pro εἰ est εἴη in Mosq. ἄνω, quod suspectum fuit Facio, iungendum est cum ὠθοῖτο. Co-

pulanda sunt πυκνότερόν τε καὶ ὑπὸ πολλῆς τῆς βίας ἄνω ὠθοῖτο. Hic ἐπισημαίνει, intransitive positum, est: *se prodit.* ἐν ante ταῖς χερσὶν Mosq. omisit, κατὰ ταυτὰ — σεισμὸν, εἶτ' εὐθὺς ὑποδύεσθαι — ἀναπάλλειν φασὶν αὐτόν Vulgata. Sylburgius pro εἶτ' opinabatur legendum vel εἰς vel εἶτ'. Kuhnius autem οἵδ' *illi*, qui de terrae motu φυσιολογοῦσι. Denique Facius: ἤδη εὐθὺς *recta statim.* Ab his discedens et Corayus coniiciebat ἐπευθὺς, et Schneider in Ecl. phys. scripsit: τὸν σεισμὸν τὸν δ' (haud dubie voluit τόνδ') εὐθὺς κ. τ. λ. Nos e Mosq. recepimus εὐθὺ, et εἶτ', quod videtur ortum esse ex εὐθὺ, uncis inclusimus. Deinde autem legendum putamus καὶ θεμέλια ἀναπάλλειν σφίσιν αὐτόν i. e. *pariter ergo hunc motum recta subire aedificia, et illorum fundamenta sursum vibrare eum.* Haec igitur est comparatio: quemadmodum τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα ἄνω ὠθεῖται, ita οὗτος ὁ σεισμὸς ὑποδύεται τῶν οἰκοδομημάτων καὶ ἀναπάλλει σφίσι θεμέλια. Adde locum ex Aristotel. Meteorol. 2, 8. in Schneid. Ecl. phys. p. 198, 4. hunc: Δεῖ νοεῖν, ὅτι ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν καὶ τρόμων καὶ σφυγμῶν αἴτιόν ἐστιν ἡ τοῦ πνεύματος ἐναπολαμβανομένου δύναμις, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ τὸ πνεῦμα παραπλήσια ποιεῖν, καὶ τὸν μὲν τῶν σεισμῶν οἷον τρόμον εἶναι, τὸν δ' οἷον σφυγμόν. In Mosq. et Ald. est σφαλάκων pro quo Kuhn. σπαλάκων voluit. Ad τότε — ἀνακινοῦσαν e sequente ἐπιγενέσθαι assumendum est γενέσθαι, ἀνακινοῦσαν te non offendet si loci memineris Thucydidei τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη, ἓξ ἔτη πολεμήσαντα I, 110. ἡ ἐς τὸ ἔδαφος ἀνακινοῦσα *quae versus solum sursum fertur.* τοιόνδε ἐπιγενέσθαι Vulgata. Mosquensis inserit ὃ ante ἐπιγ. unde scripsi τοιόνδε οἱ ἐπιγενέσθαι. De hac *inundatione cum terrae motu coniuncta* cf. Aristot. Meteorol. II, 8. σείσαντες Mosq. pro σείσαντος.

§. 7. *Τοιοῦτό γε δὴ κατέλαβεν καὶ ἕτερον τὴν Ἰδέαν ἐν Σιπύλῳ πόλιν ἐς χάσμα ἀφανισθῆναι· ἐξότου δὲ ἡ Ἰδέα κατεάγη τοῦ ὄρους, ὕδωρ αὐτόθεν ἐρύη* ante Facium, qui virgulam non post ὄρους sed post κατεάγη posuit, et ἐῤῥύη scripsit. γε post τοιοῦτο Porsonus mutatum voluit in τε. Kuhnius, quum urbem *Ideam* in monte Sipylo nusquam a geographis memoratam reperisset, nostrum locum ita corrigendum putavit assentiente Goldhageno: τοιοῦτό γε δὴ κατέλαβε καὶ τὴν Μήδειαν, κατέλαβε καὶ ἑτέραν ἐν Σιπύλῳ πόλιν εἰς χάσμα ἀφανισθῆναι· ἐξ ὅτου δὲ ἥδε κατεάγη τοῦ ὄρους, ὕδωρ αὐτόθεν ἐῤῥύη. *Tale quid accidit et urbi Mideae, accidit et aliam in Sipylo urbem hiatu absorberi. Sed ex qua montis parte*

ipsa urbs abrupta est, aqua deinde profluxit, et hiatui successit lacus, Saloes nomen habens. Intellexit autem *Mideam Boeoticam* Strabonis I. p. 59. et IX, 413. et urbem *Sipylum Magnesiae.* Facius τὴν ἰδέαν pro τὴν Ἰδέαν (*huiuscemodi et alius generis casus*) et ἥδε pro ἡ Ἰδέα scribendum censuit: quem sequutus est Nibby. Nos hanc proponimus correctionem: *Τοιοῦτό γε δὴ κατέλαβεν ἕτερον τὴν ἰδέαν καὶ τὴν ἐν Σιπύλῳ πόλιν ἐς χάσμα ἀφανισθῆναι· ἐξότου δὲ ἥδε κατεῤῥάγη, τοῦ ὄρους ὕδωρ αὐτόθεν ἐῤῥύη. Simile quidem utique, quod ad formam attinet, accidit urbi in Sipylo, ut hiatu absorberetur: ex quo autem loco haec deiecta est, ex eo montis loco aqua profluxit.* τοιοῦτο ἕτερον legimus V, 22, 5. exempla ibi congesta docent, e medio removendum esse, quod hic positum est, *καί*. Vulgatum κατεάγη, quod VIII, 42. sub fin. de *fracta statua* usurpatur, vix hic locum tenere potest. τὴν ἐν Σιπύλῳ πόλιν, *urbem Sipylum*, de qua absorpta Plinius H. N. V, 31. p. 342. Bip. „Interiit *Sipylum*, quod ante Tantalis vocabatur, caput Maeoniae, ubi nunc est stagnum *Sale.*" Hoc stagnum in nostro loco *Saloë*, sed VIII, 17, 3. et V, 13, 4. *Tantali lacus* vocatur. De *Sipyli interitu* cf. et Plin. H. N. II, 93. (91.) Strabo I, 58. (156.) XII, 579. (242.) Sylburgius vertit: *et ex quo tempore fracto monte demersa est Idea, aqua inde manavit.* ἐς χάσμα — τὸ σχάσμα Mosq. τοῦ χειμάῤῥου qui e monte Sipylo illuc deferri solebat. σύνοπτα δὲ καὶ Ἑλίκη ἐστὶ τὰ ἐρείπια Vulg. sed videbatur Ἑλίκης cum Schneidero scribendum esse. *οὐ μὴν κ. τ. λ. non iam omnes aequaliter conspiciuntur ruinae, parte earum aquis marinis absumta.* Ad ὁμοίως supplendum τὰ πάντα. cf. cap. 27, 4.

CAPUT XXV.

§. 1. *Αἰδῶ* recte; cf. Phavor. h. v. Hinc corrigenda Matthiaei Gram. gr. §. 83. κάλιστα pro μάλιστα Mosq. *Apheidas* fuit rex Athenarum, Oxyntae filius, Demophontis nepos. v. de eo Meurs. de reg. Athen. III, 8 sq. In oraculi versu secundo stare non posse vulgatum ὅτι, pulcre animadvertit Valckenarius, et ad Eurip. Hippol. 125. emendavit ὅθι, *ubi*, quod nullus dubitavi in contextum admittere. vide quod Pausanias ipse de his supplicibus addidit καταφεύγουσιν ἐς — τοὺς βωμούς. Pro *Λακεδαιμονίους* est *Λακεδαιμονίοις* in Mosq. In quarto oraculi versu Mosq. habet *Μηδὲ* — *ἱκέται δὲ.* De con-

structione τοῖς Ἀθηναίοις βασιλεύοντος cf. ad I, 36, 4. ἀπεχώρησεν abest a Mosq. ἐπείθοντο pro ἐπύθοντο idem et Ald. cum Francof. sed Sylb. correxit. Mosq. ἔτι omisit. Pro vulgato Λακεδαιμονίων Clavierii ed. Λακεδαιμόνιοι habet. Hunc locum aliter accepit Mueller. in Dor. I, 88. ἡμέρᾳ τοῦ τε Mosq. καὶ ἐπὶ τῶν — βωμούς. cf. Thuc. I, 126. οἱ ἔχοντες τὰς ἀρχὰς sunt *novem Archontes* auctore Thucydide I, 126, qui ea de re consulendus est. Apud Herodotum de eadem re dicentem V, 71. vocantur πρυτάνις τῶν Ναυκράρων. Iidem quum τοῦ δήμου ἄρχοντες dicti sint (v. Clidemi Fragm. p. 38.) videri possit Thucydides hos cum novem Archontibus confudisse. τῷ Κύλωνι Mosq. κατειλειφότων Ald. Francof. sed Sylb. correxit. καὶ αὐτοί — τῆς θεοῦ. Thuc. l. c. καὶ ἀπὸ τούτου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκεῖνοί τε ἐκαλοῦντο καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων. ubi v. Ducker. Λακεδαιμονίοις δὲ ἀποκτείνασι καὶ τούτοις ἄνδρας κ. τ. λ. cf. IV, 24, 2. et adn. Pro εἰς Porsonus voluit ἐς. ὥστε — ἀντισχεῖν. Sic et IV, 24, 2. sed Diodorus Sic. XV, 66. narrat, Spartam tum ὅλην σχεδὸν συγχυθῆναι, et Aelianus V. H. VI, 7. *ex universa urbe quinque solum aedificia tum relicta esse.*

§. 2. Δάμον Mosq. De *tempore Helices eversae* cf. et Strabo VIII, 384. atque Diod. S. XV, 48, ubi Wesselingius adnotavit, Ἀστείου verum esse huius hominis nomen, quod praeter Diodorum edant Demosthenes O. in Timoth. p. 659, Pausanias IX, 1. p. 713. Pariumque marmor; in solius Aristotelis L. 1. Meteorol. Cap. 6. esse ἐπ' Ἀριστaίου ἄρχοντος (quod nomen Camerarius hic in margine sui codicis scripserat) sed Ἀστείου ex margine ibi esse adsciscendum, iam viros doctos monuisse.

§. 3. *Ceryniam* Helicae vicinam fuisse, patet etiam ex Aelian. H. A. XI, 19. De hoc nomine varie corrupto cf. Wessel. ad Diod. S. XV, 48. et Tzschuck. ad Strab. VIII, 387. (308 sq.) et tamen Mannertus T. VIII. p. 399. vitiosum Κεραυνία praefert. In Athen. I. p. 31 f. Κερυνία scribitur. Fluvius *Cerynites* Müllero in Dor. II, 428. est *der Fuss von Kalabryta.* ὡς pro ὃς Mosq. ὄρους Κερυνείας· Spanhemius ad Coll. h. in Dian. 109. voluit ὄρους Κερυνείου· sed apud Callimachum, ex quo illi haec fluxit correctio, est πάγος Κερύνειος· hoc quoque nomen in Scholiis et ad Callim. et ad Apollon. I, 989. corruptum est: sed in illis etiam est λόφος Ἀρκαδίας. Hunc Arcadiae montem, *Ceryniam*, quis praeter Pausaniam et Callimachum memoret non habeo dicere. Μυκηναῖοι Mosq. omisit. E verbis Μυκηναίοις μὲν γὰρ τὸ μὲν τεῖχος Por-

sonus *μὲν* expunctum voluit, sed utrum non dixit; equidem prius expellendum decerno, namque his *τὸ μὲν τεῖχος — οὐκ ἐδύνατο* opponitur *κατὰ ἀνάγκην δὲ — τὴν πόλιν.* Hoc *τεῖχος* Dodwellius II, 2, 48. vult esse non urbis Mycenarum sed arcis. Pro *τῷ ἐν Τίρυνθι* est *τῶν ἐν Τιρ.* in Mosq. De Mycenis eversis et de earum moenibus cf. II, 16, 4. *ἢ* ante *ἥμισυ* omisit Mosq. *παρὰ* pro *παρ'* habet idem. *ᾧ — ἀπαγγεῖλαι* cf. Herod. VIII, 136. 140.

§. 4. *Ἄλλο* pro *ἄλλῳ* Mosq. *ἐςέλθῃ* cf. ad cap. 23, 7. adn. *δείμασι αἱ ἐκ τῶν* Mosq. *οὔτε ἐξ ἐπιδρομῆς* Sylb. reddidit: *ne per transcursum quidem.* nobis videtur esse: *nicht sogleich ohne alle Umstaende;* quod in versione latina exprimere volui. *τοῖς μὲν δὴ ἀγάλμασι ξύλων εἰργασμένοις, μέγεθός εἰσιν οὐ μεγάλαι* vulgo nunc legitur e correctione Sylburgii, quum in Ald. et Francof. esset *μεγάλοι,* quod etiam Mosq. habet. Facius putabat ad *τοῖς μὲν — μεγάλαι* supplendum esse e sequentibus vocabulum *εἰκόνες,* et verborum constructionem paulo durius esse immutatam pro *τὰ μὲν ἀγάλματα ξ. εἰργασμένα, εἰκόνες εἰσὶ μέγεθος οὐ μεγάλαι.* Quibus missis Clavier locum hunc in vitio esse ratus hanc proposuit coniecturam: *μέγεθός ἐστιν οὐ μέγα· αἱ κατὰ τὴν ἔςοδον.* Sed *δὲ* respondens antecedenti *μὲν* omitti non potest, atque hoc in Suppl. addi ille voluit. Fortasse tamen Vulgata retineri potest si eam virgula post *εἰργασμένοις* deleta ita interpreteris: *Eumenides in his simulacris ligno factis non sunt magnae.* Recte hic quoque *ἀγάλματα* et *εἰκόνες* inter se opponuntur, quum illa deorum, hae hominum sint.

§. 5. *Δεύτερα — ἀποτραπέσθαι·* hoc oppositum est illis §. 3. *ἀποτραπήσῃ ἀπὸ θαλάσσης ἐς δεξιάν.* Scribendum fuit *Βοῦραν, Βοῦρα* ut cap. 6, 1. et apud Diod. S. XV, 48, Strab. VIII, 385. ubi v. Tzsch. adde Etym. M. v. *Βοῦρα,* ubi in allato Callimachi versiculo posterior corripitur. Mox *καὶ ἡ Βοῦρα ἐν ὄρει κεῖται* referendum est ad illud de Cerynia §. 3. *ᾤκισται — ἐν ὄρει.* Guil. Gellius Megaspelia Vostizzam proficiscens post iter duarum horarum et ferme dimidiatae venit ad „a high top covered with the ruins of an ancient city. This city was Bura, as may be learned from the cave of Hercules Buraicus (v. paulo post §. 6.) on the north side of the rock. The whole country exhibits strong marks of the violence of earthquakes“ Itinerary of the Morea p. 9. *τεθῆναι — Ἑλίκης εἶναι.* Idem de huius urbis nomine habet Stephanus Byz. Berkelii forsan ex hoc Pausaniae loco. Aliud de nominis origine traditur in Callim. h. in Del. 102, ubi Bura dici-

tur *Δεξαμενοῖο βοόστασις*, et Scholiasta addit: *ᾤκησε* (Etym. M. *ᾤκισε*) *δὲ αὐτὴν Δεξαμενὸς ὁ Κένταυρος, ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ τὰ βοοστάσια ἐφυλάττετο· διὸ καὶ Βοῦρα ὠνομάσθη.* e quibus, quod Spanhemius iam animadvertit, Etymol. M. corrigendum est. Bura autem antiquior distinguenda est a recentiore; antiqua enim terrae motu eversa est; sed, ut ex nostro loco recte docet Wesselingius ad Diod. S. XV, 48, Buraeorum haud pauci, quum patria ea clade urbs exstingueretur, peregre afuerunt, qui dein eodem nomine urbem in vicino colle condiderunt. Hinc idem illustrat Polybium, qui II, 41. affirmat, in suam usque aetatem durasse in Achaia urbem Buram deletis Oleno et Helice. *ὅτε δὲ — ἰσχυρός.* Spanhemius iam ad Callim. h. in Del. 101. p. 465. adnotavit, Pausaniam non eodem terrae motus genere, ut Amasaeus vult, sed eodem tempore utrique illi urbi id contigisse narrare, ut ambae delerentur. Strabo I, 59. (158.) ita distinguit: *Βοῦρα δὲ καὶ Ἑλίκη, ἡ μὲν* (Bura) *ὑπὸ χάσματος, ἣδ'* (Helice) *ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη* cf. VIII, 384. (292.) Alii scribunt, utramque aquis submersam esse; de qua diversitate cf. Wessel. ad Diod. Sic. XV, 48. Quod Strabo VIII, 386. dicit *Βοῦρα ὑπέρκειται τῆς θαλάττης ἐν τετταράκοντά που σταδίοις*, id pertinet ad recentiorem Buram; antiquior quam vicina mari fuerit, dici non potest. Quare cum Mannerto p. 399. non dixerim, maris undas ad Buram usque pervenire non potuisse. Aquis mersam esse Buram, Pausanias certe non videtur innuere. *Βουρέων* Mosq. *Βουραίων* Vulg. quam tuetur Stephanus. *τὰ* ante *ἀγάλματα* Mosq. omisit. *Ἀθηναίους* pro *Ἀθηναίου* Mosq. Hic *Euclides* iterum cap. 26, 3, sed ab aliis, quantum sciam, non memoratur.

§. 6. Fluvius *Buraicus* referente Dodwellio II, 2, 139. it per vallem Megaspeliae in Arcadia, ubi *ποταμος των Καλαβρυτων* de urbe vicina Calabryta vocatur. Idem repetens p. 341. addit: „ohngefähr 2 ¼ Stunde südöstlich von Vostitza geht er in den Kor. Meerbusen.“ *ὀνομαζόμενος — Βουραϊκός* Mosq. omisit. *μαντείας δὲ ὑπὸ πίνακί τε καὶ ἀστραγάλοις ἐστὶ λαβεῖν* Vulg. *ἐπὶ πίνακι* est Facii ac Clavierii coniectura. Sed fortasse nihil mutandum et sensus est: *licet sortes hic accipere tabula et talis praeeuntibus*, ut dixerunt *ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύειν.* Haec *ἐπὶ δὲ παντὶ ἀστραγάλῳ σχήματα κ. τ. λ.* „il en jette quatre sur la table, et va chercher l'explication du coup sur le tableau, où tous les différents coups de dés sont représentés, avec l'explication de ce qu'ils prédisent.“ Clavier; minore licentia ita reddidit Nibby: „ne gitta quattro

sulla mensa; le figure segnate sopra ogni astragalo hanno a bello studio nella tavoletta la spiegazione." Sensus videtur esse: *Singulis talis inscriptae sunt notae, quae in tabula apte habent interpretationem eius notae, quam talorum iactus ostendit.* ita enim ἐπίτηδες exponendum putabam: *gerade dazu passend.* Sin autem ἐπὶ δὲ — γεγραμμένα absolute accipias, ἔχει referes ad ὁ χρώμενος. Pro σχήματα in Mosq. est σχήματι. Vox ἐξήγησις hic proprie usurpata de *re divina.* v. Schol. ad Soph. Ai. 318. δὲ post σταδίων Mosq. omisit.

§. 7. Ἀέναος, ἐξόρους Mosq. ὄνομα δὲ αὐτῷ καὶ τῷ ποταμῷ Κρᾶθις. ἔνθα αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ τῷ ὄρει ante Facium, qui scripsit Κράθις, et post hoc vocabulum minimam posuit distinctionem. Sed Κρᾶθις scribendum esse, patet non tantum ex VIII, 15, 4, Strab. VIII, 304. Tzsch. Herodot. I, 145. sed inprimis e Theocrit. V, 16. 124. et Callim. h. in Iov. 26. Sylburgio confusa videbantur huius periodi verba, et sic cum Amasaeo restituenda: ὄνομα δὲ αὐτῷ τῷ ὄρει, ἔνθα αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῷ ποταμῷ, Κρᾶθις. Clavier scripsit: ὄνομα δὲ αὐτῷ τῷ ποταμῷ Κράθις, καὶ ἔνθα αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ τῷ ὄρει, dicens hanc esse codd. 1399. 1410. 1411. lectionem, qui tamen καὶ etiam inter αὐτῷ et τῷ insertum habent. Equidem ἔνθα αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμῷ τῷ ὄρει pannum esse putabam ab aliena manu assutum, quo pronomen αὐτῷ referendum ad ὄρους Ἀρκαδικοῦ declararetur, et adscitum illum ex VIII, 15, 4, ubi est ἐντὸς ἔσῃ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὸ ὄρος ἀγούσης τὴν Κρᾶθιν. ἐν τούτῳ τῷ ὄρει τοῦ ποταμοῦ τῆς Κράθιδός εἰσιν αἱ πηγαί. Quare haec verba uncis disiunxi a reliqua oratione. Ante πρὸς Κρότωνι Sylburgius inseri voluit ὁ· sed quanquam ita loquutus est Herodotus loco mox proferendo, Pausanias tamen VIII, 15, 4, ubi eandem rem repetit, iterum omisit articulum; nos similiter: *von diesem Krathis hat auch ein Fluss bey Kroton in Italien den Namen erhalten.* Vocabulum ὄνομα, quod post ποταμὸς deest in Vulgata, Facius e Mosq. addidit. idem iam voluerat Sylburgius. Pro τῇ ἐν Mosq. τὴν habet. Cum nostro loco conferendus est VIII, 15, 4, ubi idem de hoc monte et duplice fluvio refertur, et inprimis Herodoti I, 145. *Αἰγαί*: ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀένναός ἐστι, ἀπ' ὅτου ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ ὄνομα ἔσχε. Huc fortasse etiam alter Herodoti locus V, 45. pertinet. πρὸς δὲ τῇ — λέγουσι· hoc quoque repetitur VIII, 15, 4. Herodoti aevo adhuc fuisse Aegas, intelligitur ex loco eius priore, qui modo allatus est. Strabone referente VIII, 386. τὰς Αἰγὰς εἰς Αἴγειραν συνῴκισαν. adde ib. p. 387. init.

In via ab „Acrata to Kamares“ Gellius non procul ab Acrata transiit pontem quo iunctus erat *Crathis*. v. eius Itin. of the Morea p. 13. De nomine huius fluvii Strab. VIII, 304. Tzsch. nunc vr. *Sacrates* s. *Acrato* teste Dodwellio II, 2, 137 sq. *Αἰγίπολις* pro *Αἰγαὶ πόλις* Mosq. Idem λέγουσι omisit. In Homeri versu, qui est Iliad. VIII, 203, δῶρ' ἄγουσι Mosq. Deinde nonne exspectes ἔν τε τῇ Ἑλίκῃ καὶ ἐν ταῖς *Αἰγαῖς*? Pro ἔχοντος est ἔχοντα in Mosq. Hoc σῆμα mox μνῆμα et §. 8 τάφος vocatur, Homerico usu; sic Iliad. II, 814. XI, 166. σῆμα pro τάφῳ. Hic ergo μνῆμα et τάφος non distinguuntur. nec VIII, 12, 5. quid? quod Pausanias IX, 18, 3. μνήματα et mox pro iis τάφον posuit. De *picturis in sepulcris* cf. et cap. 22, 4. Dodwellius vol. 2. part. 2. p. 136. opinabatur, equestrem hic fuisse statuam, coloribus obductam.

§. 8. Schneider corrigebat ἐπὶ τὸ καλούμενον — ἱερόν ἐστι τὸ *Γαῖον*, ut videtur, recte. pro γῆς dedi *Γῆς*. In proximis ξόανον δὲ ἐν τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἐστὶν ἀρχαῖον Hemsterhusius ad Lucian. p. 4. seu T. I. p. 172. Bip. ἐν deleri iussit, laudantibus Valckenario ac Porsono, ego autem nescio an duae diversae lectiones in unam coaluerint, quarum altera fuerit ξόανον δὲ ἐν τοῖς μάλιστά ἐστιν ἀρχαῖον, altera autem ξόανον δὲ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἐστὶν ἀρχαῖον. cui simile illud est X, 12, 1: ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὕρισκον. De *potu taurini sanguinis* cf. Not. ad Hellen. p. 128. Hic fuit ille potus ordalii instar, ut iam monitum est in libello menstruo London und Paris 5ter Iahrg. N. VII. p. 268. ἔχει Vulg. ἔσχεν Mosq. quod Porsono etiam placuit. Pro εἰς Porsonus voluit ἐς. In Mosq. est πλέον ἔσῃ pro πλέονες.

CAPUT XXVI.

§. 1. *Aegiram* Polybius IV, 57. dicit sitam esse inter Aegiensium et Sicyoniorum urbem (sic et in Peutingeriana tabula VII.) ἐπὶ λόφων ἐρυμνῶν καὶ δυςβάτων, νεύειν δὲ τῇ θέσει πρὸς τὸν Παρνασσὸν καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς ἀντίπερα χώρας· ἀπέχειν δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. Versus meridiem vicina fuit *Pheneo*. v. Paus. VIII, 15, 2. Apud Strab. VIII, 386. *Αἴγειρα* ἐπὶ βουνοῦ κεῖται. Dodwellius vol. II. part. 2. p. 133. Sickl. in eo loco, ubi nunc *Argyro Castro*, et Gellius in Itin. of the Morea p. 13. ponit inter *Acrata* et *Kamares*, a priore loco duarum circiter horarum spatio eam removens. Straboni VIII, 385. a Sicyone progredienti versus occa-

sum prima urbs fuit Pellene, secunda Aegira, tertia Aegae *ἐν τῇ τάξει τῶν τόπων*. Pro vulgato *ἐπίνειον Αἰγειρῶν* Sylburgius *ἐπίνειον Αἰγειρατῶν* voluit, ut initio huius capitis, quum haec urbs singulari duntaxat numero appelletur. Quod Facio probatum Clavier in contextum recepit. Sed ecce illud Stephani Byz. v. *Φενεὸς* de Pheneo Arcadiae urbe: *ὁμορεῖ ἐν τῷ πρὸς ἄρκτους Αἰγείροις καὶ Πελληνίταις* (leg. cum Salmasio *καὶ Πελλήνῃ, ταῖς*) *Ἀχαϊκαῖς πόλεσι*. Hic vides Pluralem *Αἰγείροις*, fortasse legendum *Αἰγείραις*· quare Vulgatam movere cunctatus sum. cf. c. 27, 4. *ὁδὸς δ' ἐκ — ἄνω πόλιν*. Hoc ut conciliarent cum Polybii loco paulo ante prolato, ubi *septem* tantum ponuntur stadia, dixerunt suo navali (*ἐπινείῳ*) urbem Aegiram versus hibernum aut ortum aut occasum subiectam fuisse, non recta versus meridiem.

§. 2. *Ὁμήρου — ὠνόμασται*. Sic et Stephanus Byz. v. *Αἴγειρα* ex Pausania. Homeri versus ex Iliad. II, 573. postea §. 6. affertur. Forsan pro *Ὁμήρου* erit qui legi velit *Ὁμήρῳ*. Locum *τὸ δὲ ὄνομα — ἀπὸ τῶν αἰγῶν* Stephanus Byz. iis, quae v. *Αἴγειρα* profert, ita intexuit: *Παυσανίας δὲ ἕκτῳ* (lege *ἑβδόμῳ*) *λέγει, τὴν Ὑπηρεσίαν* (leg. *Ὑπερησίαν*) *Αἴγειραν μετωνομάσθαι διὰ τοιάνδε αἰτίαν.* (*ἣν Ὅμηρος Ὑπερησίην φησί.*) *Σικυωνίων στρατὸς ἀφίξεσθαι ἔμελλεν αὐτοῖς. οἱ δὲ ἀθροίζουσιν αἶγας, καὶ τοῖς κέρασιν ἔδησαν δᾴδας* (leg. *δᾷδας*), *καὶ ἐξάπτουσι διὰ τῆς νυκτός. νομίσαντες οὖν τὴν φλόγα τοῦ ἐπικουρικοῦ πυρὸς, ἔφυγον. οἱ Ὑπηρεσιεῖς* (leg. *Ὑπερησιεῖς*) *δὲ Αἴγειραν τὴν πόλιν ὠνόμασαν.* In Mosq. ita legitur: *τοῖς Ὑπερηεῦσιν ἤλπιζον εἶναι τὴν φλόγα καὶ ἐκ τοῦ.* Mox *ἐπανέρχοντο* Mosq. Ald. Francof. sed Sylb. correxit. *Ὑπερησείας* Mosq. Facius, qui *μετέθετο* malebat quam, quod Vulgata habet, *μετέθεντο*, vehementer falsus est. v. ad cap. 17, 3. adn. *καθότι — ἱερόν*. v. §. 4. extr. *οὐ μὴν καὶ αὐτίκα ἐξενίκησαν — καλεῖσθαι* ante Facium, qui Sylburgii emendationi *ἐξενίκησεν*, quod singulariter atque impersonaliter poni solet, in contextu locum dedit. cf. adn. ad cap. 1, 3. Sed praeterea Porsonus correxit *οὐ μὴν καὶ αὐτίκα γε ἐξενίκησεν.* Cui simile est, ad quod ille nos reiicit: *οὐ μὴν καὶ ἐς ἅπαν γε ἐξενίκησεν* VIII, 5, 5. Nos hoc eo minus dubitavimus recipere, quum Mosquensis *τε* post *αὐτίκα* inserat, in quo *γε* latet. *Αἴγειρας ἀντὶ Ὑπερησείας* Mosq. *Ἑστιαίαν* vulgo; nos *Ἑστίαιαν* scripsimus ut cap. 7, 4, ubi v. adn. In Mosq. est *ἐς αἴτιαν* et ex correctione *ἐς τίαιαν*. *Hestiaea* antiquum, *Oreos* recens nomen eiusdem urbis Euboeicae: quod confirmat Strabo X, 445. (12 sq.)

§. 3. *Λίθου τε Πεντελ.* — *ἄκρας χεῖρας* — *ἐπὶ πολλῆς* Mosq. *τὸ δὲ* — *φαρμάκοις·* hoc positum pro *τὸ δὲ ἄλλο ξόανον χρυσοῦ τε ἐπιπολῆς ἐστι καὶ διηνθισμένον φαρμάκοις.* nam *διηνθισμένον* non puto cum Genitivo construi nisi intercedente praepositione *ὑπὸ* (v. paulo post §. 4.) vel *ἐκ* (v. Schneid. Lex. gr. h. v.) Dativus additus est VI, 19, 9. V, 11, 1, ut hoc loco. *δῆλος* — *ὁ ναός.* Vulgata recte; Mosq. articulum *ὁ* omisit; sed dicitur Iphigeniae signum in Dianae aede stetisse; unde suspicio, hanc aedem primum non Dianae sed Iphigeniae factam esse, si verum sit, hoc antiquum simulacrum Iphigeniae esse. *ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν* Vulg. Post *ἔστι* Mosq. *δὲ* inserit. Hoc *Ἀπόλλωνος ἱερὸν* fuit etiam *ναός.* cf. ad I, 18, 6. adn. *γυμνός, μεγέθει μέγας* Vulgata. *γυμνὸν* — *μέγα* Clavierii coniectura est non necessaria. *ὅςτις* — *ἐθεάσατο.* De hoc Herculis signo Laphais opere v. II, 10, 1. Pro vulgato *Λαφαοῦς* scribendum fuit *Λαφάους.* v. ad II, 21, 9. *τὰ* ante *μάλιστα* Mosq. omisit. *ἀνθρώποις* Sylb. non vertit cum Amas. *viris* propter VIII, 5, 3. 10, 2. 31, 2. 38, 5. sed *hominibus.* Mosq. habet *Θεὸν* pro *Θεοῦ* et *ἐπονομάζουσι*, quia deinde *ἐς ταύτης* — *νομίζουσι* omittit. Porsonus corrigebat *ἐςίασιν.* Facius malebat *ῥηταῖς, ἐς ἄλλα τε·* frustra; Pausanias constructionem variare amat, ut mox *τύχῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ κάλλους.* De v. *οἴκημα* cf. I, 22, 6. *Fortuna cum cornu Amaltheae* etiam IV, 30. extr. *ἐθέλει* — *κατορθοῦται.* In hac interpretatione Creuzer non putavit acquiescendum esse. v. eius Symbol. IV, 213. Pro vulgato *μοιρῶν* dedi *Μοιρῶν.* Fortuna una *Μοιρῶν* ut supra I, 19, 2. Venus Urania. Heynius ad Pind. Ol. X, 62. proposuit opinionem ex Pausaniae IV, 30. extr. et nostro loco haustam, fuisse *Pindari hymnum in Fortunam:* nescitur tamen, hoc Pindari dictum ex quo eius carmine Pausanias attulerit. De his *ἶσα* (Porsonus voluit *ἴσα*) *καὶ ὀδυρόμενος* cf. ad I, 22, 6. adn. *καὶ γυναῖκες* — *εἰσι.* i. e. *καὶ γυναῖκες αἱ τρεῖς οὖσαι τὸν ἀριθμὸν ἀφαιρούμεναί εἰσι.* Pro vulgato *ψέλλιά* Porsonus voluit *ψέλιά* scribi, atque ita scriptum est in Mosq. cf. de h. v. Blomfieldii Praef. ad Aeschyli Persas p. IV sq. *ὁ δὲ* Mosq. omisit. *εἰς τοῦτόν φασιν Ἀχαιοὶ, γενομένου κ. τ. λ.* Vulgata, sed scribendum fuit *εἰς τοῦτόν φασιν, Ἀχαιοῖς γενομένου κ. τ. λ.* refert enim hoc loco Pausanias quae non Achaei, sed Aegiratae narraverint; et *Ἀχαιοῖς* codex etiam Mosq. exhibet. idem antea *εἰς τοῦτο* habet. Haec autem *ἐν τούτῳ τῷ οἰκήματι* — *καὶ ἐν τῇ εἰκόνι* Goldhagenus quidem interpretatus est de pictura, Clavier autem Facio praeeunte de opere in plano elevato (bas-relief). Equidem,

si haec picta fuissent, scriptorem aliter puto loquuturum fuisse. εἰκὼν de tabula picta etiam I, 8, 5. perperam accepta est, ubi v. adnotata de hac voce.

§. 4. Ὁδὸς — διά τε ὀρῶν καὶ ἀνάντης ἑστῶσά ἐστι. Vulgata. „Suspectum est ἑστῶσα. verumne sit ἡ πᾶσα, an aliud quidpiam ignoro.“ Sylb. et Clavier ἀνάντης [ἅπασά] ἐστι edidit. „ἑστῶσα de via dici nequit, unde mendum subesse patet. Kuhn. bene emendavit ἐστὶ, ὅσα ἐστὶ *quanta quanta est*. Mallem tamen ἀνάντης, ὅσα ἐστί“ Facius. imo Kuhnius scribi voluit: ἔστη ὅσα ἐστί *quanta quanta est*, *ardua est*. Sed quidni ἑστῶσα de via dicatur, de qua ἄγειν, φέρειν, ἐκφέρειν, ἀνήκειν frequententur? neque ἀνάντης ἑστῶσα, *ardua stans*, erit offensioni, quum Adiectivum verbo ἕστηκα crebro iunctum esse constet, veluti ὀρθὸς ἕστηκε· nobis erit *steil emporstehender Weg*. Nobis in usu esse *ein stehender Gang* de metallorum fodinis, notum est. v. Adelungii Lex. v. *stehen*. Sed Propertius quoque ausus est scribere IV, 11, 4. „non exorato *stant* adamante *viae*.“ Quem versum quia Valckenarius satis obscurum dixerat, non defuerunt qui eum a Propertio abiudicarent ut eo indignum. At in *stant viae* oppositum simul cogitandum est: *non procedunt*, οὐκ ἀνήκουσι· cur non? quia *adamas obiectus orando flecti se non patitur*. Et nostrae viae arte ad lineam rectam factae ac munitae nonne saepe stantium columnarum speciem ostendunt viatoribus? Neque Kuhnius, quod eius coniectura docet paulo ante memorata, in verbo στῆναι de via posito offendit. ἄναντις ἑστῶσα Mosq. In cod. 1411. ἑστωσά ἐστι et in cod. 1410. ἑστῶσα deest, ita ut lacuna sit indicata; quamobrem ἑστῶσα uncis notavi. *Phelloë* versus meridiem Aegirae subiecta fuit iudice Mannerto. Inter Zakoula et Acrata „is a precipitous rock, on which it is possible the castle of Phelloe might have been situated“ Gell's Itin. of the Morea p. 22, qui hanc rupem a Zakoula duarum ferme horarum, et ab Acrata duarum horarum spatio, quinta parte horae deficiente, removet. cf. Mülleri Dor. II, 428. Φελλόη iudice Kuhnio nomen habuit a petroso loco in quo sita fuit: ergo a φελλεὺς, quod auctore Stephano Byz. nomen fuit παντὸς τοῦ τόπου ἔχοντος ἐπιπολῆς μὲν πέτρας (fors. πέτραν), ὑπὲρ ταύτης δὲ γῆν λιπαρὰν (nonne potius λυπρὰν?) καὶ πρὸς ἐλαιοφυτείαν. Verba καὶ ὅσα πετρώδη τῆς χώρας absolute sunt posita, et ad proxima assumendum ἐν ταῦθα. Mox ante Facium legebatur: εἰ δέ τινα τῶν ἐν Ἕλλησ πολισματίων ἀφθόνῳ καταῤῥεῖται τῷ ὕδατι. Hic autem se reposuisse dicit τι e cod. Mosq. pro vulgato τινα. Sed εἰ δέ τινα

legitur etiam in hoc codice, in margine tantum allitum est εἰ δέ τι. Nos iam in minore editione vulgatam restituimus, cui quae sequuntur ἀριθμεῖν καὶ τὴν Φελλόην ἔστιν ἐν τούτοις, quae Pluralem illum τινα requirunt, accommodata sunt. Clavier paruit Facio, sed poenituit eum facti, voluitque τινα restitui, quum idem in codd 1410. et 1411. reperisset. v. Supplem. καταῤῥεῖσθαι hic est *irrigari;* quod etsi non alibi sic positum invenerim, tamen scrupulum minuit Adiectivum verbale κατάῤῥυτος. ῥέω quoque et προρέω interdum iuncta sunt cum Accusativo. Sed erit fortasse qui κατάρδεται seu καταρδεύεται scribi malit. Φελλόνην h. l. Mosq. *Bacchi simulacrum* ὑπὸ κινναβάρεως ἐπηνθισμένον. Similiter eiusdem dei signum superne ἐπαλήλιπται κιννάβαρι VIII, 39. extr. et πρόσωπα ἀλοιφῇ ἐρυθρᾷ κεκόσμηται II, 2, 5. quae inter se iam contulit Hemsterhusius ad illud Hesychii a Kuhnio excitatum ἱερεὺς Διονύσου· Εὔπολις Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει. Plura congessit I. H. Vossius ad Virg. Ecl. 10. p. 514. In Bekkeri Anecd. p. 1208. κιννάβαρι et alia huius generis dicuntur κλίνεσθαι διὰ καθαροῦ τοῦ ος. Cum his ἔστιν ἐν — Ἀγροτέρας cf. VIII, 15, 4.

§. 5. De *Pellenensibus et Pellene* usque ad cap. 27, 3. *Pellene sita inter Sicyonem et Aegiram;* sic et apud Strab. VIII, 385. (300.), cui Pellene στάδια ἑξήκοντα τῆς θαλάττης ὑπερκειμένη φρούριον ἐρυμνόν dicitur p. 386. (305.) Hunc stadiorum numerum Pausanias confirmat §. 7. „Acrata to the village of Kamares 5 hours 29 minutes. — 17 minutes Khan of Kamares, in a plain between the hills and the coast, with some traces of antiquity, perhaps the Roman town of Pellene below Tricala upon a rock“ Gell's Itiner. of the Morea p. 14. 15. 20. Cf. Mülleri Dor. II, 428. De positu adde Apollonii locum mox proferendum. Versus austrum vicina illi fuit *Pheneos.* v. Paus. VIII, 15, 2. πρὸς Σικυῶνος — ἔσχατοι. Quod de *Argolide* hic additur, explicatur capitis 27, 3. Amasaei versionem *inter Sicyonem et Argolicae terrae fines* sequutus est Dodwellius II, 2. p. 132. sed πρὸς est *ab, ex parte, versus,* et sensus: *versus Sicyonem et Argolidem Pellenenses Achaeorum extremi sunt.* cf. c. 6, 1. Πελλήνων Vulgata. Iam Sylburgio legendum videbatur Πελληνέων, quod nobiscum recepit Clavier. nam Πελληνεῖς hoc ipso loco et cap. 27, 1. (etiam apud Stephanum Byz. iterumque apud Paus. VI, 13, 6.) et Πελληνεῦσι cap. 26, 7. 27, 2. tuentur hanc correctionem Stephanus Byz. ait hanc Pellenen δύο μόνα ἐθνικὰ ἔχειν, τὸ εἰς εὺς καὶ διὰ τοῦ ιος· sed fuit etiam tertia forma in αῖος

ut II, 12, 2. Quod in Sestinium dicendum fuit, occupatum est in Ephemer. Halens. $\frac{284}{1821}$. δόξῃ δὲ τῇ — λέγουσιν. Qui hic *Πέλλην*, ab Apollonio Rh. I, 177. *Πέλλης* vocatur: ἥν (*Πελλήνην*) ποτε *Πέλλης* ἐπόλισσεν ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο. Quum *Pellenen* Pausaniae ex Argivorum narrationibus dicatur Phorbantis filius, Triopae nepos, Phorbas et Triopas Argivi intelligendi sunt; at eaedem teste Pausania II, 16. init. tradebant, Phorbantem patrem Triopae, Triopam filium Phorbantis fuisse. Hoc sequentibus videbitur hoc loco corrigendum esse *Τριόπα δὲ εἶναι τοῦ Φόρβαντος παῖδα*· quod in Notis ad Hellen. p. 265. iam propositum est. Saepe autem in Triopae Phorbantisque nominibus peccatum esse a librariis, monuit Wesselingius ad Diod. S. IV, 58. De variis Phorbantibus cf. Baylii Diction. v. Phlegyas.

§. 6. *Δονοῦσα* et postea in Homeri versiculo hic *Δονόεσσαν* vulgo legitur. „*Δονοῦσα* qui excusari possit non video. Supra etiam II, 4. V, 18. inconstans huius nominis scriptura fuit, sed veram scripturam esse *Γονούσσης* in illis ipsis locis annotavi. Hic quoque pro *Δονοῦσα* scribendum esse *Γονοῦσσα* et mox in Homeri versu *Γονόεσσαν* pro *Δονόεσσαν*, arguunt non tantum vulgatae Homeri editiones, sed etiam Eustathius, et brevium scholiorum autor." Sylburgius, cuius in sententiam iverunt Strothius in Handbuch der alten Geogr. v. I. p. 2. pag. 697. et Mannertus VIII. p. 394. Goldhagenus *Gonusa* postea autem *Donoessa* scripsit. Sed Palmerius in Exerc. evertit Sylburgii emendationem, iis quae Pausanias adiunxit *Πεισίστρατον — ὑπὸ ἀγνοίας* recte usus. „Scilicet, inquit, vult Pausanias, scripsisse Homerum *Δονόεσσαν*, sed Pisistratum, qui Homericos versus compilavit, male legisse et per ignorantiam scripsisse *Γονόεσσαν*, unde in posteros error emanavit, ut apud Homerum *Γονόεσσα* pro *Δονόεσσα* legeretur. Haec est manifesta Pausaniae sententia." Quanquam potius cum Facio dicendum est, Pausaniam hic opinionem hominum illius regionis referre. In Homeri versu, qui est Iliad. II, 573, Mosq. habet *Οἵ δ' Ὑπερσίην*, Scholia autem Paris. ad Apoll. Rh. I, 176. *Οἵ θ' Ὑπερησίων*. Pro vulgato *καὶ ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα* scripsi *καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ μνημ.* quam emendationem Corayus in *Προδρόμῳ Ἑλλην. Βιβλιοθ.* ad Aelian. V. H. p. 315. propositam hic repetivit. Pro *ἢ αὐτὸν* est *τε αὐτὴν* in Mosq. *ἢ τόν τινα ἑταίρων* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *ἢ τῶν τινα ἑτ.* recepit: quae Sylburgio ac Valckenario *Ionica anastrophe* vocatur. cf. Praef. vol. I. p. XX. Idem Sylburgius

verebatur, ne quis mallet ἑτέρων quam ἑταίρων, ut puto, sine causa.

§. 7. Hoc navale Pellenensium *Argonautae* dictum iam II, 12, 2. memoratum est. Αἴγειρα ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ est Aegiratarum ἐπίνειον. vide huius capitis initium. ταύτης — ἐπινείου vide de hoc spatio ad §. 5. adn. ὡρμήσαντο Mosq. sed supra scriptum est iota.

CAPUT XXVII.

§. 1. An εἰργασμένον post πῖλον sanum sit, dubium mihi quidem videtur. Goldhagenus et Nibby praetermiserunt, Clavier reddidit *un bonnet travaillé sur la tête.* Quod si sequamur, erit εἰργασμένον coniungendum cum ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, et idem quod ἐπικείμενον. Haec κατὰ δὲ — τὴν πόλιν propiorem urbi locum indicant quam illa Ἰόντων δὲ ἐς Πελλήνην. Hic λίθος ἐπιχώριος estne marmor hic natum? De *Minerva, Phidiae opere, apud Plataeenses* vide IX, 4. init. de *Minerva hac apud Pellenenses* quid Meyer suspicatus sit, vides in eius Hist. artium inter Graec. T. II. p. 55, ubi et T. I. p. 60. idem disserit de *aetate* Phidiae. τὸν ἀέρα ἐκ τοῦ ἀδύτου scil. ἐρχόμενον. Quod de hoc halitu ebori signi servando utili dicit Pausanias, id conferas cum iis, quae in eandem rem dixit V, 11, 5. τεῖχος pro τείχει Mosq. ἔσοδός τε πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἄλλῳ δὲ οὐδενί ἐστιν ἀνθρώπων. Vulgata. Facius malebat ἔσοδος δὲ. idem placebat Porsono, sed is deinde δὲ post ἄλλῳ deletum volebat. Corayus hoc alterum δὲ post ἄλλῳ non exterminandum sed mutandum in γε censebat. Nos scribimus: ἔσοδος δὲ πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἄλλῳ γε οὐδενί ἐστιν ἀνθρώπων. cf. ad cap. 23, 7. adn. Pro Λαμπτηρίαν reponendum esse Λαμπτήρια, nobis quoque in mentem venit; idem sensit Porsonus. καὶ ἀγῶνα — τῆς νίκης. Villoisonus ad Apollonii Lex. Hom. v. χλαῖνα docet ex Pindari Ol. IX. et Nem. X, in Theoxeniis victoriae praemium fuisse χλαῖναν, eamque ob causam dicit, erravisse h. l. Pausaniam: addit etiam ex Philemone: ἐν δὲ Πελλήνῃ τῆς Ἀχαίας ἀγὼν, ὁ καλούμενος Θεοξένεια· τὸ δὲ ἆθλόν ἐστι χλαῖνα. His auctoritatibus Villoisonus adiungere potuisset Pollucis VII, 67, Scholiastae ad Pind. Ol. XIII, 148. 155 et Eustathii ad Iliad. p. 292. Rom. An vero incredibile est, ut alia ita haec quoque praemia temporis progressu mutata esse? Afferre liceat exemplum ex ipso repetitum Pausania: δευτέρᾳ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζε-

σθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο X, 7, 3. p. 814. ubi vides ἀγῶνα χρηματίτην seu χρηματικὸν seu ἀργυρίτην mutatum in στεφανίτην. Utinam cautiores essemus in aliis errorum accusandis! nam temere erroris reum agere, gravis est iniuria. Pro ἡ θεὸς est ἡ παρθένος in Mosq. ἔλυτρον κρήνης „structum fonti conceptaculum“ Sylb. cf. adn. ad II, 27, 8.

§. 2. Γυμνασ. ἀρχαῖον. v. ad §. 3. τελεῖται ἐς ἐφήβων μελέτην Sylburgio suspectum videbatur, neque tamen audebat corrigere τελεῖ τήν. sed est: *impenditur*, *adhibetur*, *inservit exercitationi epheborum*. In ἐφηβεύσωσιν enallagen numeri esse pro ἐφηβεύσῃ Sylburgius ait p. 929. ed. Kuhn. Ὀλυμπιάσι vulgo. De lectione vulgata καὶ Νέμεα dictum iam est ad VI, 1, 2. extr. Clavier hic καὶ Νεμέᾳ scripsit. καὶ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα ποιήσαντες — τὴν μὲν — τὴν δὲ Vulgata, quae videtur corrupta esse, nam duae, ut patet e proximis, significantur εἰκόνες, itaque εἰκόνας scribendum existimavimus, quod idem fecit Clavier, qui hoc ipsum in cod. 1411. reperit. τὴν μὲν ἐς Ὀλυμπίαν ἀνέθεσαν, cuius mentio facta est VI, 8, 3. De his λίθου ταύτην καὶ οὐ χαλκοῦ dicebamus ad cap. 22, 6. Κορινθίου συνεστῶτος πολέμου Πελληνεῦσιν an haec ipsius Pausaniae manus sit dubitamus, eum Κορινθίοις συνεστῶτος πολέμου καὶ Πελληνεῦσιν scripsisse existimantes. Quod de Corintho nomen habet bellum, ὁ κληθεὶς seu ὀνομαζόμενος Κορινθιακὸς πόλεμος vocatur III, 9, 6. IV, 17, 3. λέγεται δὲ καὶ κ. τ. λ. de hoc *Polydamante* pluribus dixit Pausanias VI, 5. ex quo loco et adnotatione quum quo tempore ille Pancratiastes vixerit intelligatur, nec de Promachi aetate dubitare possumus. κρατήσειεν Ὀλυμπίᾳ vulgo. Scripsimus κρατήσειεν ἐν Ὀλυμπίᾳ· nunc video idem placuisse Corayo. Eodem modo peccatum est VIII, 26, 2. in ἐνίκησεν Ὀλυμπίᾳ. Mox Ὀλυμπικὸν vulgo; nostra scriptura est codicis Mosq. παρὰ — οἴκαδε. vide VI, 5, 3. ἐλεγεῖον· ergo omisit Pausanias pentametrum. Pro Ὦ est τῷ in Mosq. ἐν Χαιρωνείᾳ δύο ἀνελόμενον πάλης νίκας καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τέσσαρας Vulgata. ἐν Χειρωνεία δύο ἀνελομένου Mosq. Verae lectionis inventae laus acumini debetur Palmerii, qui in Exercit. ita correxit τὸν δὲ Χαίρωνα δύο ἀνελόμενον. Quem suae emendationis confirmandae causa locum attulit ex Demosthenis oratione de foederibus cum Alexandro, eum, quoniam Pausaniae illustrando inservit, repetam: Ἀχαιοὶ μὲν οἱ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἐδημοκρατοῦντο· τούτων δὲ ἐν Πελλήνῃ νῦν καταλέλυκε τὴν πόλιν ὁ Μακεδών, ἐκβαλὼν τῶν πολιτῶν τοὺς πλείστους, τὰ δ' ἐκείνων τοῖς οἰκέταις

δέδωκε, *Χαίρωνα δὲ τὸν παλαιστὴν τύραννον ἐγκατέστησεν.* Huic idem, ne ullus relinqueretur scrupulus, locum Athenaei addidit XI, 509, ubi postquam quidam Academici dicti sunt ἀνοσίως καὶ ἀδόξως βιοῦντες hoc adiungitur: ὥσπερ καὶ Χαίρων ὁ Πελληνεὺς, ὃς οὐ μόνον Πλάτωνι ἐσχόλακεν ἀλλὰ καὶ Ξενοκράτει. καὶ οὗτος οὖν τῆς πατρίδος πικρῶς τυραννήσας οὐ μόνον τοὺς ἀρίστους τῶν πολιτῶν ἐξήλασεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τούτων δούλοις τὰ κτήματα τῶν δεσποτῶν χαρισάμενος καὶ τὰς ἐκείνων γυναῖκας συνῴκισε πρὸς γάμου κοινωνίαν. Boeckhius in indice lection. semestris hiberni 1822. et 23. cum Bekkero legit *Χαίρωνα δὲ·* namque hoc δὲ absorptum esse a proximo δύο. Praeterea ad δύο πάλης νίκας deesse dicit loci nomen; coniicit igitur Boeckhius, post νίκας addendum esse Ἰσθμικάς. Simillimo modo antea Clavier scribi voluerat: *Χαίρωνα δὲ Νεμέᾳ.* Nos *Χαίρωνα δὲ* recepimus et post νίκας biatus signum posuimus. Hoc ὅτι κατέλυσε — καταστῆναι ut Demosthenis loco proposito illustratur, ita rursus cum Demostheneis his coniunctum lucem accendit illis, quae Pausanias cap. 7, 1. scripserat: τυράννων γὰρ — ἐσχήκεσαν. Pro δῶρον τὸ est δῶρον τὶ in Mosq. τῇ ἐλάσσονί· namque ἐς μοίρας δύο νενεμημένην dixerat Pellenen cap. 26. extr.

§. 3. *Τὸ δὴ ὄνομαζ. Ποσ.* vulgo. Dedi *Τὸ δὲ ὀνομ. Π.* suasoribus Amasaeo ac Sylburgio. ὑπὸ τὸ γυμνάσιον est illud, quod initio §. 2. commemoravit, ubi Goldhageno non vertendum fuit: *Die alte Kampfschule*, sed *eine alte Kampfsch.* nam non duo sunt cogitanda gymnasia, sed unum idque antiquum. διαμεμένηκε — νομίζεσθαι. Quaeritur fortasse, an quod II, 12, 2. commemoratum est *Ποσειδῶνός ἱερὸν* prope Aristonautas Pellenensium navale et ὀλίγον ὑπὲρ τὴν ὁδὸν ἐν ἀριστερᾷ hoc ipsum sit *Ποσείδιον* nostri loci? et qui quae continuo sequuntur consideraverit, vix dubitabit hoc ita esse: namque his *Πελλήνης δὲ ὅσον κ. τ. λ.* sine dubio Argivorum ac Pellenensium indicantur confinia, neque Pausaniae hac in re fidem Dodwellius II, 2. p. 132 sq. recte videtur addubitasse. Huius *Mysaei* mentio iam facta est in Argolidis Periegesi II, 18, 3. videtur autem Pellenae versus euronotum subiectum fuisse. Pro vulg. *Μυσαῖον* scribendum fuit *Μύσαιον.* v. Herodiani Fragm. ad Herm. lib. de emend. gr. gr. rat. p. 308. et Pseudo-Herodian. in Bastii adn. ad. Greg. Cor. p. 22. ἔστι δὲ ἄλσος ἐν τῷ *Μυσαίῳ.* Fuit enim hoc Mysaeum χωρίον, ἱερὸν *Δήμητρος Μυσίας*, et in eo huius Cereris ἱερόν. cf. II, 18, 3. ἱδρύεσθαι refertur ad utrumque ut οἰκοδομεῖσθαι ad τέμενος et ἱερὸν et ναὸν V, 6, 4. *Μυσίῳ* pro *Μυσαίῳ* Mosq.

Ad *δένδρα ὁμοίως τὰ πάντα* interprete Facio e proximis vocabulum *ἄφθονα* assumendum est; recte, ut patet ex articulo addito, qui recte omissus est in illo: *ἥμερα ὁμοίως πάντα ἐν τῷ ἄλσει δένδρα* IX, 24, 4. *ἡμερῶν ἑπτά.* idem numerus in Ombitarum festo apud Iuvenal. XV, 44. *ἀπελαύνονται — ἄῤῥεν·* propemodum ut in sacris Bonae Deae apud Romanos. *αἱ γυναῖκες — σκώμμασιν.* Similia de Siculis in Cereris festo apud Diodor. Sic. V, 4. extr. leguntur: *ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις αἰσχρολογεῖν κατὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, διὰ τὸ τὴν θεὸν ἐπὶ τῇ τῆς Κόρης ἁρπαγῇ λυπουμένην γελάσαι διὰ τὴν αἰσχρολογίαν.*

§. 4. *Ἀπωτέρω — ἀπό·* redundat *ἀπό·* cuius abundantiae exempla iam Lobeckius ad Phryn. p. 10. ex Pausania praeter nostrum haec attulit III. (lege VIII.) 19, 2. 35, 5. Similis abundantia est in *πρότερον* et *πρὸ* vel *πρὶν* copulatis, de quibus v. IV, 1, 3. Aesculapii hoc templum *Κῦρος* appellatum est de eo, quod *aegroti, quod volebant, ibi consequebantur. Κύριος, παρὰ τὸ κῦρος, ὃ σημαίνει τὴν ἐξουσίαν· τὸ δὲ κῦρος παρα τὸ κύρω βαρύτονον, τὸ ἐπιτυγχάνω* Etym. Gudian. p. 356, 7. quocum conspirat Etym. M. p. 548. nisi quod hoc non *κύρω* sed *κυρῶ* (contractum ex *κυρέω*) ponit. Phavorino *κῦρος* est *ἡ ἐξουσία καὶ ἐπιτυχία. ἔχειν δὲ αὐτόν·* omisit scriptor *λέγουσι.* v. ad VI, 20, 7. adn. Pro *Κριοῦ* nullus dubitavi scribere *Κρίου*, nam Titanis nomen *προπερισπᾶται.* v. Apollod. I, 1, 3. Diod. Sic. V, 66. ed. Eichst. et in Hesiod. Theog. 134. *Κρεῖος* (cf. Etym. M. p. 523.) atque in Orphei Fragm. VIII, 26. *Κροῖος* scribitur. Etymologici M. auctor p. 539. nomen hoc vult *προπερισπᾶσθαι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κριὸς τοῦ προσηγορικοῦ*, quod et ipsum *ι* producit. v. Etym. M. p. 553. Hom. Odyss. IX, 461. quamobrem etiam III, 13, 2. *Κρίου* edidi, (adde X, 6, 3, 812.) et eandem ob causam hic pro vulgato *Κριὸς Κρῖος* scripsi, ut scribitur *Θρῖος, ὄνομα ποταμοῦ* in Etym. M. 539. *πρὸς Αἰγείρας* „den Grenzen von Aegeira zunächst" Müller in Dor. II, 428. rectius Amasaeus. De plurali autem numero cf. ad cap. 26, 1. Etiam in Peuting. tab. VII. est *agirae. καὶ Ἄλσος ὠνόμασται ποταμὸς, ὃς ἀρχόμενος ἐκ Σιπύλου τοῦ ὄρους ἐς τὸν Ἕρμον κάτεισι.* Vulgata depravata, sed a viris doctis probabiliter correcta, et a Palmerio quidem ita: *ὡς καὶ ἄλλος ὠνομ. κ. τ. λ.* ut sensus esset: *Crium fluvium Achaiae nomen accepisse a Titane Crio, ut et alium eo nomine fluvium, qui e Sipylo monte in Hermum influit*, a Valckenario autem hunc in modum: *ἀφ' οὗ καὶ ἄλλος κ. τ. λ.* Palmerii emendatio probata est Clavierio Gold-

hageno et Nibbyo; nos stellula post *Κρίου* posita *καὶ ἄλλος* scripsimus. Fortasse huc pertinet quod Plinius V, 30. refert: *Hermum multos colligere fluvios, inter quos — et Cryon*, et lacuna sic explenda est: *καὶ ἄλλος οὕτως ὠνόμασται.* Praecedenti *πρὸς μὲν* respondet *καθότι δέ.* Pro vulgato *πρὸς Σικυωνίας* Sylburgius vel *πρὸς Σικυωνίους*, ut VI, 26. extr. vel *πρὸς Σικυωνίαν*, quemadmodum VIII, 25, 1. legi posse existimavit; Facius e Mosq. *πρὸς Σικυωνίους* recepit. *ποταμός σφίσι τις ἔσχατος* Vulgata. „Vel *Τὶς* nomen fluvii, (quae iam Palmerii fuit opinio) vel illud in voce *τις* latere mihi videtur." Facius. Kuhnius suspicabatur, hunc esse fluvium illum, quem Ptolemaeus *Σῦν Suem* vocat, cuius ostium collocat in Sicyonia Lib. 3. Geogr. Clavier tacite *ποταμός σφισι Σῦς ἔσχατος* edidit. Nos vero *σφισι Σύθας, ἔσχατος* scripsimus Pausania ipso auctore, qui II, 12, 2. postquam Sicyoniorum portum et Aristonautas, Pellenensium navale, commemoravit, ita pergit: *προελθοῦσι δὲ κατὰ τὴν λεωφόρον Ἐλισσών τε καλούμενος ποταμὸς, καὶ μετ' αὐτὸν Σύθας ἐστὶν, ἐκδιδόντες ἐς θάλασσαν.* Pro *σφισι* in Mosq. legitur *φησί.*

ADNOTATIONES
AD PAUSANIAE ARCADICA
SEU LIBRUM OCTAVUM.

Hunc librum auctor ipse vocat *τὸν Ἀρκαδικὸν λόγον* IV, 29, 5. VIII, 44, 1. *λόγους τοὺς Ἀρκαδικούς* VII, 7, 2. *τὸν λόγον τὸν ἐς Ἀρκάδας* VI, 2, 2. *τὰ ἐς Ἀρκάδας* et *τὰ ἐς Ἀρκάδας ἔχοντα* V, 15, 3. VII, 8, 3. IX, 41, 2. Rerum Arcadicarum scriptores quosdam nominasse satis erit: *Aristoteles ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων πολιτείᾳ* apud Harpocrat. *Demaratus ἐν δευτέρῳ Ἀρκαδικῶν* citatus a Plutarcho *περὶ Παραλ. ἑλλην. κ. ῥωμ.* 16. *Architimus* ab eodem in Quaest. graec. 39, et *Nicias ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς* ab Athenaeo XIII, 609, e. *Hellanicus ἐν τῷ περὶ Ἀρκαδίας* a Schol. Apoll. Rhod. I, 162. 769. II, 1055. *Aristippus ἐν πρώτῃ Ἀρκαδικῶν* a Clem. Alexandr. Strom. I. p. 322. Sylb. cf. Schol. ad Theocr. I, 3. ed. Kiesl. Aliorum indicem invenies in Heynii Notis ad Apollod. III, 8. init. *Strabo* brevior est de Arcadia *διὰ τὴν τῆς χώρας παντελῆ κάκωσιν*, cuius causas affert VIII, 388. (316.) Plures autem huius octavi libri locos Stephanus Byz. citavit. De viis, quas Pausanias in Arcadia perlustranda sequutus videatur, inprimis O. Müller consulendus est in Doriens. II, 438. De divisione Arcadiae cf. ad cap. 4, 2. et 27, 3. adnotata.

CAPUT I.

§. 1. De *Arcadiae positu et Peloponnesi partibus earumque situ.* Pausanias Peloponnesum in *octo* describit partes: 1) Corinthiam 2) Argolidem 3) Laconicam 4) Messeniam 5) Sicyoniam 6) Achaiam 7) Elidem et 8) Arcadiam, in illis septem mediam cf. adn. ad V, 1. init.

Ἀρκάδων δὲ τὰ πρὸ τῆς Ἀργείας Vulgata. Iam Sylburgius Kuhniusque correxerunt *πρὸς τῆς Ἀργ.* quod mecum recepit Clavier. sed idem hoc vitium reliquerunt X, 1, 1. cf. de *πρὸς* II, 24, 6. VII, 26, 5. *Τεγεάται* vulgo. *Τεγεᾶται* Mosq. *μεσσόγαιον* Ald. Francof. *τὸ* ante *μεσόγαιον* deest in Mosq. *κόλπος ἐστὶν* scil. *γείτων τούτοις.* In his *ὅσα — τῆς Ἀργείας* est significatio *τῆς Ἀκτῆς*, de qua v. II, 8, 4. adn. De *Methone* v. ad IV, 3, 6. *πέρας* hic *latus* seu *ora.* alterum *πέρας* est illud, quod verbis *Κορινθίοις δὲ τὰ — τῆς Ἀργείας* indicatum est. *οἰκοῦσιν Ἠλεῖοι κ. τ. λ.* *Elis* omnis illa ora maritima vocabatur cuius fines erant ab ortu Arcadia et quidem Pholoe, Azanes et Parrhasii (Strabo VIII, 336.), a meridie Messenia et Neda fluvius, (Paus. IV, 20, 1. 36. extr.) ab occasu mare Ionicum, a septentrione Achaia, initium sinus Corinthiaci et promontorium Araxus, seriori autem tempore Larisus fluvius (Paus. VI, 26. extr.): omnis autem huius orae *παράπλους μὴ κατακολπίζοντι ἦν χιλίων ὁμοῦ καὶ διακοσίων σταδίων* referente Strabone VIII. p. 358. (154.) quam mensuram Mannertus iusto maiorem putabat esse. Verborum *τῆς δὲ γῆς τῆς — πρὸς τὴν Μεσσηνίαν εἰσὶν ὅροι* sensus est: *Ea Elidis pars, in qua Olympia est et Alphei ostium, terminatur Messenia;* sic *australis* Elidis pars significatur, cui opponitur *borealis: τὰ δὲ πρὸς Ἀχαΐαν*, neque censendus est Pausanias hoc loco alios Elidis Messeniaeque fines constituere atque illis libri quarti locis, qui paulo ante citati sunt. Deinde in his *πρὸς τὴν Μεσσηνίαν εἰσὶν ὅροι, τὰ δὲ πρὸς Ἀχαΐαν Δυμαίων εἰσὶν ὅροι* eadem haec clausula *εἰσὶν ὅροι*, quam Vulgata offert offensioni est, neque ita Pausaniam ipsum scripsisse arbitramur; sed suum illi videmur Stephani Byz. auxilio posse restituere: is enim v. *Δύμη* hoc ex nostro loco habet: *Καὶ Πανσανίας — ἐν τῷ ά* (lege *ή*) *Τάδε πρὸς Ἀχαΐαν Δυμαίων εἰσὶν ὅμοροι·* Hoc eodem modo legitur in Biblioth. Coislin. p. 282, sed emendatio est facilis, scribendum enim est et apud Stephanum et in nostro loco: *Δυμαῖοί εἰσιν ὅμοροι·* quod ipsum etiam Amasaeus vel legit vel coniectura invenit; vertit enim: *inter Eleam et Achaiam medii Dymaei*

sunt. ἀποκλειόμενοι θαλάσσῃ Vulgata, quam Sylburgius iam Kuhniusque correxerunt assentiente Valckenario, qui laudat T. Hemsterhusii adn. ad Lucian. p. 94. a. θαλάσσης nobiscum scripsit Clavier. ἀφικέσθαι σφίσιν — νάσιν οἰκείαις Mosq. Homeri locus, qui est Iliad. II, 612, iterum tangitur cap. 50, 5. in eadem re.

§. 2. Hinc usque ad cap. 5. extr. τὰ ἐς τοὺς βασιλεῖς τῶν Ἀρκάδων. Hunc *Pelasgum*, Asio et Hesiodo αὐτόχθονα, sed Acusilao (apud Apollod. III, 8, 1.) et Dionysio Halic. Ant. Rom. I, 17. Iovis Niobesque filium dictum, melioris victus cultusque Arcadibus auctorem fuisse, testatur etiam Scholiasta Euripidis ad Orest. 1646. (1642.), qui postquam Pelasgum autochthonem Argivum dixit et simul Arestoris filium Iasi nepotem, addit de eodem: ἐλθὼν εἰς Ἀρκαδίαν θηριώδεις ὄντας τοὺς Ἀρκάδας εἰς τὸ ἡμερότερον μετέβαλε. Pro vulgato εἰκὸς δὲ ἔχει τοῦ λόγου Corayus suspicabatur legendum esse — τῷ λόγῳ, sed quibus hoc confirmare volebat loci VIII, 24, 2. et 3, sunt alius generis. Mihi scribendum esse videbatur: τὸ δὲ εἰκὸς ἔχει τοῦ λόγου· sic cap. 8, 3. οὕτω τὸ εἰκὸς ἔχει· similiter εἰκὸς cum articulo legitur cap. 2, 1. et in illis locis, quos pro se excitavit Corayus. Sed quum II, 28, 3. inveniatur ὡς εἰκὸς ἔχει, Vulgatam non mutavi. μὴ δὲ pro μηδὲ et hic et postea Mosq. γὰρ post ποίων omisit Mosq. εἵνεκα e Mosq. reposui pro vulgato ἕνεκα. cf. I, 23, 6. ὑψηκόμοισιν ὄρεσι Γαῖα μέλαν' Mosq. θνητῶν in Aldina depravatum erat in θητῶν, quod Kuhnius et Cod. Casaub. verae praeferri voluerunt lectioni. Pro τῶν ὑῶν Schneider suspicabatur legendum esse οἴων vel μυῶν. His τῶν φύλλων — σιτουμένους similia tradidit Diodorus Sic. I, 8. de primis hominibus. ἐνία Mosq. propter sequentem sibilantem. Post τοὺς ἀνθρώπους Mosq. ὑπὸ ἀνθρώπων inserit, quod additamentum e margine adscitum videtur esse. ὁ δὲ· cf. ad IX, 13, 2. τῶν καρπῶν Vulg. Rectius esse τὸν καρπὸν Sylburgius iam viderat: recepit nobiscum Clavier, qui idem reperit in codd. 1410. 1411. τῆς φηγοῦ· de hac arbore cf. ad 12, 1. ἐπὶ Πελασγοῦ pro ἀπὸ Πελ. Mosq. Hoc Pythiae oraculum plenius legitur apud Herodotum I, 66. Ἀρκαδία pro Ἀρκαδίη Mosq. βαλανηφάγοι iterum de Arcadibus est in alio oraculi responso apud Pausaniam cap. 42, 4. cf. I. H. Vossius ad Virgil. Georg. p. 50. et Goguet de l'orig. d. loix T. I. lib. 2. p. 159. Πελασγίας pro Πελασγίαν Mosq.

CAPUT II.

Pelasgi Arcadici et Arcadis stemma secundum Pausaniam in Not. ad Hellen. p. 234.

§. 1. *Λυκάων — σοφώτερα* i. e. *Λυκάων — τοσάδε εὗρε σοφώτερα ἢ ἃ ὁ πατήρ οἱ* scil. *εὗρεν.* quo loco uti possis ad confirmandam Vulgatam IV, 8, 3. *οὐδὲν εἶναι τὰ Θεοπόμπου διάφορα ἢ ὁ πρόγονος αὐτοῦ ἐτόλμησε·* quem locum Facius mutari voluit et Clavier mutavit sine iusta causa, namque utrobique pronomen relativum est omissum, quod passim critici et librarii perperam intulerunt. cf. I, 28, 9. 38, 5. VII, 5, 1. *οἱ* post *πατήρ* minime delendum est, ut Facius putavit, qui id noluerat I, 7, 3. Similiter VIII, 44, 5. *καὶ ὁ πατήρ οἱ* legitur, quod Facio non fuit offensioni. Adde IX, 13, 1. *ὁ δέ οἱ πατήρ.* I, 42, 7. *ὁ πατήρ οἱ.* III, 11, 4. *Αὐγούστῳ — δυνάμεως ἐς πλέον ἢ πατήρ οἱ προελθόντι.* Herodoteum hoc dixerim: apud illum est *ἀπέλαβε τήν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν* III, 15. *ὁ δὲ παῖς οἱ* c. 53. *καί οἱ τῷ πατρὶ Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι, ὅτι οἱ ὁ πατὴρ ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε* cap. 55. *ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ* ibid. et exempla ad Pausan. I, 18, 9. allata; et tamen Clavier *οἱ* hoc loco delevit, putans nihil id significare. De *Lycosura* cf. cap. 38. Iovem *Lycaeum* Lycaon appellavit, si Pausaniam sequamur, de monte Lycaeo, in quo ille urbem condidit. Alias qui quaerit interpretationes, inveniet in Creuzeri Symbol. II, 468. et apud August. de Civ. D. XVIII, 17. Iovis Lycaei *ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Παῤῥασίᾳ* apud Sch. Eurip. ad Orest. 1646. (1642.) Lycaon. *ἀγῶνα Λύκαια* cf. c. 38, 4. Schol. Pind. Ol. VII, 153: *τελεῖται ἐν Ἀρκαδίᾳ τὰ Λύκαια, ἀνακείμενα τῷ Λυκαίῳ Διΐ.* Mox *οὐχὶ ἔτι* Vulg. *οὐκ ἔτι* e Mosq. dedi; idem habet Clavier. *οὐχ᾽ ὅτι* est in codd. 1410. 1411. *Ὀλυμπιακὸς* Mosq. *Κρόνον — πρῶτοι.* cf. V, 7, 4. p. 392. Pro *Κρόνον καὶ* est *Κρόνον δὲ* in Mosq. *Κέκροπι — τὴν αὐτήν·* alii aliter; cf. Palmerii Exerc. p. 692. de pluribus Lycaonibus. *ὁ μὲν γὰρ κ. τ. λ.* hoc quomodo a nonnullis intellectum sit, docent illa Eusebii Praep. Ev. 10, 9: *πρῶτος δὲ Κέκροψ λέγεται Ζῆνα κεκληκέναι τὸν θεὸν, μὴ πρότερον οὕτω παρ᾽ ἀνθρώποις ὠνομασμένον·* cf. Euseb. chron. can. p. 95. Scal. Hieronymus interpretatus est: *Hic* (Cecrops) *primus omnium Iovem appellavit, simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia usquam visis.* Sed aliam Pausaniae mentem fuisse planum est. *Δία ὠνόμασεν Ὕπατον* est *Iovi cognomen dedit Supremi;* nam I, 26, 6. ubi de Erechtheo lo-

quitur, haec scripsit: πρὸ δὲ τῆς ἐσόδου Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδὲν, πέμματα δὲ τιθεῖσι. Cum Eusebio alios hic erravisse, iam Meursius de Reg. Ath. I, 9. ostendit. De cognomine Iovis Ὕπατος cf. ad III, 17, 6. adn. ὁπόσα ἔχει κ. τ. λ. Sacrificia incruenta cruentis antiquiora fuisse, saepius inculcavit Ovidius Fastor. I, 337—48. III, 727 sq. IV, 367 sqq. adde Plato Legg. VI, 626. ed. Lugd. Philochori Frag. p. 91. Sin autem verum est, gentes venationem remque pecuariam exercentes citius quam agrum colentes Diis obtulisse animalia, sane antiquior horum sacrorum usus in Arcadia videtur quam in Attica fuisse. πέμματα i. q. πόπανα i. e. *placentulae tenues ac rotundae* (v. Timaei Lex. Plat. Bekkeri Anecd. p. 294, 27. et Suid.) Atheniensibus et πέλανοι dictae: quarum quae materies fuerit, docet Timaei Lex. his verbis: πέλανοι πέμματα ἐκ παιπάλης καὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος πεποιημένα πρὸς θυσίαν. Verborum ἃ πελάνους — Ἀθηναῖοι sensus videtur esse: *quas Athenienses etiamnunc offerunt* (cf. Aristoph. Plut. 661.) *et* π ε λ ά ν ο υ ς *appellant*. Λυκάων δὲ ἐπὶ κ. τ. λ. *Anthropothysiam* in diuturno apud Arcades usu mansisse, colligas e Plinii H. N. VIII, 22, 34. Quid? quod videntur eam secum in Latium attulisse. cf. Ovid. Fast. V, 625 sqq. καὶ αὐτὸν — ἀνθρώπου. In fabula de Lycaone transformato Boettiger sibi visus est antiquissima deprehendere *Lycanthropiae* vestigia. v. eum in Sprengelii Symbol. ad hist. medic. T. I. part. 2. Praeiverat Hier. Mercurialis in Var. Lect. VI, 20, ubi pluribus disserit de lycanthropia.

§. 2. Ἐναυγῶς — ἡ ὀργή Mosq. Scripsi ἐπεί τοι pro vulg. ἐπείτοι. Mox γέρας καὶ ἐς τὸ δὲ Mosq. ὁ Ὀϊκλέους Francof. Kuhn. Fac. ὁ Ἰοκλέους Ald. (ut VI, 17, 4.) et Mosq. ὁ Ὀκλέους Clavier ex suis, ut ait, codicibus omnibus. v. et infra c. 36. 45. sed cf. adn. ad VI, 17, 4. Sylburgius h. l. addit: „sacra illa familia magis ex ὄϊσι et caeteris hostiis quam ex ἰοῖς sibi κλέος optasse videri potest.“ πύθοιτο ante Facium, qui πείθοιτο scripsit suadente Sylburgio, cuius sententiam nunc auctoritas codicis 1411. confirmat, et assentiente Valckenario. Similiter cap. 7, 4. πείθοιτο ἄν τις. cf. c. 14, 2. πλὴν ὅσον *nisi quatenus*, nunc praecedente, nunc non praecedente negatione. cf. cap. 5, 3. 27, 1. II, 29, 4. IV, 18, 1. X, 13, 3. καὶ ἀδίκοις — ἀπόκειται. Facius perperam volebat οψὲ δὲ pro vulgato ὀψέ τε, ut scilicet responderet praecedenti μὲν, non videns, δὲ hic omissum esse, nam breviter hoc dictum est pro: οὐκ αὐτίκα ὀψὲ δέ τε καὶ ἀπελθοῦσιν ἐντ. ἀποκ.

quae ratio etiam Schneiderum fefellit, ut post ἀπόκειται commaticam distinctionem poni vellet. ἔνθεν τε pro ἐντεῦθεν Mosq.

§. 3. Ἐν δὲ τῷ παντὶ αἰῶνι πολλὰ μὲν πάλαι συμβάντα, μηκέτι δὲ γινόμενα κ. τ. λ. ante Facium, et Sylburgius ita reddidit: *multis rebus quae olim quidem usu venerunt, at postea fieri desierunt, fidem apud vulgus derogarunt ii, qui veris falsa superstruunt.* Facius dicit se καὶ ἔτι pro vulgato μηκέτι ex codd. Vind. et Mosq. reposuisse. At in Mosq. est: συμβάντα δὲ καὶ ἔτι γίν. et in codice Phralitae: συμβάντα καὶ ἔτι γιν. Ex his eruimus hanc lectionem: πολλὰ μὲν πάλαι συμβάντα, ἔνια seu πολλὰ δὲ καὶ ἔτι γινόμενα. Interea autem scripsi: συμβάντα * δὲ καὶ ἔτι γιν. Pro ἐποικοδομοῦντες est ἐπιδοκοῦντες in Mosq. Idem pro δὴ habet δέ. Hoc ὡς Λυκάονος ὕστερον κ. τ. λ. illustratur exemplo VI, 8, 2. allato, quod Plinius quoque VIII, 22, 34. retulit; adde quod ibidem auctore Euantha tradit Arcadas scribere: ubi interpretes e Plauti Amph. IV, 2, 3. illud protulerunt: *Iam veru'est, quod olim est auditum fabularier, mutatos in Arcadia homines.* Huius Arcadum fabulae meminit etiam Polybius VII, 13. his: οὐ λύκος ἐξ ἀνθρώπου κατὰ τὸν Ἀρκαδικὸν μῦθον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων· et Platonis locus de Rep. VIII. p. 228. Bip. est ἐν τῷ μύθῳ, ὃς περὶ τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερὸν λέγεται, ὡς ἄρα ὁ γευσάμενος τοῦ ἀνθρωπίνου σπλάγχνου, ἐν ἄλλοις ἄλλων ἱερείων ἑνὸς ἐγκαταμεμιγμένου, ἀνάγκη δὴ τούτῳ λύκῳ γενέσθαι. Similem autem Herodotus IV, 105. fabellam de *Neuris* narrat. ἀπίσχοιτο Mosq. ἀνθρώπων pro ἀνθρωπίνων Mosq. Plinius l. c. *si homine se abstinuerit.* ἔτει δεκάτῳ. Similiter Plinius l. d. *transfigurari in lupum et cum ceteris eiusdem generis congregari per annos novem — effigiem recipere, ad pristinum habitum addito novem annorum senio.* ἐς ἀεὶ Mosq. qui deinde ὥρᾳ omittit. De *Niobe* Ovidius Met. VI, 312. *lacrymis etiamnunc marmora manant.* Schneider ἄλλο τι ἤκουσα et ταῖς παρδαλ. volebat, Lobeckius autem φωνῇ ὅμοια. Pro φωνῇ est φωνᾷ in Mosq. διὰ κόχλου· „Apud Virgil. l. 6. Aen. Triton Misenum intercipit, quod aemulus artis suae mare personarat concha. Nonnus l. 1. Dion. Triton μυκήσατο κόχλῳ. Eurip. Iphig. κόχλους φυσῶν" Kuhn. μυθολογήσασιν pro μυθολογήμασιν Mosq. τι post αὐτοὶ vulgatum auctoritate codicis Mosq. omisi. συνκεραννῦντες Ald. Francf. sed Sylburgii correctionem recepit Kuhnius. συνκεραννοῦντες Mosq.

CAPUT III.

§. 1. *Nyctimus* apud Apollodorum est natu minimus, eoque regnante Deucalioneum accidisse tradit diluvium cum Schol. Eurip. ad Orest. 1646. (1642.) εἶχε τὸ πᾶν κράτος· eadem formula usus est Apollodorus III, 15. τὸ Ἰώνων ἔσχον κράτος fuit apud Paus. VII, 1, 2. simile illis τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα apud Herodotum III, 69, et οἱ τὸ πᾶν ἔχοντες κράτος VII, 96. οἱ δὲ ἄλλοι κ. τ. λ. Apud Apollodorum III, 8, 1. *quinquaginta* commemorantur Lycaonis filii. *Pallantium* a Pallante, Lycaonis filio conditum esse, refert etiam Stephanus Byz. h. v. ex Hesiodo, ubi Berkel adnotavit, iam Salmasium ad Solin. p. 30. et 140. probavisse, λ in h. v. geminandum esse. Inde Evandrum coloniam duxisse in Italiam tradit Pausanias cap. 43. *Oresthasii* vestigia monstrat cap. 44, 2. ἡμεραῖος Mosq. ἐν Γερυόνῃ Διὶ ante Facium, qui cum Suchforto Γηρυονίδι scripsit, recte; cf. Fabricii Bibl. gr. II. p. 154. et Mülleri Dorien. II, 475. Heringa Obs. cap. 2. p. 20. Γηρυονηΐδι maluit. Ὀρεσθασία ἐν χρόνῳ ante Facium. Iam Sylburgius Ὀρεσθασία in Ὀρεσθάσιον mutandum censuit, quum id ipsum praecesserit. idem legitur cap. 44, 2. 27, 3, et in Stephano Byz. nostrum Pausaniae locum ita excitante: Ὀρεσθάσιον, πόλις Ἀρκαδική, ἀπὸ Ὀρεσθέως τοῦ Λυκάονος. Παυσανίας ὀγδόῳ. Facius vulgatum Ὀρεσθασία ἐν recte contraxit in Ὀρεσθάσιον, quum χρόνῳ non ἐν χρόνῳ dicatur de *tempore procedente.* Ὀρέστειον est etiam apud Thucyd. V, 64. indice Schneidero. adde Pherecydem in Schol. Eurip. ad Orest. 1640. Matth. *Oresthasion* situm in Orestide, haec vero pars fuit Maenaliae. sic Müller in Dor. II, 442. καὶ Φιγαλία — παιδὸς Φιγάλου Vulgata, sed Sylburgius iam animadvertit legendum esse καὶ Φιαλία — Φιάλου e cap. 5, 5. et 39, 2. nec non e Stephano Byz. qui ita refert: Φιγαλέα — μετωνομάσθη δὲ Φιάλεια δίχα τοῦ γ', ἀπὸ Φιάλου τινός. Hanc emendationem nobiscum recepit Clavier. sed *Phigalia* ad tempus tantummodo dicta est *Phialia.* vide cap. 5, 5. 39, 2. Hinc vide ne corrigendus sit Diodorus Sic. XV, 40. Pro vulgato Τραπεζεὺς Stephanus Byz. videtur legisse Τραπεζοῦς· ait enim Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις Τραπεζοῦς, ἀπὸ Τραπεζοῦντος παιδὸς Λυκάονος, ὥς Παυσανίας ὀγδόῳ. Aliunde huius nominis urbs ducitur in Apollod. III, 8, 1. et in Dodwellii Itiner. II, 2. p. 249. Sickl. De hac urbe cf. cap. 29, 1. Pro Ἐλεάτας utique scribendum videtur Δασεάτας (quod Clavierio quoque in mentem venit suspicari) quum de eo urbs Δασέα, quae

mox et cap. 27, 3. memoratur, appellata sit. Apud Stephanum Byz. est: *Δασέαι, πόλις Ἀρκαδική· Παυσανίας ὀγδόῳ·* quae forma reperitur etiam apud Pausaniam cap. 36, 4. Hoc forsan non satis secum reputaverat Valckenarius, in sinceris habens voc. *Ἐλεάτης* ad Theocr. Adon. p. 248. adde quod paulo post ad voc. *Δασέα* adnotabitur. *Θυωκὸς, Θυωκίαν* Vulgata. Scripsi *Θῶκνος, Θωκνίαν* tum e cap. 27, 3, ubi *Θωκνεῖς*, et cap. 29, 4, ubi *Θωκνίαν — τὸ ὄνομα ἀπὸ Θώκνου τοῦ Λυκάονος* legimus, tum e Stephano Byz. qui hoc ex Pausania profert: *Θώκνεια, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Θώκνου· Παυσανίας ὀγδόῳ. ὁ πολίτης, Θωκνεύς.* Hoc rectius esse, Sylburgius iam monuerat. Quod apud Suidam est *Θώκλειον, ὄνομα τόπου* in eo videtur *Θώκνεια* latere. *ἀπὸ τούτου — ἐπίκλησιν.* De *Mercurii* hoc cognomine cf. Fr. A. Wolfius ad Hesiodi Theog. 614. sed non Pausanias ipse, verum Arcades (*λόγῳ τῷ Ἀρκάδων·* quod non praetermittendum) hoc dixerunt Eadem est interpretandus ratione locus cap. 36, 6, ubi hoc legitur epitheton. *Ἑλίσσων* Vulgata, quum Sylburgius iam ostendisset, accentum in ultimam proferendum esse, ut in *Τισαμενός*. Recte scribitur cap. 30, 1. 2. V, 7, 1. Post *ὡσαύτως* Mosq. *τε* inserit. *Μακαρία·* sic et cap. 27, 3. sed *Μακαρέαι* cap. 36, 6. utramque formam Stephanus Byz. confirmat. *Δασέα·* Amasaeus habet *Elea:* sed Sylburgius iam monuit, inverti Amasaei coniecturam posse, ut pro *Ἐλεάτας* reponatur *Δασεάτας*. *Homeri* locus de Orchomeno *πολυμήλῳ* est Iliad. II, 605. *ὑπὸ δὲ Ὑψοῦντος καὶ Μελαινεαί τε ἐκτίσθησαν καὶ Ὑψοῦς, ἔτι Θύραιόν τε κατ᾽ ἐμέ.* Vulgata, nisi quod Ald. Francf. Kuhn. habent *Μελεναῖαί*, quod Sylburgius e cap. 26, 5. correxit, adde V, 7, 1. Apud Stephanum legitur *Μέλαιναι* et in Rhiani versiculo, quem ille servavit: forsan ita pronunciabatur. Nostrum locum mutilum esse vidit Sylburgius, et ita interpolandum censuit: *ὑπὸ δὲ Μελαινέως καὶ Ὑψοῦντος Μελαινεαί τε ἐκτίσθησαν καὶ Ὑψοῦς.* Quod confirmant illa tum Pausaniae ipsius c. 26, 5: *Μελαινεαί· ταύτας ᾤκισε μὲν Μελαινεὺς ὁ Λυκάονος*, tum Stephani Pausania teste usi: *Μέλαιναι, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως τοῦ Λυκάονος, ὡς Παυσανίας.* Sed hoc satis non est ad lacunas nostri loci explendas. In codice Mosq. et duobus Florentinis ita legitur: *ὑψοὺς. ἔτι δὲ θυραίον τε καὶ αἵμονα.* Pro *αἵμονα* scribendum esse *Αἱμονιαὶ* e cap. 44, 2. recte animadvertit Facius. adde Stephani Byz. hoc: *καὶ Αἱμονία, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Αἵμονος, τοῦ Λυκάονος παιδὸς, ὡς Παυσανίας ὀγδόῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος.* Hinc simul Haemonis, qui Hae-

monias condidit, nomen eruitur. sed deest etiam eius nomen, qui Thyraei conditor fuit, quod reperitur cap. 35, 6. Hinc totum locum in minore editione ita scripsi: *ὑπὸ δὲ Μελαινέως, καὶ Ὑψοῦντος, καὶ Θυραίου, καὶ Αἵμονος Μελαινεαί τε ἐκτίσθησαν καὶ Ὕψους, ἔτι δὲ Θύραιόν τε καὶ Αἱμονιαί.* Thyraei conditoris se h. l. mentionem fecisse, ipse indicat Pausanias cap. 35, 6. et quod continuo hic sequitur *ἀπὸ τοῦ Θυραίου τούτου*, postulat ut antea hoc nomen inseratur: sed illud antiquitus oblitteratum esse, testatur Stephanus Byz. qui *Θυραῖον* (ita scripsit) conditum ad Hypsuntem, Lycaonis filium, refert. Clavier Vulgatam retinuit, nisi quod pro *κατ' ἐμὲ* scripsit *καὶ Αἱμονιαί*, et *δὲ* post *ἔτι* inseruit, in margine autem posuit coniecturam: *Ὑψοῦντος καὶ Μελανέως* (sic) *καὶ Αἱμόνος* (sic) *καὶ Θυραίου, Μελαινεαί.* Ego nunc, ubi codices silent, hiatum notavi. *Θυραία* vulgo sed rectius *Θυρέα* scribitur. cf. cap. 54, 3. et ad II, 29, 5. Ibidem cap. 38. extr. est *Θυρεάτην κόλπον.* In vulgato *τοῦ Θυραιάτα τούτου* latere *τοῦ Θυραίου τούτου*, facile viderunt Sylburgius atque Facius, cum nostro loco contendentes c. 35, 6: *Λυκάονος δὲ εἶναι Θυραῖόν τε καὶ Ὑψοῦντα, προεδήλωσεν ἡμῖν ὁ λόγος·* atque ita nobiscum scripsit Clavier. *ὀνομαστότατα τὴν* Mosq. *Maenalus* condita a Maenalo Lycaonis filio dicitur etiam apud Stephan. Byz. Eundem Lycaone natum perhibent Apollodorus III, 8, 1. et Scholiasta Theocr. I, 124, sed Hellanico in Schol. Apollonii I, 769. est Arcadis filius. *Τεγεάτης τε* Mosq. Ald. Francof. sed Sylb. correxit. Hunc nostrum locum Stephanus v. *Τέγεα* ita profert: *καὶ Παυσανίας ή· Μαντινεὺς καὶ Τεγεώτης καὶ Μαίγαλος Τέγεαν κτίζουσι καὶ Μαντίνειαν.* Qui hic et postea *Mantineus*, a Phavorino *Mantinus* vocatur. Pro *Κρώμου* est *Κρώμνου* apud Stephanum v. *Κρῶμνα. Κρῶμοι* iterum legitur cap. 27, 3. sed cf. ad cap. 34, 3. *Χαρισία Χαρίσιον ἔχουσα οἰκιστήν* Vulgata. *Χαρασία* Mosq. Stephanus ex nostro loco ita: *Χαρισίαι, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Χαρισίου παιδὸς Λυκάονος· Παυσανίας ὀγδόῳ. Ὠνομάσθησαν δὲ* * ubi, nisi fallor, Salmasius perperam corrigit: — *Λυκάονος ὠνομάσθησαν, Παυσανίας ὀγδόῳ·* imo initium tantummodo nostri loci videtur positum esse. Holstenius autem reprehendit singularem numerum nostri loci, quum cap. 35, 5. sit pluralis, nam male ibi interpretem Genitivum *Charisiorum* secundae declinationis posuisse. Sed singularis est etiam cap. 27, 3. *Τρικόλωνοι·* Stephanus: *Τρικόλωνοι, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Τρικολώνου παιδὸς Λυκάονος.* „*Περαιθεῖς* infra etiam occurrit cap. 36, pro quo Plinius habet *Perethes*“ Sylb. *Παραίθου*

Παραιθεῖς Mosq. Cf. 27, 3. *Ἀσαία* Vulgata hic et cap. 54, 2, sed *Ἀσέα* c. 44, 3, ut apud Steph. B. *ἀπὸ Λυκέως* abest a Mosq. *Λυκεάται* vulgo. Scripsi *Λυκοᾶται·* nam urbis nomen fuit *Λύκοα*. vide cap. 36, 5. Polyb. XVI, 12. et Stephanum Byz. qui hoc habet: *Λύκοα, πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῃ. τὸ ἐθνικὸν Λυκοάτης, καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ ι.* In Suida v. *Ἀλφειὸς* scribitur *Λυκόα*. Pro *Σουματία* est *Σούματι* in Mosq. infra autem cap. 36, 5. *Σουμητία*. Stephanus hoc nobis servavit: *Σουμάτια, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Σουματέως τοῦ Λυκάονος ἑνὸς παίδων. Γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου Σουμήτεια.* Deinde *Ἁλίφθορος* vulgo. Scripsi *Ἀλίφηρος* e cap. 26, 4. 27, 3, et ex Apollod. III, 8, 1. In Mosq. est *Ἁλίφθηρος*, in Stephano *Ἀλίφειρος*. Clavier *Ἁλίφειρος* scripsit, Amasaeus *Aliphirus*. De *Heraeeo* et urbe ab eo condita cap. 26. init.

§. 2. *Ἡ Οἰνωτρία — βασιλεύοντος.* Ad quam Italiae oram *Oenotrus* appulerit, et quae Italiae pars proprie *Oenotria* dicta sit, vide apud Heynium in Exc. 21. ad Virgil. Aen. I. 4. ad VII. 2. ad VIII. *ἐκ τῇ Ἑλλάδος* Mosq. De *tempore* huius coloniae ab Oenotro e Graecia ductae cf. Clavierii adnot. ad Apollod. p. 489 sqq. *οὐδέν ἐς* pro *οὐδένες* Mosq. *ἡ* pro *ῇ* idem. *ἀναριθμουμένῳ — ἀφίκοντο.* cf. ad 17, 5.

§. 3. *Λέγω δὴ τὰ* Mosq. Post *ἀστέρας* incidi, quum adiuncta appositionem contineant. Pro *ἧς καὶ* est *ἣν* in Mosq. Locus *Homeri* est Odyss. V, 272. *ἐσορῶντα* ante Facium. *Ἄρκτον τε — καλοῦσιν* Mosq.

CAPUT IV.

§. 1. Post Pelasgum *Arcas* cultioris vitae auctor inter Arcades. *ἡμέτερον* pro *ἥμερον* Mosq. *ταλασία* proprie *ponderatio* significat *omne lanificium*; *ἔργα ταλάσια θεραπαίναις διδόναι* dixit Xenoph. Oecon. VII, 6. *παρ' Ἀδρίστα* vulgo. *παρὰ Ἀρίστα* Mosq. duo codd. Florentini et Stephanus Niger. „Pro *Ἀδρίστα* legendum forsan *Ἀρισταίου*. Iustinus certe lib. 13. scribit *Aristaeum* in Arcadia late regnasse etc.“ Sylburgius, cui assensi sunt Goldhagenus, Staveren ad Myth. Lat. p. 959. et Kuhnius. hic tamen malebat scribi *Ἀριστέα*, „a recto *Ἀριστέας*, quod idem est cum *Ἀρισταῖος*.“ atque ita scripsit Clavier. Et sane Aristaeus variis ab inventis clarus (v. Diod. Sic. IV, 81. cum adn. Wessel. Schol. ad Apollon. II, 500. et ad Theocr. V, 53. Iustin. XIII, 7, 10.) et heros Arcadiae a multis editus fuit. v. Heynium ad Virgil. Georg. IV,

282. adde Pindarum apud Serv. ad I, 14. Apollonium II, 520 sqq. et Mülleri Orchom. p. 348. Quum vero et ista coniectura neque in codd. MSS. neque in ullo vetere scriptore satis firmum habeat praesidium, et Aristaeus variis appellatus reperiatur nominibus (v. Apollon. II, 507.) vulgatam lectionem mutare non sustinui; fieri etiam potuit ut Pausanias alius, non Aristaei nomen, et fortasse ita scriberet: *μαθὼν παρὰ Δρυάδι* seu *Δρυάσι apud Dryadem* seu *Dryades*, quum Dryadem in matrimonio habuisse Arcas dicatur §. 2. *Νύμφαι φάρε' ὑφαίνουσαι* notae sunt ex Hom. Od. XIII, 108. *Aristam* quoque Sylburgius e cap. 24, 1. profert: sed Nyctimi ille pronepos, Arcas autem filius fuit.

§. 2. *Δρυάδας γὰρ δὴ καὶ Ἐπιμηλιάδας τὰς ἑαυτῶν ἐκάλουν Ναΐδας* Vulgata. Bergler a Valckenario laudatus acute vidit, inter *ἐκάλουν* et *Ναΐδας* excidisse *καί*. nos stellulam inseruimus. Locus enim nostro similis est in Alciphron. Epp. III, 11, ubi querens de puella urbem nunc amante scribit: *ὅλη εἶ τοῦ ἄστεος, Νύμφαις ἀπεχθομένη, ἃς Ἐπιμηλίδας ἐκάλεις, καὶ Δρυάδας, καὶ Ναΐδας.* ubi Bergler excitans nostrum hunc locum ait: „Addo hic (inter *ἐκάλουν* et *Ναΐδας*) *καί*, quod eiectum videtur a sciolo aliquo, qui cum non videret, quo *ἑαυτῶν* pertineat (sed Sylburgius etiam in *ἑαυτῶν* offendit ita ut paene vellet *ἑτέρων* scribi) ad *Ναΐδας* referendum putavit, et omittendam copulam, fecitque sententiam absurdam. Sensus autem est, veteres solitos fuisse suas amicas vel uxores vocare Dryadas, Epimeliadas et Naidas: debet enim sub *τὰς ἑαυτῶν* subaudiri *ἐρωμένας* vel *γυναῖκας*, vel *Νύμφας.*“ Sed horum postremum tantummodo verum est, *τὰς ἑαυτῶν* referendum esse ad *νύμφας· suas nymphas Arcades appellabant Dryades, Epimelides et Naiades.* Pro *Ἐπιμηλιάδας* scribendum fortasse videtur *Ἐπιμηλίδας* ex l. c. Alciphronis, Anton. Lib. cap. 31, Schol. Apollon. IV, 1322, Suida et Phrynicho in Bekkeri Anecd. p. 17, qui ita de hoc nympharum genere exposuit: *αἱ περὶ τὰς νομὰς τῶν τετραπόδων ἐπιμηλίδες, ὅτι μῆλα ἅπαντα τὰ τετράποδα καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι.* Sed consideremus, quod idem Bergler l. c. addidit: „eaedem *Μηλίδες* apud Eustathium p. 652. lin. 34. 35. quae itidem *Μηλιάδες*, et dorice *Μαλιάδες* apud eundem p. 1661. lin. 49. et Iul. Pollucem lib. IX. segm. 122. et 127.“ *Ὁμήρῳ·* veluti Odyss. XIII, 104. *Ἀρκαδία ζόνα* pro *Ἀρκάδι Ἀζᾶνα* Mosq. *Ἀζᾶνα κ. τ. λ.* De *Arcadis* sobole Apollod. III, 9. init. Ibidem Apollodorus *Apheidantem aequalem Proeto*, Tirynthis regi perhibet. *τοῖς δὲ παισὶν — χώραν.* Terrae ab Arcade inter

filios distributae iterum mentio fit cap. 53, 3. Apollodorus l. c. duos tantum Arcadis filios Elatum et Apheidantem agnoscens, eos inter se dicit Arcadiam divisisse, summam vero rerum penes Elatum fuisse. *καὶ ἀπὸ μὲν — ὠνομάσθη*. Mosq. *μοῖρα* omisit et habet *ὀνομάσθη*. Nomen *Azaniae* quidam aliunde ortum esse voluerunt. v. Schol. ad Apollon. II, 53. et ad Eurip. Orest. 1646. sed cum Pausania conspirat Stephanus Byz. qui hoc addidit: *διῄρηται* (*ἡ Ἀρκαδία*) *εἰς τρία, Παῤῥασίους, Ἀζᾶνας, Τραπεζουντίους. καὶ ἔχει ἡ Ἀζανία πόλεις ἑπτακαίδεκα, ἃς ἔλαχεν Ἀζήν. Azania* septentrionalis fuit Arcadiae pars tangens meridionalem Achaiam. v. cap. 15, 2. adde Mülleri Dor. II, 449. Locum *παρὰ τούτων — οἰκοῦσιν* illustrat ille locus, qui est X, 32, 3. p. 877. *Ἀζανοὶ, Φρυγίας πόλις* est apud Stephanum, et quidem *ἐπικτήτου*, ut ait Strabo XII, 575. (226.) Qui hic *Πέγκαλας*, X, 32, 3. *Πευκέλλας* vocatur. Pro vulgato *Τέγεαν* est ubique *Τεγέαν* scribendum. cf. ad II, 24, 6. Ultimam vocabuli *Tegea* etiam Latini produxerunt, ut regionis *Nemea*. Sic apud Statium Theb. IV, 287. *Non Tegea, non ipsa* etc. ubi Barthius hoc ex Prisciani lib. VI. attulit: *Sciendum, quod omnis nominativus in A desinens corripitur, quamvis sit apud Graecos productus: ut Lydia, Syria, Phrygia, India, Hispania. Unde accentus quoque cum tempore mutatur. In paucis tamen inveniuntur nostri poetae graecis servasse morem graecum: Statius in IV Theb. Non Tegea, non ipsa Deo vacat alite felix Cyllene: idem in VI — te plangeret Argos, Te Nemea* (514.) Apud Martialem tamen Spectac. 27. est *Nemee frondosa*. De *Aphidante* pars Tegeatarum dicta cap. 45, 1. *ταύτης* pro *ταύτῃ* Mosq. *ἐπὶ — Τεγέαν*. veluti Apollonius I, 162. *οἳ Τεγέην καὶ κλῆρον Ἀφειδάντειον ἔναιον*. ubi posterius hoc totum agrum, prius illud urbem videtur indicare. *καλεῖν ἐπὶ* cum Dativo ut I, 36, 3. VIII, 5, 5. 8, 2. simile est illi: *τὸ ὄνομα λαβεῖν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ* V, 5, 4. ubi *ἐπὶ* est *causa, propter, de*. similiter in formula *ἆθλα* seu *ἀγῶνα τιθέναι ἐπί τινι τετελευτηκότι* §. 3. *Ἀφειδάντεον* Mosq. *μετῴκησεν — οἰκιστής*. Hoc reperitur X, 34, 2. hinc *συγγένεια* inter Elatenses et Arcades VII, 15, 3. Sed *Elatea* post Homeri demum aetatem celebrari coepit, quae causa fuit, cur Strabo IX, 424. eam et Homero ignotam, et eius inferiorem aevo diceret; quod iam in Not. ad Hellen. p. 232. monitum est. adde O. Muelleri Gesch. Hellen. Staem. I. p. 191. Pro vulgato *Φλεγύων* scripsi *Φλεγυῶν* ut est IX, 36, 2, quum Nominativus apud Pausaniam sit *Φλεγύαι*, ut patet ex X, 4, 1. IX, 36, 2. 9, 1. si-

militer corrigendus fuit locus X, 7, 1. Apud Stephanum et in Etym. M. eadem invenitur forma. *τοῖς τε — πιεζομένοις* cf. IX, 36, 2.

§. 3. *Ἀλεὸν* vulgo ut in Apollonio I, 163. et Phavorino. Melius forsan in Apollod. III, 9, 1. *Ἄλεον*, ut distinguatur ab adiectivo *ἀλεός*. Apud Diod. S. IV, 33. scribitur *Ἄλεως*. cf. ad 23, 1. *Aepytus Elati* filius etiam cap. 16, 2, 632. in Hesychio (et Phavorino) *Arcadis*; sed in Auctario iam Pausaniae auctoritas opposita est. Hic *Aepytus* est *prior*; Pindaro Ol. VI, 33. (55.) dicitur *Εἰλατίδας*, et regnasse Phaesanae, habitans ad Alpheum; de eius sepulcro cap. 16, 2. *Posterioris* mentio fit cap. 5, 3. *Pereus et Stymphalus* Elati filii etiam apud Apollod. III, 9, 1, qui cap. 12, 6. *Stymphalum* Arcadum regem Pelopi aequalem dicit, et ab illo interfectum. Scholia Paris. ad Apollon. II, 1054. Stymphalum Lycaonis filium faciunt. *Σύμφηλον* Mosq. idem habet *ἰσχύν*, et *ἐπὶ Ἀζᾶνι τὸ Ἀρκάδος* omisso *δὲ* post *ἐπί*. His *ἐπὶ Ἀζᾶνι τελευτήσαντι ἆθλα ἐτέθη* similia sunt illa *τεθέντων ἐπὶ Ἀζᾶνι ἄθλων* V, 1, 6, ubi etiam *ἱπποδρομία* memoratur. Atque decursio in funere illustrium virorum mansit etiam apud Romanos usque ad tempora p. C. n. vide ad Tacit. An. II, 7. Lipsium. Apud Thraces quoque sepulturae pars fuit *ἀγὼν παντοῖος, ἐν ᾧ τὰ μέγιστα ἄεθλα ἐτίθετο κατὰ λόγον μουνομαχίης* teste Herodoto V, 8. De *ἐπὶ* hic cum Dativo constructa cf. ad §. 2. Scriptura *Λυκοσώρα*, quam tuetur Mosq. non movenda; est dialectus dorica. *τῶν βασιλέων regum, qui tum in aliis Arcadiae partibus regnabant.* De contracta hac loquutione *ᾤκισεν ἀπ᾽ αὐτοῦ πόλιν* dicebamus ad IV, 2, 3. *ᾤκησεν* Mosq. *Ἀλεὸς — λῆξιν* i. e. *Tegeam*. *λῆξις*, ionica et Herodotea vox, qua tamen alii quoque usi sunt. v. ad Gregor. Cor. p. 534. *ἀπὸ δὲ Ἐλάτου κ. τ. λ.* hoc dictum pro: *ἀπὸ δὲ Ἐλάτου τῶν παίδων καλοῦσιν ἀπὸ Κυλλῆνος μὲν Κυλλήνην τὸ ὄρος, ἀπὸ Στυμφήλου δὲ πηγήν τε καὶ πόλιν ἐπὶ τῇ πηγῇ.* Respondent autem *ἀπὸ δὲ Ἐλάτου κ. τ. λ.* et *Ἀλεὸς δὲ εἶχε* praecedenti *Κλείτωρ μὲν*· quae enim ab Azanis, Apheidantis et Elati filiis possessa sint et nomen acceperint, deinceps afferuntur. *Κυλλήνην — Κυλλῆνος*· hoc repetitur cap. 17, 1. Alia habet Pherecydes in Fragm. p. 203. nec non Stephanus. De *Stymphalo* fonte et urbe vide cap. 22. *Στύμφηλος* scribitur etiam in Schol. Paris. ad Apollon. II, 384. v. ad 22, 1. *τὰ δὲ ἐς — ἐδήλωσα.* De hoc loco dicebamus ad II, 26, 5. *Ἰσχύος* Mosq. *παῖδα δὲ — Αὐτόλυκος*· hoc neque cum Ovidio neque cum Apollodoro concordare, Palmerius adnotavit. adde Clavierii

Hist. des prem. temps de la Grèce T. I. p. 115. σπερεῖ pro Περεῖ et Παρνασῷ Mosq. λεγόμενος — λόγῳ. cf. Clavier. l. c. T. I. p. 273. et T. II. p. 20 sq.

§. 4. Τοῦ Ἀζᾶνος Mosq. De *sepe* serpente Facius citavit Aristot. de mirab. ausc. c. 178. cum adn. Beckmanni. adde Aeliani H. A. XVI, 40. qui, ut nomen interpretetur, adiicit: σήπει δὲ παραχρῆμα καὶ ἀναιρεῖ τάχιστα, (Schol. ad Nic. Ther. παρὰ τὸ σήπειν τοὺς πληγέντας) et Schneid. ad Nicandri Ther. 145 sqq. p. 151. ἀποκτείννυσι vulgo, ἀποκτείνουσιν Mosq. Scripsi ἀποκτίννυσι. cf. ad III, 16, 4. adn. τε pro δὲ habet Mosq. post γαστέρα. idem ἐνδιδόντος pro ἐνδιδόντες. Kuhnius e Nicandro attulit σκολιοπλανέες τε κεράσται. In Mosq. est καρκῖνοι· male.

§. 5. *Stymphali* progenies secundum Pausaniam delineata in Not. ad Hellen. p. 331. ὁ Στυμφήλου Ald. Francof. quod correxit Sylb. cf. adn. ad IV, 4, 3. τρίτην pro τρίτον Mosq. *Agamedes* auctore Charace apud Schol. ad Arist. Nub. 504. fuit rex Stymphali in Arcadia, et ex Epicasta filium habuit *Cercyonem.* de quo filio consentit Pausanias. v. eum cap. 5, 3. *Minerva Alea de Aleo dicta* perhibetur etiam cap. 23, 1. Wesselingius ad Herodot. 1, 66. Pausaniam notavit, quod oblitus sit Homericum Iliad. XXII. 301. in hoc vero loco an notatio vocabuli Ἀλέα lateat, equidem dubito, quanquam video, Creuzerum Wesselingio assentiri in Symbol. II. p. 786 sq. Dubitans de Homeri illo loco non nego Minervam Aleam aliunde dici potuisse ac de hoc Aleo. In scriptura huius cognominis conspirat cum Pausania Herodotus I, 66. IX, 70, discedit ab illo Strabo VIII, 388. (319.) ubi cf. Tzsch. adde quos Creuzer citavit editores Thesauri Stephaniani Britannos III. p. 317 sq. Herodianus volebat ὀξύνεσθαι, sed Stephanus Byz. addit: ἐχρῆν δὲ καὶ τοῦτο βαρύνειν. De urbe *Gortye* et *Gortynio* fluvio cap. 28, 1. 2. Apud Platonem de Legg. IV, 708. (169. Bip.) dicitur τὸ Γορτυνικὸν in Creta ἐκ Γόρτυνος τυγχάνειν ἀπῳκηκὸς ταύτης τῆς Πελοποννησιακῆς.

§. 6. *Lycurgus, Cepheus et Auge* etiam apud Apollodorum III, 9. liberi sunt *Alei*, sed *Amphidamas* nepos ex Lycurgo filio. ubi v. Heyn. cum Pausania consentit Apollonius I, 161 sqq. De duobus *Cepheis* Arcadibus Schol. Apollonii l. c. et Sturz. ad Hellan. Fragm. p. 95. *Cepheus et Auge* aequales Herculis erant. cf. Apollod. III, 9. et II, 7, 3. Quod hic ex *Hecataeo* affertur, id Creuzer in Hecataei Fragm. p. 48. ad eius Γενεαλογίας referendum putabat. Hecataei in his rebus iterum fit mentio cap. 47, 3. τέως δὲ καὶ ἐφοράθη Mosq.

Auges migrationem in Asiam et nuptias cum Teuthrante Strabo quoque verisimilem habuit XII, 572. (207.) *Καΰκου* ante Facium, qui e Mosq. *Καΐκου* reposuit. cf. adn. ad I, 10, 4. cf. VIII, 45, 4. *συνῴκισεν* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *συνῴκησεν* Wesselingio ad Diod. Sic. p. 272. et Heynio ad Apollod. III, 9, 1. probatam recepit. *χαλκοῦν πεποιημένον* Vulgata. Nos Sylburgii emendationem a Kuhnio ideoque etiam a Facio praetermissam *χαλκοῦ πεπ.* iam in minorem editionem recepimus. Eodem se modo emendare, Boeckhius per litteras anno 1822. mihi significavit. *γυμνὴ*, ut quae nuda e mari enataverit.

§. 7. *Lycurgi* iam meminit Homerus Iliad. VII, 142. *πρεσβείᾳ*. Dicebamus de hoc vocabulo ad III, 3, 8. De Aeschyli loco ibi excitato meliora frustra in Blomfieldi editione Persarum quaesivimus. In Aldino hic est *πρεςβεῖα*, et Sylburgio quidem iudice verius, de qua eius sententia nostrum antea propositum est iudicium. *Ἄρηθον* vulgo; nos ex Homeri Iliad. VII, 137 sq. et ex Pausania ipso cap. 11, 3. *Ἀρηΐθοον* scribere non dubitavimus; in Clavierii editione est *Ἀρηΐθον*. De loquutione *δόλῳ καὶ οὐ σὺν τῷ δικαίῳ*, quae redit in simili re IX, 5, 8. cf. Not. ad Hellenica p. 222. Homericum Iliad. VII, 142. *τὸν Λυκόοργος ἔπεφνε δόλῳ, οὔτι κράτεΐ γε* expressit. *Ancaeum* habet etiam Apollonius in suo catalogo. Pro *Ἔποχος* in Schol. Apollonii I, 164, quem locum indicavit Porsonus, est *Ἐπίοχος*. In Mosq. est *νοσήσασαν* pro *νοσήσαντα*. *Ἔχεμος — Κηφέως*. Herodotus IX, 26. ita: *Ἔχεμος ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος*, sed ex Pausania corrigendus. Hic *Echemus* luctae praemium tulit in Olympico certamine teste Pindaro Ol. X, 79 sq.

CAPUT V.

§. 1. *Ἐπὶ τούτῳ* Vulgata. Sylburgius iam voluerat *Ἐπὶ τούτου* quod Parisinis codicibus 1410. 1411. confirmatum nobiscum Pausaniae reddidit Clavier. *Ἰσθμὸν τῶν Κορινθίων* vulgo; scribendum existimo ut Sylburgius *ἰσθμὸν τὸν Κορινθίων*. Pro vulgato *ἀποκτείννυσιν* edidi *ἀποκτίννυσι*. cf. cap. 4, 4. *ἀποκτείνυσιν* Mosq. *Ὕλλων* pro *Ὕλλον* Mosq. *μονομαχήσαντά — πρόκλησιν*· De his dicebam in Not. ad Hellen. p. 233 sq. et 254 sq. *τάδε γὰρ — ἔγραψαν* Vulgata, quae necessario relinquenda fuit; namque ad I, 41, 3. iam multis ante annis in Matthiaei Miscellan. II, 3. p. 78. ostendimus,

pro corrupto ἔγραψαν sine dubitatione restituendum esse ἔγραψα, quum manifestum sit, Pausaniam hoc loco ingenue confiteri, se I, 41, 3. erravisse, et suum illum errorem hic ipsum corrigere. Quam nostram emendationem confirmat codex Mosquensis, hanc ipsam lectionem ἔγραψα offerens. Quod quum Facius ex illo codice non enotaverit, neque Clavier quidquam ex suis codd. Parisinis attulerit, temere Vulgatam repetens, mirum videri possit, quod Porsono etiam scribi placuit ἔγραψα. Simillimum vitium deprehendimus III, 26. extr. cf. VIII, 37, 6. X, 35, 4. Mirum etiam quod Clavier in Supplementis nihil ad h. l. notavit, quum tamen alieno loco I, 40. p. 57. Supplem. notam adspersisset „Voyez VIII, 5. où Paus. se corrige lui même et mes not. sur Apollod. L. II.“ καὶ Ὕλλον καὶ Ὀρέστου βασιλεύοντος vulgo. καὶ ante Ὀρέστου Sylburgius in ἐπὶ mutandum (cf. I, 41, 3. et hoc ipso capite §. 5.), Facius delendum putavit, delevitque Clavier; sed possis etiam suspicari, scriptum esse a Pausania καὶ Ὕλλον τοῦ Ὀρέστου βασιλεύοντος. nos alteri καὶ uncos adhibuimus. ἀποπειρᾶσαι Porsonus mutatum voluit in ἀποπειρᾶσθαι. ὁ ὕστερος τῶν λόγων est hic, qui opponitur τῷ προτέρῳ λόγῳ et I, 43, 4. allato. Τιμάνδρα — Ἐχέμῳ secundum Hesiodum in Schol. Vratisl. ad Pind. XI. (X.) 79: Τιμάνδρην Ἔχεμος θαλερὴν ποιήσατ᾽ ἄκοιτιν. cf. Apollod. III, 10, 6.

§. 2. Ἔχετον Ald. Ἀρκᾶσιν Mosq. etiam postea. Ἰλίου δὲ — χωρίῳ. De his cf. Not. ad Hellen. p. 323. Ἀγαπήνορος κτίσμα distinguitur a Παλαιπάφῳ ap. Strab. XIV, 683. Boeckhius per litteras mihi nunciavit, in Parisino codice, quem Bekkerus accurate contulerit (v. Boeckhii Indices lectionem anni 1822. et 1823. p. 5.) pro vulgato ἐν πόλει Πάφῳ legi ἐν Παλαιπάφῳ, idque sibi probari addidit. Etiam in Mosq. codice pro πόλει invenitur πάλαι, itaque non dubitamus ἐν Παλαιπάφῳ scribere. Neque in Facii neque in Clavierii edd. neque in huius Supplementis ullum huius bonae lectionis est vestigium. Venus inde *Paphia* dicta; sed sunt, qui *Venerem Paphiam* παρὰ τὸ ἀπαφῶ, τὸ ἀπατῶ, appellatam velint, et interpretentur *fallentem:* Graeci antiqui an idem senserint, nos quidem dubitamus. Γόλγοις Vulgata. Scripsi, ut Sylburgius iam voluit, Γολγοῖς. de quo Cypri loco cf. Theocriti Adon. 100. ibique intrpp. Steph. B. et Bocharti Can. p. 372. Agapenor igitur non fuit sacrorum Veneris in Cypro conditor; *Veneris Uraniae* cultum ex Syriae urbe Ascalone huc illatum esse, discimus ex Herod. I, 105. Λαγοδίκη Mosq. εὐρύχωρον Mosq. Κύπρον ἀπὸ ζαθέας Vulgata atque etiam Anthol. Pal.

T. II. p. 829. Scripsi ἄπο· cf. Hermannus de ratione emend. gram. gr. p. 108 sq. adde Paus. IV, 14, 3. e Tyrtaeo. Caeterum in populis Cypri sunt etiam οἱ ἀπὸ Ἀρκαδίης apud Herodotum VII, 90.

§. 3. Ἀγαπήνορον pro Ἀγαπήνορος Mosq. τὴν βασιλείαν, *regiam;* eadem potestate τὰ βασίλεια posuit IV, 3, 4. Hic *Aepytus* est posterior. v. ad cap. 4, 3. κατὰ μαντείαν — Μυκηκῶν. Imitationem huius Delphici responsi vides in Euripidis Oreste 1676. seu 1638 sqq. μετῴκισεν Mosq. Narrationem de huius Aepyti temeritate punita repetit cap. 10, 2. ἀνθρώποις. vide ad VII, 26, 3. ἡμῶν ἔτι pro ἡμῶν ἐστιν Mosq. et τοσοῦτό pro τοῦτο idem.

§. 4. Βασιλεύσαντος Mosq. cf. ad §. 7. βασιλεύοντος Vulg. ἐπὶ τρεῖς τὰς πρότερον γενεὰς non potest accipi ut II, 4, 3. 18, 4. 31. extr. V, 4, 4. ubi quaeri potest, *quam diu, in quantum temporis spatium*, sed est τρισὶ γενεαῖς πρότερον, quo temporis non duratio sed terminus significatur, ad quem usque redeundum sit. Hic sensus videtur posse erui, si τὰς inter τρεῖς et πρότερον excludatur, *in tres generationes prius* erit *circiter tribus generationibus prius.* Τὰς potuit ex praecedente τρεῖς oriri. His *tribus generationibus* seu *aetatibus* continentur *centum illi anni*, qui recepti sunt in hanc narrationem. v. Wessel. ad Diod. S. IV, 58. Valcken. ad Herod. IX, 26. et in oraculo apud Apollod. II, 8, 2. per τρίτον καρπὸν scil. γενεᾶς innuuntur. cf. Mülleri Dor. I, 57. ῥεῖον pro Ῥίον Mosq. Πυνθανόμενός τε ἐς αὐτοὺς vulgo. Sylburgius non dubitavit quin pro τε legendum esset τὰ vel potius δὲ τά. Facius malebat δὲ scribi quam τε. Nos cum Clavierio dedimus Πυνθανόμενος τὰ ἐς. Similiter τὰ Mosq. omiserat VII, 26, 3. ὄντων pro ἕνα τῶν Mosq. θυγατέραν ἐςδοὺς Mosq. ἐκδοὺς etiam cap. 29, 4. ubi eadem haec res repetitur. De hac *filia* cf. IV, 3, 3. Alia Cypselus ratione se suosque ab Heraclidarum armis tuetur apud Polyaen. I, 7, quae tamen cum Pausaniae narratione potest conciliari. αὐτός — δείματος. Iam II, 13, 1. dixerat: Ἡρακλειδῶν κατελθόντων, Πελοπόννησος ἐταράχθη πᾶσα πλὴν Ἀρκάδων. Herodotus II, 171. scribit ἐξαναστάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετὴ τῆς Δήμητρος· οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων καὶ οὐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι. Hinc et Mantinensis quidam in Xenoph. Hellen. VII, 1, 12. gloriatus est, ὡς μόνοις Ἀρκάσι Πελοπόννησος πατρὶς εἴη, μόνοι γὰρ αὐτόχθονες ἐν αὐτῇ οἰκοῖεν. quos duos locos Kuhnius indicavit. τε post αὐτός Mosq. omisit.

§. 5. In Aldino est ὀλαίας. Amasaeus habet Olaeas. Xylander maluit divise ὁ Λαίας, atque ita legitur in duobus codd. Florent. nec non in editionibus Francof. Kuhn. Fac. Clav. Sylburgio magis placebat Λαΐας soluta diphthongo ut V, 4, 2. 3. Sed articulus omittendus fuit; scripsi igitur [Ὁ] Λαΐας ut X, 7, 3. p. 814. sub fin. [ὁ] Λαΐδας. Similiter in Theocr. XVII, 14. pro Ὁ Λαγίδας nunc Λαγίδας scribitur. Nibby dedit *Olèa.* cf. adn. ad 17, 5, et ὁ Λάμος IX, 31, 6. ὃς καὶ — Μεσσήνην. cf. IV, 3, 4. 5. Ἡρακλεῖδας pro Ἡρακλεῖδαι Mosq. τοῦ δὲ ἦν Mosq. τοῦ δ' ἦν Vulg. ὃς τὸν — τιμήν. Cf. de his cap. 3, 1. Proxima Φιαλίαν — οὐ μὴν absunt a Mosq. Fraudi fuit posterior vocis τιμὴν syllaba. Pro vulgato τοῦ Φιγάλου scribendum esse τοῦ Φιάλου et Sylburgius et Facius vidit; ita scripsit nobiscum Clavier. Μελαίνης Δημ. cf. cap. 42. δ' ante ἄρα deest in Mosq. ἀντὶ — μεγάλως· intelligitur αὐτούς· cf. ad I, 3, 1. adn. Similiter his Cornelii Nep Arist. c. 2. extr. *quo facilius repellerent* animo addendum est *eos.*

§. 6. Πολυμήστωρ ἐγένετο Αἰγινήτου βασιλεὺς Vulg. Nos nulli dubitamus corrigere ἐγένετο ὁ Αἰγινήτου. Deinde στρατεία et στρατειᾶς Mosq. illud etiam Aldina habet. οἱ inter τε et Τεγεᾶται delendum censuit Porsonus. καὶ γυναῖκες ὅπλα ἐνδῦσαι. cf. cap. 48, 3. Τεγεατικοῖς· infra huius libri octavi cap. 48, 3. Cf. ad cap. 45. init. adn. οὐ γενομένων παίδων est e correctione Sylburgii in Kuhn. Fac. Clav. edd. οὐ γινομένων π. Ald. Francof. et cod. Mosq. νεώτερος δὲ ἦν Πολυμήστωρ Mosq.

§. 7. Βασιλεύσαντος *quum rex factus esset.* sic et antea §. 4. init. Mosq. I, 11, 6. 25, 5.

§. 8. Ἄλλα abest a Mosq. Ἀρτ. ἱερ. Ὑμνίας. Haec Diana Müllero in Dor. I, 372. est *nuptialis* (?). vide cap. 13, 1. Hoc cognomen comparandum cum Πολύμνια. Pro τῷ προγόνῳ est τῶν προγόνων in Mosq. φωράσαντες — οὖσαν. cf. IV, 17. et 22. et Plut. de sera num. vind. p. 15. (2. p. 216.) ubi v. Wyttenbachii de hoc Plut. loco iudicium. παναθῆναι pro πανσθ. Mosq.

CAPUT VI.

§. 1. *Ἀρχαιότατα* Vulg. *ἀρχαιότερα* Mosq. Clav. *ἠβουλήθησαν* pro *ἠκολούθησαν* Mosq. *προθυμώτατα* Mosq.

§. 2. *Εἰσὶν — δύο δὲ ἄλλαι.* Cf. II, 24, 6 sqq. 25, 1 sqq. et de *Parthenio* VIII, 54, 5. Pro *μὲν Ὑσιῶν* est *μεσσηνίων* in Mosq. *κατὰ τὸ ὄρος* Vulg. *ὑπὲρ τὸ ὄρος* codd. 1410. 1411. Mosq. Clav. *Πρῖνος* videtur locus fuisse ilicibus consitus, *πρινών*. Similiter *Palma* pro palmeto in illo Iuvenalis XV, 76. *Qui vicina colunt umbrosae Tentyra Palmae*; non *palmae*. *Κλίμαξ* fortasse dictus est hic locus, quia in eo, ut facilior esset descensus, gradus olim facti erant. Locus *Μελαγγεῖα* forsan dictus est de *pulla terra*, a *μέλας* et *γῆ*. Hos *Μελιαστὰς* Goldhagenus putabat fuisse Bacchi sacerdotes nominatos forsan de fraxinis, quibus haec *κρήνη* et hoc *μέγαρον* cum Veneris aede circumdata fuerint. De v. *μέγαρον* cf. I, 39, 4. 40. extr. Hic etiam *Bacchi μέγαρον* nobis obiicitur. *Μελανίδος* vulgo; scribendum esse *Μελαινίδος* iam ad II, 2, 4. monitum est. *ἐπίκλησιν — νυκτί.* Sunt fortasse, quibus haec cognominis *Μελαινὶς* interpretatio simplicior stultiorque esse videatur; sed ecce illud Clementis Alex. in Protr. p. 14: *πάλαι ἀνθρώποις σωφρονοῦσιν ἐπικάλυμμα ἡδονῆς νὺξ ἦν σιωπωμένη*. In Etym. M. 543, 49. memoratur *σκοτίας Ἀφροδίτης ἐν Φαιστῷ ἱερόν*. Nec pugnem cum illo, qui hic Venerem ita appellatam putet de nemore fraxinis nigro. *ἀνθρώπω μὴ* pro vulg. *ἀνθρώπων μὴ* Mosq. *στενωτέρα* Vulg. *στενοτέρα* Mosq. assentiente Porsono, sed neque Matthiaeo (Gram. gr. §. 126.) neque Fischero (ad Weller. II. p. 84.) neque Sturzio in Lex. Xenoph. probantibus. Etiam I, 4, 2. est *στενώτατον*. De *monte Artemisio et fontibus Inachi in illo* dixerat II, 25, 3. Dodwellius II, 2. p. 301. ait: „Tripolitza gegenüber zwey Stunden südöstlich erhebt sich das grosse und waldige Gebirg *Artemision.*" et ibid. p. 31. Sickl. de Inacho ita: Sein ietziger Name ist *Zeria* von *ξηρὸς trocken*. Er entsteht gegen 10 Meilen von Argos an einem Orte der Muschi heisst an dem Wege von Tripolitza nach Arcadien." Cf. Not. ad Hellen. p. 235. *ὡς ἔχει μὲν — ἔχοι δὲ* Vulg. Facius *ἔχει δὲ* correxit. Melior est codicum 1410. 1411. et Clavierii lectio *ἔχοι μὲν — ἔχοι δέ.* Facius dixerat *τοῦτό ἐστιν* positum esse pro *κατὰ τοῦτό ἐστιν*, et Clavier scripsit [*κατὰ*] *τοῦτό ἐστιν* paucis, ut puto, probantibus.

CAPUT VII.

§. 1. *Παιδίον* pro *πεδίον* Mosq. Abreschius ad Thuc. p. 569. corrigebat *ἐκώλυέ τε οὐδὲν ἂν τὸ πεδίον*, Corayus autem *ἀντὶ πεδίου*. quorum prius praetulerim. *Ἀργὸν*, quia propter paludes incultum iacebat, ut putat Dodwellius II, 2. p. 306, quo teste nunc vocatur *Milias*.

§. 2. *Δεινή*. *Δεῖναι, αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. Δείνας, κινήσεις. τὰ κοιλώματα τῶν ὑδάτων. Δείνη, συστροφή, κίνησις* Hesychius ac Phavorinus. Locus Argolidis *Genethlion* memoratus est II, 32, 8. Fortasse nomen acceperat a Neptuno *Genethlio*, de quo epitheto cf. Schol. Apollon. II, 3. *ἐν θαλάσσῃ* Vulg. „Rectius *ἐκ θαλάσσης* cum Amasaeo" Sylb. quod nobiscum recepit Clavier. idem dedit *ἀνιὸν ἐν τῇ Ἀργολ.* e cod. 1399. quod Facius voluit; proximum etiam *καὶ ἐν τῇ Θεσπρ.* hoc videtur postulare. *ἐν* abest a Vulg. De promontorio *Chimerio* cf. Palmerii Graec. Ant. II, 5. p. 279 sqq.

§. 3. *Θαύματος δὲ ἔτι πλέον ἐστὶν — ζέον ὕδωρ* Vulgata. Scripsi *πλέονός ἐστιν* cum Lobeckio, qui iam laudavit VIII, 33, 2. IX, 36, 3. IV, 35, 6. sub fin. adde IV, 22, 6. extr. Eodem modo correxit Porsonus. De his *aquis ad Dicaearchiam* dixit iam IV, 35. extr. *Τυρσινῶν* Mosq. Pro *δι' αὐτὸ* Facius malebat *ἐν αὐτῷ*, Clavier autem *αὐτόθι* scribi. sed est *propter hanc aquam;* ne eius usus esset nullus, insulam ibi fecerunt. *ὡς μηδὲ τοῦτο τὸ ὕδωρ ἀργὸν εἶναι, ἀλλά σφισι θερμὰ λουτρά.* Vulg. *εἶναι* cod. 1410. 1411. omiserunt. Clavier scripsit *λουτρὰ [παρέχεσθαι]*. At planum est *εἶναι* e praecedentibus animo esse repetendum.

§. 4. *Ἐρίπεια* Mosq. Haec *Νεστάνη* videtur etiam *Νοστία* et *Νεστανία* dicta esse. v. Steph. v. *Νοστία*. Vogelius in Biographien grosser Maenner des Alterth. II. p. 290. perperam negat, Philippum Amyntae filium expeditionem in Peloponnesum fecisse, quoniam in atticis rhetoribus nulla eius inveniatur mentio; sed hoc nullum est argumentum contra hos Pausaniae locos II, 20, 1. III, 24, 5. VII, 11, 1. VIII, 7, 4, et contra Acarnanum Aetolorumque ad Lacedaemonios orationes apud Polyb. IX, 28. et 33. de eodem hoc Philippo: *ἧκε μετὰ τῶν δυνάμεων καὶ κατέφθειρε τέμνων τὴν γῆν* scil. Lacedaemoniorum *κ. τ. λ.* et *παρεγένετο μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Λακωνικήν.* Lambinus in Comment. Horat. corrigebat: *πείθοιτο ἄν τις μέγιστα — οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν καλέσειεν*, Weiskius autem de Hyperbole errorum in historia Philippi commissorum genetrice post *ἐπιδείξασθαι* volebat legi *στρατη-*

γοῦ γε ἀγαθοῦ· ἄνδρα δὲ ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις κ. τ. λ. librarium enim a voce ἀγαθοῦ aberrasse ad voc. ἀγαθόν. Lambini μέγιστα vulgato μάλιστα etiam Facius et Clavier praeferendum censuerunt. Nobis neutra probatur correctio existimantibus esse, quod utrique recte opponas: primum enim non potius hoc videtur dici: *Philippum hunc omnibus et prioribus et posterioribus Macedoniae regibus rerum gestarum magnitudine superiorem fuisse*, quam: *eum inter reges Macedoniae maxime actuosum operibus perpatrandis ingenium suum probavisse.* Deinde idem continuo recte negatur fuisse *bonus copiarum dux;* nam Pausanias iure credidit, bonum ducem illum non fuisse, qui ὅρκους θεῶν — μάλιστα ἀνθρώπων, denique sibi utilia honestis praetulit; quae vitia boni imperatoris virtutibus adversantur. Qui igitur Philippum illum in bonorum ducum numero non habuit, is nec μέγιστα ἔργα ei tribuisse censendus est. Cf. quae Xenophon in Agesilao cap. 1, 10, 11. 12. et Cicero pro lege Manil. cap. 13, 36. de virtutibus imperatoriis dixerunt, quibus illi accensuerunt pietatem erga Deos, innocentiam, temperantiam, fidem, humanitatem. Ergo in στρατηγῷ ἀγαθῷ non sola bellandi virtus quaerenda est. πρῶτον pro πρῶτα Mosq. Huic deinde respondet Ἐπὶ δὲ Φιλίππῳ. Mosquensis περὶ ante τοῦ Πέρσου omisit. Consentit cum Pausania et in bello, cuius causa oraculum consultum sit, et in oraculi responso Diodorus Sic. XVI, 91. ἔχει τέλος *paratus est ad mactandum.* τοῦτο — ἔχον Φίλ. *hoc monstravit se pertinere*, nam Nominativus Participii de eodem intelligitur, de quo Verbum.

§. 5. *Παίδων ἤπιον* pro παῖδα νήπιον Mosq. ἀδελφιδῆς Ἀττάλου. Rursus hic *Attalus* huius Cleopatrae ἀδελφιδοῦς vocatur a Diodoro Sic. XVI, 93, ubi Wesselingius, Bongarsium sequens, iam monuit, erravisse Iustinum, qui IX, 5. Cleopatram sororem fecerit Attali. ἐπὶ — ἕλκουσα. Pro vulgato πυρὸς ἐπιβεβλημένου Kuhnius legendum putabat: π. ὑποβεβλημένου· nam subiecto, inquit, igne vas illud aeneum candefecerat, et miseram mulierem super candefacto vase hinc inde trahi retrahique iusserat Olympias, donec miseranda morte periisset. Corayus reram hanc Kuhnii correctionem existimans Clavierii laudavit versionem: *les fit périr dans un vase d'airain, sous lequel elle avoit mis du feu.* Sed nulla opus est mutatione, quum πῦρ ἐπιβεβλημένον non sit *superiniectus* sed *iniectus, immissus* ignis; hic vero vasi iniectus necesse fuit, ut esset summae eius parti subiectus; *das in die Maschine gebrachte Feuer war unter die obere Platte gelegt.*

πυρὸς ἐπιβ. virgulis disiunximus a reliquis. ἔμελλεν ὁ δαίμων τὸ γένος τὸ Κασσάνδρου κακῶς ἐξαμᾶν poetico tinctum est colore: Sophocleum huic simile iam Schneider in Lex. gr. citavit ex Aiace, ubi v. 1166 sq. haec: ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονὸς, γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος. Verbum ἀμᾶν ad *occidendi* significationem translatum iam Valckenarius illustravit in Diatr. p. 225. nec nostri loci immemor. διαμᾶν χιτῶνα in Hom. Iliad. III, 359. est διακόπτειν. *Demetere cervicem* est etiam apud Suetonium Calig. 33, ut in Ovid. M. V, 104. *demetit ense caput.* τὰ δὲ ἐς Ἀλέξανδρον καὶ τοῖς παισὶν ὁμοίως δῆλά ἐστιν Ἀλεξάνδρου θάνατος ante Facium, qui e Mosq. dedit τοῖς πᾶσιν· bene; Sic VII, 27, 3. δένδρα ὁμοίως τὰ πάντα. (cf. IX, 24, 4.) Herod. VII, 145. ὁμοίως πᾶσι Ἕλλησι. Ultima Ἀλεξάνδρου θάνατος nullo cum praecedentibus coniuncta vinculo, et idem, quod in praecedentibus est, continentia, videntur recidenda esse ut e margine illata; nec Goldhageno ea sorte videbantur indigna. Quare nec Schneideri placet emendatio: παισὶν ὁμοίως δῆλά ἐστι καὶ ὁ Ἀλεξάνδρου θάνατος. Nos uncos adhibuimus: quos qui remotos velit, is vel lacunam esse statuet post ἐστιν, vel certe virgulam ponendam. Nec eidem Schneidero putanti, post Σπαρτιάτην excidisse εἰρημένου vel simile verbum, assentimur existimantes, intelligi posse ἔχοντος, quod verbum post τὰ ἐς interdum omitti ad I, 2, 4. p. 10. adnotatum est. Quod de hoc *Glauco* Spartiata narrabatur, tetigit iam II, 18, 2. Hic versus Ἀνδρὸς — ἀρείων, qui apud Herodotum VI, 86. pars est responsi huic Glauco a Pythia dati, legitur in Hesiodi Opp. et DD. et est 285, sed in Herodoto ἀμείνων invenitur pro ἀρείων. Post Ἀνδρὸς scriptum est δὲ in Mosq. In proximis οὐκ ἂν — σβέσαι nihil video causae cur quidquam mutetur; sensus est: *equidem putem non ita temere Deorum aliquem et Alexandri vitam et Macedonum florem extincturum fuisse.* In Kuhnii ed. δοκεῖ μοι male clausum est parentheseos signis; hoc scilicet voluerat Sylburgius, sed idem ut deinde scriberetur ἔσβεσε auctor fuerat.

CAPUT VIII.

§. 1. *Καὶ αὐτῇ καὶ* Vulg. Posterius καὶ Clavier delevit non aliam ob causam quam quod Facius id perperam iteratum et delendum putavit: sed est: *atque ei etiam.* Post ὑπόκειται Mosq. μάλιστα omisit: fortasse hinc auferendum et inter

σταδίων atque δέκα inserendum est. καὶ αὐτὴ post μοῖρα μὲν videbatur mera repetitio praecedentis καὶ αὐτὴ esse et uncis digna. χορὸς δὲ ὀνομάζεται Μαιρᾶς ante Facium, qui se dicit cum Amasaeo scripsisse χῶρος pro mendose vulgato χορός. Eiusdem se erroris participem fecit Clavier, sed Vulgata retinenda est, dummodo nobiscum scribas Χορὸς δὲ ὀνομάζεται Μαίρας. Sylburgius recte vertit: *Maerae Chorus appellatur.* Χορὸς Μαίρας quid sit, facile invenietur. In Homeri Odyssea XII, 3 sq. memoratur νῆσος Αἰαίη, ὅθι Ἠοῦς οἰκία καὶ χοροί εἰσι· ubi Eustathius χοροὺς interpretatur τόπον καὶ χώραν. Sed χορὸς, χόρτος, *cors* cognatae sunt voces: hinc χορὸς, quod voc. Hesychio interprete est κύκλος, στέφανος, erit etiam *septum.* In Demonis Fragm. p. 18 sq. reperimus τῶν τόπων τοὺς κύκλους *septa in quibus homines degebant sub tuguriis et pecudes suas stabulabantur.* Hanc ob rem in Homeri loco οἰκία καὶ χοροὶ iunguntur; in his illa fuit. Ex his χοροῖς subinde natae sunt κῶμαι et πόλεις· Sic Χορὸς Μαίρας postea cap. 12, 4. appellatur κώμη Μαίρας. pagus enim ibi ortus servavit Maerae, quae hic septum habuerat, nomen, atque etiam Χορὸς Μαίρας seriori tempore nominatus est. Scripsimus autem Μαίρας ex Hom. Odyss. XI, 326, Paus. X, 30, 2, et Etym. M. 823. (746 sq.), ubi nomen hoc ducitur a μαίρω i. e. λαμπω. Apud Hesychium ac Phavorinum scribitur Μαίρα pro Μαῖρα. διέξοδος τοῦ πεδίου est *via per campum totum.*

§. 2. Ὑπερβολὰς pro Ὑπερβὰς Mosq. φᾶναι idem. κατειλημμένον Vulgata. κατειλημένον scripsit nobiscum Clavier. atque sic legitur in cod. 1410. idem voluerunt Sylburgius, Facius, Lobeckius ad Phryn. p. 30. cf. Paus. VIII, 28, 3, et adn. ad III, 16, 2. E verbis τούτοις Ἑλλήνων — εἴκαζον Ἑλλήνων Lobeckius de myster. graec. arg. II. p. 6. concludit, physiologicas sacrarum fabularum interpretationes a nullo mysteriarcharum Pausaniae antehac propositas fuisse. εὐηθίας Mosq. Ald. Francof. sed Sylb. correxit. ἐς δὲ τὰ Ἀρκάδων προςεληλυθὼς Vulgata; nos scripsimus προεληλυθώς· idem placuit Amasaeo, Sylburgio, Porsono, Corayo et Lobeckio de myster. graec. arg. II. p. 6. idem vitium est infra notandum cap. 15, 2. Verbis πρόνοιαν περὶ αὐτῶν τοιάνδε ἐλάμβανον, quae negligentius reddiderunt, haec videtur esse inclusa sententia: *cautius de his rebus hunc in modum iudicare coepi.* X, 34, 4. est πρόνοιαν ποιεῖσθαι *cautionem adhibere* οὐκέτ' ἐκ· „librariorum oscitantia ἐτ' mihi intrusum et legendum esse videtur οὐκ ἐκ" Facius, atque ita scripsit Clavier. Sed οὐκέτ', quod respondet praecedenti πάλαι, est: *non iam illo*

tempore. ἐκ τοῦ εὐθέος λέγειν Creuzer in Symbol. I. p. 7. comparat cum illo Plutarchi Symp. VIII, 7. p. 728. κατ' εὐθυωρίαν. *in deutlichen Worten seine Gedanken vortragen.* idem ibidem σοφίαν h. l. reddit: *eine Aeusserung weiser Uiberlegung.* τῶν ἡκόντων pendet a τοῖς εἰρημένοις. Caeterum Balbus in Cic. II. de N. D. c. 24. similiter „Physica, inquit, ratio inclusa est in impias fabulas." Sed de hoc loco iuvabit comparavisse *Antisymbolik* p. 3.

§. 3. Usque ad cap. 9. extr. de urbe *Mantinea.* Ruinae Mantineae nunc vocantur *Palaiopoli*, in Mülleri Dor. II, 442. *Milia.* Apud Ptolemaeum est ἀντιγονία ἡ καὶ μαντινέα lib. 3. c. 16. „From the ruins of Mantinea (Palaiopoli) to Argos 7 h. 20 m." teste Gellio in Itinerary of the Morea p. 174. Cf. quae ibidem p. 141 sq. de hac urbe et eius ruinis leguntur. Idem in Narrative of a Iourney in the Morea p. 133. „Tripolitza is situated in the great plain, which formerly contained the cities of Tegea and Mantinea, and is, as nearly as possible, a fair representative of the latter in point of extent." Dodwellius II, 2. p. 306. ita: „Nach zwey Stunden und fünf Minuten kamen wir von Tripolitza zu Mantineia an." De *Tripolitza*, quod nunc caput Moreae est, Gellius loquitur in suo Itinerary of the Morea p. 139. et de ea ait: „It may be now considered the representative of the three cities, Tegea, Pallantium and Mantinea." Suspicatur etiam Tripolitzae nomen ducendum esse ab his tribus urbibus. sed cf. ad 27, 3. Μαντινέων — τῆς γῆς ταύτης Vulgata. Quaenam ista terra, γῆ, est? Potestne referri ad πεδίον §. 2? At ipsa fuit Mantinea ἐν πεδίῳ· πεδιάς ἐστι ait Phavorinus. Fortasse quispiam suspicatur legendum esse τῆς πηγῆς ταύτης, ut referatur ad κρήνην illam, quae et πηγὴ dicta est §. 2. cf. ad cap. 54, 1. idem nunc video placere Müllero. v. Dorienses II. p. 442 Pro vulgato δύο est in codd. 1410. 1411. Mosq. δώδεκα quod cum Clavierio nunc recepi. Deinde hanc Clavier procudit lectionem et in textum intulit: ἣν ὀνομάζουσι καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι [πόλιν] οἱ Ἀρκάδες. Est quidem hoc e cap. 12, 4. sumtum, sed potest πόλιν animo repeti hoc sensu: locum, ubi Mantineus primum urbem condiderit, etiamnunc Urbem appellari. Nomen Ὄφις coniungendum est cum ὁ ποταμός. Fluvius *Ophis* apud Xenophontem Hell. V, 2, 4. significatur sed non nominatur. „The Ophis so called from its many meanders, and singular for the use made of it, as the ditch round the walls of Mantinea." Gell's Narrative p. 137. adde eiusdem Itinerary of the Morea p. 141 sq. συμβαλέσθαι γνώμην *iudicium ferre.*

Similiter Herodotus V, 92, 17. εἴχετε ἂν γνώμας ἀμείνονας συμβάλλεσθαι ἤπερ νῦν. Prior *Homeri* locus est Iliad. II, 723, ubi Schol. ὕδρον interpretatur ὄφιν, posterior autem XII, 200 — 208. τὸ ὕδωρ pro τῷ ὕδρῳ et Ἀντιγόνῃ pro Ἀντινόῃ Mosq. Antea νηῶν ionice pro νεῶν· similiter 15, 3. νηυσὶν pro ναυσίν.

§. 4. Μαντινείας pro Μαντινεῖς Mosq. μάχην — ἄλλων. Cf. III, 11, 6. μετέσχον — στόλου. Interpretes iam citarunt Thuc. VI, 29.

§. 5. *Huius Mantinensium belli* mentio iterum fit IX, 13, 1. Locum Ἀγησίπολις ὁ Πανσανίου — ἡλίου κηρός iisdem paene verbis repetivit Suidas bis s. v. Ἄγις et πλίνθος· sed Suidas pro Ἀγησίπολις habet Ἄγις confundens hunc locum Pausaniae cum cap. 10, 4. Cum Nostro autem facit Xenophon Hellen. V, 2. At ex Suida forsan reponere quispiam velit ἐνέβαλον, quod Xenophon etiam posuit; sed ἐσβάλλειν eadem potestate est apud Pausan. I, 3, 3. et Xenophontem v. Lex. Xenoph. Nec Suidae lectio Μαντινειακὴν substituenda est in locum Vulgatae Μαντινικήν, et Xenophontis Hellen. VI, 5, 15. 17. et Stephani Byz. v. Μαντίνεια atque Χαιρώνεια auctoritatibus defensae. εἷλεν οὐ μετ' οὐ πολὺ ante Facium, qui Sylburgio auctore οὐ post εἷλεν delevit, sed vera lectio, quam Clavierii restituit editio, est: εἷλεν οὐ μετὰ πολύ. In cod. 1410. est οὐ πολὺ μετά. Sed οὐ μετὰ πολὺ est X, 22. p. 851. Alia ratio est loci μετὰ δὲ οὐ πολύ X, 23, 5. Rursus X, 30. p. 872. οὐ μετὰ πολὺν χρόνον. Vulgatam ἐς τὸ τεῖχος, ὠμῆς ᾠκοδομημένης τῆς πλίνθου in vitio esse animadverterunt Sylburgius Faciusque, ᾠκοδομημένον restitutum volentes cum Amasaeo· et ita nobiscum scripsit Clavier. Ad ἡ πλίνθος intelligitur ὠμή. Sed forsan hic lacuna est et e Suida sic scribendum: ἡ ὠμὴ πλίνθος παρέχεται μᾶλλον τῆς ὀπτῆς, ἢ ὁπόσα λίθων πεποιημένα ἐστίν· οἱ μὲν γάρ. Pro vulgato ὁπόσα λίθου πεποιημένα ἐστίν· οἱ μὲν γὰρ κ. τ. λ. in Clavierii editione — λίθοι μὲν γὰρ legitur e coniectura; sed οἱ μὲν in utroque Suidae loco est. ἡ δὲ πλίνθος ἐκ κ. τ. λ. Vulgatā; scripsi ἡ δὲ ὠμὴ πλίνθος ἐκ tum e cod. Phralitae tum e Suida. De hac *Mantineae expugnatione* cf. Xenoph. Hellen. V, 2. ac Diod. S. XV, 5. Quod ad hanc istius rei narrationem attinet, Guil. Gellius in Narrative of a Iourney in the Morea p. 137. ait: „This is usually taken for a romance, but the vestiges confirm the history. the thraces of a bank are yet visible, by which a besieging army raised the waters 50 high.“ Adde hoc ex eiusdem Itinerary of the Morea p. 141 sq. „the river Ophis

surrounds the walls of Mantinea. — At the point where the river Ophis, reuniting its two branches, leaves the walls, observe a mound, apparently that formed by Agesipolis to inundate the city." Verba διαλύεται δὲ — κηρός male exposita esse in Winckelmanni Opp. iam in eorum indicibus p. 290. monitum est. *Βοῇ* Vulgata; sed Palmerius, Kuhnius, Wesselingius ad Herod. VII, 107. iam viderunt, ex Herodoto emendandum esse *Βόγην*, et ita scripsit nobiscum Clavier. *καθεστηκός probatum* seu *in usum receptum*. Bona est Facii emendatio *ᾀδόμενον ὑφ' Ἑλλήνων*, quam Clavier in textum intulit, pro vulgato *ὑπὸ Πελληνέων*· scribendum certe fuisset *ὑπὸ Ἑλλήνων*, quod verum duco, ut Pausaniae magis usitatum. *ὀλίγον τι κατέλιπεν οἰκεῖσθαι*· Similiter I, 16. extr. *ὑπελίπετο τοὺς Χαλδαίους οἰκεῖν*· quod Facio paulo insolentius dictum videbatur; sed sine causa. vide ad I, 6, 8. adn. Propria in hac re sunt *κατὰ κώμας διῴκισε*. v. IX, 14, 2. Xenoph. Hellen. V, 2, 5. 7. et ibi intrpp. Isocrat. Paneg. 35. cum Mori adn. Phavor. p. 1339, 28. *διοικισμὸς Μαντινέων* hinc dictus est. v. Hesych. et Harpocr. v. *Μαντινέων*. adde Mülleri Doriens. II, 70.

§. 6. *Ἐκ τῶν — Λεύκτροις*. Hoc illustratur loco Pausaniae, qui est IX, 14, 2. *κατελθόντες — φανεροῦ*. Kuhnius hunc locum ita constituendum putabat: *κατελθόντες οὐ τὰ πάντα ἐγένοντο δίκαιοι περὶ αὐτούς. ληφθέντες δὲ — οὕτω διὰ τὸ δέος* etc. Ex quibus nihil potest recipi nisi *οὕτω* pro vulgato *οὔτε* ante *διὰ τὸ δέος*· atque ita nobiscum scripsit Clavier. Sensus est: *quum legatos mittentes ad Lacedaemonios, et pacem separatim cum iis facientes undique deprehensi essent, metu Thebanorum aperte se applicabant ad Spartanorum societatem. πράσσοντος* Mosq. *τῇ Μαντινικῇ* idem. *Ἆγιν* vulgo. cf. ad III, 2, 1. adn. *ἐπ' αὐτῷ* ante Facium, qui e Mosq. *ἐπ' αὐτῇ* restituit. *τῶν ἔργων τοῖς* Vulg. Pro *τῶν* est *τὸ* in Mosq. et *καὶ* pro *τοῖς*. Facius malebat *τοῦ ἔργου τοῖς*, quod codd. 1410. 1411. confirmatum recepi cum Claverio. *ἐπιτηδείους* Mosq. *ἔτι* pro *ὅτι* Mosq. de *ὅτι δὲ* post *ἄλλο μὲν οὐδὲν* cf. V, 14, 3. *δέκα γενεαὶ* sunt fere inter huius Antigoni obitum (220. a. C.) et Hadriani principatum (117. p. C.), si *γενεῇ* 33. annos quatuorque menses tribuas.

CAPUT IX.

§. 1. *Ναὸς διπλοῦς*. cf. ad I, 26, 6. p. 93. VI, 20, 2. *τείχῳ* Mosq. *Πραξιτέλης — γενεᾶ*· insignis locus de *aetate illorum opificum*. cf. Winckelmanni Opp. VIII, 296. 327. Meyero iudice in Historia artis inter Graecos I, 85. *Alcamenes* usque ad Olympiadem XCV. vixit, si, quod apud Pausaniam IX, 11, 4. memoratur, eius opus fuerit. De *μετὰ* et *ὕστερον* copulatis cf. ad V, 23, 2. *τούτων — αὐλῶν*. Heynio in Antiq. Aufs. I. p. 63. haec sunt *extra fundum extantia*. *ἀπείργασται* Mosq. de qua confusione cf. ad III, 17, 3. *στήλην* pro *στήλῃ* et *ἐπιμνησόμεθα* Mosq. De alia stele cum Polybii effigie et de Polybio ipso dicet cap. 30, 4. *ἅμα* pro *ἄλλα* Mosq. *τὸ μὲν — καλούμενον*. Cf. adn. ad II, 27, 7.

§. 2. *Καλστιλοῦς* pro *Καλλιστοῦς* Mosq. *τὰ δὲ ὀστᾶ κ. τ. λ.* cf. omnino cap. 36, 5. *Μαιναλίῃ*. cf. ad cap. 27, 3. In oraculi versu tertio habet Mosq. *στίχειν*. Struvius autem in program. Regiom. 1818. edito p. 18. vult *ἔνθα τ'* pro *ἔνθα σ'* et *εὔφρονι* legi. Cf. Friedemanni Diss. de Med. Syllab. Pentam. p. 372. *ἀειραμένους* videbatur nobis in *ἀειράμενον* mutandum esse; idem placuit Porsono. Pro *ἐς ἄστυ* scripsimus *εἰς ἄστυ*· idem voluit Struvius. Pro *ἐραννὸν* est *ἐρατινὸν* in Mosq. *Οὗ Τρίοδος κ. τ. λ.* pertinent ad montem Maenalum. v. cap. 36, 5. De scriptura *πεντακέλευθος* v. Lobeck. ad Phryn. 413. In ultimo horum Pythiae versuum Struvius l. c. *ἔνθα θ' ἕδη*, Porsonus autem *ἔνθα τε δεῖ* corrigebat; quorum neutrum videtur necessarium esse. *θυκλάς* pro *θυηλάς* Mosq. De v. *θυηλαὶ* cf. Philochori Fragm. adde Bekkeri Anecd. p. 42. 44. Casaub. ad Athen. XIII. cap. 20. p. 565. Pro *Ἑστία* scripsi *ἑστία*. quae adduntur *περιφερὲς σχῆμα ἔχουσα* confirmantur illo Ptolemaei Ascalonitae in Valcken. Anim. ad Ammon. p. 48. *ἑστία δέ ἐστι βωμὸς περιφερής*. et quod Valckenarius ad Ammon. p. 33. ex Eustathio affert *τὰ δὲ πολυτελῆ ἑστίαι*, id pariter congruit cum praecedentibus Pausaniae verbis *μνήματα προήκοντα ἐς δόξαν*. Hanc aram, communem dictam, quae pro sepulcro fuit, Winckelmannus Opp. T. I. p. 366. non bene accensuit rotundis aedificiis. Alia *ἑστία Ἀρκάδων κοινὴ* est cap. 53, 3. *Αὐτονόην* Vulgata; scripsimus *Ἀντινόην*, quod bis legitur cap. 8, 3. idem fecerunt Loescher, Goldhagenus et Clavier. *καλεῖσθαι* pro *κεῖσθαι* Mosq. *τῇ δὲ* pro *τῷ δὲ* idem. *Γρύλος* etiam postea Mosq.

§. 3. *Ἀγάλματα* vulgo. Scripsi cum Goldhageno, Nibbyo, Clavierio *ἄγαλμα* assentiente Facio; nam sequitur mox

τὸ ἄγαλμα. Mosquensis τοῦτο οἱ omisit, idem ἐπακτίων habet, et ἀλέαν.

§. 4. Ἀντίνους. De hac forma cf. Ruhnken. Hist. Crit. Orat. Graec. p. XLII. De *Antinoo* cf. Baylii Dict. hist. et crit. qui ait, eius mortem referri solere ad annum circiter CXXXII. p. C. n. Ἐνομίσθη κ. τ. λ. sed notabile est, quod Ael. Spartianus in Adriano refert: *Graeci quidem volente Adriano eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes, quae Adrianus ipse composuisse iactatur.* ἐγὼ δὲ — εἶδον. Ex hoc colligere possumus, Pausaniam post Antinoi mortem haec scripsisse, non natum esse. cf. ea de re Praef. vol. I. p. VIII. ἐν δὲ — γραφαῖς. In pluribus artis operibus adhuc reliquis Antinoum sibi reperisse videntur. cf. Winckelmanni Opp. VIII. p. 18. Meyeri Hist. art. int. Graec. II, 62 sq. καὶ ἐπὶ — Ἀντίνου· est *Antinoopolis*, de qua cf. Is. Casaubon. ad Ael. Spartian. vitam Adriani p. 64. 79 sq. ἐκ Βιθυνίας — Βιθυνεῖς Vulgata. Sylburgius ex Stephano Byz. corrigendum censuit Βιθυνίου — Βιθυνιεῖς Berkelio aeque ac Goldhageno probatus. Stephanus enim ita: Βιθύνιον, πόλις Βιθυνίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. ὁ οἰκῶν Βιθυνιεύς. Haec urbs etiam a Strabone XII, 565. (169.) memorata a Plinio V, 43. *intus in Bythynia* ponitur. Accedit quod Antinous Bithynii natus esse dicitur; sed quamvis haec istam emendationem commendent, tamen eam contra codicum et Amasaei auctoritatem recipere dubitavi. In mappis geographicis *Claudiopolis* i. e. Bithynium trans Sangarium i. e. ei versus orientem est, sed longius ab eo remota. ἀπιόντι pro ἀπιδόντι Mosq. Κεραμικῷ· de scriptura ad I, 3, 1. Pro vulgato εἰ Facius ᾗ e Mosq. recepit. τὸ ἔργον εἶχε vulgo, sed Sylburgius ac Valckenarius malebant ἔχει, qua emendatione opus non est, quum εἶχε significet: *quam dicebam habere*, nam de hac pictura dixit I, 3, 3. Similiter mox ἦν θέας ἄξια cap. 10, 1. *deprehendebam visu digna*, καὶ ταύτης αὐτόθι ἐστὶ μνῆμα Vulgata, sed μνῆμα nullus dubitavi cum Sylburgio et Meursio in Ceram. p. 13. mutare in μίμημα, nam μνῆμα, ut iam monitum est ad III, 19, 5, Pausaniae frequentatur de *sepulcris*. γραφῆς μίμημα fuit etiam VI, 6, 4. γραφῇ μεμιμημένα memorata sunt ad V, 11, 2. μίμημα etiam in Clav. edit. transiit, repertum in codd. 1399. 1410. In cod. 1411. legitur μνῆμα μίμημα, sed μνῆμα punctis subiectis notatum. Dicere autem ad ταύτης μνῆμα supplendum esse μάχης, leges vetant interpretandi, quae nos iubent καὶ ταύτης referre ad praecedentem Genitivum γραφῆς.

De usu pronominis demonstrativi in epanalepsi dicebamus ad I, 19, 4.

§. 5. *Δεομένυι ἂν* Mosq. *Ποδάρου* et hic et postea Mosq. *γεγονότα κ. τ. λ. qui ea aetate fuerat, ubi Graecia a Romanis in provinciae formulam redacta erat. μεταλαμβάνειν* etiam in *tristibus rebus atque letiferis*, veluti *ὅταν ἀέρος ψυχροῦ μεταλάβωσι, τεθνήκασι* Aelian. H. A. II, 2. *καὶ* pro *καθ'* Mosq. *τὸ ἀρχαῖον* Mosq. *ὡς ἄριστος μὲν καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων γένοιτο ἐν τῇ μάχῃ Γρύλλος ὁ Ξενοφῶντος, Αἰγεῖ δὲ τῷ Γρύλλου Κηφισόδωρος Μαραθῶνος* Vulgata. Amasaeo et Sylburgio praeeuntibus Facius legendum censuit: *ἐπὶ δὲ τῷ Γρύλλῳ Κηφ. Μαραθώνιος*. Etiam Valckenarius et Anonymus *ἐπὶ* maluerunt quam *Αἰγεῖ*. Clavierio quoque placuit *ἐπὶ δὲ τῷ Γρύλλῳ* nec non Goldhageno et Nibbyo. Loescher ita vertit: „Secundas Aegeo tribuit, Grylli filio, Cephisodorus Marathonis qui inter Athenienses tum magister equitum erat; tertio fortitudinis loco Podarem ponunt." Equidem ita correxerim: *Ξενοφῶντος, Αἰγείδου, ἐπὶ δὲ τῷ Γρύλλῳ Κηφισόδωρος Μαραθώνιος*· nam Xenophon *tribus Aegeidis* fuit. *Αἰγεῖδαι. — Αἰγηῒς φυλὴ — ἔνθεν οἱ φυλέται Αἰγεῖδαι* Harpocr. unde Suidas. *Μαραθώνιος* recepi, sed post *Αἰγεῖ* stellulam posui. Denique Kuhnius hunc in modum corrigi voluit: *Αἱρεῖ δὲ τῷ Γρύλλῳ δεύτερα secundus a Gryllo tenet Cephisodorus*; sequi enim *τρίτα δέ*. Hic *Cephisodorus* diversus est tum ab eo, qui memoratur I, 36, 4, tum ab illo, quem habet Xenoph. Anab. IV, 2, 13. 17. Post duos alios huius nominis viros Suidas hoc affert de nostro: *ἕτερος δὲ ὁ ὕπαρχος* (et Sylburgius et Kuster voluerunt *ἵππαρχος*). *ὃς ἐν Μαντινείᾳ μετὰ Γρύλλου τοῦ Ξενοφῶντος ἀπέθανε.* quod ex Harpocratione, ubi melius legitur, sumtum est. Diogenes Laert. II, 6, 10. de hoc proelio ita: *ὁ δὲ Γρύλλος τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας ἰσχυρῶς ἀγωνισάμενος ἐτελεύτησεν, ὥς φησιν Ἔφορος, Κηφισοδώρου μὲν ἱππαρχοῦντος, Ἡγησίλεω δὲ στρατηγοῦντος*, qui addit, quomodo Xenophon huius mortis nuncium exceperit.

CAPUT X.

De *viis a Mantinea in varias Arcadiae partes* usque ad c. 12. extr.

§. 1. 1) *Via ex Mantinea Tegeam ducens* usque ad II, 3. med. *τε* post *χωρίον* Mosq. omisit Vulgatae insertum.

§. 2. *Ἀλήσιον — ἄλην — τῆς ῥέας* Mosq. Hinc *Ἀλή-*

σιὸν οὖδας IX, 14, 1. οὐ πρόσω σταδίου Μαντ. Amasaeus reddiderat: *non procul a stadio*, quod imitatus est Clavier. ἐς τοῦτο τὸ ἱερὸν Mosq. ἀκοὴν γράφω Mosq. male; cf. adn. ad III, 25, 5. καιρὸν pro καινὸν Mosq. τὸ ἱερὸν — ποιῆσαι. De his celeberrimis architectis cf. IX, 37, 3. ἀνθρώπους. v. ad VII, 26, 3. Ἱππότου Vulgata; restituendum esse e cap. 5, 3. Ἱππόθου iam Sylb. viderat, et ita scripsit nobiscum Clav.

§. 3. Ἐοικότα — τὸ ἱερόν. De utroque dixit scriptor I, 26, 6. ὃν — Ὀγώα. Huc ille pertinet Strabonis locus XIV, 659. (630.): Ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὠσογὼ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνοῦ. Uter ex utro emendandus sit ambigunt. v. Tzsch. ad Strab. l. c. Quum tamen apud Strabonem teste Tzschuckio omnes codd. perstent in scriptura Ὠσογὼ, suspicari licet, hinc corrigendum esse Pausaniam, apud quem extrema nominis Ὀγώα littera deberi videatur proximi vocabuli Ἀθηναίοις initio: sed cavendum, ne scriptorem ipsum corrigamus. Ἀθηναίοις — θάλασσα. quod coniungendum est cum eo, quod Pausanias I, 1, 2. scripsit: Φάληρον δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν. Putant autem Pausaniam hoc nostro loco, ubi ait, mare ad Phalerum σταδίους μάλιστα εἴκοσι ἀφεστηκέναι τῆς πόλεως, dissentire a Thucydide, apud quem II, 13. haec leguntur: τοῦ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεως, atque volunt inquiri, utro in auctore corrupti sint numeri; forsan in neutro, nam mihi quidem Thucydides videtur non potius viae spatium a portu Phalerico ad Athenarum murum, quam totius muri Phalerici tum ad mare porrecti, tum ad urbis usque moenia producti, et praesidiis custodiendi ambitum significasse. An vero recta linea hic murus ab urbe ad Phalerum descendit? Certe cum Pausania consentit Ister Callimachius, qui de fonte Clepsydra in Athenarum arce omnia a scriptoribus tradita de illo collegerat, et de eo narrat in Fragm. p. 63: εἰς ταύτην (Κλεψύδραν) δὲ ἡματωμένην φιάλην πεσοῦσαν ὀφθῆναι ἐν τῷ Φαληρικῷ, ἀπέχοντι σταδίους εἴκοσι. Neque spatii inter urbem et Phalerum medii mensura e Guil. Gellii libro allata in adn. ad I, 1, 2. non satis congruit cum his *viginti stadiis* Pausaniae. Itaque miror Leakium qui, quod apud Pausaniam de *viginti* stadiis legatur, falsum esse audacter pronunciaverit in Topogr. of Athens p. 308. Ipse intervallum inter Phalerici portus angulum, euroaquiloni obiectum, et urbis murum prope Philopappi monumentum aequat *viginti sex* stadiis; neque cum Thucydide neque cum

Istro et Pausania consentiens. *Φαληρῷ* Vulgata. sed v. adn. ad I, 1, 2. *τε* post *ἐκ μακροτάτων* videtur eliminandum esse.

§. 4. *Λέγεται δὲ καὶ ὁ κ. τ. λ.* In Gedoyni interpretatione Pausaniae sunt *Observations de M. le Cheval. de Folard sur la bataille de Mantinée et le plan de cette bataille.* *Ποδάρη* ante Facium, qui *Ποδάρην* e Mosq. recepit. *μάντις Ἠλεῖος — Ἰαμιδῶν.* cf. VI, 2, 2. *ἀπὸ τοῦ συγκειμένου conveninter, secundum id de quo ei cum Arcadibus convenerat.* *κατὰ τὰ συγκείμενα* apud Herodot. III, 158. *συγκειμένον σφι* cum Infinitivo ib. V, 62. *ἀποφεύγοντες* Mosq. *βασιλεὺς ἔπεσεν Ἆγις.* aliter Plutarchus in vita Agidis et Cleomenis. *τοῦδε εἵνεκα — Ποσειδῶνι.* Interprete Boettigero in Amaltheae vol. 2, p. 312. hoc tropaeum Neptuno dedicatum fuit *τρίαινα, fascina fixa*, quod fortasse in dubium vocabitur, quum neque de pugna navali oratio sit, et hoc tropaeum *λίθου πεποιημένον* maius quid quam *tridens* fuisse videatur. *ὅσοι* pro *ὅσοις* Mosq. *ᾄδεται — μετάσχοιεν.* De his dicebamus ad I, 32, 4. 36, 1. *κατέσχοιεν* pro *μετάσχοιεν* Mosq. *ἐκδηλότατα — δαιμόνων.* de his v. X, 23, 3. *τοῦ θεοῦ* referes ad Apollinem, *δαιμόνων* ad heroes. *ἐκδηλώτατα* Mosq. *οὕτω καὶ Μαντινεῦσιν ἕπεται οὐκ ἄνευ τοῦ Ποσειδῶνος τὸ κράτος γενέσθαι σφίσι* Porsonus ita corrigebat: *οὕτω καὶ Μαντινεῦσι τοῦ λόγου τὸ εἰκὸς ἕπεται.* et sane ita loquutus deprehenditur Pausanias cap. 12, 4. *Τεγεάταις τοῦ λόγου τὸ εἰκὸς καὶ οὐ Μαντινεῦσιν ἕπεται.* sed ex eo non efficitur, ut hic quoque ita scriptum fuerit; namque *ἕπεσθαι* in universum denotat *coniunctionem aliquam sive rei cum re, sive rei cum homine intercedentem, ut sit proprium, consentaneum, accommodatum, conveniens esse, cadere in aliquem seu aliquid.* Sic VII, 19, 2. *ἕπεται τῷ γήρᾳ ὡς τὸ πολὺ ἐναντιοῦσθαι νέοις proprium est senectutis.* ibid. 17, 5. *καί τι ἑπόμενον τούτοις δρῶσι his consentaneum.* X, 26, 2. p. 864. *ἕποιτο ἂν τῇ Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως κηδεμονίᾳ περὶ οἶκον τὸν Ἀντήνορος, μηδὲ ἐς τοῦ Ἑλικάονος τὴν γυναῖκα ἔργον δυσμενὲς ὑπὸ Ἀγαμέμνονος καὶ Μενελάου γενέσθαι.* Adiungamus e Pind. Ol. II, 39. (24.) *ἕπεται λόγος Κάδμοιο κούραις quod modo dictum est, cadit, convenit in Cadmi filias,* et ex XIII, 66. (45.) *ἕπεται ἐν ἑκάστῳ μέτρον.* Quod h. l. dicitur *ἕπεσθαι Μαντινεῦσι*, verbis comprehenditur *οὐκ ἄνευ — γενέσθαι σφίσι* i. e. *cadit, convenit in Mantinenses, non sine Neptuno ipsis victoriam contigisse;* id vero est: *fidem adiungere possumus Mantinensium narrationi.* Post *ἕπεται* distinximus. *Λεωκύδους τε* Vulgata; Facius malebat *δὲ* quam *τε*, et Clavier *δὲ* scripsit: quod quum

nunc codicibus 1410. 1411. confirmari videam, ego quoque recipio. Pro vulgatis ψέλλιον et ψελλίῳ est ψάλιον et ψαλίῳ in Mosq. et Clav. edit. ubi redditur *collier*, quod non respondet ψαλίῳ· hoc enim est *catenula equi mentum substringens (Kinnkette)* idque recepimus V, 20, 4. Quod quum alienum sit a nostro loco, retinuimus Vulgatam, nisi quod liquidam duplicem mutavimus in simplicem, ut VII, 26, 3. Est quidem ψέλιον *armilla*, sed quum h. l. additum sit περὶ τὸν τράχηλον, intelligitur *monile*. In epigrammate pro ἐὼν Mosq. σὺ εἰς ναὸν et pro ἑάλων habet ἑάλω. In ultimis ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ Meinekius in Biblioth. Hildesheim. 1823. N. 2. p. 159. ἦν mutat in ἦγ', me non probante. Ut *verba eundi* cum ἐν, ita quae *esse*, *adesse* significant interdum cum εἰς copulantur ita, ut duo simul una formula indicentur, *et venire in locum et esse in loco*. cf. ad VII, 4, 3, et Ephemer. litterar Ienens. 1823. N. 30. Itaque sensus nostri loci erit: *quo tempore Agapenor Ilium iverat et ibi erat.* Videtur etiam praepositio εἰς cum εἰμὶ constructa comparari posse cum nostro: *wir werden nach Dresden, sie sind nach Dresden*; *er war nach Dr.* quo iter, interdum iter et adventus commoratioque simul indicatur. Aliud eiusdem huius constructionis exemplum servatum nobis est in his Herodoti I, 21: ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν. ubi Valckenarius nostri loci immemor „in motu, inquit, significando πάρειμι quidem aliquoties, sed quantum commemini, non item εἰμί. Corrigendum itaque suspicor ἐς τὴν Μίλητον ἤϊε.“ quam illius coniecturam in contextum recepit Schaefer, non Schweighaeuser, quoniam omnes obstant codices. Similis est generis εἶναι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν in Pausan. IV, 1, 3. p. 713. quod pariter sollicitatum est. ἔλαφον — θηρίον. *Vivax cervus* notus est ex Ovid. Met. III, 194.

CAPUT XI.

§. 1. *Χωρίον — Πέλαγος*. §. 3. dicitur ὁ τοῦ Πελάγους καλουμένου δρυμός, sed §. 6. *Πέλαγος δρυμός*. Mox διὰ τῶν δρυῶν est διὰ τούτων τῶν δρυῶν quibus plenum fuit hoc χωρίον *Πέλαγος*. Vulgatum πρὸς Τεγεάταις mutandum fuit in πρὸς Τεγεάτας, quod Sylburgius iam voluit, a Facio neglectus, sed hic fortasse propterea, quod Kuhnius Sylburgii notam ad praecedentem Accusativum Τεγέαν perperam retule-

rat. Confirmant nostram lectionem V, 6, 2. VIII, 1, 1. cap. 12. extr.

§. 2. Ἦν δὲ — θελήσειας Vulgata; sic et VI, 22, 5, ubi autem εἰ· sed Porsonus iam monuit, hic θελήσῃς scribendum esse. σταδίους ἕξεις μάλιστά που πέντε Vulg. nonne ἥξεις legendum? hoc idem quod προήξεις· cap. 15, 4. adde Lex. Xenoph. T. II. p. 477, inprimis e Pausania ipso σταδίους ἀπὸ τοῦ Ἀλφειοῦ τεσσαράκοντα ἥξεις μάλιστα ἐς Φαλαισίας VIII, 35, 3. Sed v. adn. ad VI, 22, 5, ubi eadem legitur formula. ἐπὶ τῶν κ. τ. λ. De *Peliae filiabus et de Medeae arte, corpora coquendo renovandi* cf. Not. ad Hellen. nostra p. 129, ubi Apollodori locus I, 9, 10. huc pertinens tractatur. adde Gierig ad Ovid. Met. VII, 159 sqq. Notabile autem, quod iam Pelops in lebete iussu Deorum a Parca recoctus perhibeatur apud Pindarum Olymp. I, 40 sqq., qui illam fabulam explodit. ταύτας φασὶν οἱ Μαντινεῖς μετοικῆσαι σφᾶς Vulgata. Facius voluit legi μετοικῆσαι ἐς σφᾶς, Lobeckius autem ad Phryn. p. 374. cum Sylburgio παρὰ σφᾶς. sed fortasse legendum est: μετοικίσαι σφᾶς scil. ἐς ταύτην τὴν χώραν. idem sensisse Phrynichi Lobeckiani censorem Lipsiensem nunc video. Deinde ἀπεχθανομένῃ Mosq. ἐπαγγέλλεταί τε Vulgata; Facius malebat ἐπαγ. δέ· sed Mosq. cum cod. 1411. τε omittit; ego cum Clavierio delevi. In cod. 1410. ὑπόσχειται τοῦ Πελίου legitur. θυγατρᾶσιν Mosq. ὡς τὸν πατέρα αὐταῖς — ἀποφήνοι νέον ἀντὶ γέροντος παλαιοῦ. κατασφάξασα δὲ ὅτῳ τρόπῳ κριὸν Vulgata. Lobeckius ad Phryn. p. 374. transpositis verbis legit: ἀποφήνοι ὅτῳ τρόπῳ νέον. Equidem nolim ὅτῳ τρόπῳ divelli a κατασφάξασα putans ritus significari magicos, quibus Medea caedem arietis ornaverit; hos Pausanias negat se novisse, dicens ὅτῳ τρόπῳ. Porsonus corrigebat ἀποφανοῖ et post ὅτῳ inserebat δή. neque ego dubito fateri me ignorare, quid sit istud ἀποφήνοι, itaque scribendum putavi ἀποφῆναι. Deinde nescio an ὅτῳ hac significatione sine δὴ nusquam apud Pausaniam reperiatur; ὅντινα scio, est enim II, 9, 7. p. 133. In γέροντος παλαιοῦ vitiosam clamant inesse tautologiam, etsi eandem ferunt in Homericis Odyss. XIX, 346. γρηῦς παλαιὴ et XXII, 395. γρηῦς παλαιγενής. Facius tamen γέροντος ut glossema delendum, Kuhnius autem corrigendum censuit: γέροντος. Παλαιὸν δὲ κατασφάξασα ὅτῳ τρόπῳ, quod recepit Clavierii editio. sed κριὸς etiam sine epitheto παλαιὸς recte opponitur ἀρνί. Praeterea ne verum quidem est, vocabulis γέρων et παλαιὸς plane idem denotari, quum παλαιὸς interpre Phavorino sit σαθρός, *vetustate detritus*;

ergo γέρων παλαιὸς erit: *senex annis fractus*, quod epitheton, rerum usu docente, non in omnes senes cadit. Non eiusdem sed similis generis sunt *iusti senes* in Ovid. Heroid. I, 29. Pro vulg. εἶτ' est οἷς in Mosq. codd. 1410. 1411. τὸν κριὸν ἑψόμενον deleri iubebat Porsonus; male, nam sensus est: *arietem quem ceciderat, eundem sed iuventae restitutum vitaeque protraxit ex aëno*. παραμβάνει δὲ τὸν Πελία κατακόψασ ἑψῆσαι Mosq. παραλαμβάνει δὲ δὴ codd. 1410. 1411. καὶ αὐτὸν ἐκομίσαντο οὐδὲ ἐς ταφὴν ἔτι ἐπιτήδειον Vulg. Clavier post ἐκομίσαντο inseruit e codd. 1410. 1411. αἱ θυγατέρες, quod recepi. Rursus ἔτι eliminandum videtur ut ex initio proximi vocabuli ἐπιτήδειον subnatum. σφίσιν αὐταῖς corruptum ac corrigendum putamus σφίσι ταύτῃ *eis in hoc loco*. Fieri etiam potuit, ut, quod sequitur continuo, αὐταῖς perperam geminaretur; quare nos uncos adhibuimus. ὀνόματα κ. τ. λ. in nominibus et numero earum varietas est. vide Apollod. I, 9, 10. Boettigeri griech. Vasengem. I, 2. tab. 7. an vero artifices soli inventores fuerunt? *Mico* res Argonautarum Peliaeque sibi sumserat pingendas. vide I, 18, 1. ἐπιλεξάμεθα Mosq.

§. 3. Χωρίον δὲ κ. τ. λ. Locus hic videtur corruptus esse; Goldhagenus vertit: „ist ein Ort, der von den Phoezis den Namen hat, die hier begraben liegen. Ihr Grabmal ist nur ein wenig über die Erde erhaben." Clavier autem: „L'endroit nommé Phoezon est à environ vingt stades plus loin que ces tombeaux; vous y trouvez un monument peu élevé." denique Nibby: „Il luogo, che de' Foezi si appella è circa venti stadj piu oltre de' sepolcri; il monumento sepolcrale di questi Foezi." Si Φοίζων est pluralis numeri, cur non dixit ὀνομαζόμενον Φοῖζοι? Sed sumamus, Genitivum recte positum esse, quid deinde faciemus his τούτων δὲ Φοίζων μνῆμά ἐστι? Boeckhius, Vir praestantissimus, mecum hanc per litteras communicavit coniecturam: τούτων δὲ Φοίζων πλησίον μνῆμά ἐστι λίθου περιεχ. fortasse etiam τῶν post τούτων δὲ inserendum esset. Est forsan qui putet, legendum esse τοῦτο δὲ τὸ Φοίζων μνῆμά ἐστι, vel τῶν τάφων ἐστὶν ἀπωτέρω τούτων· ἐν Φοίζωνι μνῆμά ἐστι· significari autem videtur sepulcrum Areïthoi, quod postea memoratur. κατὰ τοῦτο scil. μνῆμα. et καὶ τὸ μνῆμα Ἀρηϊθ κ. τ. λ. videtur esse: *et hoc sepulcrum dicunt esse Areïthoi*. Nomen Φοίζων fortasse affine est verbo Φώζειν i. e. καίεσθαι. v. Etym. M. 803. 667. De hoc *Areïthoo* cf. ad cap. 4, 7. et Pherecydes in Schol. ad Hom. Iliad. VII, 9, apud Sturzium p. 206, inprimis autem Hom. Il. VII, 137 sqq. ubi dicitur occisus esse στεινωπῷ ἐν ὁδῷ.

2) *Via ex Mantinea versus Pallantium* usque ad cap. 12, 1. τὴν ἄγουσαν pendet non a Μετὰ, sed a προελθόντι, itaque post ἄγουσαν distinctio, quam Vulgatae intulerunt, removenda fuit. Sic cap. 12, 4. προελθόντι ὁδὸν οὐ μακράν.

§. 4. et 5. De *laude prostrati Epaminondae controversa* cf. bene cordati P. Wesselingii animadversionem ad Diod. S. XV, 87. Noster IX, 15, 3. famam sequitur Atheniensium. Ἐπαμηνώνδαν Mosq. etiam postea. Μαχαιρίωνα nomen fictum esse a μαχαίρᾳ, qua voluerint vulneratum Epaminondam, Kuhnius animadvertit. Μαντιναίως Mosq. ἡ γραφὴ τὸ ἔργον ἔχουσα τὸ ἐν Μαντινείᾳ illa est de qua dixit I, 3, 3. δημοσίᾳ θάπτειν. cf. Kirchmannus de Funer. I, 4. ἐπιστήμης pro ἐπὶ τιμῇ Mosq. Ald. ὁ ante ἀνδρὸς Mosq. inserit. Μαχαιρίωνα δὲ λόγῳ κ. τ. λ. „Autor existimat, non constare, a quo Epaminondae vulnus lethale sit inflictum, quamvis Lacedaemonii sibi aliquem Machaerionem finxerint. Plutarchus quidem in vita Agesilai Spartanos logos rem ipsam esse credidit, aliis scriptoribus graecis nihil tale afferentibus, quum loquuntur de proelio ad Mantineam. Contra disserit Meursius in Misc. Lacon. III, 7. p. 227.“ Kuhn. Locum ὡς δὲ ἐτέτρωτο — τὰ ὁμώνυμα Suidas v. Ἐπαμινώνδας nonnullis mutatis et omissis descripsit. κομίζουσιν pro ἐκκομίζουσιν Suidas. ἐς τοὺς συμμάχους pro ἐς τοὺς μαχομένους idem. λαβόντος Facius se ait restituisse e Mosq. et Suida pro mendose vulgato λαβόντες· at haec non Vulgata sed solius Kuhnianae editionis vitium est. ἶσον πέρας· nam utrique sibi tribuerunt victoriam testibus Diodoro Sic. l. c. et Xenophonte in Hellen. VII, 5, 26. Pausanias autem IX, 15, 3. et Strabo VIII, 388. victorem renunciant Epaminondam. Suidas τὸ πέρας scripsit. ἐπέσχεν pro ἀπέσχεν Mosq. ἀπὸ ante τοῦ τραύματος Suidas omisit. Idem habet γέγονεν pro ἐγένετο. Mox in Suida est τοῦ γένους τῶν Σπαρτῶν (hoc e MSS. Paris. restitutum est pro Σπαρτιατῶν) ὄντα. De his IX, 5, 1. Tum Βοιώτιον est *Boeotorum idiomate conscriptum;* nonnulla de eo invenies in Etymologici M. indice latino. In Maittairii libro de dial. p. XLII. ed. Sturz. *dorice* dicuntur scripsisse Boeoti, sed iudice Boeckhio (Staatsh. d. Ath. II, 383.) magis *aeolice;* quod confirmare videtur Pausan. IX, 22, 3. τὴν δὲ αὐτήν τε ἀνέθηκεν Ἀδριανός Vulg. quam Facius defendens interpretatur: *alteram vero cum ipsam, tum.* Alii non sine causa offendentes in ista lectione varia eam emendandi fecerunt pericula; ac Goldhagenus quidem corrigebat τὴν δὲ καινὴν, ut opposita esset τῇ ἀρχαίᾳ, Clavier autem τὴν δὲ ἄλλην ἀνέθηκεν· denique Porsonus αὐ-

τήν τε deleri volebat. Nobis Pausaniae manus videtur restitui scribendo τὴν δὲ αὐτῶν ἀνέθηκεν. cf. c. 13, 5. Pro vulgato οἱ στρατιῶται φρονήματος τὸ ἴσον ἔχοντες recepi — φρονήματος ἦσαν ἔχοντες e Mosq. Similis est Sophoclis locus in Matthiaei gramm. gr. §. 356. b. ἐστί σοι βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης. Alibi Pausanias τι adiunxit, veluti I, 22, 5. p. 52. τόλμης τι ἔχων. Vulgatis ἀπέφηνεν οὐ πολλῷ πρωτεύοντας Porsonus inseri iussit ἐν post ἀπέφηνεν, et Clavier scripsit ἀπέφηνεν [ἐν] οὐ πολλῷ· sed uncis opus non est.

§. 6. Τριήρους τε μὴ ἐπιβῆναι, μηδὲ ἐπὶ νεὼς φορτίδος πλεῦσαι δεῖμα εἶχε Vulg. Suidas, qui hoc in brevius contraxit, omisit μὴ ante ἐπιβῆναι, abest etiam a Mosq. sed μὴ copulandum est cum ἐπιβῆναι, ut μηδὲ cum πλεῦσαι, et μηδὲ respondet praecedentibus τε et μή. Verbum autem timendi cum μὴ et Infinitivo similiter reperitur in illo Euripidis εὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους Orest. 1059. (1053.) Clavier nobis hanc proposuit coniecturam: τριήρους τε ἐπιβῆναι, ἠδὲ ἐπὶ νεώς. quidni μήτε τριήρους ἐπιβῆναι, μήτε ἐπὶ νεὼς φορτίδος πλεῦσαι? Vulgatam τὸ δὲ ἄρα — προέλεγεν ὁ δαίμων sine ulla dubitatione permutavimus cum Suidae lectione: τῷ δὲ ἄρα· idem habet προὔλεγεν. Mox τά, quod Vulgatae ante ὁμώνυμα insertum est, cum Suida omisi. Haec Ἀννίβα — Συρακουσίων πόλεμον Suidas v. Ἀννίβας repetivit e Pausania: quod autem hic de Annibale narratur, id Valckenarius iam contulit cum iis, quae de Cambyse Herodotus III, 64. tradidit. Λιβήσσῃ Mosq. τῇ, quod Vulgata ante Λιβύσσῃ habet, cum Suida omisi etiam Valckenario volente. ἤλπισεν Suidas. λαβεῖν pro ἑλεῖν idem. ἀπωθεὶς Mosq. ἀπ᾽ αὐτοῦ Suidas. προελθόντι δὲ οὐ στάδια πολλὰ idem. τε post πυρετὸς et τριταίῳ Suidas praetermisit. ἔνθα συνέβη ἀποθανεῖν, ἐκάλουν Suidas. Λίβυσσα Stephano Byz. est φρούριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον, ubi Berkel plures citavit testes de Annibale etiam illuc delato. μάντευμα ἐκ Δωδώνης Σικελίαν ἦλθεν οἰκίζειν Vulgata, nos cum Suida μάντευμα ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, Σικελίαν οἰκίζειν dedimus. Suidas ita pergit: καὶ οὐ πόῤῥω τῆςδε λόφος ἐστὶν ἡ Σικελία οὐ μέγας. Vulgata est ὑπερορίας, Mosq. et cod. 1411. habent ὑπερορείους, Suidas autem ὑπερορίους, quorum prius in Clavierii, posterius in nostram editionem receptum est. στρατιᾶς Suidas. ἔχει pro ἔχοι Mosq. ἐξευρεῖν ἄλλα Mosq.

CAPUT XII.

§. 1. *Χάρμων* videtur esse *laetitiae dator;* in Mosq. est *Χαίμωνος. Ἀρκάδων δ' ἐν κ. τ. λ. δρυμὸς Πέλαγος* cap. II. memoratus ausam dedit haec de *δρυῶν* generibus in Arcadia inserendi. Arcadia autem quia multos habebat *δρυμοὺς*, initio *Drymodes* appellata est teste Plin. H. N. IV, 10. cf. et ad §. 2. adn. *εἰσιν αἱ δρῦς διάφοροι κ. τ. λ.* Kuhnius de his laudavit Theophr. l. 3. de plantis c. 9, et l. 1. cap. 15. *δρ. πλατύφυλλος robur quercus, Steineiche.* Praeter Phavorinum ponit Pausanias tum h. l. tum cap. 1, 2. *φηγοὺς* in genere *δρυῶν.* Nobis *φηγὸς esculus quercus.* cf. infra cap. 23, 4. Apud Homerum Iliad. VII, 60. *φηγὸς Διὸς* recte a Scholiasta Veneto explicatur *δρῦς·* similiter et Iliad. V, 693, ubi Eustathius v. *φηγὸς* ducit a *φαγεῖν*, quia homines olim *δρυκάρποις ἀπετρέφοντο·* cuius notationis auctor fuisse Apio videtur teste Lexico Apollonii Homer. adde Paus. VIII. 1, 2. Nominatim Corcyraeis traditur *δρῦς* dicta esse *φηγὸς* in Bekkeri An. 1096, *αἱ τρῖται — δικτύοις.* haec periphrasis est *quercus*, quae vocatur *aegilops φελλόδρυς, Korkeiche, suber quercus.* cf. ad 17, 2. *ποιοῦνται σημεῖα ἀγκύραις·* Hoc Berghaus in Gesch. der Schiffartskunde II. p. 438. recte interpretatur de *subere (cortice natatorio* apud Festum v. suberies) *ancorali alligato, et locum, ubi ancora defixa sedeat in summa aqua ita indicante, ut nunc vasa, quae vocantur Ankertonnen. ἐπ' αὐτοῦ* pro *ἀπ' αὐτοῦ* Mosq. *ταύτης δὲ τῆς* idem.

3) *Via qua ex Mantinea ibatur Methydrium* a verbis *Ἐς Μεθύδριον* — §. 3. *ἡ Πετροσάκα.* De *Methydrio* cf. cap. 36. init.

§. 2. Alius *Ἀλκιμέδων* in Homeri Iliad. XVI, 197. *θυγατρὶ συγγενέσθαι Φιλλοῖ, ὡς Φιγάλιοι λέγουσιν, Ἡρακλέα.* Sylburgio rectius videbatur *Φυλλοῖ* vel saltem *Φιλοῖ*, Valckenarius autem ad Herod. VI, 83. opinabatur, pro *Φιλλοῖ* forsan *Φιαλοῖ* rescribendum esse; idem mendose *Φιγάλιοι* hic scriptum putabat pro *Φιγαλεῖς*, ut cap. 39 sq. Nos quidquam mutare cunctati sumus verentes ne in verbis *Φιλλοῖ* et *Φιγάλιοι* gravius lateret ulcus, quum Phigalia tanto intervallo diremta esset a Methydrio et Alcimedontis antro, ut Phigalensium fabulae vix huc pertinuisse videantur. Praeterea Facius non recte iudicavit, *ὡς* ante *Φιγάλιοι λέγουσιν* delendum esse, quoniam turbet constructionem; sed minus etiam probandus est Clavier, qui sine codicum auctoritate scripsit *Φιλλοῖ, Φιγαλεῖς λέγουσιν, Ἡρακλέα.* Notum enim nunc est, formulis

ὡς λέγουσιν, ὡς λέγεται, ὡς ἔοικε, ὡς εἴρηκε et similibus in enunciationibus, quae vel inseruntur vel annectuntur, interdum Infinitivum cum Accusativo ita adiungi, quasi ὡς non esset appositum. Sic IX, 24, 3. εἶναι δὲ Ἀθάμαντος παῖδα, ὡς Ἄσιος εἴρηκε, quem locum eodem modo corrigendum putarunt Facius et Clavier. adde II, 36, 7. Sed huius dicendi modi exempla plura iam congessit Censor in Ephem. litter. Ienens. anni 1808. p. 193. nobis satis est citasse Herod. IV, 5. in. ἀπολουμένην nimirum *vinctam*, *alligatam*, ut feris esset praeda. ἀνακλέοντος Mosq. κίσσα κ. τ. λ. „The lower regions of the Arcadian mountains are covered with oaks, among which are frequently heard the hoarse screams of the Iay, still called *Κίσσα*. Camus in his translation of Aristotle has wrongly supposed that the *Κίσσα* was our magpie." Sibthorp in Walpolii Turkey p. 283. De huius avis natura illud est in Anthol. Pal. T. II. p. 97: κίτται, μιμηλὸν βίοτον πτερὸν, ἐν σκιεροῖσιν ἄγκεσι παμφώνων μέλπον ἀπὸ στομάτων. Pro vulgato ἄμ' ἐμιμεῖτο in Mosq. est ἀμεμιμεῖτο, in quo latet ἀπεμιμεῖτο. quod e Clavierii ed. et codd. 1410. 1411. recepi. Vulgatum εὐθὺς τῆς φωνῆς Kuhnius ad Aelian. V. H. IX, 18. et eius indicem nos reiiciens mutandum censuit in εὐθὺ τῆς φ. quod illi nobiscum praetulit Clavier, εὐθὺ est etiam in cod. 1410. εὐθὺς et εὐθὺ de loco inter se contendunt etiam VII, 17, 1.

§. 3. In Stephano Byz. scribitur *Πετρόσακα* et dicitur χωρίαν Ἀραβίας, sed vide ne hoc sit in χωρίον Ἀρκαδίας transformandum.

4) *Duae viae a Mantinea ad Orchomenum;* de priore usque ad §. 4. extr. de posteriore inde a §. 5. Qui, antequam has vias ingrediatur, animum oculosque refert ad proxima, intelliget, verba Ἐπὶ δὲ ὁδοῖς — ἄλλαι Amasaeum non recte interpretatum esse: *praeter duas, quas ante indicavimus vias, totidem aliae Orchomenum deducunt.* Namque antea non *duae* sed *tres* viae, quae a Mantinea in varias Arcadiae partes ducunt, recensentur. cf. cap. 10, 1. cap. 11, 3. cap. 12, 1. De *Lada* cf. III, 21. init. στάδιον, ἐς ὃ ἐποιεῖτο *Λάδας* μελέτην δρόμου simile est his Hesychii *Μελιτέων* οἶκος, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ ἐμελέτων· cuius generis alia contulit Hemsterhusius ad Arist. Plut. p. 456. Ad φασὶν intelliguntur Mantinenses. οὐχ ὁμολ. — ὀνομαζομένῃ compares cum his cap. 47, 3. οὐχ ὁμολογοῦντες Ἑκαταίῳ τὰ ἐς αὐτήν. Haec Θεσπρωτὶς ποίησις quibus aliis commemoretur, non invenio. Θεσπρώτιος λό-

γος est apud Phavorinum. ἐπισπαστοὺς vulgo; retraxi accentum. παρ' αὐτίκα ante Facium.

§. 4. Παιδίον pro πεδίον Mosq. καλεῖται — Πτόλις. cf. cap. 8, 3. Ἀλαλκομενίας Vulgata, Ἀλαλκομενείας Mosq. Ἀλαλκομενιὰς suspicatus est Sylburgius scribendum esse; non male nam si epitheton esset Minervae, additus esset articulus τῆς. Caeterum cf. adn. ad IX, 11, 1. Ante Facium post πηγὴ maxima fuit distinctio. τῆς πόλεως δὲ κ. τ. λ. pendet a praecedentibus et explicandum est: πρὸς ἄρκτον δὲ τῆς πόλεως προελθόντι μετὰ σταδίους τριάκοντα κώμης ἐρείπιά ἐστι. Genitivo τῆς πόλεως significatur urbs antiqua Mantinea, antea memorata Πτόλις· quod quum non esset animadversum, et τῆς πόλεως perperam referretur ad sequens vocabulum ἐρείπια, factum est, ut post κώμης insereretur τε, quod neque Amasaeus agnovit et Clavier omisit, quum in minore editione nostra uncis esset circumdatum. Virgulam quoque post τριάκοντα sustuli. De scriptura Μαίρας, Μαῖραν, Μαῖρα cf. ad cap. 8, 1. εἰ δὴ — ἐτάφη. cf. cap. 53, 1. Τεγεάταις κ. τ. λ. Cf. cap. 48, 4. πλὴν Ἄτλαντος pro τὴν Ἄτλ. et ἑταίρα pro ἑτέρα Mosq.

§. 5. Λείπεται κ. τ. λ. cf. ad §. 3. adn. de his duabus viis. ἐπὶ pro ἔτι Mosq. Ἀγχησία vulgo, Ἀγχισία Mosq. quod Vulgatae praetuli, quum Sylburgio quoque originationi convenientior visa esset haec scriptura; Clavier tacite ita scripsit. ὡς γὰρ δὴ κ. τ. λ. Cf. de his Heynii Excursus I. et XVII. ad Virg. Aen. III. de Aeneae erroribus et Anchisae obitu. Σικελίαν etiam Mosq. sed Ἰταλίαν in margine eius. καὶ πόλεών κ. τ. λ. De his cf. III, 22, 9. Vulgo hic legitur Οἰήτιδος, in Mosq. autem Οἴτιδος· hinc feci Ἤτιδος quod huius urbis nomen est III, 22, 9, ubi de eo dicebamus. Adde quod Myso, qui Laco fuit, apud Diog. Laert. I, 9, 107. Ἠτεῖος dicitur nonnullis quaerentibus τί ἐστιν ὁ Ἠτεῖος? Parmenides autem respondit, δῆμον εἶναι Λακωνικῆς, ὅθεν εἶναι τὸν Μύσωνα. Ἠτεῖος apud Diogenem habent Stephani, Meibomii et Longolii edd. In Steph. B. est Ἠτία, δῆμος Λακωνικῆς ὅθεν ἦν Μύσων Ἤτιος. Clavier hic quoque nobiscum dedit Ἀγχισίαις pro vulgato Ἀγχησίαις. τάφος antea μνῆμα. cf. ad VII, 22, 4.

CAPUT XIII.

Hic locus ab auctore ipso cap. 23, 2. vocatur ὁ λόγος ὁ ἐς Ὀρχομενίους.

§. 1. Ἀγχησίων Vulgata. Scripsimus Ἀγχισιῶν, Clavier Ἀγχισίων. Cum his τὸ ἱερὸν — Μαντινεῦσι cf. cap. 5, 8. De verbo ἁγιστεύειν, quod ex Camerarii Xylandrique sententia repositum est pro Aldina lectione ἀγχιστεύειν, (ab Amasaeo ita expressa: *sacerdotem foeminam et virum patrio instituto deligunt et reliqua propinquitate et matrimonio coniunctos*) dicebamus ad VI, 20, 2. το:αῦτα οἶδα ἕτερα ἐνιαυτὸν καὶ οὐκ ἀεὶ πρὸς Ἐφεσίων ἐπιτηδεύοντας τοὺς τῇ Ἀρτέμιδι ἱστιάτορος τῇ Ἐφεσίᾳ γινομένους Vulgata, quam dubito an satis defendas ita construendo: τοιαῦτα — οὐκ ἀεὶ ἐπιτηδεύοντας τοὺς πρὸς Ἐφεσίων γινομένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Ἐφεσίᾳ ἱστιάτορας· quem ordinem nimis turbavit Vulgata; neque πρὸς Ἐφεσίων interpretari poteris *apud Ephesios*, vel *ex instituto Ephesiorum*, quod Sylburgio visum est, sed πρὸς Ἐφεσίων mutandum esse existimamus in παρὰ Ἐφεσίοις. πρὸς et παρὰ saepe esse confusas, adnotavimus ad IV, 22, 3. Pro οὐκ ἀεὶ est οὐ in Mosq. De his *epulonibus* qui Ἐσσῆνες dicti sunt cf. Spanhem. [ad Callim. h. in Iovem 66. Originem huius nominis graecam esse voluerunt Schwenckius in Etymolog. Mytholog. Andeutungen p. 226 sq., et Sylburgius, ducentes ab ἕω cum Etym. M. Ex eodem Etymologico p. 382. discimus, formam ἱστιάτορος Ionicam esse Doricamque. adde Maittaire de dial. p. 101.

§. 2. De *Orchomeno Arcadico* Homer. Iliad. II, 605. a Strabone accensetur urbibus Arcadiae, quae aut omnino evanuerant, aut vix sui vestigia reliquerant VII, 388. „Orchomenos now called *Kalpaki.* Kalpaki is situated on the south side of an insulated hill." Gells Narrative of a Iourney in the Morea p. 369. ubi etiam situs Orchomeni delineatus exhibetur. „Tripolitza to Kapsa 2 h. 25 m. Kapsa to Kalpaki or Kallipachi 2 h. 59 m. The summit of the hill, on which are the ruins of the citadel of Orchomenos, is about 13 minutes distant from Kalpaki. The city extended to the plain on the side of Kalpachi, as the walls prove." Gells Itinerary of the Morea p. 143. 144 sq. Dodwellius II, 2, 311. Sickl. refert: „Nach 2 Stunden und 16 Minuten von Mantineia gelangten wir nach Kalpaki. Dieses Dorf liegt über den Ruinen der Unterstadt." ἵδρυται κ. τ. λ. Clavier reddidit: *elle est placée dans l'intérieur d'un grand cèdre.* Hi σωροὶ λίθων,

cumuli lapidei, fuerunt *tumuli*; paulo post eosdem appellat τάφους. ἐγενήθησαν. Exempla huius aoristi ab Atticistis civitate exclusi plura protulit Lobeckius ad Phrynich. p. 108 sq. εἰς τιμὴν Mosq. omisit.

§. 3. Ἔστι δὲ — Τραχύ. Vulgata, scribendum autem videtur Τράχυ et postea Τράχεος, quum sit nomen proprium. „The pass between Orchomenos and mount Trachis or Artemisius has been defended by a wall.“ Gells Narrative of a Iourney in the Morea p. 370. ἄλλο Ὀρχομένιον πεδίον Vulgata, sed corrigendum esse existimamus ἄλλο Ὀρχομενίων πεδίον· hoc autem opponi videtur ei, quod antea non nominatum sed verbis σωροὶ δὲ ὑπὸ κ. τ. λ. indicatum est. Similiter Βοιωτῶν depravatum vidimus in Βοιωτίαν I, 34, 1. ἰόντι κ. τ. λ, cf. ad 17, 5. adn. Καφυάν, sed cap. 23, 3. Καφυάς. Hoc παρά τε — λιμνάζον repetitur cap. 23, 2. χάραδραν ante Facium; sed Sylburgius iam monuerat, Hesychium, Suidam, Etymologum et alios χαράδραν habere, atque ita etiam infra esse cap. 23, 2. Müller in Dor. II, 438. ὑπὸ Τραχὺ εἰσιν ὄρος legi volebat.

§. 4. Κατὰ δὲ τὴν κ. τ. λ. „I could not help remarking the astonishing exactitude of Pausanias in his description of Greece; for proceeding toward Pheneos or Phonia I found a large heap of stones precisely on the spot where that author directs to look for the tumulus of *Aristocrates*“ Gells Narrative of a Iourney in the Morea p. 370. ὃς — παρθένον. Cf. de his cap. 5, 8. Τενεῖαι· Has se isto loco vidisse, narrat Guil. Gellins l. c. „37 Minuten von Kalpaki gelangten wir zur Quelle Teneiai, die in 7 Strömen aus den Felsen am Fusse des Kokino Bouno (rothen Berges) hervorströmt, und die Hauptnahrung des Sees von Orchomenos ist“ Dodwell. II, 2, 316. Ἄμιλος — λέγουσι. Hinc Stephanus Byz.: Ἄμιλος, πόλις Ἀρκαδίας· Πausανίας ὀγδόῃ.

§. 5. Δὸς pro ὁδὸς Mosq. ἡ δὲ ἐς Φενεὸν αὐτὸν ἄγει ante Facium, qui auctore Sylburgio αὐτὸν mutavit in αὐτῶν. Simili errore αὐτῶν transiit in αὐτήν. adde quae paulo ante ad §. 3. adnotata sunt. ἐν δὲ τῷ ὄρει — καὶ ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς φάραγγος Καρυαὶ χωρίον. Vulgata; in Mosq. est Καρυίων. Sylburgius autem e cap. 23, 2. et 3. voluit hic Καφυαὶ et cap. 14, 1. Καφυαῖς, Καφυῶν legi mutato ρ in φ. nam capite 23. Caphyas et Orchomenum confines fecisse Pausaniam perinde ut hoc loco, quam coniecturam in minorem editionem recepimus. Sin vera est vulgata, hae Caryae ab illis Caryis, quae sunt III, 10, 8. IV, 16, 5, et a Caryatis VIII,

45, 1. videantur distinguendae. Mannertus vulgatam sequutus est, nec non Müller in Doriens. II, 70. 488, qui Caryas Laconicas et Arcadicas easdem esse contendit: sed hae Caryae, si verum nomen, haud dubie differunt a Caryatis cap. 45.

CAPUT XIV.

§. 1. *Καρυαῖς, Καρυῶν.* vide ad cap. 13. extr. *καταλυθῆναί φασι* Vulgata. *καταλυσθῆναι φ.* Mosq. Cum Spanhemio ad Callim. h. in Del. 71. scripsi *κατακλυσθῆναι absorptam esse;* idem fecit Clavier. Latet hoc in Mosquensi lectione et confirmatur Plutarchi loco de sera num. vind. p. 286. Frob. ubi de eadem re ita: *οὐκ ἀτοπώτερος τούτων ὁ Ἀπόλλων, εἰ Φενεάτας ἀπόλλυσι τοὺς νῦν, ἐμφράξας τὸ βάραθρον καὶ κατακλύσας τὴν χώραν ἅπασαν αὐτῶν, ὅτι πρὸ χιλίων ἐτῶν, ὥς φασιν, ὁ Ἡρακλῆς ἀνασπάσας* (Wytt. maluit *ἀναρπάσας*) *τὸν τρίποδα τὸν μαντικὸν εἰς Φενεὸν ἀπήνεγκε;* Adde quod Pausanias similiter loquutus est X, 6, 1. *κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ὄμβρων.* sed quid multa? *κατακλυσθῆναι* legitur in codd. 1410. 1411. Hoc *ὥστε καὶ — ὕδωρ λέγουσι* confirmat Gellii Narrative of a Iourney in the Morea p. 374. his verbis. „On the rocks to the left are very visible the traces of the water-mark mentioned by Pausanias.“ item Dodwellius II, 2, 325: „Es ist ein interessanter Umstand dass die Zeichen der Uiberschwemmung, die der Topograph erwähnt, bis auf den heutigen Tag noch übrig sind, und uns eine Gelegenheit darboten, von seiner Wahrhaftigkeit Zeugniss ablegen zu können.“ *Orexin* montem esse ex adiunctis patet. Nomen factum videtur ab *ὀρέγω, ὀρέγομαι extendo me;* hoc autem ducitur ab eodem verbo, a quo *ὄρος*, a verbo *ὄρω excito. ἕτερος* pro *ἕτερον* Mosq. *Σκιάθις* de *σκιᾷ, umbra.* nunc *Saita* vocatur teste G. Gellio in Narrative of a Iourn. in the Mor. p. 371. Apud Stephanum Byz. est *Σκιὰς, χώρα Ἀρκαδίας.* Pro *ἐφ' ἑκατέρῳ — ὄρει* Sylburgius volebat *ὑφ' ἑκατ. — ὄρει.* atque ita scripsit Clavier. idem nos fecimus. Paulo post §. 4. et capite 20, 1, ubi de eadem re loquitur Pausanias, est *ἐν τοῖς ὄρεσι.*

§. 2. *Τὰ δὲ βάραθρα κ. τ. λ.* nunc vocantur *Katabothra.* v. O. Muelleri Orchomenos p. 64. et Dorienses II, 439. de iis. adde Theophr. Histor. Plantar. V, 5. cum Schneideri adnot. Catul. LXVIII, 109. et Strabo VIII, 389. ubi et hoc: *τὰ βέρεθρα καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες ζέρεθρα* legitur. quanquam Pha-

vorinus v. ἐπέβρισαν monet, εἰ ζέρεθρον τὸ βάραθρον οἱ Ἀρκάδες φασίν, οὐ πάνυ δῆλον. Φενεάται vulgo, etiam postea. παρὰ Λαονόμῃ — Λυσιδίκης. Paulo aliter Apollodorus II, 4, 5. 6. Alia *Laonome* est in Scholiis Apollonii I, 1241. Λαονόμης Mosq. Γούνεω vulgo; rectius videbatur Sylburgio esse Γουνέως ut cap. 18, 1. sed ille Homericus Γουνεὺς alius est, alius noster Γούνης, quanquam utrumque nomen factum a γοῦνος. De hac *Lysidice* alia tradi ab Euripide, Heraclide, Plutarcho et Pindari scholiasta Palmerius iam monuit; rursus alia ab Apollodoro III, 4, 5. Amasaeus scripserat *Laodices*. πίθοιτο Vulgata. πείθοιτο Mosq. quod praetuli. cf. ad cap. 2, 2. adn. Adde ex VII, 21, 3. πείθοιτο μὲν ἄν τις.

§. 3. Ὀλκίῳ. Ὄλκιον Mosq. *Olbius* nunc *Tranopotamo* seu *magnus fluvius* vocatur referente Gellio in Narrative of a Iourn. in the Mor. p. 374. Idem in Itinerary of the Morea p. 151. et 154. Olbium seu Aroanium ponit inter Pheneum, Orchomenum et paludem Stymphalidem. adde de hoc fluvio adn. ad §. 4. καταλιπὼν ἔλυτρον Vulgata; correxi cum Schneidero καταλιπὼν τὸ ἔλυτρον.

§. 4. Σταδίοις pro vulgato σταδίους dedi. cf. ad cap. 21, 3. ἐστὶν ἡ πόλις scil. Φενεός. „The *Phonia or Pheneos* of history was evidently placed upon an insulated hill, south east of the modern town, where the ruins of the whole circuit of the wall are visible" Gells Narrative of a Iourn. in the Mor. p. 379 sq. „Kalpaki (Orchomenus) to Phonia 5 h. 32 m. On a rough hill the ruins of Pheneos; after which ascend to the town of Phonia. Phonia to Lykuria (de qua cap. 19, 3.) 2 h. 29 m. Lykuria to Darah or Tara 2 h. 45 m." Idem in Itin. of the Mor. p. 151. 153. 129. Cf. et de situ Phenei cap. 15, 2. Catullus LXVIII, 109. dicit *Pheneum Cylleneum*. Apud Strabonem VIII, 389. Ἐρατοσθένης φησὶ, περὶ Φενεὸν μὲν τὸν Ἀνίαν καλούμενον ποταμὸν λιμνάζειν τὰ πρὸ τῆς πόλεως, καταδύεσθαι δ' εἰς ζέρεθρα. Palmerius in Exerc. p. 418. ait: „Domenicus Niger videtur hunc fluvium *Naniam* vocare ex Eratosthene, ut ait; unde acceperit, nescio." Acceperat ex hoc Strabonis loco; sed equidem vix dubito, quin Ἀνίαν ortum sit ex Ἀροάνιον, quod idem Palmerius iam suspicatus est. v. ibid. p. 314. Müller in Dor. II, 440. distinguendos putat tres fluvios huius nominis, hunc et Olbium dictum, secundum qui cap. 21, 1, tertium qui cap. 24, 2. commemoratur. Ἀθηνᾶς Τριτωνίας. O. Mueller in Gesch. hellen. Staemme vol. I. p. 355. dicit, Minervam hanc a Pheneatis ut maris deam cultam esse; quod an dici possit in homines, οἳ

οὐκ ἴσασι θάλασσαν, (add. Hom. Il. II. 614.) fortasse quispiam dubitet. Cf. etiam adn. ad §. 7. Ἵππειος Vulgata; e Mosq. scripsi Ἵππιος, quae forma mox recurrit, et est cap. 10, 2. VII, 21, 3. ubi cf. adn. et ad I, 30, 4. quanquam auctore Eustathio ad Iliad. p. 301. Ἵππειος vera sit scriptura. ἱδρύσασθαι — εὗρε τὰς ἵππους· Quomodo ex hoc loco Welcker in Zeitschr. für Gesch. u. Ausleg. d. alten Kunst I. p. 131. hoc eruere potuerit: „Εὑρίππα d. i. Artenis Paus. VIII, 14, weil dorten sie die Pferde geschaffen" equidem non assequor. Alia de eadem leguntur ibidem et in Schwenckii Etym. Myth. Andeut. p. 225. Φενεακιῶν pro Φενεατῶν Mosq. τῇ ἠπείρῳ τῆς Ἰθάκης ἀπαντικρὺ Vulg. τῇ Ἰθάκης ἀπ. maluit Sylburgius. ποιμένουσι Mosq.

§. 5. Τὰ μὲν — προςέσται. *In reliquis quidem nos, Pheneatarum narrationem sequentes, probabilia tuebimur.* Formula εἰκὸς προςέσται ἡμῖν ἑπομένοις τῷ λόγῳ similis est illi cap. 12, 4. τοῦ λόγου τὸ εἰκὸς ἕπεται αὐτοῖς. Post λόγῳ virgulam sustulimus. τὸ δὲ — σφισιν. Assentitur Goguetus de l'orig. des loix T. II. p. 428. οὐ γάρ — ἐξυφαίνοντες „On ne savoit pas en effet alors couler les statues en bronze d'un seul jet, de même qu'on fait une robe d'une seule pièce" Clavier, similiterque Quatremère in Iupiter Olymp. p. 145. „on ne savoit pas faire en bronze des statues d'une seule pièce, ou en quelque sorte d'un seul contexte, comme un vêtement": καθάπερ ἐσθῆτα ἐξυφ. *tanquam vestem textura solum conficientes sine opera sutoris ulla*; singulae vestes telae integrae fuerunt. *jedes Gewand machte für sich ein Gewebe.* cf. Salmas. ad Script. Hist. Aug. II. p. 556 sq. εἰπίσταντο Mosq. τρόπον — Διός. cf. III, 17, 6, et de Iovis cognomine Ὑπάτου etiam adn. ad VIII, 2, 1. διέχεαν — Σάμιοι. De iisdem IX, 41, 1. est: Θεόδωρον καὶ Ῥοῖκον Σαμίους εἶναι τοὺς διαχέαντας χαλκὸν πρώτους. Amasaeus h. l. verterat: *aes conflare et cudere docuerunt.* Ῥοῖκός τε Φιαίου καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους Σάμιοι. Vulgata. sed Φιαίου corruptum est. X, 38, 3. legimus Ῥοῖκον Φιλαίου, quod proprius accedit ad scripturam Herodoti III, 60. extr. Ῥοῖκος Φίλεω. Φιλαίου Sylburgius quoque cum Amasaeo h. l. praetulit, et nos Pausaniae restituimus: idem fecit Clavier. Herodotus l. c. postquam narravit, Samios habere templum omnium maximum, quae ipse noverit, addit, huius templi architectum primum *Rhoecum* fuisse Samium, Philae filium. *Theodorus Teleclis* filius et X, 38, 3. et apud Herodotum III, 41. At Diodoro Sic. I, 98. Telecles ac Theodorus Rhoeci sunt filii; Valckenarius autem ad He-

rodoti l. c. ingeniose opinatur, Rhoecum istis in locis Pausaniae memoratum, amicum Theodori, filiis suis indidisse nomina Teleclis et Theodori, atque hos esse Diodoro aliisque memoratos. *Θεοδώρου — ἠγάλλετο.* Hoc sumtum ex Herod. III, 41, ubi est *σφρηγὶς, σμαράγδου λίθου ἐοῦσα.* De hac Polycratis gemma praeter Wesselingium ad Herod. l. d. cf. Winckelmanni Opp. VIII, 209. et 246. Ex hoc Pausaniae et loco Herodoti citato Goguetus de l'orig. des loix T. III. p. 142. Par. 1758. effici putat, ut sexto saeculo fere medio ante Christum Theodorus floruerit, aequalis Polycratis. Eadem autem qua Polycrates aetate Theodorum vixisse, his locis non probatur. Plinius quidem XXXV, 43. (12.) ait: „Sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhoecum et Theodorum tradant, multo ante Bacchiadas Corintho pulsos." Hi vero Corintho eiecti sunt a Cypselo Ol. XXIX, 2. seu 663. a. C. De *Theodoro* cf. etiam Winckelmanni Opp. VIII. p. 333. et Meyeri Hist. art. int. Graec. III, 119. *ἐπ' αὐτῆς — ἠγάλλετο* Vulgata; nos scripsimus *ἐπ' αὐτῇ*, ut Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 5. et Valckenarius ad Herod. III, 41. iam correxerunt.

§. 6. *Ἰόλαον μὲν — Ἕλληνες.* idem est I, 19, 3. *Ἰφικλῆς — ἔθαψαν.* Aliter Diodorus Sic. IV, 33, ubi v. Wessel. *Ἔκτορος* pro *Ἄκτορος* et *Μολίνης* pro *Μολιόνης* Mosq. *καλουμένων — μητέρος* scilicet *Μολιονιδῶν* ut V, 2. extr.

§. 7. *Θεῶν — μάλιστα.* Pariter in vicina urbe Nonacri Mercurius praecipuo gaudebat cultu, qui inde *Νωνακριάτης θεὸς* dicitur Lycophroni 680. *Εὔχειρ·* de arte, in qua excelluit, nomen factum, ut *Chersiphron*, *Cheirisophus*, *Eupalamus.* Quod ad formam attinet, similia vocabula affert Stephanus Byz. v. *Βέχειρ.* Ab hoc autem differt *Εὔχειρος* VI, 4, 2. memoratus, *Corinthius*, quum hic noster *Atheniensis* fuerit. Pater eius *Eubulides* fortasse ille est statuarius, qui commemoratur I, 2, 4. De *Myrtilo* reiicimus ad VI, 20, 8. et ibi adnotata. de *patre Mercurio* Sturz ad Pherec. p. 99. et Intrp. ad Hyg. fab. 84. *ἠπείγετο ὁ Μυρτίλος — τὰς ἵππους·* Scribendum quispiam putet *ἤπειγεν ὁ Μυρτ. — τὰς ἵπ.* quum Phavorinus dicat, *ἐπείγω ἕτερον, ἐπείγομαι δὲ ἀμεταβάτως.* Sed Thucydides etiam VI, 100. dixit: *τὴν περιτείχισιν ἐπειγόμενοι.* In Mosq. est *κατικόντιζεν* et *ἠνιόχειν.* Auctore Euripide in Orest. 993. *Pelops Myrtilum e Geraesto Euboeae promontorio in mare deiecit.* *Φενεᾶται — θάψαι.* Id quomodo Pheneatae potuerint, longius a mari distantes, dicere, equidem non capio. *ψάθαι* pro *θάψαι* Mosq.

§. 8. *Παραπλεῖν* non tantum est *praeternavigare* sed etiam interprete Ammonio v. *πλεῖν ire per locum navigando, τόπον τινὰ διὰ πλοίου διέρχεσθαι·* ergo hic: *non magnam maris partem navi traiecit. τὸ ἐπίνειον τὸ Ἠλ.* est *Cyllene. οὐκ ἂν — τῷ Μυρτώῳ· Myrtoum* mare, illud procellosum, *unde dictum.* Secundum Plinium IV, 11. a parva insula Myrto, Euboeae vicina. Cf. intrp. ad Hor. Od. I, 1. De *insula Helena*, in longum porrecta ad Sunium, et inde Macri seu Macro Nisi dicta cf. I, 35, 1. *εἰρηκένα* Mosq. *Ἐλευσινείας* Mosq. atque ita etiam cap. 15, 1. *τὰ Ἐλευσίνεια δρώμενοι* idem. Scribendum *Νάον* pro *Ναὸν* quod iam Abreschius ad Thuc. 820. add. monuit. *Ναὸν* vulgo.

CAPUT XV.

§. 1. *Ἐλευσινίας.* cf. ad 14, 8. extr. *Πέτρωμα καλούμενοι* ante Facium, qui Sylburgii correctionem *Π. καλούμενον* merito recepit. Hoc *Πέτρωμα* non fuit *liber e duobus lapidibus compositus, sed conditorium librorum ritualium e duobus constans lapidibus apte inter se coagmentatis, et tegminis loco globum cavum impositum habens, qui poterat aperiri seu tolli. λαβόντες* [*τε*] *γράμματα* Clavier scripsit praeter necessitatem, quum abruptior dicendi ratio non sit infrequens in Pausania. Videtur tamen comma post *ἀνοίγουσι* in colon mutandum esse. *γράμματα ἔχοντα ἐς τὴν τελετήν·* haec in Galeni loco, quem Meursius in Eleusiniis cap. 10. profert, dicuntur *μυστηρίων βίβλοι.* Pro vulgato *ἀναγνόντες ἐπήκοον τῶν μυστῶν* dedi *ἐς ἐπήκοον* ut iam Abreschius ad Thuc. p. 536, Schaefer ad L. Bosii Ellips. p. 274. et Facius correxerunt. Sic III, 8, 4. *ἐς ἐπήκοον τῶν ἐφόρων εἰπεῖν.* VIII, 40, 3. *συνέθεντο ἐς ἐπήκοον.* Eodem modo corrigendum putarunt locum IX, 11, 2. Facius et Schaefer, quorum ille etiam Xenoph. Anab. II, 5, 38. III, 3, 1, hic autem Schol. ad Aristoph. Plut. 23. citavit. [*ἐς*] *ἐπήκοον* Clavier scripsit. *ὀμνῦντας* Ald. quod correxit Sylburgius. *ὄμνυμι* cum *Dativo* constructum Aristophanis exemplo confirmat Phavorinus p. 1357, 3. Hoc *ἐπίθημα περιφερὲς ἐπὶ τῷ Πετρώματι globum* fuisse puto *tegminis loco Petromati huic impositum cavumque, et ita factum, ut posset claudi et aperiri.* Nibby vertit: *un compimento rotondo. Cererem Cidariam* quidam (cf. Creuzeri Symb. IV, 297.) cum Gedoyno dictam volunt de *cidari*, quo vocabulo Persae regium capitis insigne vocaverint. Goldhagenus

dubitans an haec cidaris Arcadibus innotuerit, duxit hoc Cereris cognomen a *cidari*, Arcadico saltationis genere apud Athenaeum XIV, 631. d. qui tamen nihil nisi nomen huius saltationis servavit. Sed *κίδαρις* fuit etiam interprete Phavorino *περίθεμα κεφαλῆς εὔκοσμον, δι᾽ οὗ οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιὸν ἐκοσμοῦντο·* apud Hesychium additur *ἢ στρόφιον, ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσιν, ἢ ἐκ τριχῶν ὕφασμα.* Forsan de hac cidari Ceres illa cognominata est. Locum *ῥάβδοις — παίει* cur Schwenkius suspectum dixerit non video. *ῥάβδος* pro *ῥάβδοις* Mosq. *ἐπιχθονίους* Vulgata; Sylburgius vertit: *terrae incolas*, sed Goldhagenus iam vidit hos esse *ἐπιχωρίους*. Nos cum Kuhnio correximus *ὑποχθονίους*, ita Clavier quoque scripsit, et Nibby reddidit: *gl' Iddii Infernali.* Sensus autem est: *pulsans virgis terram vocat Deos inferos;* nam qui inferos cupiebant precibus movere, terram pulsabant manibus, vel ut h. l. virgis. Sic in Homeri Iliad. IX, 567.

πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοία,
κικλήσκουσ᾽ Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν.

λόγος, καὶ πρὶν — πλανωμένην, ὅσοι Φενεατῶν ante Facium, qui cum e Mosq. *ὅσοι δὲ Φεν.* recepisset, post *πλανωμένην* maiorem posuit distinctionem. Quae lectio si esset vera, statuendum esset, aliquid excidisse. Quare ad Vulgatam redeundum, sed cum Corayo verba *καὶ πρὶν — πλανωμένην* parentheseos signis includenda putavimus. *καὶ — γάρ καί etenim et.* Corayus vertit: „les Phénéates disent que Ceres (car Ceres, avant même l'arrivée de Naiis, étoit venue chez eux dans le cours de ses voyages) donna à tous ceux des Phénéates, qui l'avoient reçue, etc.“ Sylburgius existimabat, coniunctionem *τε* melius post *ὅσοι* locari. Cum his *τούτοις τὰ — λόγος* cf. I, 37, 3. De istiusmodi *ἱεροῖς λόγοις* optime exposuit Lobeckius de mysterior. graec. argument. Diss. I. p. 9. II. p. 4. 5. III. p. 4. 7. *Τρισαύλης* vulgo, quod nomen Schwenckius in Etym. Mythol. Andeut. p. 113. bene interpretatur *ter sulcatum*, ducens ab *αὐλὸς, αὖλαξ*, quae communem habent origininem. Kuhnius corrigebat *Δυσαύλης* assentiente Facio, quod hic homo in Cereris historia satis notus sit. vide I, 14, 2. II, 12, 5. 14, 2. sed hic Eleusinius fuit. Schwenckius l. c. nomen *Δυσαύλης* depravatum existimans in *Διςαύλης* mutandum censet, ut sit *bis aratus.* sed cf. adn. ad II, 14, 2. *Δαμιθάλης* vulgo; Kuhnius et Schwenckius l. c. malebant *Δαμοθάλης. ἐποιήσαντο μὲν Δήμητρος ναὸν (θέσθαι δὲ ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κυλλήνῃ) κατεστήσαντο δὲ κ. τ. λ.* Vulgata, quae tamen parentheseos signis caret a Facio adhibitis, et post *Κυλλήνῃ* maio-

rem habet distinctionem. Sed Wyttenbachius ad Plut. Moral. T. II. p. 876 sq. iam monuit, *θέσθαι δὲ* ex vera scriptura *Θεσμίας* depravatum esse, et sententiam et litterarum vestigia clamare; in quam sententiam Porsonus ac Clavier iverunt: itaque scribendum erit: *Δήμητρος ναὸν Θεσμίας ὑπὸ — Κυλλήνῃ, κατεστήσαντο δέ.* quod eo etiam confirmatur, quod continuo sequitur *ὁ δὲ ναὸς οὗτος τῆς Θεσμίας.*

§. 2. et 3. Guil. Gellius quum reliquisset Phoniam (Pheneum), invenit „the same river or Tranopotamo (Aroanium), and a spot excellently marked by Pausanias as the temple of the Pythian Apollo" Narrative of a Iourney in the Morea p. 379. De *hoc templo* non satis accurate scripsit O. Müller in Dor. I, 200. *Ἐς δὲ Πελλήνην κ. τ. λ.* Huc pertinet locus Stephani Byz. *Φενεός. — Ἔστι δ' ἡ πόλις τῆς Ἀζανίας. Ὁμορεῖ δ' ἐκ τῶν πρὸς βορᾶν μερῶν τῇ Κλιτορίᾳ, ἐν δὲ τῷ πρὸς ἄρκτους Αἰγείροις καὶ Πελλήνῃ ταῖς Ἀχαϊκαῖς πόλεσι. Κεῖται δὲ ὑπὲρ τὸ ὄρος τὴν Κυλλήνην.* Phavorinus, qui ante oculos habuit Stephanum, scripsit *ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Κυλ.* Ante Facium legebatur *προςεληλυθότι.* Hic se cum Amasaeo *προεληλυθότι* scripsisse ait; idem iam Sylburgius voluerat. Eadem confusio notata est cap. 8, 2. *Ἀπόμωνος* pro *Ἀπόλλωνος* Mosq. *σὺν* ante *Ἡρακλεῖ* an ferendum? *ἧ* pro *ἡ* Mosq. *καὶ τὸν* pro *τὸν δὲ* post *τὸν μέν.* Similia exempla afferuntur in Vigero p. 537. *νησσὶν* ionica forma; cf. 8, 3. Post *τούτων μὲν — ἀγῶνι* omissa est orationis pars, in qua esse debebat *δέ.* Hic *Chalcodon* in bello Euboeensium et Thebanorum *ab Amphitryone Thebanorum socio interfectus est*, eiusque sepulcrum fuit in Boeotia. vide IX, 19, 3. *μαρτυρεῖται καὶ πιστεύειν ἄξιά ἐστιν ἐν Θήβαις* Vulgata, quam nolim a me relictam esse; inserui enim *τὰ* ante *ἐν Θήβαις·* idem fecit mecum Clavier, sed sine idonea causa; sensus est: *testimonio comprobatur hoc et fide digna monumenta huius rei sunt in agro Thebano. μαρτυρεῖσθαι, passive*, ut apud Athen. I, 25, e. *ἐν Θήβαις* non est *Thebis*, sed *prope Thebas seu in agro Thebano.* cf. IX, 19, 3. *ᾤκησεν — Κύπρῳ πάλιν — ἐκβαλόντες* Mosq. Corayus malebat *οἰκείας* quam *οἰκίας.* Cf. adnot. ad 51, 2. Pro vulgato *τῆς στρατιᾶς* Facius reposuit *τῆς στρατείας*, quod Sylburgius iam voluit.

§. 4. De *Pellene et Aegira Pheneatarum agro finitimis;* cf. §. 2. et adn. adde cap. 17, 4. *ἀλλὰ πρὸς μὲν — Πορίνας* Sylburgius vertit: *ad Pellenen terminus est is qui Porinas appellatur*, et adnotavit: „pro vulgato *Κυλλήνην* rectius forsan legemus *Πελλήνην*, quum Cyllene non sit Achaiae sed

Arcadiae. Confirmant quae leguntur §. 2. init. et cap. 17, 4." confirmant etiam quae ad §. 2. e Stephano Byz. attulimus. Probarunt hanc emendationem Facius, Müller in Doriens. II, 440. (qui deinde *Porinam* suspicatur esse fauces *Schlucht)* Clavier et Goldhageuus. His duobus interpretibus et Amasaeo *Porinas* est fluvius. Eius quantum sciam nulla apud alios mentio exstat. *τὸ ἐπ' Ἄρτεμιν, quod ad Dianam pertinet* (Müller in Doriens. II, 440. suspicatur *τὸ Νωνακρῖνον*, citans Munker. ad Hyg. F. 177.) videtur esse quod VII, 26, 4. *τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγροτέρας* dictum est, et significari *area Dianae consecrata Venatrici.* Pro *ἐπ'* est *ἀπ'* in Mosq. *προΐξεις* vulgo. Melius esse *προήξεις* vel *προΐξῃ* Sylburgius iam animadvertit, quorum prius etiam in codd. 1410. 1411. repertum nobiscum recepit Clavier. *τῆς ἐπὶ τὸ κ. τ. λ.* Cum his cf. VII, 25, 7. In *Πυρωνίᾳ* ignis esse significationem, patet e proximis *παρὰ τῆς θεοῦ — Λερναῖα.* De his mysteriis, quae Cereri agebantur, cf. II, 36, 7. *Ἀργεῖον — Λερνέα* Mosq.

CAPUT XVI.

De his, quae nunc sequuntur, cf. ad cap. 22, 1. adnotata.

§. 1. *Γερόντειον* mons Pheneatarum et Stymphaliorum. cf. cap. 22, 1. *καὶ κατὰ — τὸ Γερόντειον* omisit Mosq. Ex his *τοῦ Γεροντείου — καλούμενα* videtur aliquid excidisse; ut antea Pheneatarum et Stymphaliorum ita nunc Pheneatarum et alius populi fines videntur esse indicati. In Reichardi tabula *Tricarena* (leg. *Tricrena)* sunt ultra Parrhasium montem, et Cyllenae versus occasum opposita. Insula huius nominis fuit II, 34, 8. H. l. est *mons*, quod docet §. 2. init. itaque Müller in Doriens. II, 438. non male emendat: *ὄρος Φενεατῶν ἐστι Τρίκρηνα καλούμενον.* Pro *ἐνταῦθα λοῦσαι* in Mosq. est *ἐν ταύταις λοῦσαι*, quod cum Clavierio recepi et repertum est praeterea in codd. 1410. 1411.

§. 2. An huius montis, *Sepiae*, nomen ducitur a *sepibus*, quae ibi latebant, quarum una Aepytum occidit? vide cap. 4, 4. *Σήπεια* locus quoque fuit prope Tirynthem apud Herod. VI, 77. *νειφομένου* Mosq. *ἀπολειφθέντες* vulgo. Amasaeus autem legit *ἀποληφθέντες*· idem dedit Clavier, atque nos sequuti sumus. *κρυοῦς* Mosq. *τὸν δὲ τοῦ — θαῦμα.* Ex Homeri Iliad. II, 604. *Αἰπύτιος τύμβος* notus est; de eodem accipitur illud Theocriti I, 125. *αἰπὺ σᾶμα Λυκαονίδαο, τὸ*

καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν. De *Aepyti sepulcro* G. Gellius, qui id inter lacum Stymphalium et Agios Giorgios positum ab illo lacu unius horae et tertiae partis spatio removet, in Itinerary of the Morea p. 168. ita: „A large tumulus, surrounded and sustained by a circular wall of rough stones. This has been anciently cut through, from motives of curiosity, and may possibly be the tomb of Aepytus, agreeing exactly with the description of it by Pausanias.“ Similia idem tradidit in Narrative of a Iourn. in the Morea p. 384 sq. adde Wolfii Analecta litterar. I. p. 151, ubi affertur quod idem in Argolide retulit de illo sepulcro. *ἴδεν* Vulgo: recepi e Mosq. *εἶδεν*, quod Sylburgius quoque cum Porsono voluit. cf. cap. 4, 4. 17, 3. 21, 1. idem error deprehenditur IX, 18, 3. *εἰκώτως* Mosq. *χρόνον* pro *χορὸν* Mosq. Ald. *χορῷ Δαιδάλου ποιηθέντι* Vulgata. Clavier scripsit: *χορῷ* [*ὑπὸ*] *Δαιδάλου ποιηθ.* Sed cf. adn. ad. VI, 8, 2.

§. 3. *Τε* inter *τοῦ* et *ἐν* Mosq. omisit. *Ἁλικαρνασσῶν* vulgo; dedi cum Porsono *Ἁλικαρνασσέων*. Cf. Steph. Byz. *παρά σφισιν* Facius et Clavier. *Μαυσωλεῖα* vulgo; scripsi *Μαυσώλεια*, nam nomen, unde hoc fluxit, est non *Μαυσωλὸς* sed *Μαύσωλος*. cf. Phavor. p. 83, 6. Herodian. in Hermanni libro de emend. gr. gr. rat. p. 308. et Schol. ad Lucian. Conviv. §. 24. *Ἑβραίοις δὲ κ. τ. λ.* Haec *Helena*, aequalis Imperatoris romani Claudii, soror uxorque fuit Adiabenorum regis Monobazi, et ad sacra Iudaeorum transiit cum filio Izata. Quum Izata Adiabenorum rex factus mortuus esset et paulo post mater quoque Helena, alter Helenae filius Monobazus, qui fratri in regno successit *τά τε ἐκείνης ὀστᾶ καὶ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ πέμψας εἰς Ἱεροσόλυμα* (ubi mater aliquamdiu vixerat) *θάψαι προςέταξεν ἐν ταῖς πυραμίσιν, ἃς ἡ μήτηρ κατεσκευάκει τρεῖς τὸν ἀριθμὸν, τρία στάδια τῆς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως ἀπεχούσας* narrante Iosepho Antiq. Iudaic. XX, 2. *τὴν θύραν* omisit Mosq. qui deinde *λιθήνην* habet. *ἐσανοίγεσθαι* Vulgata. Facio et Schneidero (in Lex. graec.) rectius videbatur *ἐπανοίγεσθαι*· sed Clavier dedit *δὲ ἀνοίγεσθαι*· quod turbat orationis nexum: recte igitur Corayus *δὲ* remotum voluit; hoc vero nos sequuti sumus iudicium. Clavier in Supplem. suspicabatur *μὴ πρότερόν ἐστιν ἀνοίγεσθαι* legendum esse, constructionis rationem non videns. *ἀπαγάγῃ* — *κατάξειν* Mosq. *δι' ὀλίγης exiguo tempore interiecto.*

CAPUT XVII.

§. 1. Ὄρος — θεῷ. Vulgata *ἀπὸ Κυλλήνου* nihil est nisi mera coniectura, quam pro Aldina lectione *Κυλλήνου* Camerarius, Hartungus et Xylander posuerunt; sed verius esse *Κυλλῆνος* iam Sylburgius animadvertit, quod bis legitur cap. 4, 3. Itaque hoc reposui; idem fecit Clavier, qui hoc reperit in codd. 1410. 1411. neque *Κύλληνος* Apollonii I, 1126. huius loci est. Strabo VIII, 388. (316.) refert, aliis huius montis perpendiculum XX, aliis XV stadiorum esse. Quanam autem mensura usum dicamus Apollodorum apud Stephanum Byz. et Eustathium, cui hic mons dicitur esse *σταδίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα*. Ibidem montis nomen ducitur a Cyllene vel Naiade vel heroina: nunc vocatur *Zyria*, teste Gellio in Iourn. of the Morea p. 168. Ad radices huius montis est pagus *Kionia*, qui vicinus Stymphali urbis ruinis situs est ad septentrionalem lacus Stymphalii oram. Cf. ad 18, 3.

§. 2. De *generibus lignorum, ex quibus simulacra fecerint.* cf. Praefatio vol. I. p. XLIII. Winckelmanni Opp. VIII, 127. Martinii Exc. ad Ernestii Archaeol. p. 190 sqq. De *cedro* dicebamus ad V, 17, 2. *τὰ δρύϊνα querna* scil. ligna (ξύλα)· pluralis *αἱ κέδροι* et *τὰ δρύϊνα* videtur varias et cedrorum et querni ligni formas significare. Sed Schneider *τὰ δρύϊνα* corruptum putans in eius locum *ὀστρύαι* substitui volebat, et citabat Theophrasti Hist. Plant. III, 10. *Smilacem taxum* esse Facius dixit: taxum a Graecis *smilacem* vocari legimus apud Plinium H. N. XVI, 20. p. 96 Bip. Goldhagenus Matthiolum ad Dioscor. I, 121. sequutus putat hic quercum fagineam Arcadiae (eine Art Eckerbaum) intelligi non diversam a subere quercu cap. 12, 1. Hic *λωτὸς* est *celtis australis*, cuius ligno colos niger. v. Plinii XIII, 32. p. 381. *θύον*. „thyon graece vocatur *citrus*, ab aliis thya." Plinius XIII. p. 382. qui addit: Theophrastum memoratas ex hac arbore referre templorum veterum contignationes, quandamque immortalitatem materiae contra vitia omnia incorruptae. *Cupressoides Thuia, Cypressenartiger Lebensbaum.* v. Billerbeckii Flor. Classic. p. 234.

§. 3. *Κόσσυφοι* in Cyllene erant *ᾠδικοί*, ut patet ex opposito, et *ὁλόλευκοι*, quorum utrumque his verbis confirmat Stephanus Byz.: *ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοττύφους λευκοὺς γίγνεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμῇ, καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι.* quod repetivit Phavorinus. De *colore* eorum Facius

citavit Aristot. de mirab. ausc. c. 14. ὁλόλευκοι abest a Mosq. οἱ δὲ ὑπὸ κ. τ. λ. Aliud ergo genus apud *Comicos* (κωμῳδοὺς), veluti in Aristoph. Av. 1081. et Nicostrati seu Philetaeri Antyllo apud Athen. II, 65, ubi κόψιχοι vocantur. *Boeckhius* autem in indice lectionum semestris hiberni 1822. 1823. pravissimam esse ait lectionem κομῳδῶν, pro qua certe κωμικῶν exspectares; (quanquam et in Anon. gr. vita Sophoclis κομῳδοὶ sunt κομῳδοποιηταὶ atque in Polluc. IV, 173.) sed Buttmannum coll. IX, 22, 4. certissime corrigere: ὑπὸ Βοιωτῶν. Forsan in κωμῳδῶν latet Κωμητῶν i. e. incolarum τῆς τετρακωμίας περὶ Τάναγραν Ἐλεῶνος, Ἅρματος, Μυκαλησσοῦ, Φηρῶν (Strab. IX, 405. seu 418.). sed in hac ipsa Boeotiae regione erant οἱ κόσσυφοι teste Pausania IX, 22, 4. Deinde eiusdem huius regionis incolae videntur esse qui apud Strab. IX, 404. (401.) κωμῆται vocantur. Itaque nescio an scriptum fuerit ὑπὸ τῶν περὶ Τάναγραν κωμητῶν. Caeterum cf. Schneid. Lex. gr. v. κόσσυφ. Mox εἰκότας κύκνῳ Vulgata; ἐοικότα κύκλῳ Mosq. hinc corrigimus ἐοικότας κύκνῳ· sic II, 7, 3. ἐοικότι τρόπῳ ubi v. adn. VIII, 21, 1. φθέγγεσθαι κίχλῃ ἐοικός. cap. 38, 3. ἀχλὺς ἐοικυῖα ὁμίχλῃ. add. c. 18, 1. De his περὶ λίμνην καλουμένην Ταντάλου reiicimus ad V, 13, 4. ἃ pro ἃς Mosq. λαγὼ vulgo; Sylburgius recte maluit λαγῷ. In Mosq. est Λιβυκώ. *Cervae albae*; cf. Aristot. περὶ χρωμάτων cap. 6. p. 252. 1. 2. 3. Gesneri Hist. Animal. οὖσα ἡ νησιώτιδ' Mosq. ἡμῶν λελέχθω Vulgata. Clavier nobiscum scripsit ἡμῖν, quod Sylburgius iam voluit, et in codd. 1410. 1411. repertum est.

§. 4. Χελυδωρέα ante Facium, qui se ait e Mosq. o reposuisse pro ω. Sed iam Sylburgius adnotaverat: „existimo rectius legi Χελυδόρεα. neutro enim plurali hunc montem appellari, patet e proximis, et o requirit etymologia, παρὰ τὴν τῆς χέλυος ἐκδοράν.“ quae observatio in Kuhnii Faciique edd. perperam tribuitur Kuhnio. Facius et Clavier scripserunt Χελυδορέα, nobis ut Sylburgio est proparoxytonon.

§. 5. Ἰόντι ἐπὶ τὴν ἑσπέρας Mosq. forsan pro ἰόντι τὴν ἐπὶ ἑσπ. Est autem hoc ἰόντι — ἄγει — Νώνακριν dictum pro ἰόντι — ἐστὶν ἡ μὲν — ἄγουσα — ἡ δὲ ἐν δεξιᾷ. Simili modo loquitur cap. 13, 3. ἰόντι ἐξ Ὀρχομενοῦ καὶ σταδίους προελθόντι ὅσον τρεῖς ἡ εὐθεῖα ἐπὶ Καφυὰν ἄγει. et cap. 3, 2. ἀναριθμουμένῳ ἐς τὸ ἀκριβέστατον οὐδένες πρότερον ἀφίκοντο ἐς τὴν ἀλλοδαπήν pro εἰσὶν ἀφικόμενοι Virgilius quoque Aen. VIII, 212. ausus est dicere: *Quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.* His ἐπὶ ἑσπέρας καὶ ἡλίου δυσμῶν similia sunt illa Herodoti II, 31. ἀπὸ ἑσπέρης τε καὶ ἡλίου δυσμέων. III,

98. πρὸς ἠῶ καὶ ἡλίου ἀνατολάς (cap. 99. simpliciter πρὸς ἠῶ). Dionysii Perieg. 437. πρὸς ἀντολίην τε καὶ ἠῶ. Dicaearchi T. II. Geogr. min. p. 29. πρός τε ζέφυρον καὶ ἡλίου δύσιν. et Scymni Chii 519: Ἀχαιοὶ τοὺς πρὸς ἑσπέραν πόρους καὶ ζέφυρον· τὸ πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ νότον κλίμα Λάκωνες κατέχουσι. Quae videntur comparanda esse cum Homericis πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, ergo cum prisca loquendi ratione. Deinde ubi scriptor mutavit orationem ἐν δεξιᾷ δὲ, Porsonus corrigendum censuit ἡ ἐν δεξιᾷ δέ. In Mosq. est ἀρχαῖον ἦν ὁ Νώνακρις, et in Aldina ἀρχαιὸν ὀνώνακρις. Sed o saepius videtur nominibus propriis perperam praefixum esse. cf. adn. ad 5, 5. adde: Oligyrtos et Ligyrtos e Polybio apud Dodwellium II, 2, 317. Urbem *Nonacrin*, Stygis aqua celebratam, Pheneo vicinam fuisse, patet e cap. 19, 2, ubi est τὸ πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν, et e cap. 18, 2. ubi rursus est τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον. Adde illud Herodoti VI, 74: ἡ δὲ Νώνακρις — πόλις ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίης πρὸς Φενεῷ. et Aeliani H. A. X, 40. Δήμητηρ τὸ ὕδωρ ἀνῆκε τοῦτο πλησίον Φενεοῦ. „Klouchines consisting of several villages, near one of which is the *Styx in mount Chelmos*" Gellii Itinerary of the Morea p. 21. Λυκ. γυναικὸς Amas. reddidit: *Lycaonis filia.*

CAPUT XVIII.

§. 1. Locus *Hesiodi de Styge* est in Theog. 383, conferendus cum 775, ubi Hermannus *Stygis Pallantisque* nomina interpretatur *Riguam* (nomen ducens a στύειν) et *Rotulum* in Dissert. de mythologia Graecor. antiquissima p. XVI. πεποίηκεν pro vulgato ἐποίησεν e Mosq. Mox pro Activi Perfecto sequitur Passivi. Verba Ἡσιόδου γὰρ — νομίζουσι parentheseos signa postulant. De *Theogoniae Hesiodo attributae* auctore incertus cum aliis, qui memorantur IX, 31, 4. p. 771, fuit Pausanias. vide IX, 35, 1. p. 781. 27, 2. p. 762, et adde adnotata ad I, 24, 7. Αἶνον Mosq. Πεῖρας Francof. sed Sylburgius correxit. Ἥρας — ὅρκῳ· Iliad. XV, 36. ὅρκων Mosq. Ἴστω δὲ νῦν Mosq. Ald. Francof. γαῖα καὶ οὐρανὸς Vulgata. ἰδὼν ἐς τὸ ὕδωρ. Facio male intrusum videbatur ἐς et delendum; cui auctoritati paruit Clavier. Nonne vero comparanda illa sunt ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον, vel ἐς πατέρ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδών? Homer. Iliad. II, 271. Odyss. XVI, 477. non enim est: *qui vidit*, sed *qui oculos convertit in*, seu *oculis conversis*

in. Alibi est ὁρᾶν seu ἐνορᾶν ἐς τινά. Homeri locus ἐν καταλόγῳ est v. 751. Ante Facium fuit *Τιταρησίων*, in Mosq. *Τιπαρησίων*. Sylburgius correxit. ἐποίησε δὲ καὶ Iliad. VIII, 366. Pro τόδε in Wolfii Homero est τάδε. In Vulgata est *Πυλάρταο*.

§. 2. De *Stygis aqua* cf. Herod. VI, 74. Strabo VIII. extr. Eustathius ad Iliad. II, 755. Aelian H. A. X, 40. Iustin. Hist. Phil. XII, 14. Vitruv. VIII, 3. Plin. II, 103. ἐμπίπτει vulgo, ἐπιπίπτει e Mosq. recepi. ἄλλος μέν γε ante Facium, qui ex Amasaeo et Stephano Nigro reposuit ὕαλος μέν γε. quam emendationem lectio codicis Mosq. ἄλος confirmat. atque in codd. 1410. 1411. legitur ὕαλος teste Clavierio. Sylburgius corrigebat ἄλλως. μοῤῥία vulgo; μόῤῥια Mosq. Camerarius malebat μυῤῥία, Kuhnius μούῤῥινα, Salmasius in Exerc. Plin. p. 203. 204. μόῤῥα. In Museo der Alterthumswissensch. vol. 2. part. 3. proponitur sententia, barbarum quidem esse nomen videri, graece autem scribi μόῤῥια, μοῤῥίνη (μοῤῥίνα in Schneid. Lex.) seu μουῤῥίνη, latine *murra*, *murrina*; in hoc autem Pausaniae loco murrina vasis accenseri e lapide factis, et recte, nam κεράμεα esse vasa figulina, quibus μόῤῥια inseri non magis queant quam vitrea, quum verisimile sit (etiam Salmasio iudice), μόῤῥια esse *vasa terrae porcellanae*, quae oriens Romam miserit. sed cf. Wolfius ad Suet. Octav. 71. μόῤῥια videtur esse neutrum Pluralis, ut *murrhina* apud Plinium, qui XXXVII, 8. hoc habet: „Oriens murrhina mittit. Inveniuntur ibi in pluribus locis Parthici regni, praecipue tamen in Carmania.“ κεράμεα, ὁ παντοδαπὸς κέραμος, interprete Phavorino, itaque non puto κεράμια corrigendum esse. ὀστέϊα Mosq. Hoc ἤλεκτρον est metallum, de quo cf. V, 12, 6. καθαρεύειν γε τὸν χρυσὸν ὑπὸ τοῦ ἰοῦ omnes usque ad Facium, quanquam Sylburgius iam pronunciaverat, rectius esse ἀπὸ quam ὑπό. Eodem modo iudicavit Boeckhius ad Pindari Schol. p. 368. quod iudicium confirmat codex Phralitae ἀπὸ τοῦ ἰοῦ exhibens; atque ita nobiscum scripsit Clavier. Similiter loquitur Pausanias X, 17, 7. καθαρεύει ἀπὸ φαρμάκων ἡ νῆσος· et Plato in Phaedone p. 67. (152. Bip.) καθαρεύωμεν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Quod sequitur, ἥ τε — *Λεσβία*, pertinet ad fragmentum Sapphus LVIII. ed. Volg. p. 116 sq. in Scholiis ad Pind. Pyth. IV, 407. servatum; de quo Blomfieldii hoc iudicium „fragmentum de auro apud Brunckium p. 57. Pindaro sine dubio assignandum est. v. Valcken. ad Ammon. p. 102, Toup ad Suid. T. I. p. 422, Schneider ad Pind. fragm. incerta p. 93.

CXVII." e Museo Crit. Cantabr. T. I. p. 31. Friedemanni amicitia mecum communicavit. Sed scholiastae Pindarici testimonium Pausaniae tuetur auctoritas. ποιήτρια Mosq. καὶ δὴ — δὲ οἶδα. Iustinus XII, 14. de veneno Alexandro magno Babylone dato ita: „cuius veneni tanta vis fuit, ut non aere, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi ungula equi potuerit." Plutarchus in v. Alex. 77. et Plinius XXX, 16. (53.) *asininas*, Curtius X, 10. *iumenti ungulas*, ponunt, eandem de Alexandri M. morte famam referentes, Aelianus autem H. A. X, 40. *asini cornu Scythici.* ἐμβληθέντα Mosq.

§. 3. Ὄρη Ἀροάνια non aliis memorata snnt. Gellius tamen in Itiner. of the Morea p. 130. dicit ad sinistram viae a Lycouria versus Katzanes se vidisse post duarum fere horarum iter montem, quem non nominat, de quo addit: „high up is a cave. There is a story of the daughters of Proetus, which may apply to this spot." Fortasse ἃς Μελάμπους deleto articulo legendum est. ὄρους τοῦ Ἀροανίων vulgo; Sylburgius malebat ὄρους τῶν Ἀρ. recte; sic cap. 17, 4. ὄρος Χελυδόρεα et ὄρος τῶν Χελυδορέων. Urbs Arcadiae Λουσοὶ etiam apud Stephanum Byz. quo narrante ibi Melampus ἔλουσε τὰς Προίτου θυγατέρας καὶ ἔπαυσε τῆς μανίας. Apud Callimachum h. in Dian. 235. et scholiasten est τὰ Λοῦσσα, et apud Polybium IV, 18. IX, 34. Λούσων et Λούσοις. Vicinam tamen hanc urbem Stygis aquae fuisse, ex epigrammate in Aelian. N. A. X, 40. intelligitur, ubi haec aqua Στυγὸς Λουσηΐδος ῥεῦμα vocatur. ἠκέσατο hic cum Genitivo τῆς μανίας, quia est: *sanando liberavit insania.* ἀκέσατο Mosq. De Diana Ἡμερησίᾳ cf. Spanh. ad Callim. h. in Dian. 236, qui tamen ut C. Rhodiginus Lect. XVII, 4. in Pausania legit Ἡμεράσιαν, et, nisi fallor, recte; namque in Arcadica dialecto η fere transiisse videtur in α cf. cap. 23, 3. Fortasse e Mosquensi lectione Ἡμεροσίαν idem eruendum est. Hoc autem Dianae ἱερὸν videtur esse idem, quod Polybius IV, 18. IX, 34. ponit inter Cleitorem et Cynaetham. Caeterum de Proeti filiabus a Melampode sanatis cf. Pherecydes in Sch. ad Hom. Od. XV, 225. et Sturz ad Fragm. p. 132 sq.

CAPUT XIX.

§. 1. *Κυναιθαεῖς.* Horum urbs Κύναιθα vel Κυναίθεια apud Stephanum, qui nomen a *Cynaetho*, Lycaonis filio, Berkel autem a venationibus et canibus, quibus incolae ope-

ram dederint, ductum vult iis, quae Tzetzes ad Lycophronem T. II. p. 580 Müll. de Iove *Κυναιθεῖ* adnotavit, commotus. Doctiora quaesivit Schwenckius in Etym. Myth. Andeut. p. 42. Iudice Dodwellio aliqua causa est suspicandi, *Kalabrytam* sitam esse in Cynaethae solo. v. eius Itiner. II, 2, 340. Sickl. In Gellii Itin. of the Morea p. 131. „Katzanes or Klitor to Kalavrita 4 h. 20 m." et quarta pars horae est inter Kalavritam et „a kastro which may have been the ancient Cynethae." *οἳ καὶ — χειρί.* cf. V, 22, 1. *οὗτοι — οἰκοῦσι.* Deest locus, a quo distent. Amasaeus addit *a Dianae templo*, quod cap. 18. extr. memoratum est: consentit cum eo Dodwellius II, 2, 339. Equidem malim dicere, *a Nonacri*, unde §. 3. cap. 18. perrexit; nam Lusi, ubi illud Dianae templum stetit, in finibus fuerunt Clitoriorum; ad hos vero postea demum huius capitis §. 3. scriptor descendet; nunc autem persequitur dextram a Pheneo viam ad Nonacrin et ad ulteriora. vide cap. 17, 5. Idem Amasaeus *μᾶλλον* reddidit ferme, quasi legisset *μάλιστα.* sed iungendum cum *ἀπωτ.* videtur et sensus esse: *XL stadiis longius distant a Nonacri quam Aroania;* in quibus quae spelunca fuit, ansam praebuit intexendi, quae 18, 3. de Lusis et Dianae Himerasiae templo leguntur. *λιπάδα ἠλιμμένοι* Vulgata. Sylburgii acumen vidit, corrigendum esse *λίπα ἀληλιμμένοι·* quod ille ita defendit: „*λιπὰς* non invenitur, et *ἠλιμμένοι* non amittit ε nisi in attico reduplicatione (quanquam in Matthiaei Gram. §. 168, 2. est *ἤλιμμαι*). Loquendi genus quod repono, exstat etiam apud Thucydidem, Theophrastum, Aelianum ipsumque etiam Lucianum." Quam emendationem a nobis receptam praeter Facium probarunt Valckenarius, Corayus (qui eam dicit *indubitable)*, Fischer ad Weller. II. p. 309, qui ex Pausania ipso citavit *ἀληλιμμένῳ* VI, 14, 2. et *ἐπαλήλιπται* VIII, 39. extr. adde a nobis adnotata ad I, 15. extr. *λίπα ἠλείψαντο* inprimis e Thucyd. I, 6. notum est, de quo loco dicebamus in Not. ad Hellen. p. 80. *ποιήσει* pro *ποιήσῃ* Mosq.

§. 2. *Ἀπὸ — ἀπωτέρω.* cf. ad VII, 27, 4. *ἄστεος* Mosq. *ὑπὸ κυνὸς κατάσχετος λύσσῃ* Vulgata. *κατέσχετο* Mosq. *κατασχεθέντος* Kuhnius, *καταδηχθεὶς* Clavier coniiciebat legendum esse. Nos correximus *κατασχέτου*, et nunc videmus idem in mentem venisse Porsono et Corayo, qui vertit: „tout homme qui, mordu par un chien enragé, est en péril d'avoir la rage, soit à cause d'un ulcère fait par la morsure, ou autrement, se guérit."

§. 3. *Λείπεται — ἀριστερᾷ.* De his duabus viis, qua-

rum altera ἐς Κλείτορα, altera ἐπὶ Νώνακριν ducebat, cf. cap. 17, 5. Hanc posteriorem sequutus est scriptor ab eo inde loco usque ad cap. 19, 2. extr. Nunc ingreditur illam alteram. τὰ ἐν ἀριστερᾷ pro ἡ ἐν ἀριστερᾷ. Hoc τοῦ Ἡρακλέους τὸ ἔργον declaratum est superioribus cap. 14, 2. 3. *Lycuriae* locum occupavisse pagum *Lycurio* putat Dodwellius II, 2, 332. „Khan of Tara or Darah to Lycurio 2 h. 45 m. Lycurio to Katzanes or Klitor 3 h. 43 m." Gellii Itin. of the Morea p. 129 sq.

CAPUT XX.

§. 1. Προελθόντων — ἀφίξῃ Vulgata. Sylburgius emendandum putabat: Προελθὼν casu nominativo, quum id melius quadraret ad ἀφίξῃ. neque aliter, ut in hoc libro maneamus, Pausanias loquitur cap. 23, 6. 26, 2. 4. 35, 3. Sed sine codicum auctoritate refingere, quod fortasse imprudenti scriptori excidit, religioni mihi fuit, praesertim quum similis anomaliae exempla in Nostri reperiantur commentariis. cf. adn. ad III, 21, 5. Eiusdem fere generis loquendi modus est, de quo dicebamus ad VIII, 17, 5. ἤκουσα δὲ — πηγάς. „Zwey Stunden vom See Pheneos stiessen wir auf ein *Kephalo Brusi* oder *eine reichliche Wasserquelle*, die sogleich einen reissenden Fluss, den Ladon, bildet. Die Quelle ist der Ausfluss des unterirdischen Gewaessers des Aroanius und des Sees Pheneos." Dodwellius II, 2, 333. Sickl. Gellius in Itin. of the Morea p. 129, Ladonis fontem *(fine source of Ladon)* ponit inter Darah et Lycurio, ab hoc posteriore loco eum unius paene horae spatio removens (57 minutes), et p. 130. commemorat *great source of the Ladon* inter Lycuriam et Clitorem *(51 minutes from Lycuria)*. Φεατικῇ pro Φενεατικῇ et ποιεῖτο pro ποιεῖ τῷ Mosq. Cum istis ὡς τὸ — ὄρεσιν cf. cap. 14. ὁ δὲ — κάλλιστον. cf. cap. 25. extr. διὰ ante τὰ ᾀδόμενα omisit Mosq. In eodem scriptum est Λάδονος atque etiam postea, ubi Genitivus recurrit; sed perperam. Cf. omn. Bekkeri Anecd. p. 1393.

§. 2. Τοῦ λόγου κ. τ. λ. id est: Τὰ μὲν τοῦ λόγου τοῦ ἐς Δάφνην ἔχοντος τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ Ὀρόντῃ τῷ ποταμῷ Συρίας παρίημι. Sic I, 2, 4. ἐς ὃν Κῴοις ὁ μῦθος ἔχει. ubi v. adn. Porsonus malebat Συρίοις quam Συρίας scribi. Auctore Cyrillo seu Philopono esset hic Δαφνὴν scribendum. *Daphne*, urbs Syriae, cum fano Apollinis ac Dianae prope fluvium

Orontem commemoratur apud Strabonem XVI, 750. In Philostrati vita Apollonii I, 12. (16.) est: ᾧ (Apollini Daphnaeo apud Antiochenses) περιάπτουσιν Ἀσσύριοι τὸν μῦθον τὸν Ἀρκάδα scil. de *Daphne*. cf. ad I. Capitol. Antonin. Phil. anim. Casaub. p. 141. περίημι Mosq. δυναστεύοντι idem. ἔτρεφεν — Ἀλφειῷ. cf. I, 37, 2. VIII, 41, 3. ταύτην — γυναικείαν. cf. I, 19, 1. τε inter τοῖς et ἀκοντίοις inserui cum Mosq.

CAPUT XXI.

§. 1. *Τοῦ — πόλις* Dodwellius II, 2, 333. male putavit pugnare cum cap. 25, 2. τῷ *Λάδωνι* ἄρχεται τὸ ὕδωρ ἐν πηγαῖς τῆς *Κλειτορίας*, quibus non, quod ille vult, significatur, esse prope Cleitorem. Antea apud Xenophontem legebatur *Κλητόριοι*, quod nunc correctum est. αὐλὸς Vulgata. αὐλῶν Mosq. hinc scripsi quod est in codd. 1410. 1411. αὐλῶν· idem recepit Clavier. De Aroanio c. 14, 4. ποταμὸν — *Κλείτορα*. *rapidus Cliton* in Statii Theb. IV, 289. pro *Clitor*, quod iam Ortelius Barthiusque voluerunt. Via sexta horae parte metienda fuit ab hoc fluvio ad urbem Cleitorem teste Gellio in Itin. of the Mor. p. 130. ἐς τὸν Ἀροάνιον οὐ πλέον τῆς πόλεως σταδίους ἀπέχοντα ἑπτά. Potest ad ἑπτὰ animo repeti σταδίων, ut opus non sit ellipsi particulae ἤ. Rectius tamen cum Lobeckio ad Phryn. 410. dicemus, πλέον in talibus extra constructionem positum esse. cf. cap. 29, 3. εἰσὶ δὲ — ἐλέγοντο οἱ ἰχθῦς. Relata refert sed non confirmat. Eadem Clearchus apud Athenaeum VIII. p. 332 f. his verbis de Ladone narrat: τινὲς τῶν ἰχθύων, οὐχ ἔχοντες βρόγχον, φθέγγονται. τοιοῦτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ Κλείτορα τῆς Ἀρκαδίας ἐν τῷ *Λάδωνι* καλουμένῳ ποταμῷ. φθέγγονται γὰρ καὶ πολὺν ἦχον ἀποτελοῦσι. Mnaseas ibidem p. 331. de fluvio Clitore, Philostephanus autem plane cum Nostro consentiens: ἐν Ἀροανίῳ ἰχθῦς εἶναι φθεγγομένους ὁμοίως κίχλαις· καλεῖσθαι δ' αὐτοὺς ποικιλίας. Dodwellio, qui II, 2, 337. Plinium etiam IX, 19. testem excitat, ποικιλίαι sunt *trutae* seu *auratae* (Forellen). Similiter Gellius in Itin. of the Morea p. 129. de Ladone loquens ait, in eo capi *the fish epistrophes, a kind of trout.*

§. 2. *Clitor* in campo clauso sita; unde nomen iudice Müllero in Dor. II, 440. Ubi olim urbs *Clitor* fuit, nunc est *Katzanes* testibus Dodwellio et G. Gellio, quanquam hic p. 130. addit: *Katzanes seems a name for many villages in this country*; eodem auctore *Lycouria to Katzanes or Klitor* 3 *h.*

43 m. Superesse quidem maximam murorum huius urbis partem, sed non multum eminere supra solum Dodwellius testatur II, 2, 334. τὸ μὲν — Ἀζᾶνος cf. cap. 4, 3. Lobeckius autem ad Phryn. p. 185. ait, legendum videri τοῦ Ἀζᾶνός οἱ, κεῖται δ' ἐν ὁμαλῷ, quanquam πόλις οἰκεῖται ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ recte dici videtur cf. VII, 23, 3. 24, 4. 25, 7. τὰ ἀσκληπιοῦ cod. Paris. 1399. τρίτον δέ ἐστιν Εἰλειθυίας εἶναι. καὶ ἀριθμὸν ἐποίησεν οὐδένα ἐπ' αὐτοῖς. Λύκιος δὲ ὃς ἦν ἀρχαιότερος τὴν ἡλικίαν Δήλιος ὕμνους καὶ ἄλλοις ποιήσας, καὶ ἐς Εἰλείθυιάν τε, εὔλινόν τε αὐτὴν ἀνακαλεῖ, δῆλον ὡς τῇ πεπρωμένῃ τὴν αὐτὴν καὶ Κρόνου πρεσβυτέραν φησὶν εἶναι ante Facium, qui distinxit ἐστιν Εἰλειθυίας. εἶναι et hic asteriscum posuit, postea autem Πεπρωμένῃ dedit. Mutilum esse hunc locum, Amasaeus iam stellula inserta significaverat, quam Clavier rursus exstinxit. Sed non tantum lacuna verum aliis etiam vitiis hic locus foedatur, neque quidquam auxilii codices ferunt. In cod. Paris. 1399. ita legitur: τρίτον δέ ἐστιν εἰλειθυίας. λύκιος· verba autem εἶναι — ἐπ' αὐτοῖς in margine posita sunt, ut male omissa in contextu, cum signo voci εἰλειθυίας apposito, et Mosquensis δηλῶν pro δῆλον exhibet. Kuhnius tamen faustum et omissa revocandi et depravata corrigendi initium fecit hoc: Εἰλειθυίας. Ὅμηρος μὲν πλείους τε εἶναι Εἰλειθυίας, καὶ ἀριθμὸν ἐποίησεν οὐδένα ἐπ' αὐταῖς. Λύκιος δὲ Ὠλὴν ἀρχαιότερος τὴν ἡλικίαν Δηλίοις ὕμνους etc. quae emendatio probata est et Wesselingio et Baylio; vide illum ad Diod. Sic. V, 73, hunc in Dict. hist. et crit. v. Olen. Nos quam ille facem praetulit sequentes hanc loci restituendi viam ingredimur. τρίτον δέ ἐστιν Εἰλειθυιῶν. Ὅμηρος μὲν ἀριθμὸν ἐποίησεν οὐδένα ἐπ' αὐταῖς· Λύκιος δὲ Ὠλὴν, ἀρχαιότερος τὴν ἡλικίαν, Δηλίοις ὕμνους ἄλλους τε ποιήσας (seu ὕμνους καὶ ἄλλους ποιήσας) καὶ ἐς Εἰλείθυιαν, εὔλινόν τε αὐτὴν ἀνακαλεῖ, δῆλον ὡς τῇ Πεπρωμένῃ τὴν αὐτὴν, καὶ Κρόνου πρεσβυτέραν φησὶν εἶναι. Pro singulari Εἰλειθυίας Boettiger iam voluerat pluralem Εἰλειθυιῶν in Ilithyia p. 25. idem sequitur illico numerus, ἐπ' αὐταῖς, et plures Ilithyiae commemoratae videntur hoc de isto numine ἐπεισῴδιον adduxisse. Εἰλειθυιῶν ἱερὸν fuit etiam apud Megarenses I, 44, 3, atque Athenienses I, 18, 5. Pro τῶν saepe est in Mosq. εἶναι· cf. Praefat. vol. I. p. XXVII. similiter hic ex Εἰλειθυιῶν videtur vitium Εἰλειθυίας εἶναι ortum esse. Pro ἀριθμὸν Valckenarius proposuit νόμον et reeert, Helvetium ὁ Πάμφως pro ἐπ' αὐτοῖς scribi voluisse. Boettiger l. c. corrigebat Ὅμηρος μὲν ὄνομα καὶ ἀριθμὸν ἐποίησεν οὐδένα ἐπ' αὐταῖς. Homerus modo

plures Ilithyias commemorat modo unam. cf. Iliad. XI, 270 sq. XVI, 187. XIX, 103. In earum numero sibi non constitisse Homerum, iam observatum est a scholiasta Veneto ad horum locorum primum. ex quibus simul intelligitur, Boettigeri correctionem ὄνομα a nostro loco alienam esse. *Olenem Lycium Deliis hymnum in Ilithyiam* fecisse, Pausanias ipse iam I, 18, 5. significaverat, itaque non dubitavi Δηλίοις scribere. ἄλλους Porsonus quoque correxit; idem Sylburgio in mentem venerat. ἄλλους illustratur loco II, 13, 3, ubi est Ὠλῆνι ἐν Ἥρας ἐστὶν ὕμνῳ πεποιημένα. Quod Vulgata post Εἰλείθυιαν insertum habet τε, Porsonus quoque delevit. δῆλον ὡς eadem brevitate usurpatur IX, 23, 2. Post τὴν αὐτὴν distinximus, quod etiam in Aldinae ed. exemplari Dresdensi factum est. Clavierii ac Goldhageni interpretatio Kuhnii sequitur emendationem. Ut hic de Olene sic apud Thucydidem init. de Homero est: *Δαναοὺς ἐν τοῖς ἔπεσι καὶ Ἀργείους καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς σύμπαντας ἀνακαλεῖ nominatim appellat seu honoris causa.* Sic Plut. Camil. 10: τὸν Κάμιλλον σωτῆρα καὶ θεὸν καὶ πατέρα ἀνακαλοῦντες. ibid. 33: θορυβώδη γίνεσθαι τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔξοδον ἀλλήλους ἀνακαλούντων. Rursus Xen. Cyr. III, 3, 4. ἀνακαλοῦντες τὸν εὐεργέτην. Sensus igitur erit: *Homerus nullum numerum in iis constituit*, quum modo unius modo plurium mentionem fecerit; *Olen autem Ilithyiam bene nentem appellat, aperte ut eandem cum Pepromene, et Saturno antiquiorem esse dicit.* Caeterum cf. Creuzeri Symbol. II, 118. Πεπρωμένη etiam I, 40, 3.

§. 3. Κεφαλῆς pro κορυφῆς Mosq. ἀπωτέρω iungitur cum Dativo σταδίοις, ut cap. 19, 1. 24, 2. 36, 4. 5. 44, 2. X, 38, 2. (ubi Mosq. ad Accusativum aberrat), VIII, 14, 4. ubi Accusativus corrigendus fuit. Idem valet de v. ἀνωτέρω. vide cap. 26, 5. Pro Ἀθηνᾶς Κορίας Sevinus in Hist. de l'Acad. des Inscript. T. III. p. 234 sq. ed. Amst. voluit Ἀρτέμιδος Κορίας, sed Vulgatam in Pausania sollicitandam esse, iam negavit Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 234. adde Creuzer ad Cic. N. D. III, 23. p. 624 sqq. 831. ubi etiam notatio huius cognominis affertur e Tzetzae sch. ad Lyc. 354. T. II. p. 553. Muell. Schwenckius in Etymol. Myth. And. p. 230. ducit a κόρη, κούρη, putatque de hac Minerva Boeotiae flumen appellatum esse apud Strabon. IX, 411. Callim. Lav. Pal. 64. (61.) ἐπὶ ὄρους κορυφῆς intelligitur de uno illorum montium, qui §. 2. memorati sunt.

CAPUT XXII.

§. 1. *Ἐπανάγει — Γερόντειον.* Cf. omnino cap. 16, 1, namque a capite 16. usque ad 21. extr. tractum a Stymphaliis, qui Pheneatis ab oriente finitimi erant, usque ad Clitorios ad occasum spectantes perlustravit Pausanias; nunc ad Stymphalios redit. *Στύμφηλον* ut cap. 4, 3. (ubi v. adn.) II, 3, 5. V, 10, 2. extr. Homer. Iliad. II, 608. mox tamen *Στύμφαλος*, et monet Eustathius ad l. c. Hom. *διὰ τοῦ α τὰ πλείω λέγεται Στύμφαλος.* In Mosq. *ἐπὶ τοῦ — ὄρους τοῦ* legitur. *μεταναστάντες* idem habet, et mox *τῷ Ἀρκάδων.* A quo testimonium petitur *locus Homeri*, modo indicatus est. Facii correctione *ἀπόγονος ὃς ἦν* carere possumus; sed non praetermittendum quod Sylburgius in Praefatione ad Amasaei lat. intrp. ait: „Pausaniam his vocabulis *ἀπόγονος τρίτος nepotem* intelligere non *pronepotem* (quod Amasaeus habet) ex ipsiusmet verbis intellexi et adnotavi ad 335, 63. (VIII, 22, 1.): nam in primo gradu patrem statuit Pausanias, et per *δεύτερον ἀπόγονον* intelligit filium, per *τρίτον ἀπόγονον* nepotem, atque ita deinceps" et ad hunc ipsum locum nostrum adnotavit: „Stymphalus est nepos Arcadis, nam ut supra memorat cap. 4. Arcadi tres fuerunt filii, Azan, Aphidas, Elatus, et Elati filiorum ultimus Stymphalus." Similiter Palmerius ad IV, 23, 3. ait: „Observavi Pausaniam per *τετάρτην γενεὰν* et *τέταρτον ἀπόγονον* intelligere semper quatuor personas numerando utrosque terminos, primum et ultimum." sed et alii ita, veluti Callimachus h. in Cer. 99. Ad *λέγεται οἰκισθῆναι*, quod vulgo referunt ad urbem, intelligitur *τοὺς Στυμφαλίους.* cf. 24, 3. Si homines dicuntur *οἰκίζεσθαι εἰς τόπον* est: *habitandi causa aliquo concedere, migrare, se conferre.* De hominibus quoque est *ἀνοικίζεσθαι ἐς ὄρος* IV, 9, 1. *domicilia in monte ponere;* sed X, 3, 2. dicuntur *urbes οἰκισθῆναι ἐς κώμας aedificando mutatae esse in vicos*, et VI, 12, 3. *urbes ἀνοικισθῆναι ἐς Μεγάλην πόλιν contributae esse ad condendam Megalopolin.* Hic et in proximis *antiqua et recentior Stymphalus* distinguuntur; sed illius haud dubie nulla vidit vestigia Pausanias.

§. 2. *Τοῦ Πελασγοῦ* Mosq. *Ἥραν — τοῦτον. Deorum ab hominibus nutritorum* exempla alia invenies cap. 25, 6. 36, 6. IX, 33, 4. *ἐπικλήσεις τρεῖς ἐπ' αὐτῇ θέσθαι, παρθένῳ μὲν ἔτι οὔσῃ παιδί* Vulgata, quae qua constructionis lege defendi posset non inveniens correxi *παῖδα.* Sic *ὄνομα ἔθετο κακιζότεχνον, ἢ θεμένων ἄλλων, κατέστησεν ἐφ' αὐτῷ*

I, 26, 7. extr. γημαμένην δὲ ἔτι τῷ Διῒ Vulgata; Sylburgius malebat ἤδη quam ἔτι, Corayus autem putabat vel ἔτι delendum vel pro δὲ ἔτι scribendum esse δ' ἔπειτα. nobis ἔτι vel tollendum vel in ἤδη mutandum videtur. *Τελείαν.* cf. IX, 2, 5.

§. 3. De urbe *Stymphalo* Strabo VIII, 389. (321.) hoc refert narrari: *Ἐρασῖνον τὸν ἐκδιδόντα ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης εἰς τὴν Ἀργείαν νυνὶ, πρότερον οὐκ ἔχειν ἔκρυσιν, τῶν βερέθρων τυφλῶν ὄντων καὶ μὴ δεχομένων ἀπέκρυσιν, ὥστε τὴν τῶν Στυμφαλίων πόλιν, νῦν μὲν καὶ πεντήκοντα διέχειν σταδίους ἀπὸ τῆς λίμνης, τότε δ' ἐπ' αὐτῆς κεῖσθαι.* Dodwellius II, 2, 321. de situ urbis et hoc Strabonis loco ita: „Diess muss ein Irrthum des Abschreibers seyn; daher müssen an dessen Stelle fünf Stadien (quod probat Müller in Dor. II, 439.) gesetzt werden, da diess die eigentliche Entfernung von Stymphalus von dem See ist. Die Trümmer dieser alten Stadt liegen ohngefähr eine Stunde west-südwestlich von Zaraka, und befinden sich auf einer felsigen Anhöhe, die sich von der Nord-Ostseite des Sees erhebt.“ Sed quum Strabo ipse lacum non vidisse verum relata referre videatur, quumque lacus ambitum fortasse tempus mutaverit, in Strabonis hoc loco nihil equidem sine codicibus mutaverim. G. Gellius ita: „The lake of Stymphalus, now *Zaracca.* The ruins of Stymphalus were now visible on a rocky summit between the lake and Zyria. — the ruins lie on the northern shore of the lake, near the village of Kionia. Kionia is on the foot of Mt Zyria or Cyllene.“ Narrat. of a Iourn. in the Mor. p. 382. et Itiner. of the Mor. p. 168. *ἀπὸ ταύτης — πόλιν.* Cf. II, 3, 5. *ἐν τῇ Στυμφάλῳ* est vel idem quod praecedens *ἐν τῇ Στυμφαλίων*, vel *ad Stymphalum urbem*, ut apud Apollod. II, 5, 6. τὸν Στύμφηλον Mosq. προςλιμνάζει Vulgata, sed scribendum esse προλιμνάζει iam significavimus in censura primae editionis Lexici Schneideriani inserta Ephemeridibus litt. Lipsiens. 1806. p. 2053. *bildet vorher einen Sumpf*; scriptor enim dicit, *hiberno quidem tempore ex hoc fonte lacum oriri, et ex eo cognominem fluvium, aestivo autem, nullo stagno antea facto, fluvium continuo promanare ex fonte.* Dodwellius loco mox afferendo non recte interpretatus est. Quae nostra emendatio et ipsi Schneidero et Corayo probata est. ἀπὸ τῆς γῆς Mosq. οὗτος — Ἐρασῖνον. cf. II, 24, 7, et praeter Herodotum ibi citatum Strabo non solum VIII, 389. (321. 324.) sed etiam VI. 275. (276 sq.). Dodwellius II, 2, 321. Sickl. ita narrat: „Zehn Minuten entfernt von den Trümmern der

Stadt Stymphalus rauscht die Quelle des Stymphalus, der jetzt unter dem gewöhnlichen Namen *Kephalo-Brusi* bekannt ist, aus dem Felsen, und bildet einen wasserreichen Strom. Diess ist der Fluss Stymphalus, der nach einem kurzen Laufe sich in den See ergiesst, ihn durchschneidet [?] und dann in eine Kluft fällt; von hier nimmt er seinen Lauf durch einen unterirdischen Canal, kommt bey Argos wieder zum Vorschein, und bildet die Quelle des Flusses Erasinos." Quibus assentitur G. Gellius in Itiner. of the Morea p. 168. *μεταβάλλη* Mosq.

§. 4. De *avibus Stymphalidibus*. Cf. de iis et Heynius ad Apollod. II, 5, 6, et de hoc *Pisandro* Paus. II, 37, 4, et eius *Heraclea* Müller in Doriens. II, 475. plures, qui de illis avibus diversa narrarunt, commemorat scholiastes Apollonii Rh. II, 1054. Hoc *κρόταλον* Apollonius d. l. *πλαταγὴν χαλκείην* vocat: in scholiis editis Apoll. *ὁ κρόταλος* legitur. *ἔρημας* — *ἐπιπέτανται* — *ῥάφεσι* Mosq. De formis *πέτομαι* et *πέταμαι* cf Lobeckius ad Phryn. 581. Paulo post *πετομένη* legitur. *ἐσθῆτα φλοΐνην πλέξωνται*. Similiter Herod. III, 98. *ἐσθῆτα φλοΐνην καταπλέξαντες*. Mox *Σταμφηλίδων* Mosq. Pro vulgato *ὥς κατ' ἐμὲ* suspicabar *οὖσαι κατ' ἐμὲ*, Schneider *αἵ κατ' ἐμὲ* legendum esse. Sylb. vertit: *an vero aves illae quae meo etiam tempore in Arcadia memorantnr, veterum illarum in Arcadia nomen quidem habeant* etc. *οὐ τὸ* ante *αὐτὸ* Mosq. omisit. idem *ἄμοιρα* pro *μοῖρα* habet. *ἄλλο τι* Vulg. *ἄλλο που* codd. 1410. 1411. Mosq. *ἄλλως που* Clavier, quod nunc adscivimus.

§. 5. *Στυμφαλία Ἄρτεμις* memoratur etiam a Stephano Byz. *πρὸς δὲ* — *ὄρνιθες*. Aves Stymphaliae etiam in templo Iovis Olympii expressae. vide V, 10, 2. *εἰσὶ δὲ* — *ναοῦ*. quasnam dicamus has fuisse *παρθένους σκέλεσιν ὀρνίθων* instructas? nobis quidem hae quoque videntur esse *Stymphalides*, id sequutis, quod *Mnaseas* in Schol. ad Apollon. l. c. et apud Phavorinum refert, *Stymphali, herois cuiusdam et Ornithis filias fuisse Stymphalides, quae ab Hercule, quia non ipsum, sed Molionas hospitio excepissent, interfectae sint*. Locus ipse, in quo hae istarum virginum effigies fuerunt, nostram adiuvat interpretationem. *ὄπισθεν τοῦ ναοῦ* forsan est *ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ* ut I, 40, 3. ubi v. adn.

§. 6. Pro *ὕλη* Facius suspicabatur Amasaeum legisse *λίμνη*. at *lacus*, quod e Kuhn. ed. Facius repetivit, est error operarum; in Francof. ed. recte legitur *lucus*. Totum istud *ὅς ἐστιν ὁ Στύμφαλος* ut glossema tollendum videbatur, nam

qui fluvius intelligendus sit patet e §. 3. Facius voces tantum ὅς ἐστιν deleri voluit, et delevit Clavier. Nos uncos antea adhibitos retinuimus, excluso tamen nomine proprio, et ὅς ἐστιν abest a cod. 1399. βάθρον pro βάραθρον Mosq. Ald. ἐς ἡμέραν videtur esse *intra unum diem*. ἐξήραντο „Numerus pluralis hic prorsus alienus est. Scribendum esse ἐξηράνθη persuasum habeo.“ Facius, atque ita scripsit Clavier. Corayus addit: „ἐξηράνθη, correction de Facius, au lieu d' ἐξήραντο.“ Corayus ipse coniicit: ἐξήρατο. An vero ἐξήραντο est pluralis numerus? mihi videtur esse singularis plusquamperfecti. Nota est forma singularis numeri perfecti temporis ἐξήρανται ex evangelio Marci IX, 21, ubi est: ἡ συκῆ ἐξήρανται· eandem confirmant Phavorinus et Scholia ad Aristoph. Plut. 635. cf. Matthiaei Gramm. gr. §. 184. adde similem formam πέφανται ex Hom. Iliad. II, 122. Sensus: *omnis in campo stagnans aqua siccata erat*. τὴν ἑορτὴν φιλοτιμίᾳ πλέον ἄγουσι Vulgata. Kuhnii correctionem πλέονι antea recepi. Sic cap. 7, 3. θαύματος πλέονος. Hippocrat. Aphor. VII, 68. πλείων νοῦσος, cui opponitur ἐλάσσων. Similiter οὐδὲν in οὐδένα mutandum fuit VII, 19, 2. Sed VIII, 24, 4. est πλέον ἐξοκέλλουσι, quod non pro πλέονες positum videtur. In nostro loco est i. q. μᾶλλον et φιλοτ. πλ. i. q. φιλοτιμοτέρως. X, 23, 8: τῇ αἰδοῖ πλέον ἀφεῖναι τὴν ψυχήν.

CAPUT XXIII.

§. 1. Urbem *Aleam* Dodwellius II, 2. p. 319. Sickl. suspicatur inter Orchomenum et lacum Stymphalium fuisse. G. Gellius, quum in via a lacu isto versus meridiem consumsisset tertiam horae partem, ita pergit narrare in Itin. of the Morea p. 168. „having ascended from the south side of the lake, descend into the valley of Skoteini, and find the walls of an ancient city, probably *Alea*.“ συνεδρίου — καὶ αὐτή. Vulg. corrigendum putavi καὶ αὕτη. Ut enim Stymphalus (cap. 22, 1.) ita et haec urbs particeps huius consilii fuisse dicitur. συνεδρίου τοῦ Ἀργολικοῦ μετέχειν i. q. ἐς τὸ Ἀργολικὸν συντελεῖν seu τελεῖν cap. 22, 1. VI, 12. sub fin. Hoc *synedrium Argolicum* memoratur etiam IV, 5, 1, ubi Strabonis locus huc pertinens iam indicatus est. Ἀλεὸν — οἰκιστήν confirmatur his Stephani By. verbis: ὁ πολίτης Ἀλεὸς ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ. ergo perperam in Mosq. ἄλεον et §. 3. ἄλεως pro Ἀλεοῦ legitur. ἐλέφαντος pro Ἀφείδαντος Mosq. *Aleus Apheidantis*

filius supra cap. 4, 3. 5. ubi etiam v. de *Minerva Alea*. Festum *Σκιερία* memoratur etiam in Polluce VII, 33, 4, ubi *Σκιερὰ* vocatur. Idem in *Σκιερὰ* apud Suidam latere, suspicabatur Reinesius. *ἐν Διονύσου — Ὀρθίᾳ*. Est forsan, qui hoc referat ad *Bacchum Omesten*, de quo laudandus Plut. Pelop. 21. et Them. 13.

§. 2. *Ἐδήλωσα κ. τ. λ.* Hoc illustratur loco cap. 13, 3, ad quem nos scriptor reiicit. *ἐστὶν εὐθεῖα* e Sylburgii emendatione pro *ἐστὶν Εὐθεῖα* Facius reposuit, quanquam ipse malebat *ἐστὶν ἡ εὐθεῖα*, quod in contextum Clavier intulit. *τῆς γῆς χῶμα, δι' οὗ ἀπείργεται* Vulg. *τῆς τοῦ χώματος ἀπείργεται* Mosq. Nos *τῆς* ante *γῆς* omisimus: idem fecit Clavier. Sic 34, 2. *γῆς χῶμά ἐστιν*. 35, 7. *χῶμα γῆς ὑψηλόν*. In Mosq. est *Καφυέος* pro *Καφυέων*. Pro vulgato *τῇ ἐν ἔργῳ* Facius Kuhnii emendationem *τῇ ἐνέργῳ* recepit; nam huic opponi *τὴν ἀργόν*, *incultam terram*: recte quidem, sed scribendum fuit *τῇ ἐνεργῷ*. Sic Xenoph. Cyrop. III, 2, 9. *τὴν νῦν ἀργὸν οὖσαν γῆν ἐνεργὸν γενέσθαι*. V, 4, 12. *πολλὴν γῆν ἐνεργὸν εἶναι*. adde Lobeckium in Phrynicho p. 185. Facium Clavier sequutus est. *κατὰ δὲ τοῦ ἐντὸς τοῦ χώματος γὰρ ἔξεισιν* Mosq. *ὅσον τε εἶναι ποταμὸν* i. e. *τόσον, ὥστε εἶναι ποταμόν*. Mox *παρνάσους* pro *παρὰ Νάσους* Mosq. sed cf. §. 6. Pro *Ῥεῦνος* Corayus suspicabatur *Ῥεῦμος* legendum esse. *ἀνατείλαντος δὲ ἐνταῦθα τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τούτου, παρέχεται* Vulgata. Goldhagenus corrigebat *ἀνατεῖλαν*, et comma post *τούτου* volebat deleri, quorum posterius Facius fecit. Quod Goldhageno, idem Clavierio venit in mentem; hic tamen malebat post *τὸ ὕδωρ* incidere, et deinde *τὸ* ante *ἀπὸ τούτου* tolli. Nos *ἀνατείλαντος* servandum, et post *ἐνταῦθα* interpungendum, virgulam autem post *τούτου* removendam, neque praeterea quidquam in Vulgata mutandum esse, nunc quidem censemus lubenter concedentes, durum esse hunc Genitivi absoluti usum; sed non minor est durities in illo Ablativo absoluto apud Suetonium Tib. 31. „Iterum censente (Tiberio), ut Trebianis pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit (Tiberius).“ qui nostro loco est simillimus.

§. 3. *Caphyae de Cepheo* dictae etiam apud Stephanum Byz. alii aliter. vide Heynii Exc. I. ad Virg. Aen. III. sunt Orchomeno ab occasu obiectae. *Καφύας* ante Facium, qui, quod Sylburgio rectius videbatur, *Καφυὰς* scripsit; sic *Καφυαὶ* cap. 13. extr. 14. init. et *Καφυὰν* cap. 13, 3. Gentile etiam apud Stephanum est *Καφυεῖς* et *Καφυᾶται*. Diana *Cnacalesia* de monte *Cnacalo*, quem Palmerius recte distinxit a

Cnacadio, de quo est III, 24, 5. Cnacalus forsan a κνῆκος seu κνηκὸς nomen traxit. eademne Κνακεάτις dicta est cap. 53, 5? ἐπὶ τῇ πηγῇ πέφυκε. Sic II, 1, 3. ἐπεφύκει παρὰ τὸν αἰγιαλόν. Theocr. XXII, 40. ἐπεφύκεσαν ἀγχόθι πεῦκαι. Structuram loci καλοῦσι δὲ — φυτεῦσαι λέγοντες turbat γὰρ insertum, quare Porsonus corrigebat λέγουσιν. ita sane scribendum fuit, sed videtur ἀνακόλουθος oratio esse.

§. 4. *Εἰ δὲ κ. τ. λ.* Plures vitae immensae arbores recenset Plinius XVI. sub fin. in his etiam platanum in Caphyis Arcadiae luco, et Athenis oleam in certamine editam a Minerva. ἡ λύγος κ. τ. λ. Cf. de ea VII, 4, 4. et Billerbeckii Flora class. p. 164. ἡ ἐν τῷ Σαμίων πεφυκυῖα ἱερῷ ἥρωϊ ante Facium, qui se dicit ex VII, 4, 4, ex Amasaei interpretatione ac Camerarii lectione restituisse ἱερῷ Ἡραίῳ· idem volebat Spanhemius in comm. ad Callim. h. in Del. 262, Valckenarius autem πεφυκυῖα Ἡραίῳ. Camerarius tamen teste ac probante Sylburgio malebat ἱερῷ Ἥρας. Est quidem ἐν τῷ Ἡραίῳ etiam VII, 4, 4, sed sine ἱερῷ· rursus ibidem legitur τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας. Clavier Facium reddidit, nos Camerarii lectionem retinuimus. ἡ ἐν Δωδώνῃ δρῦς· etiam VII, 21, 1. et ab Homero Odyss. XIV, 328. ita appellatur haec arbor Dodonea, sed ab Herodoto φηγός· de qua re dicebamus in Not. ad Hellen. p. 375. adde Paus. VIII, 12, 1. et adn. καὶ ἐλαία τε ἡ ἐν Ἀκροπόλει καὶ ἡ παρὰ Δηλίοις Vulgata. Amasaeus *palmam Deliacam* intulit, eumque sequutus est Clavier ita scribendo: — καὶ ἡ παρὰ Δηλίοις [Φοῖνιξ]· quam male, in oculos incurrit; scribendum certe fuisset ὁ — Φοῖνιξ. Negamus vero illam palmam a Pausania huic loco insertam esse; verbis enim, quibus cap. 48, 2. eius mentionem facit, τοῦ δὲ φοίνικος τοῦ ἐν Δήλῳ μνήμην ἐποιήσατο καὶ Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσέως ἱκεσίᾳ πρὸς τὴν Ἀλκίνου θυγατέρα, haud dubie addidisset, a se eum iam antea memoratum esse, si ab eo id factum nostro loco esset. Quare nos praeeunte Sylburgio scripsimus καὶ ἐλαία ἥ τε (transpositis his vocibus) ἐν Ἀκροπόλει καὶ ἡ παρὰ Δηλίοις. De *Delia oliva* testes sunt Hygin. f. 140. „in Delo Latona oleam tenens parit Apollinem et Dianam" Catul. 34, 7. „Latoniam mater prope Deliam deposivit olivam." alii posuerunt palmam (ut Plin. l. c.) vel coniunxerunt palmam cum oliva. v. Muncker. ad l. c. Hygin. adde Aelian. V. H. V, 4. Plures scripserunt de *Athenarum arce*, quorum hi libri saepe ita citantur περὶ Ἀκροπόλεως· sic et h. l. simpliciter ἐν Ἀκροπόλει. De illa, quae Athenis fuit olea, et quae ad Pausaniae usque atque Plinii aetatem durasse

tradebatur, iam citatus est locus Plinii. Dignum autem est quod attente legas, quod Pausanias praefatus est *Εἰ δὲ — δεῖ με.* De *hac lauro* apud Syros ad Orontem (de quibus cf. cap. 20, 2.) vid. Apollonii vitam apud Philostrat. I, 12.

§. 5. *Κονδύλεα* Vulgata; Sylburgius malebat *Κονδύλεαι* ob sequentem pluralem *ταῖς Κονδυλέαις.* Ipse tamen similis variationis exemplum profert e cap. 27, 3. 5. *Δίποινα* et *Δίποιναι.* Facius simpliciter dixit, rectius esse videri *Κονδύλεαι*, et ita scripsit Clavier. Me quidem iudice nihil opus est ut mutetur nisi accentus; sic *Ὠκαλέα, Θυρέα, Θυρέαι.* De utroque plurium urbium numero promiscue usurpato non est cur dicamus. *σφίσιν αὐτὰ* Mosq. pro vulg. *σφισι ταῦτα.* Facius pro vulgato *ἐπιέπεσεν* dedit *ἐπέπεσεν*, quod in Victorii quoque Adnot. est. Mosq. habet *ἔπεσεν.* Clavier *ἐςέπεσεν*, quod quum e codice fluxerit 1411. recepi. *ἐκεῖ* pro *ἐκεῖνο* Mosq. *θεὰν* vulgo. *θεὸν* dedi e Mosq. idem habet Clavier, qui id invenit in codd. 1399. 1410. 1411. *προςεῖναι γὰρ καὶ τόδε ἐπὶ τῷ χρησμῷ* Vulgata. Estne *ἔτι* pro *ἐπὶ* legendum, ut sit *praeterea, insuper?* ut V, 7, 1. Similiter *ἐν* cum *προςεῖναι* male copulatum c. 24, 3. Caeterum non nihil, differunt quae tradidit Clemens Alex. Protr. p. 24. Sylb. *"Αρτεμιν δὲ Ἀρκάδες Ἀπαγχομένην καλουμένην προτρέπονται, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις· καὶ Κονδυλῖτις ἐν Μηθύμνῃ ἑτέρα τετίμηται "Αρτεμις.* Dianam *ἀπαγχομένην* aliter interpretatur Schwenckius in Etym. Myth. And. p. 223. 153.

§. 6. *Νάσους.* vide §. 2. *Ναέσους* Mosq. *καταβήσῃς* idem. *αὐτόθι* Vulgata. Sylburgio rectius videbatur *αὐτόθεν.* Ex eiusdem correctione Kuhnius adscivit *Ἀργεαθῶν* pro *Ἀργεάθων.* Hanc viam *διά τε — Ψωφίδος* et *Paum* Gellius in Itiner. of the Mor. p. 123. ponit inter *Tripotamiam* et *Strezobam.* „Pro vulgato *Λυκούντων* haud scio an scribendum sit *Λυκοατῶν.* De Lycoatis paulo infra meminit cap. 27, 3, de Lycoa urbe cap. 36, 5.“ Sylburgius. sed hi ab isto tractu remotiores fuerunt. *Sorona Σορώνη* habet Ortelius. *Σύρων* pro *Σόρων* Mosq. Ut alias homo dicitur *ἄγειν ὁδὸν*, sic h. l. silva. *Ψωφῖδος* vulgo; et hic et in sequentibus casus obliquos huius vocabuli *παροξυτόνως* scripsimus, ut est in Apollod. II, 5, 4. Polyb. IV, 70. Stephano Byz. et fere semper in codice Mosq. vide ad 24, 1. Statius Theb. IV, 296. ita clausit versum *Psophida celsam.* Ovidius licentia usus mediam produxit Met. V, 607. Etiam in versiculi vestigiis apud Stephanum *Ψωφιδίους* antepenultimam videtur correptam habere. In Suida *Ψωφιλία* et *Ψωφίλιοι*, quorum posterius etiam Msti in Aelian. V. H.

II, 33. exhibent, facile corrigitur. *παρισουμέναις* Mosq. *Πάου* Apud Herodot. VI, 127. mentio fit urbis Arcadicae *Παίου*, quam Wesselingius, Ortelius ac Palmerius non diversam habuerunt a pago nostro *Pao*; quae opinio videtur eo confirmari, quod qui inde erat oriundus Laphanes Herodoto dicitur *Ἀζὴν*, et ita haec urbs Azaniae attribuitur. *Σειραὶ* vulgo; *Σεῖραι* utroque loco Mosq. bene, quum sic distinguatur a substantivo *σειραί*.

CAPUT XXIV.

§. 1. *Παρθρίονος* pro vulg. *Παρθάονος* et *Φρουννυκτίμου* pro *Νυκτίμου* Mosq. *Παρθριόνος τοῦ Περιφήτου Φρουνκτίμου* codd. 1410. 1411. *Πορθάονος* fuit VI, 20, 8. sed de alio. Apud Stephanum Byz. *Psophis Lycaonis* filius conditor perhibetur. *Ψωφίδα* Mosq. atque ita fere semper, et *Ψωφίδι*. Idem *Ξάνθιν* pro *Ξάνθου* habet. *τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀρκάδων ἐς τοὺς βασιλέας ἔχει μνήμην.* Vulgata. Mosquensis *οὐ* ante *κατὰ* inserit, quod in Parisinis quoque codd. repertum 1410. 1411. Clavier in contextum recepit, quanquam in versione non expressit. *οὐ* ab hoc loco alienissimum esse, latere autem in eo *οὕτω* diu animadverteram; itaque legebam *τὰ μὲν οὖν οὕτω κατὰ — μνήμην. Haec quidem sic narrantur in iis, quae Arcades de suis regibus memorant.* Nunc video eodem modo correxisse Corayum; quo fit, ut minus dubitem ita scribere. Facii interpretatio Vulgatae: *sic se habent quae Arcades de regibus suis memoriae prodiderunt*, nisi adhibeas *οὕτω*, stare non post. *Ἔρυκος τοῦ ἐν Σικανίᾳ δυναστεύσαντος* Francof. Kuhn. et reliquae editiones, quae lectio debetur Hartungo, qui pro *Ἔρωτος*, quod est in Aldina, in Amasaei versione, in Mosq. cod. et apud Stephanum Nigrum, *Ἔρυκος* reposuit. Confirmatur haec lectio Stephani Byz. testimonio hoc: *ἣ ἀπὸ Ψωφίδος τῆς Ἔρυκος θυγατρὸς κέκληται* scil. *Ψωφίς*. Eodem pertinent quae ibid. v. *Φήγεια* leguntur et mox afferentur. E verbis *ἦν ἐς — ἄγειν* nomen *Ἡρακλῆς* excidisse, recte statuit et assentiente Valckenario Palmerius; lacunam stellula apposita significavimus. Clavier *ἦν [Ἡρακλῆς] ἐς τὸν* scripsit. *ἄγειν* abest a codd. 1410. 1411. *ὄντι αὐτῷ* pro *ὄντι αὐτοῦ* Mosq. Quae hic *Φηγία*, apud Stephanum Byz. *Φήγεια* vocatur. Cum toto hoc loco *Φηγίᾳ, πρὸ δὲ — τῆς μητρός* conferenda illa sunt Stephani Byz. *Φήγεια — ἀπὸ Φηγέως βασιλέως, ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν δ. Φηγεὺς δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Φο-*

ρονέως ἔκτισε πόλιν Φήγειαν, ἣ πρὶν Ἐρύμανθος ἐκαλεῖτο. Ὕστερον δὲ Ψωφὶς ὠνομάσθη, ὡς ἐροῦμεν (v. Ψωφίς) ἀπὸ τῆς μητρός. In Mosq. ἐπιτραφέντος legitur.

§. 2. Ἔστι δὲ — Δαρδάνου. Citat hunc locum Stephanus Byz. v. Ψωφίς. Adde illud eiusdem Ζάκυνθος, πόλις, ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου. Post Ζάκυνθός est τε pro γε in Mosq. Sic cap. 23. extr. vera est lectio, Σεῖραι, nunc Σειραίων pro vulg. Σιραίων legendum erit. Facio scribendum videbatur Σειρῶν e cap. praecedentis fine. Cf. de iis Mülleri Doriens. II, 441. Idem tres *Aroanios* distinguit. v. ad cap. 14, 4. Montem Λάμπειαν memorant etiam Strabo VIII, 341, Apollonius Rh. I, 127. cum Schol. Stephanus Byz. Statius Theb IV, 290. (*Lampia*) et fortasse Diodorus Sic. IV, 12. Hic ut in Scholiis Apollonii l. c. Erymanthi fontes dicuntur esse in *Lampia*, sed V, 7, 1. in *monte Erymantho*; utrumque recte, namque τοῦ ὄρους τοῦ Ἐρυμάνθου μοῖρα ἡ Λάμπεια videtur esse, ut continuo pergit Pausanias. adde Mannert. VIII, 452. Erymanthus λευκότατος ποταμῶν dicitur Callimacho h. in Iov. 19. ἐποίησε δὲ Ὅμηρος, ὡς ἐν Ταϋγέτῳ τε καὶ Ἐρυμάνθῳ θηρευτὴς ἦν τῆς Λαμπείας ὁ Ἐρύμανθος, καὶ Ἀρκαδίαν διεξελθὼν — κάτεισιν ἐς τὸν Ἀλφειόν. Vulgata. Codices nullum adiumentum afferunt ad hunc locum corruptum mutilatumque restituendum; Mosquensis omisit ὡς et pro ἦν dedit οὖν. etiam in codd. 1399. 1410. 1411. est οὖν pro ἦν. Locus Homeri est Odyss. VI, 102 sqq. unde Kuhnius, quum nihil aliud elici posse existimavisset, quam Taygetum et Erymanthum montes fuisse aprorum cervorumque venatione celebres, putavit sic corrigendum esse: ἐποίησε δὲ Ὅμηρος, ὡς ἐν Ταϋγέτῳ τε καὶ Ἐρυμάνθῳ θήρα τις ἦν. ἐκ τῆς Λαμπείας ὁ Ἐρύμανθος Ἀρκαδίαν διεξελθὼν, καὶ ἐν δεξιᾷ μὲν κ. τ. λ. Facius lacunam esse post Ἐρυμάνθῳ, et reliqua sic emendanda iudicabat: ῥεῖ οὖν ἐκ τῆς Λαμπείας ὁ Ἐρύμανθος. Quorum utrumque sequutus Clavier hunc in modum καὶ Ἐρυμάνθῳ θήρα τις ἦν. ῥεῖ οὖν ἐκ τῆς legendum suspicabatur. Quibus corrigendi periculis alios ad meliora invenienda excitatum iri sperantes nostrum hoc adiungimus: ἐποίησε δὲ Ὅμηρος, ὡς ἐν Ταϋγέτῳ τε καὶ Ἐρυμάνθῳ θήρᾳ τέρποιτο ἡ Ἄρτεμις. εἶσιν οὖν ἐκ τῆς Λαμπείας ὁ Ἐρύμανθος, καὶ Ἀρκαδίαν κ. τ. λ. nunc stellulis interpositis acquiescentes. Interpolatus autem noster videri potest locus e V, 7, 1. 2, ubi hoc legitur: λέγεται ἐς τὸν Ἀλφειὸν, ὡς ἀνὴρ εἴη θηρευτής. Vulgo Θέλπουσαν. „Θέλπουσα constanter repetitur in sequentibus etiam paginis. Apud Stephanum vero transposita aspiratione legitur Τέλφουσα,

quam et ipse (sicut noster cap. 25, 2.) dicit esse civitatem Arcadiae, denominatam a Telphusa nympha, Ladonis amnis filia. Notandum et hoc est, Aldinum exemplar c. 25, 2. Θάλπουσαν habere: pro quo Hartungus et uterque interpres legunt Θέλπουσαν, quum ea scriptura et praecedat et sequatur. Θάλπουσαν tamen agnoscit etiam Stephanus, urbem Arcadicam in Orchomeniorum finibus. Videtur ergo primum et verum nomen esse Θάλπουσα, atque inde facta Θέλπουσα, sicut βέρεθρον et βάραθρον: ex eo Τέλφουσα, sicut κιθὼν et κύθρα e χιτὼν et χύτρα. Qui vero σ geminant, deducere videntur hoc nomen a θάλπος, ut inde sit θαλπόεις, contracte θαλποῦς, foeminino genere θαλπόεσσα, θαλποῦσσα: inde mutato α, retracto etiam (ut in propriis fieri solet) accentu, Θέλπουσσα. Iam pro Θέλπουσαν χώραν malet fortasse quispiam Θελπουσίαν χώραν, vel appellative θάλπουσαν. Boeotica Τίλφωσσα diversam habere nominis rationem videtur, de qua infra." Sylburgius. adde ad cap. 25, 1. adn. Scripsi Θελπουσίαν χώραν e cap. 25, 1, ubi est πρὸς τὴν Θελπουσίαν — τῇ γῇ τῇ Θελπουσίᾳ, et §. 3. ἐν τῇ Θελπουσίᾳ. Similiter Stephanus Τελφουσίας γῆς s. v. Καοῦς habet. ἐν pro ὖν Mosq. Κυμαῖοι. cf. adn. ad IV, 23, 3. Caeterum Gellius in the Itin. of the Mor. p. 122. commemorat „the iunction of the Erimanthus, Aroanius and a third river, near the site of Psophis" inter Vaninam et Tripotamiam, et addit: „From the three rivers the place is called Tripotamia." ubi Psophis. Polybio IV, 70. teste Psophidi versus occasum fuit λάβρος Χειμάῤῥους ποταμὸς, versus ortum Erymanthus, μέγας καὶ λάβρος ποταμός.

§. 3. *Urbs Psophis.* „The description of Psophis by Polibius is very correct. — Vanina to Tripotamio 5 h. 44 m." Gellii Itin. of the Mor. p. 122. Ψωφιδίοις δὲ ἐν τῇ πόλει, τοῦτο μὲν Ἀφροδίτης ἱερὸν Ἐρυκίνης ἐστὶν ἐπίκλησιν, ἧς ἐρείπια ἐφ' ἡμῶν ἐλείπετο αὐτοῦ μόνα. ἐλέγετο δὲ τὴν Ψωφῖδα Ἔρυκος αὐτὰ ἱδρύσασθαι παῖδα· Vulgata. ἐλέγετο δὲ οἱ Ψωφῖδος αὐτὰ ἱδρύσασθαι παῖδα codd. 1399. 1410. 1411. Kuhnius suspicabatur olim scriptum fuisse τοῦτο μὲν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τοῦτο δὲ Ἐυκίνης ἐστὶν ἐπίκλησιν. vel τοῦτο μὲν Ἔρυκος, τοῦτο δὲ Ἀφροδίτης ἐστὶν ἐπίκλησιν. Facius de uno tantum templo Pausaniam loqui censens αὐτὰ mutandum existimat in αὐτό. Idem ἧς scil. Ἀφροδίτης insolentius dictum putat pro οὗ scil. ἱεροῦ. Clavierii coniectura est: τοῦτο μὲν .... τοῦτο δὲ Ἀφροδίτης ἱερὸν Ἐρυκίνης· quae ex Amasaei interpretatione fluxit. Deinde idem sic edidit: ἐλέγετο δὲ οἱ Ψω-

φῖδος αὐτὰ ἱδρύσασθαι παῖδες. quod quanquam vitiosum est, tamen ad verum ducet inveniendum. Sane post τοῦτο μὲν hic non, ut alibi, sequitur τοῦτο δὲ, sed hoc non est in vitio, quum interdum pro τοῦτο δὲ simplex δὲ positum reperiatur. v. omnino Soph. Ai. 669 sqq. τοῦτο μὲν, νιφοστιβεῖς χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει· ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος τῇ ἡμέρᾳ. Sic et nostro loco δὲ simpliciter positum infra post Προμάχου refertur ad τοῦτο μὲν. Scriptor, si vulgarem formam sequi voluisset, ita scripsisset: τοῦτο μὲν Ἀφροδίτης ἱερὸν Ἐρυκίνης ἐστὶν ἐπίκλησιν, τοῦτο δὲ Προμάχου καὶ Ἐχέφρονος ἡρῷα. Ἀφροδίτης μὲν τοῦ ἱεροῦ ἐρείπια ἐφ' ἡμῶν ἐλείπετο μόνα. itaque non audiendus est Goldhagenus τοῦτο μὲν in τὸ μὲν mutandum esse dicens. ἧς ἐρείπια interpretaberis ἧς τοῦ ἱεροῦ ἐρείπια, et αὐτοῦ est *hic*. Deinde in Mosq. ita ἐλέγετο δὲ ἡ Ψωφίδος αὐτὰ ἱδρύσασθαι παῖδα scriptum est, in quo haec bona latet lectio: ἐλέγετο δέ οἱ Ψωφίδος αὐτὸ ἱδρύσασθαι παῖδας, quae confirmatur codicum Clavierii scriptura modo proposita. αὐτὰ Vulgatae assensu Goldhageni ac Facii in αὐτὸ transire iussi. Constructionis Passivi λέγεται cum Accusativo et Infinitivo exemplum aliud legimus cap. 22, 1, ubi etiam errari vidimus. adde X, 7, 2. ἐν τῷ λόγῳ τὸ εἰκὸς πρόσεστι Vulgata. ἐν sustuli, idem fecit Clavier, et voluerant Kuhnius ac Facius. Simile vitium in eiusdem verbi constructione notatum est cap. 23, 5. τῆς Ἔρυκος Mosq. Τάφῳ pro Πάφῳ et Ψωφίδου pro Ψωφίδος idem.

§. 4. Ἀλκμέων etiam postea Mosq. οἴκημα οὔτε μεγέθει οὔτε ἄλλως κεκοσμημένον Vulg. Corayus scribendum suspicabatur μεγέθει μέγα, Meineckius autem in Comm. Misc. Fasc. I. p. 62. μέγα μεγέθει, quorum prius praetulerim, quia Pausanias haec cognata coniungens adiectivum substantivo solet subiungere. De hac loquutione dicebamus ad II, 34, 11. adde VIII, 16, 3. fatendum tamen, hic necessariam non esse istam correctionem. κατεσκευάζετο pro κατεσκιάζετο Mosq. Ald. hoc illo melius esse viderunt Hartungus, Xylander, Amasaeus et Sylburgius. παρθένοι *incaeduae*, *intactae* interprete Valckenario ad Eurip. Hipp. 1005. συνῴκησεν — θυγατρί· Hoc iam VI, 17, 4. tetigerat. οὐδὲν ἐγίνετο ἡ νόσος ῥᾷον Vulg. Scripsi ῥάων, quod iam Sylburgio melius visum est. Sic πλείων, ἐλάσσων νοῦσος in adn. ad cap. 22. extr. Post διδάσκει incidimus. ἥτις κ. τ. λ. haec est interpretatio oraculi, cuius verba ipsa paulo accuratius nobis servavit Thucydides II, 102. τὴν πρόσχωσιν τοῦ Ἀχελώου Thucydides ibidem dixit, ubi etiam ὁ ποταμὸς προσχοῖ ἀεί. Cf. mox §. 5. Pro Pronomine relativo

repetendo est *αὐτήν·* sic interdum *σφεῖς.* Ut hic *Καλλιρόη* sic etiam VII, 21, 1. et in Anthol. Pal. T. I. p. 204. *Καλλιρώην* Mosq. *ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκαρνᾶνος κ. τ. λ.* Stephanus Byz. *ἀπὸ ἥρωος* inquit secundum nonnullos *τοὔνομα ἔχειν.* ubi Berkel iam laudavit Apollodorum et Strabonem. *τὰ — καλουμένοις.* sic et Thuc. l. c. et Schol. *τὰ πρὸ τοῦ* Vulg. Facius malebat *τὰ πρὸ τούτου,* quod in codd. 1410. 1411. repertum in contextu ponere non dubitavit Clavier, nullos, me iudice, imitatores sui habiturus. cf. ad IX, 13, 4. II, 6, 1. *γυναῖκες δὲ πλέον ἔξοχ.* non videtur pro *πλέονες* dictum esse. cf. VIII, 22. extr. *Caedem Alcmaeonis* iam memoraverat VI, 17, 4. *τοῦ Φηγέως — ὅρμον.* Hoc repetitur IX, 41, 2. *ἀναθῆναι* Mosq. *τῶν βασιλευόντων* idem quod *τούτων βασιλευόντων.* cf. ad I, 15, 2. p. 50. adde Herod. IX, 93. *σφᾶς δὲ — ἐς Θήβας.* Ne quis miretur Accusativum *σφᾶς,* nam Psophidii hoc non potius de se quam de iis, qui Troiani belli tempore Psophidem seu Phegiam habebant, putandi sunt narrasse. *αὐτῶν τοῖς βασιλεῦσι· Temeno et Axioni,* Alcmaeonis interfectoribus.

§. 1. *Τὰς δὲ Ἐχινάδας — ἀπειργάσθαι.* Dixit hoc contra opinionem Thucydidis II, 102. Cf. de Acheloi *προςχώσει* Vossius ad Virgil. Ecl. VI. p. 334. *γέγονε δὲ* pro *γέγονεν* Mosq. *ταῖς — ἰλύν.* Stephanus Byz. de iisdem his insulis: *αἷς Ἀχελῶος ποταμὸς προςβάλλει ἰλύν.* Hoc vocabulum proprie de fluviis. v. Phryn. p. 72. Lob. et VII, 2, 7. *ἀροῦν* etiam X, 16, 3. hoc magis atticum quam *ἀροτριᾶν* teste Thoma Mag. p. 111. Sed pro vulg. *ἀρουμένης ἔτι* Mosq. egregiam lectionem *ἀρουμένης ὅσα ἔτη* exhibet i. e. *quotannis.* v. Viger. p. 132. *τὴν μεταξὺ κ. τ. λ.* cf. omnino VII, 2, 7.

§. 6. *Ψωφιδίοις κ. τ. λ.* Ex his verbis Sylburgius putabat colligi, templum illud et simulacrum Erymantho non heroi sed fluvio erecta fuisse. Quod ita accipiendum, viri quidem sed non herois speciem habuisse hoc simulacrum; namque Aelianus quoque V. H. II, 33. de eo scribit: *ἐν εἴδει ἀνδρῶν Ψωφίδιοι τὸν Ἐρύμανθον δεικνύουσιν.* De *fluviorum simulacris* ille ipse Aeliani locus est; adde Winckelmanni Opp. VIII. p. 90, ubi etiam de *Nilo* p. 188, de quo iam Kuhnius citaverat Lucian. in Rhetor. Praec. add. Meyeri Hist. art. inter. Graec. III, 60. *Ὃν δὲ ἤκουσα κ. τ. λ.* Neque hoc ex sua persona narrat Pausanias. Plinius VII, 46. et Valerius Max. VII, 1. hoc referunt ad Gygis tempora, Psophidii, non Pausanias, ad Croesi. *κατὰ Κρ. tempore Croesi* Sylb. Goldh. *Κροῖσσον* Mosq. *ὑπὸ δὲ τοῦ ἐν — διδαγμένος* idem. *Homeri* locus est Iliad. XXIV, 527. quo utitur etiam Plutarchus in

Consol. ad Apoll. VII. p. 418. ὃς αὐτὸν κ. τ. λ. Hoc oraculi responsum est X, 24, 2.

CAPUT XXV.

§. 1. Θέλπουσα dicitur haec urbs etiam Plinio H. N. IV, 10, sed Polybio IV, 77. Τέλφουσα. Apud Stephanum Byz. et Tzetzam ad Lyc. 1040. est Τέλφουσσα. Denique Δελφουσία πόλις Ἀρκαδίας ex Androtionis Atthide memoratur a Stephano Byz. v. Δελφοί. Adiectivum apud Nostrum est Θελπούσιος, apud Polybium, Lycophronem et Stephanum Byz. Τελφούσιος, Τελφούσσιος, sed in Antimachi versibus apud Nostrum §. 5. Θελπουσαῖος et in Callim. fragm. CCVII. Τελφουσσαῖος. Ergo urbs haec Arcadiae Θέλπουσα Pausaniae, Τέλφουσα, Τέλφουσσα aliis nominatur. Cf. adn. ad cap. 24, 2. „*Vanina* (the huts called Vanina or Banina) is presumed to have been Thelphusa.“ Gellii Itin. of the Mor. p. 120 sq. cf. cap. 24, 3. et quae mox afferentur. *τρητὰ δέ ἐστιν ἀρχαῖα ἐν στήλῃ γράμματα* Vulgata. Kuhnius reddidit *pertusas litteras*, *durchgebrochne Buchstaben*, Nibby *lettere mezzo cancellate*; sed veram lectionem protulit ex suis codicibus 1410. 1411. Clavier *τρίτα δέ ἐστιν*, quod respondet praecedentibus *πρῶτα μὲν χωρίον Τρόπαιά ἐστιν — Τροπαίων δὲ ἔχεται δρυμὸς Ἀφροδίσιον*· quibus recte adiungitur *τρίτα δέ ἐστιν Tertio loco in hac via sunt antiquae litterae in columna.* Sic cap. 30, 1. *ὁ Ἐλισσὼν ἀρχόμενος ἐκ κώμης ὁμωνύμου τήν τε Διπαιέων καὶ τὴν Λυκαιᾶτιν χώραν, τρίτα δὲ αὐτὴν διεξελθὼν Μεγάλην πόλιν.* Deinde Ψωφίδι pro vulg. Ψωφιδίοις Mosq. Cum eodem omisi *χώραν*, quod Vulgata post Θελπουσίαν habet. *καὶ ὅσον πέντε ἀπ' αὐτοῦ σταδίους ἀφίξῃ καὶ εἴκοσι ἐπὶ ἐρείπια Καλοῦντος κώμης, ὃ καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ καλοῦσι πεποιημένον ἐν τῇ ὁδῷ* Vulgata. Sylburgius adnotavit Hartungum legisse *Ἀλοῦντος*, itidemque ambos interpretes e §. 2, quanquam hoc in Amasaei versione mutatum legitur etiam in ed. Francof. Cum Hartungo consentit Cod. Casaub. comprobante Kuhnio. Hunc sequutus est Gellius in Itiner. of the Mor. p. 121, hunc locum a *Vanina* unius prope horae spatio removens. Sed *Caus* Müllero in Dor. II, 444. est Vanina, et *Thelpusa* Katziula. Sylburgius ipse malebat cum Stephano Byz. *Καοῦντος*. recte; ille enim ante oculos habuit Pausaniam ita scribens: *Καοῦς, κώμη τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ Τελφουσίας γῆς. ὁ πολίτης Καούσιος· ἐκεῖ γὰρ οὕτως Ἀσκληπιὸς ἐτιμᾶτο Καούσιος, ὡς Πausανίας*

ὀγδόῳ. Eodem modo correxit Valckenario assentiente Palmerius, qui etiam pro ὃ — καλοῦσι voluit ᾗ seu οὗ — *Καουσίου ubi sacellum*, quod probatum est Facio. οὗ Kuhnio quoque in mentem venerat, atque ita edidit Clavier; nos antea scripseramus *Καοῦντος κώμης,* [ὃ] *καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ Καουσίου.* nunc οὗ recepimus. Nibby reddit: *Caunte; ed al tempio di Esculapio Causio.* Pro vulg. καλοῦσι est *Καιοῦσι* in cod. 1399. Suspicati quoque eramus, legendum esse — σταδίους καὶ εἴκοσι ἀφίξῃ ἐπὶ. Sine ν ante vocalem est εἴκοσι etiam 26, 2. 44, 2. 34, 3. extr. V, 1, 1, sed V, 10, 2. p. 399. et X, 4. init. Mosq. εἴκοσιν habet. Mappa geographica Peloponnesi in Mülleri Dor. retinuit *Kalus.*

§. 2. *Τεθῆναι* — *Λάδωνος.* cf. adn. ad 24, 2. τῷ δὲ *Λάδωνι* usque ad finem huius capitis *de Ladonis cursu a fontibus usque ad exitum in Alpheum.* De *Ladonis fontibus* cf. cap. 21, 1. et cap. 20, 1. ibique adnotata. *Μεσοβόα* Vulg. Sylburgius monuit vel *Μεσοβόαν* vel *Μεσόβοα* scribendum esse; quorum posterius adscivimus. Hic igitur *Halús* differt a Caunte §. 1. *Δήμητρος ἔστι τε ἡ παῖς καὶ ὁ Διον.* Vulg. Sylburgio sensus postulare videbatur *Δημήτηρ τε ἔστι, καὶ Δήμητρος ἡ παῖς, καὶ ὁ Διον.* quod pro vera emendatione habitum a Facio Clavier ita in contextum transtulit: *Δημήτηρ ἔστι καὶ ἡ παῖς καὶ ὁ Δ.* addens *καὶ* pro *τε* in omnibus suis reperiri codicibus. Nos in Mosquensi lectione *Δήμητρός ἐστι καὶ ἡ παῖς καὶ ὁ Δ.* acquievimus, mutata non offensi structura. μεσετάτῳ Mosq. τῷ ἐξ ἀρχῆς vulgo, τὸ ἐξ ἀρχ. quod nobiscum Clavier restituit, Sylburgii correctio est. Cf. c. 32, 1. 39, 2.

§. 3. *Τῷ ἐν* pro vulg. *τὸ ἐν* Mosq. *Ὀγκίῳ* ante Facium, qui hic et postea e Mosq. et Stephano diphthongum reposuit. Verba Stephani Byz. qui ipsum hunc Pausaniae locum excitat, etiam propter id, quod paragrapho hoc extremo affertur, adiungenda putavimus: *Ὀγκεῖον, χωρίον Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ὄγκου δυναστεύσαντος, ὡς Παυσανίας ὀγδόῳ.* Legendum autem est *Ὄγκειον* ut *Λαύρειον, Χλούνειον.* v. Etym. M. p. 483, 30. Lips. Ibid. p. 613. (556) est *Ὄγκαι, πόλις ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἀπὸ Ὄγκου τινὸς ὀνομασθεῖσαι.* Sylburgius suspicabatur pro *Ὄγκαι* apud Etymologum *Ὄγκαιον* legendum esse. quod non probandum, namque apud Tzetzam ad Lyc. 1225. legitur *ἐν Ὄγκαις, πόλει τῆς Ἀρκαδίας, ἡ Δήμητηρ Ἐριννὺς τιμᾶται,* et apud Phavorinum: *Ὄγκαι, πόλις ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ὄγκαι* etiam vicus agri Thebani. v. ad IX, 12, 2. Itaque *Ὄγκειον* scil. *χωρίον regionis*, *Ὄγκαι urbis* nomen videtur fuisse. De urbe facta

sunt Ὀγκαῖος et Ὀγκειάτης §. 5. et 6. Ἐριννῦν vulgo, scripsimus Ἐριννύν. cf. ad X, 31. p. 874. In Tzetzae comment. ad Lycophr. bis 153. et 1225. hic Callimachi versus de Neptuno et Cerere huc pertinens affertur: Τὴν μὲν ὅ γ' ἐσπέρμηνεν Ἐριννύϊ Τελφουσσαίῃ. Amasaeus ἐπιστρατείαν *alteram expeditionem* reddiderat. Suidas ac Phavorinus ἕδεθλον explicant ἕδρασμα. sic Callim. h. in Iov. 72. Sylburgius autem monuit, esse in hac voce tenuationem Ionicam, quum originis ratio postulet ἕδεθλον sicut in ἕδρα, ἕδος, ἑδώλιον, παρὰ τὸ ἕζεσθαι. De hoc et proximis Antimachi fragmentis cf. ad §. 5. extr. Ante Facium legebatur ὁ μὲν δὴ οἶκος Ἀπόλλωνός ἐστι κατὰ τὴν φήμην· ad emendandum ὁ μὲν δὴ Ὄγκος conspirant Kuhnius, Palmerius, Berkelius ad Steph. B. v. Ὀγκ. quod Facius recepit etiam Stephani loco antea allato commotus.

§. 4. Ἐπίκλεισις πλανομένῃ Mosq. qui deinde ἐζήτει omisit, et ὁ μὲν ἐς ἵππον exhibet. ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὀγκείου Vulgata. Kuhnius correxit ταῖς Ὄγκου· quod a Clavierio receptum nos quoque adscivimus, quum iam Sylburgius hanc proposuisset emendationem. καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι Vulgata. Clavier dedit [ἐν] τῷ Λάδωνι· in qua corruptione sibi idem constans scripsit paulo post: λούσασθαι [ἐν] τῷ Λάδωνι. Ad hanc interpolationem damnandam sufficit meminisse illius: λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσιν ex Hom. Iliad. XVI, 669. αὐτήν φασιν Mosq. τοῦ μηνίματος — Ἀρκάδες. Consentit Etymologici M. auctor p. 374. (338.) dicens Ἐρινύειν, κατὰ Ἀρκάδας τὸ ὀργίζεσθαι. De τῷ θυμῷ χρῆσθαι v. ad I, 23, 1. adn. num vero τὸ θυμῷ χρῆσθαι scribendum? Sylburgius vertit: *irae indulgere.* τὰ δὲ ἀγάλματά ἐστι τὰ ναοῦ ξύλου Vulgata, quae debetur Hartungo et Xylandro, qui cum Amasaeo divise legerunt τὰ ναοῦ, quum in Aldina coniuncte ταναοῦ legeretur. Quam scripturam Sylburgius probatam interpretatur *e protento seu in longum porrecto, procero ligno factas esse statuas;* eamque iterum commendat in Not. ad Dionys. Halic. p. 58. In Mosq. est ταναῷ, in codd. 1410. 1411. τὰ ναῷ, quod Palmerio Valckenarii assensu corrigenti τὰ ἐν ναῷ favet; Clavier autem dedit τὰ ἐν τῷ ναῷ· bene, quum antea τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος §. 3. esset memoratum, et cod. 1399. τῷ ναῷ habeat. Ante Facium legebatur πρόσω, lectionem πρόσωπα Sylburgius ac Palmerius restituerunt. De iis, quae *arcis mysticis* continebantur, Clem. Alex. Adm. ad gent. p. 14. Sylb. Talem *cistam* cap. 37, 2. Despoena, Cereris filia, tenet genubus impositam. ὅσοι δὲ — ὑπειληφότες

Pausaniam hoc dicentem Welcker reprehendit in Schwenckii Etym. Mythol. Andeut. p. 286. Pausanias tamen refert narrationem Thelpusiorum, hoc de his suis Cereris simulacris tradentium, eorumque hoc testimonium opponit illis antiquitatum interpretibus, qui in Lusiae signo Themidem sibi videbantur agnoscere.

§. 5. *Τὴν δὲ κ. τ. λ.* Cf. cap. 37, 6. 42, 2. *Δήμητρα* maluit Porsonus. *ἀτελέστου* Mosq. *ἵππιον* idem. *Ἵππειον* vulgo. cf. cap. 14, 4. *ἠλιάδος* Mosq. Apud Homerum Iliad. XXIII, 346. legitur *εἴ κεν* — *Ἀρείονα* — *ἐλαύνοι*. Mosquensis habet *εἴκειεν* et in altero versu *ἦν*. Articulum *τῇ* ante *Θηβαΐδι* uncis inclusi. Cf. IX, 18. extr. *φερίων σὺν Ἀρείονι* Mosq. Hunc versum cyclici poematis esse existimavit Schellenbergius in Antim. Fragm. p. 65. et 23, quod eo videtur confirmari, quod Pausanias illi Thebaidi Antimachum opponit. Cf. de hac Thebaide IX, 18, 4. *αἰνιάσσεσθαι* et *Ποσειδῶνος* pro *Ποσειδῶνα* Mosq. *Κρηθηϊάδα ὁ πρώτιστος* idem. Quatenus *Talaus Cretheiades* vocetur, patet ex hoc stemmate:

Cretheus
|
Amythaon
|
Bias
|
Talaus

v. Hellen. nostra p. 25 sq. et Schellenb. l. c. Estne autem *Ταλαῶ'* legendum i. e. *Ταλαῶο?* qua Genitivi forma usus erat Antimachus. v. Bekkeri Anecd. 1223. *Πρώτιστος Δαναῶν περ ἐπαινετὼ ἤλασεν ἵππω* Vulg. Pro *περ ἐπαινετὼ* in Mosq. est *νεωαινέτω*, in quo nihil aliud videtur latere nisi *νέω*, *αἰνετώ*, *duo iuveniles laudatos equos seu laudabiles*, quod Vulgatae praeferendum putavi. *Καιρὸν* Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 659. narrante Schellenbergio mutavit in *Κραιρὸν*, sed nulla est mutandi causa, quum *Καιρὸς*, ut *Αὔρα* VI, 13, 5, nomina equorum apta sint. namque *ἐφ' ἑκάστου πράγματος τὸ καίριον καὶ χρησιμώτατον ὁ καιρός ἐστιν* ait Scholiasta ad Soph. El. 75. *Θελπόυσαῖον·* In Callim. Fragm. p. 457. *Ἀρίων Ἀρκὰς ἵππος* vocatur notante Schellenbergio, qui et nomen huius equi melius per diphthongum scribi monet. De scriptura cf. Tzsch. ad Strab. IX. p. 404. *τόν ῥά τ'*. hic *τε* copulatur cum *τὸν*, et *τόντε* idem est quod *ὅν τε*. *Ὀγκαίοις* pro *Ὀγκαίοιο* Mosq. De qua forma cf. ad §. 3. et 6. adn. Huius Apollinis templum §. 6. memoratur. *Αὔτη γαίας* pro vulg. *Αὐτὴ γαί'*

idem: sed Vulgatam veram esse, patet ex praecedentibus Pausaniae verbis Ἀντίμαχος δὲ παῖδα γῆς φησιν, non addidit Ἀρκαδικῆς. Schellenbergius αὐτῇ interpretatus *sine alicuius interventu.* δύναιτο δὲ καὶ Vulg. δύναιτο δ' ἂν καὶ Corayus et Porsonus corrigebant. τρίχες οἱ etiam Mosq. sed supra αἱ. Aliorum fabulae de *Arione Herculis equo* in Mülleri Doriens. II, 480. Ὅς ῥά ποτ' Ἀδράστῳ τριτάτῳ γ' ἐδμήθ' ὑπ' ἄνακτι Vulgata. τιτάνω δ' ἐδμήθ' Mosq. Clavier scripsit Ὅς ῥά τοτ' sequutus Schellenbergium, qui iam maluerat τοτ'. Kuhnio teste Stephanus Niger legit δήδμηθ'. Ex hoc facile eruitur vera lectio δέδμηθ', quam Schellenbergius coniectando invenerat, nosque in minorem editionem iam recepimus; nunc video idem esse in codd. 1399. 1410. 1411, atque ita Clavierium edidisse. Est autem hoc pro ἐδέδμητο positum: sic Hom. Iliad. III, 183. δεδμήατο. Fischer igitur ad Weller. I, 139. Vulgatam tuendam frustra suscepit; Sylburgius ἐδάμη proposuit, quoniam insolens ei videbatur elisio longae vocalis, quum ἐδμήθ' positum crederetur pro ἐδμήθη. Ad fabulae varietatem illustrandam Schellenbergius iam laudavit Scholia et Eustathium ad Hom. Iliad. XXXIII, 346. Eiusdem coniectura est, haec tria Antimachi fragmenta ad eius *Thebaidem* pertinuisse.

§. 6. Ὁ δὲ Λάδων τῆς Ἐριννύος τὸ ἱερὸν ἀπολιπὼν, ἐν ἀριστερᾷ παρέξεισιν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ὀγκαιάτου τὸν ναόν· τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ παρ' Ἀσκληπιοῦ παιδὸς ἱερὸν Vulgata, in qua non potest non offendere geminatum ἐν ἀριστερᾷ, quod priore loco uncis circumscripsi quum ab Amasaeo quoque omissum esset. Quo facto post ναὸν maiorem distinctionem mutavi in minimam, quum παρέξεισιν etiam ad verba τὰ δὲ ἐν — ἱερὸν pertineat. Pro Ὀγκαιάτου suspicetur quispiam scribendum esse Ὀγκαίου e versibus Antimachi; sed gentilia in άτης exeuntia non ita rara sunt neque aliter legit Amasaeus. Scribendum quoque fuit Παιδὸς, quum Aesculapius *puer* significetur, cuius hic signum pueri habebat formam, sive qui hic puer appellabatur. ἔνθα omisit Mosq. sed legit etiam Amasaeus. In nomine Τρυγὼν latet significatio *garrulae.* v. Valcken. ad Theocr. Adon. 87 sq. p. 378 sq. Hic Θελπούσῃ pro regionis nomine. ἀναθέσθαι τὸ πεδίον Vulg. Sylburgius vertit: *puerum illum educandum suscepisse vel potius consecrasse, divinos ei honores tribuisse.* Facio placuit Goldhageno ac Nibbyo, quae fortasse ex Amasaei versione hausta est, Kuhnii coniectura ἀνελέσθαι, quia id verbum etiam II, 26, 4. p. 171. de Aesculapio infante usurpe-

tur; hoc Clavier in contextum intulit, reddidit autem *le fit élever*. Corayi iudicium hoc est: „Cette correction de Kuhn vaut sans contredit mieux que l' ἀναθέσθαι. Néanmoins j'oserois affirmer qu'il n'y avoit anciennement dans le texte que le verbe simple θέσθαι *l'adopta* (aulieu de *le fit élever* de la version française)" Hoc scribens Corayus forsan non satis ponderaverat hanc Sylburgianae adnotationis partem: „*adoptare* (unde υἱοθεσία *adoptatio*) minus huc quadrat." ἀναθέσθαι ἄνδρα est *statuam eius dicare* (v. ad I, 9, 4.) Hoc loco ἀναθέσθαι παιδίον Ἀσκληπιὸν nihil aliud esse potest nisi *Aesculapio puero simulacrum ponere ut deo, seu eum consecrare puerum,* quia scriptor ipse ad ea nos reiicit, quae in *Epidauriorum rebus* II, 26. retulerat, ubi §. 4. narrationi de invento hoc puero addit: ὁ δὲ αὐτίκα ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν ἠγγέλλετο ὁπόσα βούλοιτο εὑρίσκειν ἐπὶ τοῖς κάμνουσιν et §. 7. p. 172. significat, *Aesculapium statim ab initio seu ab unguiculis Deum habitum esse.* Quae qui considerat, dubitabit, an Vulgata sit movenda, praesertim si animadverterit, de invento Aesculapio puero non idem hic et II, 26. narrari. καὶ ἐπὶ τούτῳ παῖδα Ἀσκληπιὸν εἰκότα εἶναι μᾶλλον ἡγούμην Vulgata. Post Ἀσκληπιὸν Goldhagenus illud ipsum ἀναθέσθαι, quod antea expulit, restituendum putavit ita interpretans: *die Bildsaeule des Aeskulaps in der Gestalt eines Kindes aufgestellt habe;* Clavier autem inseruit [ὀνομασθῆναι]. Nihil excidit, scriptor enim voluit dicere: *et eam ob causam magis quam ob aliam credibile putabam, hic Aesculapium puerum esse i. e. eius simulacrum pueri ferre speciem; seu et eam ob causam magis consentaneum putabam, Aesculapium puerum fuisse quum consecraretur, id quod iam antea significavi.* Clavier putabat, vel Κορωνίδος ante παῖδα inserendum vel Ἐπιδαύριον pro παῖδα legendum esse.

§. 7. Τοῦ θόα Mosq. etiam postea. κατόθι — Νᾶσος. „Descend from Agiani (ubi olim oppidum Heraea) to the banks of the Ladon at its iunction with the Alpheus 28 minutes. The Isle of Crows mentioned by Pausanias is seen at the mouth of the Ladon: it is a flat piece of ground, formed by materials deposited by the river on the spot where it separates into two channels and unites with the Alpheus" Gellii Itin. of the Morea p. 115. De Ladone in Alpheum exeunte cf. et VI, 22, 8. V, 7, 1. Οἱ δὲ — Στρατιήν — ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου — οἰκουμένας· ᾧ οἱ κ. τ. λ. Vulgata. Facius tamen pro ᾧ e Mosq. ἃ reposuit, quod Sylburgius iam voluerat. Pro Στρατιὴν scriptum oportuit Στρατίην ex Homeri loco, quem

Pausanias indicavit ipse, Iliad. II, 606, et e Stephano Byz. causam etiam afferente τοῦ τῆς πόλεως ὀνόματος βαρυνομένου. Initio huius loci pro Οἱ Porsonus Ὅσοι scribi, deinde autem ἃ οἱ deleri voluit exempla afferens §. 4. extr. VI, 13, 1. V, 12. princ. sed Οἱ δὲ ἥγηνται ita positum est quasi praecessisset Οἱ μὲν cum suo praedicato, itaque οἱ δὲ ἥγηνται erit hic: *sunt qui putent.* τοῦ ante Ὁμήρου cum Mosq. omisi; idem factum est a Clavierio. In istis ἃ οἱ — ἴστωσαν Kuhnius recte animadvertit ἀπὸ κοινοῦ repetendum esse πεπιστευκότες. *quae qui crediderunt sciant frustra se credidisse.* Idem profert ex Eurip. Oresta 403. (413.) οὐ δεινὰ, πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους scil. δεινά, et citat de eodem schemate Eustath. ad Iliad. p. 884. Rom. κάλλους κ. τ. λ. cf. cap. 20, 1. „The view both up and down the *Ladon* is beautiful, and that river merits all that has been said in praise of its scenery" Gellii Itin. of the Mor. p. 120. μέγεθος κ. τ. λ. sed tamen apud Callimachum de Iove recens nato loquentem est *Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔῤῥεεν* h. in Iov. 18. Similiter apud Dionys. Perieg. 417. ἧχι καὶ Ὠγύγιος μηκύνεται ὕδασι *Λάδων.*

CAPUT XXVI.

§. 1—3. De *Heraea.* Cf. adn. ad VI, 17, 2. „Anazyri to Agiani 44 minutes. The village of Agiani or Hagios Iohannes, consisting of a few huts, is situated on the site of the ancient Heraea of Arcadia" Gellii Itin. of the Morea p. 113. Cf. Mülleri Dor. II, 444. Ἡραιεὺς ὁ *Λυκ.* cf. cap. 3, 1. ἡμέρος vitium est Kuhnianae edit. Clavier iudicat, ἐν ante ἠρέμα προσάντει delendum esse.

§. 2. Τὸ (τὸν) Mosq. bis. Ἀξίτην vulgo. Goldhageni coniectura est Ἀσκίτην, ut dictus sit de ἀσκῷ *utre,* namque ἀσκώλια festum fuisse Bacchi teste Virgilio Georg. II, 383. Sed meliorem lectionem protulit e codd. 1399. 1410. 1411. Clavier Αὐξίτην i. e. *augentem* scil. fructus. ἀθληταὶ Mosq. De hoc *Demarato* seu *Damarato* cf. V, 8, 3. VI, 10, 2. ubi etiam de hoc nomine dicebamus. ἐνίκησεν Ὀλυμπίᾳ Vulgata. Scripsimus ἐνίκησεν ἐν Ὀλυμπίᾳ ut VII, 27, 2. cf. ad VI, 4, 4.

§. 3. Κορύβου Mosq. etiam postea. De *Coroebo* et eius *sepulcro* V, 8, 3. Gellius in Itin. of the Morea p. 115. viam monstrans ab Agiani ad Tsuka, et dimidiatam circiter horam a priore loco progressus ait: „Across the Ladon, on the right, is a village on an insulated hill, called Belesh or Belesi, so-

mewhere near which must have been the sepulchre of Coroebus. The distance between the Ladon and Erymanthus occupies about half an hour.“ Ὀλυμπιακὸν Mosq. ἐκλείποντα vulgo. Corayus correxit ἐκλιπόντα ad V, 4, 4, ubi hoc ipsum est, et ἐξέλιπε τὰ Ὀλύμπια, quod repetitur V, 8, 2. Ὀλυμπιάσιν vulgo.

§. 4. Ἔστη Mosq. Ἀλιφῆρα vulgo. In Polyb. IV, 78, Stephano Byz. Suida et Phavorino est Ἀλίφειρα, apud Ciceronem ad Attic. VI, 2. ac Livium XXVIII, 8. *Aliphera*; gentile apud Plinium H. N. IV, 10. *Aliphiraei* et apud Polyb. IV, 77. Ἀλιφειραῖοι, sed cap. 78. Ἀλιφειρεῖς, quorum posterius comprobat Stephanus addens: εὕρηται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου. Nos accentu retracto Ἀλίφηρα scripsimus ut cap. 27, 3, ubi scriptor iterum dicit, *Alipheram* ad condendam Megalopolin contributam esse; quod confirmat Livius XXXII, 5. ὑπὸ τῶν Mosq. ἐς τοῦτο κ. τ. λ. de *situ Alipherae* Polyb. IV, 78. „A road went from Heraea across the Alpheus to Alipherae; which fortress was perhaps that now called Nerrovitza, nearly in the way to Phanari.“ Gellii Itin. of the Morea p. 114. Hoc Pausaniae πεδίον Müller in Dor. II, 444. ait situm fuisse ad fluvium *Teuthoam*, qui nunc *Longadia* vocatur. ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδός ut cap. 3, 1. et Stephanus Byz. Pro Λεχεάτου Gedoynus volebat Λοχεάτου ut esset a λοχεία. Goldhagenus malebat hoc nomen ducere a voc. λεχὼ *puerpera*. καὶ κρήνην — λόγον. Similiter ad se transtulerunt fluvium Tritonidem Alalcomenii. vide IX, 33. extr. τῆς δὲ — τέχνην. De hoc *Minervae simulacro*, quod auctore Pausania *Hypatodorus* fecerat, consulendus est Polybius IV, 78, qui id dicit opus fuisse Ἑκατοδώρου καὶ Σωστράτου. Pro vulg. ἐν ταύτῃ Mosq. ἐνταῦθα. Hic *Myiagrus*, qui heros fuit, plane diversus est a *Iove muscarum abactore* V, 14, 2. commemorato. ἱερίων — Μύαγρον Mosq.

§. 5. Ἡρέας Mosq. *Melaeneas* Gellius in Itin. of the Mor. p. 112. ponit inter *Saracinico et Anaziri*. sunt iudice Müllero in Dor. II, 444. *Hellenico Castro* unius horae via remotum ab Anaziri versus orientem. In Peuting. tab. VII. est *Melena*, sed duplex. ταύτας — Λυκάονος. cf. cap. 3, 1. ἔρημος refertur ad πόλιν, quae vox latet in nomine proprio Melaenearum. Μελαινέων vulgo. sed cf. ad V, 7, 1. Βουφάγιον. „Saracinico to the ruins of an ancient city (Buphagus) 1. h. 18 m.“ Gellii Itin. of the Mor. p. 111, ubi de via a Saracinico ad Anaziri sermo est. Βούφαγος vulgo. scripsimus Βουφάγος ut V, 7, 1. De *fonte* eius Gellius l. c. ita: „On the

right of the road, having passed the ruins (of Buphagion) is a fine source of the river Buphagus, with shady platanus, near which are vestiges of antiquity."

CAPUT XXVII.

§. 1. *Μεγάλη πόλις*· sed §. 10. *Μεγαλόπολιν.* De hac duplici scriptura cf. Lobeckius ad Phryn. p. 601. 604 sq. In Nominativo Pausanias disiunxit adiectivum a substantivo. *Megalopolis* fuit ubi nunc *Sinano*, referente Gellio in Itin. of the Mor. p. 95. „Megalopolis to the fount of the Alpheius in the plain of Megalopolis, mentioned by Pausanias (cap. 44, 3.) 1 h. 28 m." ibid. p. 97. Palmerius in Exerc. p. 421. ait; „Megalopolis versus Laconiam fuit, ut ex Plutarcho in Cleomene liquet." adde omn. Paus. VIII, 35, 3. In Ephemer. litt. Ienens. 1822. N. 40. illuc refertur, ubi nunc Breuthe ad Tyelissum circiter 30 stadiis ante exitum in Alpheum. In Peuting. tab. VII. est alteri Melenae subiecta et vicina Laconiae. *νεωτάτη κ. τ. λ. novissima urbs Graeciae*, quia Olympiade CXXXVII. diruta putatur Ol. CXLIII. restituta esse. Pro vulg. *μόνων* scripsi *μόνον.* ut III, 17, 7. idem fecit Clavier; contraria confusio notata est II, 20, 4. *πλὴν ὅσον κατὰ συμφορὰν ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων μεταβεβήκασιν οἰκήτορες* Vulgata. Sylburgius vertit: *exceptis iis in quas post clades a Romano imperio acceptas coloni transmigrarunt.* Legisse igitur cum Amasaeo videtur *πλὴν ὅσων.* Clavier edidit *πλὴν ὅσων κατὰ συμφορὰν [ἐπὶ] ἀρχῆς* etc. *à l'exception de celles qui ont changé d'habitants par suite des malheurs que l'empire romain a éprouvés.* Quod probat Corayus excepta praepositione *ἐπὶ*, quam male insertam recte iudicat. *πλὴν ὅσων* est etiam in codd. 1399. 1410. 1411. Sed urbes quae suos mutarunt incolas dici non poterant recentiores Megalopoli; neque vero *πλὴν ὅσων μεταβεβήκασιν οἰκήτορες* licet interpretari *exceptis iis, in quas coloni transmigrarunt seu immigrarunt.* Itaque teneo adhuc quod olim occurrit: *πλὴν ἐς ἣν κατὰ συμφ.* etc. *excepta ea, in quam illo tempore quo imperii Romani mutatio facta est, incolae transierunt ex suis urbibus;* haec est *Nicopolis*, in quam magna pars Acarnanum Aetolorumque translata est, cuius rei Noster saepius mentionem fecit. vide V, 23, 2. VII, 18, 6. X, 38, 2. *συμφορὰ* autem ut *συντυχία* est medium vocabulum (v. Eurip. Hec. 213. seu 215.); Hesychius: *ξυμφορά· συντυχία· καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ τάσσεται καὶ*

ἐπὶ κακοῦ. adde indicem in Euripidis ed. Lips. T. III. p. 960. Herod. VII, 49, 1. κατὰ μίαν ἑκάστην ἡμέραν *unoquoque die.* εἷς τε ἕκαστος καὶ οἱ σύμπαντες apud Herod. VII, 53. πλεῦνες περὶ ἕνα ἕκαστον ibid. 103. ὑπὸ Λακεδαιμονίων παρασταθῆναι Vulgata. παραστῆναι Mosq. Hoc ut illo usitatius recepi. Hoc significatu *in deditionem venire, sub potestatem redigi* saepius legitur παραστῆναι apud Herodotum. v. Wessel. et Valcken. ad III, 13. VI, 140. cf. Paus. IX, 9, 2. πολιορκίᾳ παρέστησαν. Haec τά τε ἀπὸ — αὐτοῖς pendent ab ἐπιστάμενοι, sunt autem ut consequentia subiuncta causae, quae continetur praecedentibus ἐπεὶ ἀνθρώπων — ἦν. Pro vulgato Μιδέαν e Mosq. Μιδείαν dedi, quod fuit II, 16, 2. τά τε ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀδεέστερα τοῖς Ἀργείοις ὑπάρξαντα Vulgata; scripsimus autem ἀπὸ pro ὑπό· sic §. 7. Μεγαλοπολίταις ἀπὸ Λακεδαιμονίων δεῖμα ἦν οὐδέν. IX, 28, 2. δεῖμα ἄπεστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰοῦ. X, 23, 4. σὺν οὐδενὶ ἀπὸ τῶν βαρβάρων δείματι. IV, 34, 1. δείματα ὡς ἀπὸ θηρίων. V, 26, 1. τῷ ἀπὸ Λακεδαιμονίων δείματι.

§. 2. Τῆς πόλεως — ἄν. Haec non pugnare cum iis, quae Diodorus Sic. XV, 72. tradidit, quum Epaminondam auctorem minime excludant, facile apparet. De *tempore* huius urbis conditae cf. §. 6. ἐπαγείρας vulgo; e Mosq. scripsi ἐπεγείρας, quam lectionem egregie confirmat Pausanias ipse IX, 14, 2. ita de Epaminonda narrans: τὰ πολίσματα τὰ Ἀρκάδων ὁπόσα εἶχεν ἀσθενῶς, καταλῦσαι πείσας τοὺς Ἀρκάδας, πατρίδα ἐν κοινῷ σφισιν ᾤκισεν, ἡ Μεγάλη καλεῖται πόλις. Similiter ἀγείρειν et ἐγείρειν confusa IX, 5, 3. Nunc video Clavierium quoque ἐπεγείρας recepisse. Παμμένην vulgo. Παμμένης est etiam in Plut. Pelop. c. 18. et apud Suidam v. Κάρανος. Eadem huius nominis scriptura invenitur apud Ciceronem. Παμένην Mosq. et Ald. ᾑρέθησαν Mosq. Hi, *Lycomedes et Proxenus*, noti sunt e Xenoph. Hellen. VII, 1. In *Hopolea* sine codd. nil tentandum. „In Aldino divise legitur ὁ πολέας [quod primo quidem loco vitiosum est] et quidem bis. quamobrem illud Amasaeus quoque retinuit. Xylandro magis arrisit coniunctio. Ὁπολέας tamen suspicione non caret: ac verius fortasse nomen est Ὁπλέας.“ Sylb.

§. 3. Huius loci ope septem distinguuntur Arcadiae regiones 1) Maenaliorum 2) Eutresiorum 3) Aegytarum 4) Parrhasiorum 5) Cynuraeorum 6) eorum, qui Thisoam, Teuthin et Methydrion incoluerant Orchomeniis additi 7) Tripolis complectens Calliam, Dipoenam et Nonacrin. adde Mülleri

Dor. II, 448. De antiquiore divisione ad cap. 4, 2. adn. ubi etiam de Aphidantis parte.

Ἀλέαν vulgo, *ἁλίαν* Mosq. Ald. *Halia* Amas. *Aleae* nomen in hoc numero positum mireris, quum scriptor cap. 23, 1. Aleam dixisset *συνεδρίου τοῦ Ἀργολικοῦ μετέχουσαν·* ergo non videtur Pausaniae aetate vacans fuisse. Cogitarem de *Asea* seu *Asaea*, si certum esset, hanc non latere in *Ἰασαίᾳ*, quae continuo commemoratur. Quum autem proximorum nominum rectus casus positus sit, quid est cur Vulgata *Ἀλέαν* habeat? Quem Accusativum quo explicarem quum nihil reperissem, permutavi eum cum Nominativo. *Εὐτάσου Ἀμάτειον* ante Facium, qui Sylburgii emendationi *Εὐταία, Σουμάτειον* locum in contextu dedit. Stephanus Byz. *Eutaeam* e Xenoph. Hellen. VI, 5, 12. 20. 21. profert. Apud eundem Stephanum est *Εὔγεια, χωρίον Ἀρκαδίας*. Sed pro *Σουμάτειον* videtur *Σουματία* e cap. 3, 1. p. 603. reponendum, quae forma etiam Goldhageno magis placuit. *Σουμάτειον* qua auctoritate defendatur non video. *Ἰασαία* vulgo. *Ἰασαὶ* Mosq. Hoc perperamne pro *Δασέα* vel potius *Ἀσέα* huc irrepserit nec ne, sibi non esse cognitum, fassus est Sylburgius. Goldhagenus arripuit illud prius, sed *Δασέα* paulo post ipsa memoratur. Facius malebat *Ἀσαία* e cap. 3, 1. quod Clavier in contextu posuit et Nibby expressit. Nobis tutius visum est retinere Vulgatam. *Ἀπερέθεις* vulgo; *Ἀπαρέθεις* Mosq. Idem cap. 3, 1. obtulit *Παραιθεῖς·* ex illo loco et cap. 36, 4. scripsi *Περαιθεῖς·* assentiuntur Goldhagenus, Facius, Clavier et Nibby. sed idem iam Sylburgius voluerat. De *Helissonte* cf. cap. 3, 1. et 30, 1. *Δειπαία* ante Eacium, qui ex III, 11, 6. VIII, 8, 4. 30, 1. et e Steph. B. *Δίπαια* edidit, *δὲ εἶπε* est in Mosq. *Ἀλυκαία* vulgo; Facius et Boeckhius ad Platon. Min. p. 57. praeferunt *Λύκαια* propter cap. 30, 1. (ubi *Λυκαιᾶτις χώρα*) et Stephanum Byz. apud quem *Λύκαια* e Theopompo legitur. Clavier edidit *καὶ Λύκαια*. Sed *Ἀλυκαία* fortasse eadem est quae *Λύκαια*, (cf. paulo post de *Λυκαιάταις*) quum *Ἀ* nominum propriorum initio saepe modo additum, modo ademtum esse constet. v. ad III, 14, 3. V, 14, 3. VI, 13, 1. *ταύτας μὲν ἐκ Μαινάλου* breviter pro *ταύτας μὲν ἐκ Μαινάλου συνῆλθον ἐκλιπόντες*. Haec regio vocabatur *Μαιναλία*, ut III, 11, 6. VIII, 9, 2. adde quae paulo post e Dodwellio afferentur. Obiectam eam Mantineae versus occasum, et Orestin eius partem fuisse, ait Müller in Dor. II, 442. adde eundem p. 448. *ἐκ δὲ Εὐτρησίων κ. τ. λ.* id est *ἐκ δὲ Εὐτρησίων συνῆλθον ὧν ἦσαν Τρικόλωνοι κ. τ. λ.* Apud Hesychium et Phavorinum hoc

legitur: *Εὔτρη, πόλις Ἀρκαδίας. Εὐτρηΐους* (lege *Εὐτρασίους*), *τοὺς ἀπὸ Εὔτρης, πόλεως τῆς Ἀρκαδίας. Δωρικῶς δὲ εἴρηκε Τηλεκλείδης· θέλει γὰρ εἰπεῖν Εὐτρησίους.* Discedit Stephanus Byz. v. *Εὔτρησις* dicens: *τὸ Εὐτρήσιοι, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ οὐκ ἐθνικόν.* Hinc videtur corrigendum quod excidit Müllero in Dorieus. II, 513. Xenophon Hellen. VII, 1, 19. habet *Εὐκτρήσιοι*, in margine *Εὐτρήσιοι*, quod probatur Berkelio. In Xenophontis loco Archidamus dicitur a Midea profectus venisse ad *τὴν ἐπ' Εὐτρησίους ἐκτροπὴν*, et *τὰς συμβολὰς τῆς τε ἐπ' Εὐτρησίων καὶ τῆς ἐπὶ Μιδέας ὁδοῦ.* Vitium Etymologici M. v. *Εὔτρησις* iam correctum est in Hesych. Alb. *Τρικώλλωνι* Mosq. *Ζοίτιον* vulgo: in Stephano quidem est: *Ζοίτειον, πόλις Ἀρκαδίας. Παυσανίας ὀγδόῳ.* Quum autem cap. 35. sit *Ζοιτία, ας, ᾳ, αν*, Vulgatam retinui. „Sicut hic *Χαρίσια*, ita infra *Χαρισίων* cap. 35, 5. at supra cap. 3, 1. *Χαρισία.*" Sylb. Nos pro vulg. *Χαρίσια* dedimus *Χαρισία* singulari numero, pluralem numerum in usum inferioris loci reponentes. *Κναῦσον* vulgo; pro eo Raoul Rochette in Hist. de l'établ. d. col. gr. T. I. p. 262. voluit *Καύκων.* sed Cauco urbs Arcadiae mihi ignota est, timeo ne aliis quoque. *Παρωρία* vulgo, sic et cap. 35, 6. Rectius autem esse apud Stephanum *Παρώρεια* monet Sylburgius. *παρὰ δὲ Αἰγυπτίων* vulgo. similis error notatus VII, 2, 7, Sylburgius Kuhniusque corrigebant *Αἰπυτίων* vel de Aepyto rege vel de oppido Aepy; sed Aepy urbs Messeniae seu Triphyliae, et *ἐθνικὸν Αἰπύτης* fuit. v. Steph. Byz. ubi Holstenius quoque *Αἰπυτίων* seu *Αἰπυτῶν* nostro loco scribendum censet. Hos sequuti sunt Gedoynus, Goldhagenus, Nibbyus probante Facio. Palmerius contra contendit legendum esse *Αἰγυτίων* de regiuncula Megalopolitidi vicina, quae *Aegys* dicebatur et in confinio Laconicae Arcadiaeque sita erat. cf. III, 2, 5. VIII, 34, 3. (cum adnot.) Strabo X, 446. Stephanus Byz. v. *Κάρυστος.* Quum autem et a Pausania ipso in Laconicis l. c. et a Stephano v. *Αἴγυς Κῶβρυς* et *Αἶπυ* incolae *Αἰγῦται* vocentur, *Αἰγυτῶν* scribendum existimavi, idque retinui, quanquam nunc video Clavierium *Αἰγυτίων* dedisse. Post *Αἰγυτῶν* videtur esse lacuna; si non esset, redundaret *καὶ* ante *Σκιρτώνιον.* Hunc Pausaniae locum de *Scirtonio* citat Stephanus Byz. De *Cromis* cf. cap. 34. *Βλένινα* vulgo, *Βελεμίνα* Clavier; cf. ad III, 21, 3. adn. Qui VIII, 35, 3. 4. confert, possit suspicari, Bleninam et Beleminam diversas fuisse, et *Beleminae* cives Megalopolin traductos non esse. *Leuctron* Müllero est Leondari. Ad *Παῤῥασίων* supplendum esse *παρὰ* vel *ἐκ* Facius mo-

nuerat, et [παρὰ] Παῤῥασίων Clavier scripsit. alius copulam δὲ desiderabit. *Λύκος*, *'Ορεισθωκνεῖς* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *Λυκοσουρεῖς*, *Θωκνεῖς* recepit. De *Lycosura* cap. 2, 1, et de *Thoenia* cap. 3, 1. *Τραπεζούτιοι*, *Προσείδα*, *κακήσιον* Mosq. *'Ακοντιμακαρία*, *Δασέα* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *'Ακόντιον*, *Μακαρία*, *Δασέα* adscivit. *Acontium* Arcadiae oppidum de Acontio Lycaonis filio habet Stephanus Byz. De *Macaria* cap. 3, 1. In Mosq. *'Ακόντιμα καριδάσε* legitur. Pro *Δασέα* Goldhagenus posuit *Aseam*, fortasse quia *Daseam* superiore loco collocaverat. *Κυνουραίων* vulgo. Sylburgius putabat, rectius forsan *Κυνουρέων* esse. οἱ *Κυνουρεῖς* in Argolide (III, 2, 2.) videntur hic *Κυνουραίοις τοῖς ἐν 'Αρκαδίᾳ* opponi. *Θίσα ἡ πρὸς Λυκ.* Vulgata. *Θίσοα* et supra *Θίσαι* Mosq. qui deinde ἡ omittit. Paulo post est *Θισόα* et §. 5. *Θεισσόα* in Vulgata. Stephanus Byz. nostrum locum citat ita: *Θείσοα, πόλις 'Αρκαδίας. Πανσανίας ὀγδόῳ.* E Stephano et ex Pausania ipso cap. 28, 2. 3. 38, 7. 47, 2. *Θείσοα* scripsi, Clavier dedit *Θισόα*. Sed et *Λύκοα* reperitur apud Stephanum. Duae autem, quod Facius iam suspicatus est, urbes huius nominis videntur fuisse in Arcadia, altera *πρὸς Λυκαίῳ*, altera *ἐς 'Ορχομενὸν συντελοῦσα*, seu ut est §. 5, *ἡ πρὸς τῷ 'Ορχομενῷ*. Eadem haec cap. 28, 2, 3. Methydrio et Teuthi vicina dicitur. *Λυκόται* vulgo, scripsi *Λυκοᾶται*. vide ad cap. 3, 1. adn. Clavier *Λυκαιᾶται*, Sylburgius potestatem dederat optandi utrum velles. *Τευθίς* vulgo, sed corrigendum fuit *Τεῦθις* et §. 5. *Τεῦθιν*. vide ad §. 5. et ad cap. 28, 3. *Τευθὶς* est substantivum, *loligo*. adde Phavor. *Τρίπολις ὀνομαζομένη* „Tripolitza hat, wie die Neugriechen glauben, seinen Namen von drey alten Staedten in deren Nachbarschaft erhalten, von Tegea, Mantinea und Maenalos, aus deren Ruinen dieselbe, wie sie sich einbilden, erbaut sey. [cf. ad cap. 8, 3.] Allein wahrscheinlich steht sie auf der Stelle von *Tripolis*. Tripolis liegt am südlichen Fusse des Mainalion. Dieser Berg begrenzt die Westseite der Ebene von Mantinea und Orchomenos, und macht einen District von dem Lande aus, das vor Alters *Maenalia* hiess.“ Dodwell. T. II. p. 300. Sickl. Huius *Τριπόλεως* pars fuit *Καλλία* teste Stephano Byz.: *Καλλίαι, πόλις μία τῆς ἐν 'Αρκαδίᾳ Τριπόλεως*. Berkelius et Dodwellius c. l. videntur errare putantes, Tripolin etiam Calliam seu Callias appellatam esse. Kuhnius recte post *ὀνομαζομένη* distinxit a Sylburgio monitus existimante, sic clarius apparere tres huius *τριπόλεως* urbes. Haec urbs §. 5. vocatur *Καλλιαί*, sed ideo opus non erat

ut Clavier hic quoque *Καλλίαι* scriberet. Similiter hic est *Δίποινα*, sed §. 5. *Δίποιναι*. In Mosq. hic *Δίποι* legitur. *Λυκαιᾶται* hi forsan cives sunt *Λυκαίας* illius, quae paulo ante *Ἀλυκαία* vocata est. οὐ γὰρ συνεχώρουν ἔτι τὰ ἄστεα τὰ ἀρχαῖα ἐκλιπεῖν Vulgata. Mosq. habet ἄστυ, Clavier autem ἐνοικεῖν pro ἐκλιπεῖν e coniectura. οἱ μὲν sunt *Λυκαιᾶται* et *Τρικολωνεῖς*.

§. 4. Post ἐξεχώρησαν maiorem distinctionem in minimam, rursus minimam post *Ἀρκάδες* in maiorem mutavi cum Goldhageno, quum sensus sit: *Trapezuntii omnino omnes ex Peloponneso excesserunt, quantum eorum relictum est, et quos non illico Arcades prae ira occiderunt.* τοὺς δὲ pro τούςδε Sylb. acceperat prava deceptus interpunctione. μητρόπολιν τάττοντες Vulgata, cui nescio an inveniri nequeat apta interpretatio; vereor enim ne haec parum placeat: *ut ex metropoli oriundos et cognomines in album referentes;* qua μητρόπολις denotaret μητροπολίτας, et verbo τάττειν tribuenda esset potestas ἐγγράφειν, quam Phavorinus affert. Sylburgius vertit: *eos — ii qui Trapezuntem in Euxino iam tenebant, in domicilii societatem recepere, quippe qui ex eadem essent metropoli, idemque nomen usurparunt;* Kuhnius autem: *quum existimarent Trapezuntii, quod ipsorum metropoli oriundi eiusque nominis essent, libenter iis suam urbem dederunt inhabitandam aequo iure.* Vitium nobis irrepsisse et corrigendum videtur esse vel μητροπολίτας τε καὶ ὁμωνύμους, quum in Mosq. sit τάττοντας pro τάττοντες, vel μητρόπολιν τιμῶντες καὶ ὁμωνύμους. Hoc quoque *Λυκοσουρεῦσι* — τὸ ἱερὸν corruptum esse existimamus, quanquam dicas, ἐς ante τὸ ἱερὸν supplendum, et in ἐλθόντας esse casus mutationem haud ita raram. v. Hermannus ad Euripid. Hec. 691. Quare corrigendum putamus ἐλθοῦσιν ἐς τὸ ἱερόν. Kuhnius autem ἐσελθὸν αὐτοὺς τὸ ἱερόν *pepercerunt Arcades refractariis Lycosurensibus, quod eos subiret recordatio templi Proserpinae; imo pepercerunt iis et Cereris gratia et quod ad templum Despoenae confugerant supplices;* quod templum prope Lycosuram fuisse patet e cap. 38. *Ceres* autem Despoenae mater ibidem cum filia colebatur. v. cap. 37. ἐς ante τὸ ἱερὸν intelligendum esse, docetur etiam in Bosii Ellips. p. 408. Facius et Abreschius ad Thucyd. p. 71. corrigebant *Δεσποίνης* ἐςελθόντας τὸ ἱερόν. In Mosq. legitur ἀπηθήσασιν.

§. 5. *Γόργινα*, *Διπιάνας*, *Θισο ἂν* Mosq. *Θεισσόαν* Vulgata. *Θεισόαν* Clav. cf ad §. 3. *Τευθὶν* vulgo. *Τεῦθιν* Mosq.

Ald. Sylburgius ad IX', 32, 1. „non video, inquit, quomodo excusari iste accusativus *Τευθὶν* possit.“ cf. adn. ad §. 3. *Καλιὰς* Mosq. *καὶ τότε* Vulgata. melius Clavier *καί ποτε*, scriptor enim cogitabat quod cap. 43, 1. narraturus est: *Ἀντωνῖνος ὁ πρότερος πόλιν τε ἀντὶ κώμης ἐποίησε Παλλάντιον, καί σφισιν ἐλευθερίαν καὶ ἀτέλειαν ἔδωκεν εἶναι φόρων.* Ergo Pallantium exutum nomine urbis mutatum est in pagum Megalopolitarum, sed Antoninus prior ei urbis nomen restituit beneficiis aucto. Pallantii fato fortuna Alipherae opponitur, quae semper urbis nomen retinuit. *πόλις* pro *πόλιν* Mosq.

§. 6. De *Epaminonda* Megalopolios conditore et *tempore* huius urbis conditae cf. Wessel. ad Diod. Sic. XV, 72. Hunc ipsum annum esse cladis Leuctricae; quem Pausanias indicavit, ostendit Ios. Scaliger de emend. tempor. lib. V. p. 225. *Φρασικλείδου — στάδιον.* cf. VI, 5, 2, ubi hic Damo *τὸ δεύτερον* tum vicisse traditur.

§. 7. *Τηνικαῦτα κ. τ. λ.* Eandem hanc rem iterum tangit cap. 36, 4. *ἐπίκουρον τῷ λόγῳ* Mosq. *Χαιρωνία* idem. De *re* cf. I, 25, 3 sqq.

§. 8. *Ἀργόδημος — ἀνέφερε* Mosq. Ad *ποιησαμένου* repetitur e praecedentibus *υἱόν.* Hoc *τούτῳ — χρηστῷ* repetit cap. 36, 3. Ut hic tyrannus *χρηστὸς*, sic Clita quaedam *Χρησίμα* cognominata est in Theocr. epigr. XVIII. *ἐπὶ τούτῳ τυραννοῦντι* Vulgata; scribere *ἐπὶ τούτου τυραννοῦντος* nulla mihi religio fuit: idem vitium notatum est cap. 5. in. Genitivum etiam Porsonus reposuit. *στρατα* pro *στρατιᾷ* Mosq. *καὶ τοῦ κ. τ. λ.* De *Acrotato* ante Cleomenem patrem mortuo III, 6, 1. I, 13, 3. Hic igitur addit Pausanias, ubi ille perierit. In huius Acrotati Spartanorum non regis sed ducis bello Megalopoli illato sibi constat Pausanias cap. 30, 3. Plutarchus autem in Agide et Cleomene init. refert hoc bellum ad Acrotatum regem Arei filium, Acrotati a Pausania memorati nepotem et Cleomenis pronepotem, ac, Palmerio quidem iudice, melius. *ἐγενεαλόγησα·* III, 6.

§. 9. *Ἀριστήδιον* pro *Ἀριστόδημον* Mosq. Post *ὧν* videtur distinguendum et *καὶ* ante *φιλόπολις* delendum esse. *κατέπαυεν κ. τ. λ.* Hunc *Lydiadam* quod *ἀπετίθετο τὴν τυραννίδα* laudat etiam Polybius II, 44. *καθορμισμένης* Mosq. Pariter metaphorice sed in malam partem dicitur in Aeschyli Prom. 973. *ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας.* Verbum *παρισοῦσθαι*, etiam cap. 25. extr. usurpatum, Herodoteum est. vide IV, 166. *ἡμέρας*, at in margine *ἑτέρας* Mosq. *Ἄγις* vulgo. cf. ad III, 2, 1. *ἀξιολογωτέρῳ* Mosq. *ὑπεξελθόντας*

Vulgata, pro qua nullus dubitavi Clavierii lectionem ἐπεξελθόντας recipere. namque ἐπεξελθεῖν de *iis, qui ad pugnam prodeunt*, est proprium. vide VII, 13, 2. I, 26, 1. III, 4, 1. 5, 4. quo ultimo loco in ἐξελθεῖν depravatum erat. σείουσιν vulgo. ἔμελε — Σηπιᾶσι Mosq. De illo infortunio, quod Persarum classi ad *Sepiades* accidit, et eius auctore Borea Graecis opem ferente, notus est Herodoti locus VII, 188 sqq. Straboni IX, 443. (668.) est ἡ Σηπιὰς ἀκτὴ πετρώδης Thessaliae. ἐρύσατο — ἄγιδος — διεφώρησεν Mosq. ἐρύσατο etiam Ald Frcf. Μεγαλόπολιν pro Μεγάλην πόλιν idem. ἔστιν ὁ — τέλει. cf. de his II, 8, 4. VIII, 10, 4.

§. 10. Μεγαλόπολιν — σπονδαῖς. cf. cap. 28, 4. IV, 29, 3, VII, 7, 2. ἔνθα καὶ — χρεών. Auctore Polybio II, 51. *Lydiades cecidit* in proelio, quo Achaei a Lacedaemoniis victi sunt in campis Megalopolitidos Laodiciis, de quibus cf. Paus. VIII, 44. Κράντιδος vulgo; scripsi Κραύγιδος cf. ad IV, 29, 3. adn. idem voluerunt Sylburgius Faciusque, e dedit Clavier; omisit autem Amasaeus. κατέσκαπτέ τε καὶ ἑκάστην πόλιν ante Facium, qui cum Gedoyno et Goldhageno Kuhnii emendationem sequutus scripsit τε καὶ ἔκαιε τὴν πόλιν. Porsonus monet, e scriptura ἔκαετὴν ortum esse vitium ἑκάστην. Camerarius legendum cum Amasaeo putabat κατέσκαπτε τὴν πόλιν. His δηλώσει — Φιλοποίμενα significat cap. 49. Λακεδαιμονίων — μέτεστιν αἰτίας οὐδὲν, ὅστις σφίσιν ἐκ βασιλείας μετέστησεν ἐς τυραννίδα ὁ Κλεομένης τὴν πολιτείαν. Vulgata. Quod Kuhnius proposuit ὅτι σφίσιν, id eo lubentius recepimus, quo magis id ipsius Pausaniae confirmari videbatur auctoritate; simillimo enim modo loquutus Noster est IX, 6, 1: τῆς δὲ αἰτίας ταύτης δημοσίᾳ σφίσιν οὐ μέτεστιν, ὅτι ἐν ταῖς Θήβαις ὀλιγαρχία, καὶ οὐχὶ ἡ πάτριος πολιτεία τηνικαῦτα ἴσχυεν. Clavier eodem modo scripsit, et idem est in cod. 1411, sed cod. 1410. habet ὅτι σφήσιν. Facio ante vulgatum ὅστις quaedam excidisse videbantur, et Porsonus post αἰτίας οὐδὲν inserendum ἀλλ' putabat; sed lacuna hic nulla est.

§. 11. Καὶ ante Ἡραιεῦσι abest a Mosq. κατὰ — μοι. vide cap. 26. extr. ταύτην καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ Θόρνακα ὀνομάζουσι Vulgata. sed melior est Clavierii lectio ἀπὸ ταυτῆς καὶ ἐν etc. De *Thornace* in Laconica III, 10, 10. Φολωη Mosq.

CAPUT XXVIII.

§. 1. Ἰόντι — σε ἐκδέξεται Vulgata; correxi Ἰόντα — σε ἐκδ. Rursus Accusativum pro Dativo perperam positum vidimus I, 9, 6. IV, 33, 5. V, 23, 1. *Maratha* a quo praeterea memoretur, neminem scio. Müller in Dor. II, 444. suspicatur nunc *Raphthi* vocari. *Gortys* antea urbs, Pausaniae aetate pagus. v. cap. 27, 5. nunc *Atchicolo* vocatur, si fides Gellio, Britanno, habenda, apud quem *Karitena to Atchicolo* (Gortys or Gortyna) 1 h. 53 m. sed cf. ad cap. 29, 1. adn. ἔστι δὲ αὐτόθι κ. τ. λ. Gellius ibidem p. 105. antequam ad pagum Atchicolo venit, commemorat *Temple of Aesculapius and ruins called Marmara.* His ille adiungit *Gortys*; tum illico pergit: *The ruins of the temple of Aesculapius consist chiefly in a platform about* 90 *feet long by* 45. Hoc templum iam memoratum est V, 7, 1. Huc pertinent illa Ciceronis N. D. III, 22. „Aesculapii non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur.“ καὶ Αὐγέας ante Facium qui ex Amasaei versione *(Hygiae)* scripsit καὶ Ὑγείας. Pro Σκόπα est Σκόπος in Mosq.

§. 2. *Gortynius* fluvius prope fontes *Lusius* dictus. ἐπὶ — τεχθέντος. Rhea enim, postquam in Arcadia Iovem pepererat, αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν (Διός) δ᾽ ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι Callim. h. in Iov. 16 sq. „The river *Gortyna*, or Atchicolo, runs from a plain beyond Dimizzana, a town seen from Gortys“ Gellii Itin. of the Mor. p. 105. γῆς τὸ πολὺ τοῦ χρόνου νιφομένης· similiter loquutus est cap. 16, 2. τοῦ ἔτους τὸ πολὺ νιφομένου τοῦ ὄρους. In Mosq. νειφομένης, ἀνάπλεος legitur, sed cap. 29, 3. est ἀνάπλεων sine varietate. adde cap. 31, 1. Pro λουομένους videtur λουμένους scribendum esse. vide II, 38, 2. VII, 23, 2. χειμῶνος δὲ ἀνιαρὸν, οὐκ ἔτι τούτους κ. τ. λ. ante Facium, qui, quum Cod. Casauboni Kuhniusque monuissent, distinctionem post οὐκ ἔτι ponendam esse, iis tacite paruit, simul autem coniecturam proposuit ἀνιαρὸν οὐκ ἔστι, atque ita sed pariter tacite scripsit Clavier, in Supplem. hoc se in codd. 1410. 1411. reperisse testatus. Recepi quanquam Vulgata quodam modo defendi possit: Kuhnius certe observavit, οὐκ ἔτι esse etiam apud Graecos ubi simpliciter negent sine respectu ad tempus praeteritum, cui assentitur Sturzius in Lexico Xenoph. citans cum illo Hesychium. Sed οὐκ ἔτι saepe videtur esse *neutiquam*, οὐδαμῶς, ut interpretatur Eustathius ad Iliad. IV, 539. adde Perizon. ad Aelian. V. H. XIV, 43. In

Mosq. ἀοιανὸν legitur. In τούτους — ψυχρὸν non redundat σφᾶς, sed τούτους est interpretandum *quod ad hos attinet.* sic saepe. v. ad VI, 13, 4. *Cydnus* podagricis utilis. v. Vitruv. VIII, 3. Tzetz. ad Lyc. 1052. an eo ipso quod frigida eius aqua? Pomp. Mel. I, 14. in. de *Melade ac Sida.* Παμφύλων. De hac bona forma τοῦ ἐθνικοῦ cf. Berkelius ad Steph. B. v. Παμφυλία. De *Sida* Steph. Byz. Ἀνελόντος vulgo; scripsi Ἄλεντος Sylburgio, Kuhnio, Facio suadentibus. cf. adn. ad VII, 3, 2. Ἄλεντος dedit Clavier. Forsan huius fluvii mentionem fecerat Mimnermus apud Strabonem XIV, 634. (507.) ψυχρότητα pro ψυχρότητος Mosq. Θεισία μεθ' ὑδριεῦσιν — ἀνακινοῦσι καλοῦσι Mosq. Ῥαιτέας Vulgata. Ῥοιτέας Corayus suspicabatur. Eodem modo scripsit Gellius, qui in Itin. of the Morea ita: „Karitena. 40 minutes turn. 1. near *Rhoetea,* which was at the iunction of the Alpheus with the Gortyna. — Karithena. 1 h. 41 m. iunction of the Gortyna and Alpheus at a place anciently called *Rhoetea,* some vestiges of which are seen across the former upon an eminence between the two rivers" p. 105. 110. adde ad c. 29, 1. adn. De coniunctione horum duorum fluminum dixit Pausanias iam V, 7, 1. Hic ἀνακοινοῦν τῷ Ἀλφειῷ τὸ ῥεῦμα, sed V, 7, 2. ἀνακοινοῦσθαι τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν πηγήν. Lusium seu Gortynium exire in Alpheum tradidit etiam V, 7, 1, nec non Suidas v. Ἀλφειός.

§. 3. Τευθίς Vulgata. cf. ad 27, 3. et 5. Antea oppidum, postea pagus *Teuthis.* v. cap. 27, 5. ὄνομα δὲ αὐτῷ Τεῦθις vulgo. Τεῦθιν Mosq. codd. 1410. 1411. Clavier; idem nunc recepi. ὡς — πνεύματα. Sic et IX, 19, 5. ὡς ἐν Αὐλίδι πνεῦμα τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἐγίνετο ἐπίφορον. In Mosq. est εἶχεν pro ἦρχεν. Ὠπὸς vulgo; scripsi Ὦπος sequutus Grammaticorum praeceptum. v. Eustath. ad Hom. Odyss. I, 429. Etym. M. et Phavorinum. Ὀπὸς Mosq. οἰδοῦντος αὐτῷ τοῦ θυμοῦ. Cf. quae ad III, 6, 2. adnotata sunt. μυθοῦ pro θυμοῦ Mosq. ἀναστρέψασαν δὲ Ald. pro quo Xylander posuit ἀναστρέψαντι δὲ, quod in Francof. et Kuhn. editionem transiit. E Mosq. ubi est ἀναστρέψας ὁ δὲ, Facius scripsit ἀναστρέψας δὲ, quod Sylburgius iam voluerat. Structurae ἀναστρέψας ἔδοξε τὴν θεὸν φανῆναί οἱ similis est illa apud Herodotum: ἐν τῇ νυκτὶ ἐδόκει ὁ Ἵππαρχος, ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα αἰνίσσεσθαι V, 56. κατέλαβεν vulgo. Pro vulgato μόνοις δὲ Clavier suspicabatur μόνοις τε legendum esse. ἱλάσασθαι ἔμελλον. De constructione verbi μέλλω cum Infinitivo Aoristi cf. Lobeckius ad Phryn. p. 745. sed forsan hic Thomae praecepto convenienter ἂν est addendum. Ἀθηνᾶς bis Mosq. κατειλημμένον

vulgo: scripsi κατειλημένον ut cap. 8, 2. assentiente Porsono. κατηλιμμένον Mosq. Τευθίδι vulgo.

§. 4. Ἐν τῇ — μάχῃ. de ea cap. 27, 10. Κλεομένῃ ante Facium, qui Κλεομένην e Mosq. reposuit. ὅτι Κλεομένης. vide cap. 27, 10. VII, 7, 2, ubi de eadem hac re: ὁ Κλεομένης σπονδὰς αὐτίκα παραβὰς καὶ ὅσα ὤμοσεν. Quod additum est, ἐς αὐτοὺς, ad Megalopolitanos refertur. Βερένθης — Βερενθεάτης Vulgata. Ex Stephano Byz. v. Βρένθη et ex Pausania ipso V, 7, 1. Thomas de Pinedo et Sylburgius Βρένθης et Βρενθεάτης correxerunt, atque ita nunc cum Clavierio scripsi. De urbe *Brentha* cf. etiam ad cap. 29, 1. adn. δὲ post ὅσον Mosq. omisit. προελθόντι an mutandum sit in προελθὼν dubium est in codicum silentio. Gellius in Itin. of the Mor. p. 102. a loco, cui nomen Βάθος (v. cap. 29, 1.) removet spatio unius horae, cui tertia deest pars, locum, ubi „the stream *Brentheates* falls in (the Alpheus) from the north."

CAPUT XXIX.

§. 1. De urbe *Trapezunte* cf. cap. 3, 1. Apud Stephanum Byz. est Τράπεζα et Τραπεζοῦς Arcadiae urbs, et illa prior dicitur esse ἐγγὺς Τρικολώνου. Ubi nunc monasterium S. Anastasii est *e regione Karitenae* Trapezuntem posuit Müller in Dor. II, 447. Sunt qui putent Trapezuntis locum occupasse *Karitenam*. v. ad cap. 39, 3. aliis *Karitena* sita est ubi olim *Gortys seu Gortyna* fuit. v. Dodwell. II, 2. p. 249. Dodwellius ipse l. c. ait: „wenn *Raiteai* (v. cap. 28, 2. extr.) eine Stadt war, so ist vielleicht ihre Lage durch Karitena eingenommen worden, das nicht weit vom Zusammenfluss des Alpheus und Gortynius liegt." Gellius autem in Intin. of the Mor. p. 89. ait: „The name *Karitena* is probably derived from the vicinity of Gortyna; but if any ancient town existed there, it was probably *Brenthea*, (sic et Müller in Dor. II, 444.) which must habe been very near the spot." Vides varias de urbibus, in quarum sedem Karitena successerit, sententias; ponit eam Dodwellius l. c. p. 249. in septentrionali Alphei latere. οὐ πόρρω — ἀνίησι. „Naeher an der Kette des Lykaion befindet sich ein Dorf, Namens Maura (Maurias, Mabrias), und das Bette eines Waldstromes, *Bathy Rheuma* (Bathi Rema; cf. ad § 4.) genannt, in dessen Naehe bisweilen aus dem Grunde Flammen hervorgebrochen seyn sollen. Dies ist unstreitig der *Bathos des Pausanias.*" Dodwellius

II, 2. p. 248. Sickl. Idem habet Gellius in Itin. of the Mor. p. 102. cf. ad §. 4. ἀποϱεουσα Mosq. Ut sua nomini Ὀλυμπιὰς ratio constaret, Valckenarius in Diatr. p. 289 sq. scribendum arbitrabatur *τὸν ἑ τῶν ἐνιαυτῶν anno quoque quinto.* Vulgata ἀνίησι in vitio est, nisi dicas, excidisse ἡ γῆ. cf. adn. ad §. 3. sed praestat corrigere ἄνεισι. Sic *πῦϱ δῆλόν ἐστιν ἀνιὸν ἐκ τῆς γῆς* X, 11, 3. *ὕδωϱ καὶ ἐς ἡμᾶς ἄνεισι θεϱμόν* II, 34, 2.

§. 2. *Πελλήνη* pro *Παλλήνη* Mosq. qui deinde *τε* post *θυέλλαις* omisit. *ἐγϱάψαμεν* — *ἐπέλθειεν* Mosq. *Γυναιξὶ* pro *Γίγασι* idem. Hic Homeri locus est Odyss. X, 118 sqq. Scripsimus *ἐποίησε δὲ καὶ τὸν βασιλέα τῶν Φαιάκων λέγοντα, εἶναι τοὺς Φαίακας θεῶν ἐγγὺς ὥςπεϱ Κυκλ.* nam Genitivus *θεῶν*, in Kuhnii Faciique edd. perperam omissus, legitur in Aldina et Francofurtana nec non in omnibus codd. et expressus est ab Amasaeo atque Goldhageno. Homeri etiam locus Odyss. VII, 205. *σφίσιν* (*θεοῖς*) *ἐγγύθεν εἰμέν* postulat, ut inseratur *θεῶν*. idem factum est in Clavierii ed. *Κύκλωπος* Mosq. *ἐν τῷδε·* Odyss. VII, 59. *Γιγάντεσι* — *ὤλεο* Mosq. *λαὸν ἔτοις* idem.

§. 3. *Δϱάκοντες* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *Δϱάκοντας* recepit. *Σύϱω* pro *Σύϱων* Mosq. Idem *ὖ* pro *οὐ* habet. *ἐς τοῦτον* Mosq. male, quum *ἔλυθϱον* neutrius sit generis. *ἔλυτϱον· κυϱίως ἐπὶ κυκλωτέϱων τινῶν, οἷον καϱύων ἢ ᾠῶν, ἢ ἄλλων τοιούτων.* Etym. Gudian. p. 632. Hoc loco est *canalis.* cf. II, 27, 8. *κεϱαμέα* ante Facium, qui quum Sylburgius aut *κεϱαμέα* aut *κεϱαμεᾶ* scribendum censuisset, prius illud adscivit, quod est etiam II, 23, 8. alii hoc alterum praeferent. v. Lobeckius ad Phryn. 147. *σοϱὸς πλέον ἢ ἑνός τε καὶ δέκα πηχῶν.* Hic *πλέον* cum *ἢ* constructionem non afficit; de quo loquendi genere cf. Lobeckius ad Phryn. 410 sq. *ἀφικομένῳ* Mosq. Pausanias h. l. significat, *ut Gigantes ita Orontem terra natum crediderunt, ut vero hic non habuit dracones pro pedibus, ita nec illi,* Orontes enim, cuius corpus in cognomine fluvio repertum est, *ἄνθϱωπος διὰ παντὸς τοῦ σώματος* fuit. Haec de *Oronte* variata et mirum in modum aucta leguntur in Philostrati Heroic. p. 641. Paris. Eius corpus fuit *undecim cubitorum;* idem traditum est de *Aiace Telamonio.* vide Philostrati locum ad I, 35, 3. allatum. Asterii corpus ferebatur nihilo brevius *decem cubitis* esse I, 35, 5. Magna heroum statura tangitur VI, 5, 1. Praxinoës *ἀνὴϱ τϱιςκαιδεκάπηχυς* lepide dicitur in Theocr. Adon. ubi v. Valcken. p. 310. *εἰ δὲ* — *ἀνθϱώπους.* Philochorus quoque *primos e Terra et Sole seu Coelo natos* noverat, eosque Tri-

topatores dixit. v. eius Fragm. p. 11. adde Ovid. Met. I, 80. ἂν εἶναι ante Facium, qui Sylburgii correctionem ἀνεῖναι *edidisse*, *protulisse*, recepit. Sic ἄνδρας ἀνεῖναι τὴν γῆν IX, 10, 1. τὰ μὲν (θηρία) ἀνιέναι τὴν γῆν I, 27, 9. ubi fortasse ἀνεῖναι corrigendum, quum Amasaeus quoque verterit *protulisse*. Aliter est I, 24, 6: τὸν χρυσὸν ἀνιέναι τὴν γῆν. Haec θηρία sunt *elephantes*; sic Plut. Regum et Imperat. Apophtheg. p. 779. seu 196. C.

§. 4. Hoc *Bathos* nunc dici *Bathu-Rheuma* ait Müller in Dor. II, 445. v. ad §. 1. Βάσιλις (ita), πόλις Ἀρκαδίας. Πανσανίας ὀγδόῳ Stephanus Byz. Vulgo hic scribitur Βασιλίς· sed ita non distinguitur a substantivo βασιλίς, quod Schneider in Lex. gr. omisit, eius loco ponens βασιλίσσα, quod minus est probatum Phrynicho p. 225. quam illud alterum. De *positu Basilidis* paulo post. Κύψελος — ἐκδούς. Cf. omnino cap. 5, 4. Ἐλεσινίας — ῥέον pro ῥέων Mosq. Θωκνίαν κ. τ. λ. cf. cap. 3, 1. Inter Sinano et Karitenam teste Gellio in Itin. of the Mor. p. 102. est „village of Cyparissia, where are the remains of an ancient city, Probably *Basilis*. (ita et Müller in Dor. II, 445.) On the opposite branch of the Alpheus observe vestiges. Possibly *Tocnia*, Between Cyparissia and the foot of the range of Mount Lycaeus, or Diaphorti, is the village of *Maurias*.“ de hoc pago cf. ad §. 1. adn. An ὁ ante Ἀμίνιος suum tueri possit locum, dubites. Ἐλισσοῦντα vulgo; Sylburgii emendationem Ἑλισσόντα iam ab Hemsterhusio ad Aristoph. Plut. p. 182. commendatam aspernari non potui. cf. de hoc fluvio et eius nomine cap. 3, 1, et ad cap. 35, 7. adn. Indice Gellio in Itin. of the Mor. p. 101. non procul a vestigiis, quae putat esse *Daseae*, est „Bromosella at the iunction of the Alpheus with the Helisson and Aminius.“ De exitu Helissontis in Alpheum cf. cap. 30, 1.

CAPUT XXX.

De Megalopolios magnam partem ruinosae reliquiis usque ad cap. 34. princ.

§. 1. *Helisson* antea urbs deinde pagus. vide cap. 3, 1. 27, 4. Λυκαιάτιν vulgo. cf. cap. 27, 3. Ad σταδίοις ἀπωτέρω, ubi numerus in omnibus deest codicibus, Amasaeus supplevit *triginta* assentientibus Sylburgio, Palmerio in Exerc. p. 305. ac Clavierio. Amasaeus hunc numerum fortasse hauserat e capite 35, 8, ubi Alpheus *triginta stadia* remotus esse dicitur

a Megalopoli. Ut autem ubi triginta stadia a Megalopoli ad Alpheum erant, Helisson eo loco in Alpheum se effuderit, id ea ratione non efficitur. Corayus σταδίοις ἀπωτέρω τεσσαράκοντα legendum suspicabatur, Müller autem in Doriens. II, 445. ἄστεος Κ (εἴκοσι) κάτεισιν ex cap. 34, 3.

§. 2. *Μιτυλήνην.* Haec scriptura barbarismis accensetur in libello περὶ βαρβαρισμοῦ ad Ammon. Valck. p. 195, ubi hoc additur: ἀπὸ γὰρ τοῦ Μύτωνος τοῦ κτίστου Μυτιλήνη καλεῖται. quam scripturam cum numis tenuit Stephanus Byz. Hic περίβολος postea τέμενος dicitur. ἔσοδος — σύνοπτα. Haec inter se pugnare putans Facius non dubitat quin scribendum sit τὰ γὰρ ἐντός ἐστι δὴ οὐ σύνοπτα. Locus minime est sollicitandus; negatur enim templum hoc ideo habere aditum, quo quae intus sint omnia possint conspici, extrinsecus. „ce temple n'a point d'entrée, ce qui est dans l'intérieur pouvant être vu de dehors." Clav. qui in Suppl. addit: „il paroît par ce que Pausanias dit cap. 38, 5, que les enceintes consacrées à Iupiter Lycéen étoient entourées d'un mur peu élevé." An in *Σινόης* latet *Οἰνόης?* In Scholiis certe Theocriti I, 3. auctore Aristippo rerum Arcadicarum scriptore Pan Nymphae *Οἰνηΐδος* filius dicitur. Si haec coniectura a vero non aberrat, etiam *Οἰνόεις* pro *Σινόεις* tegendam erit. *Συνόεις* offert Mosq. Pro vulgato αὐτῷ δὲ τήν τε ἐπίκλησιν γενέσθαι videtur αὐτῷ δὲ τήνδε ἐπ. γεν. legendum esse. ἐκ τῆς Φιγαλέων συντελείας *ex agro Phigalensium seu iis subiecto.* „du pays des Phigaliens." Clav. *Βᾶσσαι.* cf. cap. 41, 5. Mosq. Ald. Francf. *Βάσσαι·* correxit Sylburgius; esse enim dorice pro *Βῆσσαι.* cf. Steph. B. v. *Βῆσσα* et ibi Berkel. Fuit etiam *Βῆσα,* δῆμος Atticae apud Harpocrat. et *Βῆσα* in Locride apud Homer. In his τῷ θεῷ — Φιγαλέων est ἡ ἐπίκλησις intelligenda de cognomine *Epicurii.* vide cap. 41, 5. A Sylburgio Apollinem *Phigalensem vel Bassaeum* cognominatum non recte cogitante iure iam Goldhagenus discesserat. Φιγαλέως pro Φιγαλέων Mosq. ἐφότῳ Vulgata. δηλώσει· cap. 41, 5. μητρὸς Vulgata. μὴ πρὸς Mosq. φασὶν pro φησὶν Mosq. συντήξαντος vulgo; diu iam correxeram συντάξαντος, nam συντάσσω est, ut Phavorinus ait, εἰς τὴν αὐτὴν τάξιν τάττω καὶ ἐξ ἴσου ποιῶ, quod de civitatibus, quae cum foedere Achaico aequo iure coniunctae fuerunt, recte dicitur; sed haec iuris aequalitas in συντήκειν non cogitatur. Nunc video idem placuisse Porsono, et ita scripsisse Clavierium e codice 1410. nec diutius cunctatus sum textum mutare. Refertur autem hoc συντάξαντος κ. τ. λ. ad *Diophanem,* de quo cf. cap. 51 Hic filius persequutus est patris vesti-

gia Diaei. vide VII, 13, 4. Πελοπόννησου pro Πελοπόννησον Mosq.

§. 3. Φιλίππων atque etiam postea, — χαριτόμενοι Mosq. Σκοτείλας pro Σκολείτας et σκότους pro τείχους idem. sed ex his tenuibus indiciis nullam capere licet coniecturam. Sylburgius monuit Σκολείτας per ο ferri posse, quum apud Hesychium quoque σκόλος pro σκῶλος inveniatur. ἐκ τῆς πηγῆς Mosq. στοὰν δὲ ἥντινα καλοῦσι Μυρόπωλιν, ἔστι μὲν τῆς ἀγορᾶς Vulgata. στοὰ δὲ ἥντινα edidit Clavier, quod ut profectum a correctoris manu recentioris sequutus non sum. Ἀκροτάτῳ κ. τ. λ. Hoc congruere cum iis, quae cap. 27, 8. narrata sunt, iam monitum est. Pro vulgato ποτὲ scribendum esse τότε, suspicabamur; idem visum est Clavierio. Cf. cap. 27, 8. Si hunc locum contuleris cum cap. 32, 3, intelliges; Pausaniam significavisse, hanc porticum dedicatam esse ab Aristodemo.

§. 4. Αἰτία δὲ ἥτις ἐγένετο Vulgata. αἰτία τε malebat Corayus. καὶ ὡς ὀψὲ οὐκ ἄνευ κινδύνων μεγάλων Ῥωμαῖοι Σκιπίωνά τινα Καρχηδονιακὸν ὀνομάζουσι, τέλος τε ἐπιθέντα κ. τ. λ. Vulgata, quae si sana est, sensus erit: *et ut sero nec sine magnis periculis contigerit Romanis Scipionem quendam Africanum i. e. Carthaginis victorem appellare*; sed aliquid excidisse, codicis quoque Mosq. lectio Ῥωμαίοις Σκιπίωνι ὄντινα, pro quo in codd. 1410. 1411. est Σκιπιόνιόν τινα, videtur indicare. Corayus suspicabatur legendum esse ὀψὲ καὶ οὐκ ἄνευ. Loescher vertit: *et quo pacto sero quidem et non sine magnis periculis Scipionem elegerint, quem Africanum nominant, qui Carthagine penitus eversa bello finem imposuit.* Clavier Σκιπιώνων τινὰ legendum suspicabatur. Vulgatum esset cum illo Ovidii ex Ponto III, 2, 62: „Nescio quam dicunt Iphigeniam" comparandum. Ἑλλήνων — θεῖναι. Ipse audiendus est ea de re Polybius XL, 10. εὕραντο cum Infinitivo etiam X, 8, 2.

§. 5. Σωτῆρας Mosq. *Cephisodotus* a Plutarcho in Phoc. 19. seu p. 546. dicitur *plastes*, et frater prioris Phocionis uxoris. cf. de eo indices in Winckelmanni Opp. p. 305. et in Meyeri Hist. art. int. Gr. Eius σοφὸν βούλευμα laudatur IX, 16, 1. I, 8, 3. Huius *Xenophontis* iterum mentio fit IX, 16, 1. Nostro loco doceas, utrumque horum opificum post Epaminondae floruisse tempora.

CAPUT XXXI.

§. 1. *Τὸ δὲ — μεγάλων* Nibby reddidit: „L'altra estremità del portico è contiguo ad occidente al recinto delle Grandi Iddie." Clavier autem: „A l'autre extrémité — est une enceinte." Equidem interpreter: *ex altero porticus exitu, qui solem occidentem spectat, transitus est in. καθότι κ. τ. λ.* Hoc factum IV, 1, 4. *ἐπειργασμένοι ἐπὶ τύπων a fundo elevati spectantur pro aditu ex altera quidem parte Diana, ex altera autem Aesculapius et Hygiea.* Similiter Nibby: *„In bassirilievi davanti l'ingresso hanno rappresentato Diana da una parte, Esculapio et Igèa dall' altra.* Quatremère in Iupiter Olymp. p. 348. ita: *On voyait d'un côté de la porte Diane et de l'autre Esculape et Hygiée sculptes en bas-relief sur le mur même de la Cella;* cf. tamen §. 2. *τοῦ περιβόλου δέ ἐστιν ἐντὸς κ. τ. λ.* sed Clavier quoque intellexit *devant l'entrée de cette enceinte deux bas-reliefs. ὁδοῦ* pro *ἐσόδου* Mosq. *τὰ ἐσθῆτος ἐχόμενα quod spectat pertinentia ad vestitum.* cf. ad II, 30. extr. *μέγεθος δὲ ἑκατέρας πέντε που καὶ δέκα εἰσὶ πόδες τὰ ἀγάλματα. καὶ πρὸ αὐτῶν ἐποίησεν οὐ μεγάλας.* Vulgata non uno vitio laborans; primum enim *τὰ ἀγάλματα* male cohaeret cum praecedentibus; deinde verbo *ἐποίησεν* deest subiectum, itaque Sylburgius putabat *ἐποίησαν* corrigendum esse: idem vertit: *Ante eas puellae stant non utique magnae.* Nibby autem: *fece l'artista;* Clavier opinabatur lacunam hic esse eamque ita explendam: *ἀγάλματα, ἃ Δαμοφῶν εἰργάσατο,* quod ex sequentibus *εἶναι δὲ θυγατέρες τοῦ Δαμοφῶντος λέγονται* haustum, posset etiam coniungi cum *ἐποίησεν.* Similiter Quatremère l. c. scribendum censebat *τὰ ἀγάλματα, Δαμοφῶντος ἔργα.* Namque ex fama, has puellas Damophontis filias fuisse, effici putat, ut vel opifex in hoc opere Damophontis filias imitatus sit, vel operis auctor ipse Damophon fuerit. Clavier tamen postea nihil mutari voluit nisi *ἐποίησεν* in *ἐποίησαν* cum Sylburgio. Nobis codicum auxilio hic destitutis ita videtur legendum esse: *μέγεθος — εἰσὶ πόδες· τὰ ἀγάλματα καὶ πρὸ αὐτῶν κόρας * ἐποίησεν ʼοὐ μεγάλας.* Ante *Δαμοφῶντος* (*Δαμοφῶντος* Mosq.) suspectus est articulus *τοῦ* nisi ad *ἐποίησεν* intelligatur *Δαμοφῶν.* Pro vulgato *ἀνθῶν* scribendum fuit *ἀνθέων·* sed cf. ad V, 11, 1. IX, 41. extr. *ἀναθήματα* pro *ἄνθη μετὰ* Mosq. *ἔστι — Ἡρακλῆς — μέγεθος μάλιστα πῆχυν* Vulgata; *πηχυαῖος* Clavier coniecit, ut est cap. 32, 3. Sed Vulgata fortasse defendi potest ope intelligendi Participii *ἔχων*, de quo v. Matthiae Gramm. graec. §. 427.

"Ονομα κρητὸς Mosq. cf. de *Onomacrito* I, 22, 7. VIII, 37, 3. et Fabricii Bibl. gr. I. p. 148. Herodotus VII, 6. eum ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν *Μουσαίου* dicit; putant eum circa Olymp. LXX. floruisse. *Κεῖται δὲ ἔμπροσθεν. ἐπειργασμέναι τε ἐπ' αὐτῇ δύο τε εἰσὶν Ὧραι* usque ad Facium, qui ante κεῖται minus plene distinguit, ut ἐπ' αὐτῇ referatur ad Cererem, et sit *ad*, *prope illam:* quod nemini placebit. Goldhagenus non dubitabat, quin hic esset lacuna et excidisset vocabulum τράπεζα post ἔμπροσθεν· ad idem referebat ἐπ' αὐτῇ, et hoc in versione expressit. Miramur tamen cur postea ἐπὶ τραπέζῃ §. 2. non ἐπὶ τῇ τραπέζῃ scriptum sit. Nihilominus hunc ducem sequuti sunt Heynius in Antiq. Aufs. I. p. 14. et Quatremère l. c. p. 351., qui posterior addit, hanc mensam ante symplegma et thronum magnarum Dearum stetisse *au bas de leur soubasement.* Denique Clavier κεῖται δὲ τράπεζα ἔμπροσθεν in textum recepit, ut ait, iussu codicum 1410. 1411. Nobis hoc nondum cognito videbatur nihil mutandum esse nisi ἐπ' αὐτῇ in ὑπ' αὐτῇ, ut sensus esset: *Hercules ante Cererem positus est, et sub ea i. e. in basi eius Horae Pan et Apollo spectantur extra aream stantes. Duae Horae* etiam ab Atheniensibus cultae sunt, ut docet Pausanias IX, 35, 1. p. 780. earum nomina quoque afferens. ἐπ' αὐτοῖς non solum ad Panem et Apollinem sed ad Horas etiam pertinet.

§. 2. Quae de hoc Iove et his Nymphis hic narrantur, exponere studuit Creuzer in Symbol. T. II. p. 471. Ei hic Iupiter est *Iupiter Dionysus* i. e. Iovis et Bacchi numina hic esse coniuncta dicit. Forsan ἐπὶ τῇ τραπέζῃ scriptum fuit. cf. adn. ad §. 1. Si huic mensae quatuor pedes fuerunt, dicere habes quae in singulis pedibus expressa fuerint. *Ναῒς μὲν Δία φέρουσα* Vulgata pro *Ναῒς* est *Ναΐδα* in Mosq. Hinc iam eruit Hermannus de Musis fluvialibus p. 9. *Νέδα*. idem dedit Clavier, quum lectionem cum Mosquensi conspirantem in codd. 1410. 1411. invenisset, et nos recepimus. Cf. de hac *Neda* Iovis nutrice IV, 33, 2. *Ἀνθρακία* pro vulg. Ἀνθρακία Mosq. Vulgata ducenda videtur ab ἀνθράκιον, τὸ μικρὸν τριπόδιον, χυτροπόδιον (foculus, qui carbonibus impletur ad id, quod impositum est calefaciendum) καὶ πᾶσα μικρὰ κάμινος interprete Hesychio. νύμφη τῷ Mosq. Ἁγνὼ i. e. καθαρά. Ἀρχιρόη *faciens ut fluere incipiat. Μυρτωέσσης* „poeticam habet ectasin secundae syllabae ut κητώεσσα, εὐρώεσσα apud poetas. Communis lingua *Μυρτόεσσα* dicit et contracte *Μουρτοῦσσα*." Sylb. καίτοι τοῖς γε ἐς malebat Porsonus. καίτοι γε sequente

negatione, *quanquam minime.* cf. Hermannus ad Viger. p. 840. τοῖς Mosq. omisit. ὄπισθε. v. ad I, 18, 6. ἐς μὲν — ἀνθρώποις. cf. VII, 26, 3. Pro εἰσιν ἀγάλματα videtur ἐστιν ἀγάλματα legendum. cf. ad IV, 13, 4. Simile vitium relictum est cap. 41, 6.

§. 3. Pro vulg. ἐξόδου Clavier e codd. 1410. 1411. recte dedit ἐσόδου. Quod verbis Ἑρμῆν — ξόανον Amasaeus addidit: *et ipsa prisci operis*, alienum est. τὴν δὲ ἐπίκλησιν τῇ θεῷ Μηχανῖτιν ὀρθότατα ἔθεντο (ἐμοὶ δοκεῖν) Ἀφροδίτης τε εἵνεκα, καὶ ἔργων τῶν ταύτης. πλεῖσται μὲν γὰρ ἐπιτεχνήσεις, παντοῖα δὲ κ. τ. λ. Ald. Francof. Kuhn. Kuhnius autem fortasse Amasaei versione commotus putabat post ἐμοὶ δοκεῖν plenius interpungendum, distinctionem autem post τῶν ταύτης tollendam esse, ut sensus esset: *ad technas nimis est ingeniosus amor*; quod cum Goldhageno Nibbyoque tacite sequutus Facius scripsit τὴν δὲ — δοκεῖν· Ἀφροδίτης — ταύτης πλεῖστα (corr. πλεῖσται) μὲν γὰρ ἐπιτεχν. κ. τ. λ. Nobis ad priscam veramque distinctionem redeundum fuit; Clavier rursus Facii vestigia legit, vidit tamen sic γὰρ post πλεῖσται μὲν redundare, ideoque id nihil cunctatus exterminavit auctoritate, ut ait, codicum 1410. 1411, suspicatur tamen γὰρ post Ἀφροδίτης τε inserendum esse. Corayus non magis quam Clavier quidquam de mutata per Facium interpunctione suspicans sensit tamen aliquid vitii irrepsisse, eamque ob causam corrigendum censuit ταύτης, ἧς πλεῖσται. sed ad πλεῖσται μὲν γὰρ κ. τ. λ. intelligitur αὐτῆς, quod pronomen Pausanias saepe omittit. Pro vulg. Μηχανῖτιν Clav. dedit e codd. 1410. 1411. Μαχανῖτιν, Corayus malebat Μαχανάτιν forsan Μαχανᾶτιν. cf. c. 36, 3. Pro ἔθεντο est ἔθετο in Mosq.

§. 4. Πρῶτον Vulg. πρῶτοι cum Amasaeo legerim. ἔτι δὲ Ἥλιος ἐπωνυμίαν ἔχων, Σωτὴρ δὲ εἶναι καὶ Ἡρακλῆς. Sylburgius putabat δὴ pro δὲ *scilicet*, vel σωτήριος pro σωτὴρ δὲ legendum esse. Verum vidisset, nisi Amasaei versione commotus credidisset, distinguendum esse post εἶναι. sed Herculem non esse separandum a Sole Servatore, Kuhnius iam monuit, Macrobii Sat. I, 20. usus testimonio, qui docere conatur, *Aesculapium eundem esse atque Apollinem, nec Herculem a substantia solis alienum, et revera Herculem solem esse, vel ex nomine clarere. Herculem enim nihil aliud esse nisi Heras i. e. aëris cleos i. e. gloriam, et aëris gloriam esse solis illuminationem.* Ex quibus efficitur, ut corrigendum sit: ἐπωνυμίαν ἔχων Σωτήρ τε εἶναι καὶ Ἡρ. quod recepimus. Est autem idem dicendi color in Herod. II, 44. ἱρὸν Ἡρα-

κλέος, ἐπωνυμίην ἔχοντος Θασίου εἶναι. IV, 33. τὰς ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην. adde Hermann. ad Viger. p. 750 sq. et adn. ad Paus. VIII, 36, 5. Ut in his εἶναι sic *esse* redundat in Cic. N. D. II, 41, ubi est *dicitur esse polus; dicitur esse Helice* et cap. 42. *dicitur esse Bootes.* Ex quibus intelligitur, quid de Abreschii coniectura (ad Thuc. p. 447.), οἶμαι pro εἶναι hic legendum esse, iudicandum sit. Caeterum Clavierii opinio, „que ces statues étoient à deux visages, la première représentoit d'un côté Mercure et de l'autre Apollon, la seconde Minerve et Neptune, et la troisième le Soleil et Hercule" nihil habet quo nitatur.

§. 5. Καὶ Κόρης — τὸ ἄγαλμα Vulgata. *Cereris et Proserpinae; signa marmorea sunt.* Amas. quod ut alienum a graecis Sylb. castigavit ita reddendo: *ad dextram eius templi quod Magnis deabus consecratum est, extat etiam Proserpinae fanum. simulacrum e lapide.* Quaerendum restat, an Κόρης sanum sit? Equidem credo, dubito autem, an cum Sylburgio, Goldhageno et Nibbyo interpretari debeamus *Proserpinam*, existimans Σώτειραν esse, nam §. 1. legimus: τὴν Κόρην Σώτειραν καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες. Haec vero Σώτειρα et Ἄρτεμις Σώτειρα (cap. 30. extr.) sunt forsan apud Megalopolitanos confusae. Ad Σώτειραν videntur etiam hac ταινίαι ἐπέχουσαι διαπαντὸς τὸ βάθρον pertinere. Ovidius Fast. III, 267. de luco Dianae in valle Aricina: *Licia dependent longas velantia saepes, Et posita est meritae multa tabella Deae.* De more autem ita velandi Deorum simulacra vel eorum bases cf. adn. ad I, 27, 1. ταινίας Abr. Loescher reddidit *lapides candidos*, Clavier *bandelettes*, Nibby *tenie.* ἐσιᾶσι vulgo. Scripsimus hic quoque ἐσίασι ut VI, 24, 1. Sic et in Mosq.

§. 6. De his ἐπὶ αὐτῷ, καὶ τῷ ἑτέρῳ cf. ad IX, 10, 2. adn. τὸ λόφῳ Mosq. καὶ αὕτη. cf. cap. 30, 3. ἀξιώχρεα Mosq.

CAPUT XXXII.

§. 1. Μύριοι Ἀρκάδων. Apud Harpocr. est: *Μύριοι ἐν μεγάλῃ πόλει. — συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων* ubi citantur Demosthenes et Aristoteles, a Valesio autem Xenoph. Hellen. VII, 1, 26. et Diodor. Sic. XVI, 59, ubi et annus quo instituti. οἰκίαν pro οἰκία Mosq. παρείχετο δὲ ἐς μνήμην θεμέλια οὐ πολλά. His scriptor volebat significare, hoc templum non minus vetustate collapsum fuisse quam Veneris, quod continuo commemorat, neque illius templi quidquam

quod commemoraretur praeter θεμέλια, *fundamenta*, et duo in illis simulacra, unius Musae et Apollinis, reliquum fuisse. Namque παρέχεσθαί τι ἐς μνήμην, de qua formula cf. ad I, 31, 1. adn. est etiam *habere*, *ostendere quod commemoretur*, non semper, *quod memoria seu memoratu dignum est*; quanquam homini antiquitatum studioso etiam ruinae earum memorabiles videntur esse. Itaque Kuhnium probare non possumus putantem, θεμέλια hoc loco non significare *fundamenta templi*, sed βάσεις, βάθρα, quibus insistebant simulacra. Loescher reddidit: *fundamenta exhibet memorabilia non multa*, et addit, locum in graecis obscurum esse; sed obscurum ipse fecit ita vertendo. ἔστι καὶ — τέχνην Vulgata. Sylburgius vidit τέχνην absolute accipiendum esse hac potestate: *quod attinet ad artificium*, simul tamen cogitavit de emendatione τέχνη, ut esset pro τεχνασθέντα, εἰργασμένα. nec Facius repugnare vult ita scribenti. At τέχνη, ubi significat *artis opus*, non solet tam nude a Pausania poni sed coniungi cum nomine opificis, veluti Πραξιτέλους τέχνη τὸ ἄγαλμα I, 23, 9. ἄγαλμα — τέχνη Φειδίου I, 28, 2. Ζεὺς χαλκοῦς, τέχνη Λυσίππου II, 9, 6. τέχνη Ναυκύδους ἄγαλμα Ἥβης II, 17, 5. Eadem ratio est locorum I, 8, 5. V, 25, 4. πρόςναος ante Facium, qui se ex Amasaei interpretatione πρόναος restituisse dicit sed ita iam correxerat Sylburgius non silendus. cf. de hac voce ad II, 17, 3. adn. πρόςναον Mosq. ἐπίκλησιν — ἐτίθεντο. nihil mutandum; variavit scriptor orationem breviterque loquutus est.

§. 2. Ἄρεος Mosq. Clavier e codd. 1410. 1411. ὡς καὶ ἱερὸν ἐξ ἀρχῆς ᾠκοδομήθη τῷ θεῷ pro vulg. ὡς καὶ ἐξ ἀρχῆς οἰκοδομηθείη τῷ θεῷ scripsit. ὑπὲρ τῆς Ἀφροδίτης· Hic locus clarissime docet, pro templo numini alicui dedicato numinis ipsius nomen interdum poni. Sic μέχρι τῶν Εὐμενίδων. ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν in Clitodemi Fragm. p. 36. Mox §. 3. τῆς Ἀγροτέρας pro τοῦ ναοῦ τῆς Ἀγρ.

§. 3. Ἀνάθημα Ἀριστοδήμου καὶ τοῦτο Vulgata, me quidem iudice non sollicitanda; namque hic locus conferendus est cum cap. 30, 3, quae contentio docet, et illam porticum, Myropolin, et hanc aedem Dianae Venatricis ab Aristodemo dedicatam esse. Quo nexu non animadverso Clavier opinabatur, ἀνάθημα Ἀριστοδήμου ἐρείπια καὶ τοῦτο scribendum esse. Hoc est non aegrotis sed sanis mederi, non adiuvare sed impedire haec studia. ἐνταῦθα ἔστι μὲν ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ καὶ ἄγαλμα, αὐτός τε καὶ Ὑγεία Vulgata. Nos ex Amasaei interpretatione, quam Goldhagenus retulit, καὶ ἀγάλματα

dedimus. Ἀθηνᾶται pro Ἀθηνᾶ τε Mosq. τῷ δὲ Ἑρμῇ — φήμη „sc. Ἐργάτας εἶναι. Atque horum deorum signa inter deos Ἐργάτας hic posita fuisse putandum est. Inde sententiae nexus petendus, qui aliter prorsus deesset. Locus Homeri de Mercurio est Odyss. ω. v. 1. 10. 99. de Herculis laboribus Iliad. ϑ. v. 362 sq. et de Ilithyia parturientibus opem ferente Iliad. π. v. 187. τ. v. 103.“ Facius. οἷ φήμη προςῆν etiam II, 6, 2. Estne legendum ἐτῶν τῶν Ὁμήρου? ut cap. 22, 1. τὰ ἔπη μαρτυρεῖ τὰ Ὁμήρου. Vulgo Ἅδην; Mosq. ᾅδην, quod recepi. Ἀσκληπιοῦ παιδὸς Vulg. scripsi Ἀσκλ. Παιδὸς, ut cap. 25, 6.

§. 4. Ὀστᾶ ὑπερήκοντα, ἢ ὡς ἀνθρώπου δοκεῖν Vulg. ὑπερηρκότα suspicabatur Porsonus, bene, namque ὑπεραίρειν admodum frequens esse Pausaniae, Wesselingius iam adnotavit ad Diod. Sic. IV, 76. Cf. cap. 26, 2. 33, 1. quod contra ὑπερήκειν haud scio an extra dubitationem non sit positum. Ὁπλάδαμος· sic et cap. 36, 2. *Hoplodamus* Amas. Alii, ut Sylburgius ait, malunt, Ὁπλοδάμας ut Λαοδάμας, Ἰφιδάμας· quod Kuhnio placuit. ἃ — λόγος. cap. 36. ἀπ' αὐτῆς inde a Kuhnio e correctione Sylburgii, antea ἐπ' αὐτῆς.

CAPUT XXXIII.

§. 1. Συνοικισθεῖσα ἀπὸ Ἀρκάδων Vulgata; scripsi ὑπὸ Ἀρκ. quod Sylburgius iam voluerat probante Valckenario, Clavier autem ut coniecturam in margine posuit. συνοικίζεται πόλις interprete Ammonio ἡ ἐκ πολλῶν πόλεων εἰς μίαν πόλιν συναγομένη ὑπὲρ τοῦ πλείονα δύναμιν σχεῖν. Strabo autem dixit: εἰς τὴν προςαγορευθεῖσαν Μεγαλόπολιν αἱ πλεῖσται (πόλεις) συνῳκίσθησαν VIII, 388. Ante Kuhnium distinguebatur post ἐλπίσιν, quod Sylb. correxit. καὶ πολλά — ἡμῶν. Huc pertinet locus Strabonis modo citatus: Νυνὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαλόπολις τὸ τοῦ κωμικοῦ πέπονθε, καὶ

Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις.
Est solitudo magna nunc Megalopolis.

οὐδὲ pro οὐδὲν Mosq. ἐργάσασθαι Vulgata, ἐργάζεσθαι Mosq. quod adscivi; nunc video Corayum quoque suspicatum esse ita scribi debere. ὁπόσα ἀπόλλυνται non damnaverim, quum de animantibus possit intelligi. cf. ad IV, 8, 4. ἠρήμωντε πανόλεθροι Mosq. τὸ δὲ ὄνομα — πολλούς. Cf. de his ad IX, 7. extr. Αἰγύπτιοι vulgo, sed scribendum videtur Αἰγύπτιαι

ut ante *Βοιώτιαι Θῆβαι*, quanquam Sylburgius excusationem petebat ab illo: *Δώριος ἐργασία*. De harum Thebarum devastatione cf. Bocharti Phal. p. 315 sq. *ὁ Μινύης Ὀρχομενὸς* Vulgata. Kuhnius corrigendum putabat *Μινυήϊος* Facio assentiente et IX, 36, 4. citante, ubi ita in versibus legitur. Homero Iliad. II, 511. *Μινύειος* dicitur; sed ut *Ἕλλην* interdum pro *Ἑλληνικὸς*, ita *Μινύης* pro *Μινύειος* seu *Μινυήϊος* poni potuit. O. Mueller de Orchomeno p. 481. e typo Farnesiano *Μινύας Ὀρχομενὸς* profert, et *Μινύης λόχος* ex Orph. Argon. 592. De *Delo* Cicero pro L. Manil. 18, 55. *quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant. καταδέουσιν.* v. Schneideri Lex. gr. *εἵνεκα quod attinet ad*; de qua significatione Valckenarius iam dixit ad Herod. VI, 63. *Βαβυλῶνος κ. τ. λ.* I, 16. extr. fuit *ὑπελίπετο τοῦ Βὴλ τὸ ἱερόν.* Pro Vulgato *Βαβυλῶνος δὲ ταύτης* Schneider *Βαβυλῶνος δ' αὐτῆς* et Corayus *Βαβυλῶνος δὲ αὐτῆς* voluerunt scribi; Si hoc verum est, tum prius *Βαβυλῶνος Genitivus loci* erit, de quo cf. Matthiae Gram. gr. §. 378. Hermannus ad Vig. 881. De *Babylone destructa* Bocharti Chan. I, 4, 15. p. 266. Formulae *ἥντινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος* similes sunt cap. 38, 1. et quas contulerunt Wyttenbachius ad Iuliani Orat. I. et Heusinger ad Cicer. Off. II, 8. *ταῦτα — μηδέν.* cf. ad I, 29, 8. *χθές τε καὶ πρώην* antiqua formula, de qua dicebamus ad Hellenica nostra p. 373.

§. 2. *Συμφορᾶς* Mosq. *Χρυσῆ* vulgo; hoc vitium quum correctum esset 1819, cur 1822 repetitur? Scripseramus *Χρύση*. „*Χρύση, βαρυτόνως, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις· Ὦ Λῆμνε, Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι.*“ Stephanus Byz. Sed hoc Politus iam animadverterat. v. eius not. ad Eustath. T. II. p. 708. Cf. de *Chrysa* etiam Chois. Gouffier in Voy. pitoresque de la Grèce T. II. p. 129, qui se eam reperisse putat, dicitque mari obrutam et scopulis circumdatam. *ἐν ᾗ — φασί.* aliter in scholiis ad Hom. Iliad. II, 721. et apud Homerum ipsum, quem sequutus est Pausanias in enarranda pictura I, 22, 6. Hic addit *φασί*, alienam afferens narrationem, de qua nuper disputarunt ad Soph. Phil. 270; ad quem locum cf. et Ed. Wunderi, viri nobis amicissimi, Adv. in Soph. Phil. p. 8. *νῆσον δὲ ἄλλην καλουμένην Ἱερὰν, τόνδε οὐκ ἦν χρόνον* Vulgata; locum corruptum restitui e codice Phralitae, in quo *ἄλλην ἀνέδωκεν ἣ* legitur. Similiter corrigebat Facius (*ὁ κλύδων*) *νῆσον δὲ ἄλλην — ἀνέφηνε, ἣ τόνδε* Kuhnium sequutus et Amasaeum. De *Hiera* repente orta intelligendus est Iustinus XXX,

4. (ubi v. intrpp.) et Strabo I, 57, et omnino conferendus Plinius II, 89. p. 186. Bip.

CAPUT XXXIV.

Viae ex Megalopoli usque ad cap. 44, 1.

§. 1. *Θεῶν ἱερὰ* pro *ϑ. ἱερὸν* Mosq. sed §. 2. est *οὐ πόῤῥω τοῦ ἱεροῦ.* Pro vulgato *δοκεῖ δέ μοι* scribendum est *δοκεῖν δέ μοι·* sic enim solet Pausanias loqui. cf. cap. 35, 2. et adn. ad II, 14, 2. *φασιν* deest in Mosq.

§. 2. *Ἐπίϑημα κ. τ. λ.* Constructio est: *ἔχον ἐπίϑημα δάκτυλον πεπ. λίϑου.* Pro vulg. *τούτῳ* est *τοῦτο* in Mosq. *Ἄκη* distant a *Κρουνοῖς*, qui sunt c. 35, 7, unius horae et dimidii spatio iudice Dodwellio II, 2. p. 244. Sickl. *τὰς δὲ αὖϑις δοκεῖν οἱ λευκὰς εἶναι* Vulgata. Schneider corrigebat *τάςδε αὖϑις·* sed hanc correctionem iam Sylburgius dissuaserat; similis correctio reiecta est V, 2, 2. *ταῖς μὲν* scil. *μελαίναις.* Pro vulgato *ἐνήγισεν* est *ἐνηγῆσαι* in Mosq. Caeterum in neutro horum templorum commemorat Pausanias Furiarum simulacra; quomodo igitur possis de ratione, qua illa ornata fuerint, loqui? v. Heinrichium de Epimenide Cret. p. 96. *ὁμοῦ κ. τ. λ. cum his sacrificant, solent etiam Gratiis simul rem divinam facere.* sic Sylb. *πρὸς δὲ τῷ χωρίῳ τοῖς Ἄκεσιν ἕτερόν ἐστιν ὀνομαζόμενον ἱερὸν, ὅτι Ὀρέστης ἐνταῦϑα ἐκείρατο τὴν κόμην* Vulgata. Sylburgius iam monuit, Amasaeum legisse *Κουρεῖον* pro *ἱερὸν*, petito coniecturae argumento e proximis. Probata autem ea est Facio et Claverio, quorum posterior vertit „Il y a auprès d'Acé un autre endroit nommé Curium“ Kuhnius putans in *ἕτερον* latere templi vocabulum proponebat *ἔϑειρον* ab *ἔϑειρα, coma curata.* Corayi coniectura est: *τῷ χωρίῳ, τοῖς Ἄκεσι, Νερτέρων ἐστὶν ὀνομαζόμενον ἱερόν·* addit tamen vir egregius: „Je n'ose l'affirmer; la correction de *ἱερὸν* en *Κουρεῖον*, prise de la version latine, est plus probable.“ Nos in codicum silentio Vulgatam ita retinemus, ut *ἕτερον* ad *χωρίον* referentes *ἱερὸν* mutemus in *Ἱερὸν* et locum intelligamus *Sacrum* nominatum de eo, quod Deorum alicui sibi comam Orestes in eo totondit. Video nunc idem placuisse Nibbyo qui vertit: „Presso il luogo Ace un altre se ne trova chiamato Sacro.“ Ante Kuhnium legebatur *Ἀκέσιν*, quod correxit Sylburgius. Ad Cephissum fuit simulacrum hominis sibi comam in honorem Cephissi tondentis I, 37, 2. itaque hic locus etiam potuit communi nomine *Ἱερὸν*

appellari. *ἐντὸς ἐγένετο αὐτοῦ*, ab Amasaeo praetermissum, quid velit planum est. In Aeschyli Choeph. 232. est *ἔνδον γενέσθαι*. In Paus. VII, 25, 4. opponitur *ἐκτὸς τῶν φρενῶν γίνεσθαι*. Non de insania sed de magna animi perturbatione accipiendum est *οὐκ ἐντὸς ἐμεωυτοῦ εἰμί* apud Herodot. VII, 47. Ut hoc loco *Furiae Clytaemnestrae* sic IX, 5, 8. *Furiae Laii et Oedipodis* dicuntur. Utroque loco sunt caedes et iniurias eorum in filiis nepotibusque ulciscentes. cf. Hom. Od. XI, 280. *αὐτῷ κατήγορον ἀντὶ Τυνδάρεω — Περίλαον δὲ ἐπιστῆναι δίκην — αἰτοῦντα* Vulgata. „Hic *δὲ* alieno loco et tollendum esse videtur. At Cod. Mosc. pro *ἀντὶ* dat *τόν*. Sic forte legendum esset *κατήγορον οὐ τὸν Τυνδάρεω — Περίλαον δέ*." Facius; et Clavier *κατήγορον οὐ Τυνδάρεων — Περίλαον δὲ* edidit, quod cum Amasaei conspirat interpretatione. Etiam in cod. 1399. est *τὸν Τυνδάρεω*, sed in 1410. et 1411. *τοῦ Τυνδάρεων*. Nobis duae loquutiones *ἀντὶ Τυνδάρεω — Περίλαον ἐπιστῆναι* et *οὐ Τυνδάρεων — Περίλαον δὲ ἐπιστῆναι* videntur confusae esse. Pro *ἐπιστῆναι δίκην* est *ἐπιστῆναι αἴκην καὶ* in Mosq. et *Ἰκάρῳ* pro *Ἰκαρίῳ*.

§. 3. Pro vulgato *Ἐκ Μαντινείων* ex sententia Palmerii, in quam Goldhagenus Faciusque iverunt, dedi *Ἐκ Μανιῶν*. vide §. 1. similiter Clav. *ὁπόσον πέντε σταδίων* Vulg. Nonne *ὅσον* pro *ὁπόσον* legendum est? *Gatheates* n. vocatur *Kocheridi* iudice Müllero in Dor. II, 447. *ὁ Καρνίων·* articulus hic suspectus est, ut cap. 35, 1. neque hic fluvius aliunde notus. n. Xerillopotamo Müllero est p. 447. *Αἰγυπτίδος* Vulgata *Αἰπυτίδος* Amas. Nibby. idem voluerunt Holstenius ad Steph. B. v. *Γαθέαι* et Facius cum Müllero in Dor. I. 373. Palmerius autem *Αἰγυτίδος·* sic tacite scripsit Clavier. Nos dedimus *Αἰγύτιδος* quum Polybius II, 54. *τὴν Αἰγῦτιν χώραν* habeat. Cf. autem de hac scriptura ad cap. 27, 3. adn. Adde Ephori fragmentum in Strab. VIII, 364. (189.) nunc quodam modo restitutum, ubi narrantur Eurysthenes et Procles Laconicam in sex partes divisisse, *χρῆσθαι δὲ — ΑΙΓΤΙ πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπιτειχισμῷ· ταύτην γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ πολεμίοις.* v. Mülleri Dor. I, 94. *Apollo Cereates* an est *cornibus gaudens?* ut vel intelligamus cornua arcus quem gestare consueverat, vel referamus ad famam, qua sibi cornibus exstruxisse ferebatur aram in Callimachi h. in Apoll. 58 sqq. Quid est Müllero in Dor. I, 373? *Τῆς Κρωμίτιδος — Κρωμῖτις — σταδίους ὡς — πόλεως Κρώμωνος — Ἐκ δὲ Κρώμωνος* Vulgata. In Xenophontis Hellen. VII, 4, 20 sqq. *Κρῶμνος* legitur, in Athenaeo X, 452, ubi eadem quae in Xenophonte

obsessio huius urbis commemoratur, *Κρῶμνος* et *Κρῶμνα*, et additur, parvum oppidum prope Megalopolin esse. In Stephano quoque est *Κρώμνα* et dicitur appellata de Cromno Lycaonis filio. Sed idem Stephanus aliter nostrumque hunc locum excitans ita scripsit: *Γαθέαι, πόλις Ἀρκαδίας, ἧς οἱ πολῖται Γαθεάται· Παυσανίας ὀγδόῳ, Γαθεάται* (scr. *Γαθεάτᾳ*) *τῆς Κρωμίτιδος χώρας.* Quae scriptura a nobis servata congruit cum cap. 3, 2. 27, 3. Pro vulgato *σταδίους* dedi *σταδίοις.* v. adn. ad cap. 21, 3. *Κρώμωνου* pro *Κρώμωνος* Mosq. *Κρώμων* Holstenius ad Steph. v. *Κρώμνα,* Sylburgius Faciusque voluerunt, atque sic dedi e cap. 3, 2. 27, 3. *Νυμφὰς, Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ· τὸ ἐθνικὸν Νυμφάσιος, καὶ Νυμφασία πηγή* Stephanus Byz. de *Νυμφασίᾳ πηγῇ* cap. 36, 2. de *Hermaeo* autem cap. 35, 2. His e Gellii Itin. of the Morea p. 99. adde: „Krano to Sinano 2 h. 47 m. *Krano* seems to be Kromon or *Kromi*, (ita et Müller l. c. 447.) near which was the river and village of *Gathea*: west of it 200 stadia was a place called Nymphada, having many fountains; and in the same direction, 20 stadia more distant, was the Hermaeum, on the confines of Messenia and Arcadia. This Hermaeum was something more than 40 stadia from Megalopolis, or 15 from Phaedria (v. cap. 35, 1.) which must have been in the pass below Isara, or Isarage, as through it went the road to Carnassia. — The position of the Hermaeum would make it probable that Mount Tetraze or Tetrage (Cerausius) was not within the territory of Megalopolis." *ἐς ὅ — ὅροι.* Eodem teste ibid. quinta horae parte a Cromis distat „Top of the ridge between Arcadia and Messenia." *Ἑρμῆν* pro *Ἑρμῆς* Mosq.

CAPUT XXXV.

§. 1. Ad *αὕτη* et *ἑτέρα* e cap. 34, 3. vocabulum *ὁδὸς* repetendum est. De *Carnasio* v. adn. ad IV, 33, 5. *Καρνάσσιον* Mosq. *γε* pro *σε* idem. *Μαλοῦς* pro *Μαλλοῦς* Mosq. Articulus ante *Σῦρος* offensioni est ut cap. 34, 3. *καλοῦντα* pro *Μαλλοῦντα* Mosq. *δι' ὁδοῦ πρόσαντες πέρας* Vulgata. Porsonus corrigebat *προςαντιπέρας*, Corayus et h. l. et ad Plutarch. T. V. p. 358. *προςάντους ἑτέρας.* Clavier edidit *δι' ὁδοῦ προσαντεστέρα.* Boeckhius in litteris ad me datis *προσαντεστέρας* legendum censebat, quod eo lubentius recepi quum idem sit in Mosq. qui ita habet *πρόσαντες τέρας.* Ut hic *ὁδὸς προσαν-*

τεστέρα, sic X, 5, 3. ὁδὸς προσάντης μᾶλλον; sed 34, 4. ἀναντεστέρα. De *Phaedria* cf. ad cap. 34, 3. adn.

§. 2. *Κατὰ Δέσποιναν*· si hoc sanum est, habendum fortasse est nomen collectivum *locum denotans per quem plura Despoenae templa sparsa erant*, seu potius *locum τὰ ἀγάλματα οὐ μεγάλα Δεσποίνης τε καὶ Δήμητρος*, quae continuo commemorantur, *continentem*. Hoc Ἑρμαῖον autem diversum est ab illo, quod fuit cap. 34. extr. nec non ab eo, quod paulo post §. 3. τὸ Ἑρμαῖον τὸ κατὰ Βελεμίναν dicitur. Forsan etiam h. l. τὸ κατὰ Δέσποιναν ὀνομαζόμενον Ἑρμαῖον legendum est. πρὸς Μεγαλοπολίτας omisit Mosq. Memorabile autem quod pro vulgato καὶ οὗτοι idem exhibet εὗρέ τις· forsan ita scriptum a Pausania est: καὶ οὗτοι· καὶ εὕρεται ἐνταῦθα ἀγάλματα. Pro δοκεῖν est δοκεῖ in Mosq. ut §. 7. Ante Kuhnium distinguebatur post ξόανον, quod iam Sylb. correxit.

§. 3. *Ἀπὸ δὲ τοῦδε* Mosq. bene; δὲ post ἀπὸ deest in Vulgata. Pro vulgato ὁδεύσεις est in Mosq. ὁδεύσα· quo Boeckhii coniectura mecum per litteras communicata ὁδεύσας egregie confirmatur, ut ita scribere non dubitaverim. ἥξεις. cf. ad cap. 11, 2. Estne autem σταδίοις — ἥξεις legendum? cf. adn. ad VI, 22, 5. *Φαλαισίαι*· apud Stephanum Byz. est: Φαλαισία, πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. Pro vulg. Βελεμίναν Mosq. Βελεμίαν habet, Stephanus autem Βέλβινα, πόλις Λακωνική· Παυσανίας ὀγδόῳ. Partim ex hoc Stephani loco, partim ex Plutarchi Agide et Cleom. ubi est Κλεομένην πέμπουσι καταληψόμενον τὸ περὶ τὴν Βέλβιναν Ἀθήναιον, Berkelius in hoc Pausaniae loco Βέλβιναν restituendum putavit. Mansoni in Sparta I, 2, 16. Belemina et Belbina eadem est. Cf. ad cap. 27, 3. adn.

§. 4. *Ἠλασσουμένους περιειδεῖν* Mosq. ἐλασσωμένους ante Kuhnium; sed Sylb. correxit. εἰ — ἔμελλεν Clavier ἐπανόρθωμα reddidit *prétentions*, Nibby autem *la restituzione*. Sensus: *si iusta eis restitutio futura fuisset.*

§. 5. *Εἰς Μεθύδριον* Vulgata. Boeckhius per litteras mihi significavit, se malle εἰς μὲν Μεθ. De hac coniunctione ἀπὸ — ἀπωτέρω cf. ad VII, 27, 4. *Σκιά* vulgo, sed Σκιάς, χώρα Ἀρκαδίας. Καὶ Σκιάτης τὸ ἐθνικόν, ὡς Λευκὰς Λευκάτης. Ἔστι καὶ Σκιὰ πολίχνιον Εὐβοίας, οὗ τὸ ἐθνικὸν Σκιεὺς apud Stephanum Byz. legitur. Ex quo effecit Sylburgius, ut hic Σκιάς pro Σκιά et Σκιάτιδος pro Σκιαδίτιδος legendum esset; quod nobiscum recepit Clavier. Σκιάτιδος est etiam in cod. 1411. *Scias* III, 12, 8. est aedificium. Locus Anthologiae (Palat. T. II. p. 174.) quem Palmerius attulit ad Sylbur-

gii emendationem confirmandam, huc non pertinet. ὡς cum numeralibus cardinalibus *circiter;* cf. §. 7. exempla alia in Lex. Xenoph. p. 615, 25. *Χαρισίων* vulgo; scripsi *Χαρισιῶν* a Nominativo *Χαρισίαι*, de quo v. adn. ad cap. 3, 1.

§. 6. *Πόλις δὲ ἦσαν καὶ οἱ Τρικόλωνοί ποτε μέν· ἦν δὲ αὐτόθι καὶ ἐς ἡμας ἔτι κ. τ. λ.* Vulgata. *Πόλεις* Mosq. *ποτε· μένει δὲ* in Parisinis esse codicibus 1410. 1411. Boeckhius mihi indicavit; idem reperitur in Mosq. nam pro *ἦν* habet *εἰ·* scripsi igitur cum Clavierio *ποτε· μένει δέ.* Pro vulgato *ταύτης* Mosq. offert *ταύτας*, sed Clavier dedit *ταύταις*, quod verum est; Pluralis enim refertur ad Charisias et Tricolonos, quarum conditores Charisius et Tricolonus Lycaonis filii e capite 3, 1. noti sunt. Hic *Ζοιτία*, aliter cap. 27, 3. *ἀπωτέρω μὲν Τρικολώνοω* Aldina, Xylander posuit *Τρικολώνου*, quod in Francof. et Kuhn. ed. transiit, sed verius *Τρικολώνων* esse, iam Sylburgius animadvertit, quod codice Mosq. confirmatum restituit Facius. *πέντε — ἐκ Τρικολώνων* omisit Mosq. *κατ' εὐθὺ* id est *κατὰ τὴν εὐθεῖαν* ut §. 7. *οἰκῆσαι* vulgo; rectius cum Amasaeo *οἰκίσαι* scribi, recte monuit Sylburgius, et mecum recepit Clavier. *Παρωρία* etiam cap. 27, 3. *Παρωρεάται* sunt apud Strab. VIII, 346. (84.) et Herod. IV, 148, sed in Triphylia; scribendum autem *Παρωρεᾶται*, namque apud Herod. VIII, 73. invenitur etiam *Παρωρεῆται*, ubi iis Lemnia tribuitur origo. Stephano quoque Byz. *Παρώρεια* est *Arcadiae urbs;* et Palmerius in Exerc. p. 307. opinatur, *Paroreatas* communi nomine appellatos esse omnes, *qui montium viciniam accolebant.* Apud Plinium IV, 10, 6. nunc *Paroreatae* legitur, antea *Pareatae*, sed in qua Peloponnesi parte sederint, non indicatur. *ἔρημοι δὲ καὶ ἐς ἐμέ* Vulgata; *καὶ* delendum videbatur Corayo. *μένει δὲ ἐν Ζοιτίᾳ Δήμητρος ναὸς καὶ Ἀρτέμιδος, οἳ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν. ἐρείπια δὲ πόλεων καὶ ἄλλα* Vulgata; Clavier suspicatur legendum esse *ἐς ἐμὲ ἦσαν ἐρείπια. Ἐρείπια δὲ κ. τ. λ.* Melior est Boeckhii sententia, verba *οἳ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν* delenda esse, ut nihil nisi praecedentium repetitionem continentia. *Θυραίου μὲν — λόγος.* Cf. de his cap. 3, 1. p. 602. et adnotata. Pro vulgato *σταδίους* dedi *σταδίοις.* cf. ad cap. 21, 3. *Ὕψοῦς, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Πανσανίας ὀγδόῳ* Steph. Byz. quae urbs unde nomen acceperit, discitur ex nostro loco.

§. 7. De his *Κρουνοῖς* cf. adnotata ad cap. 34, 2. *ἐπὶ πηγὴν καλουμένους Κρουνούς* Vulg. Clavier *καλουμένην* edidit. Sic *τοῦ ἱεροῦ ἐστιν οἰκοδόμημα ἔμπροσθεν, Ὀρέστου καλούμενον σκηνὴ* II, 31, 11. p. 185. *Κρουνοὶ, αἳ τῶν χειμάῤ-*

ῥων ἀρχαὶ, ὥςπερ πηγαὶ αἱ τῶν ἀεννάων Phavorini adnotatio est, nostro loco non confirmata. *Τάφος — χῶμα γῆς ὑψηλὸν, δένδρα ἔχων* Vulgata; Clavierii scriptura *ἔχον* hausta e codd. 1410. 1411. recipienda fuit. cf. VII, 22, 2. *ἐπὶ ἄκρῳ τῷ κ. τ. λ.* non possumus cum Müllero in Dor. I, 372. ita interpretari *dass der Kallisto Grab im Tempel der Göttin gezeigt wurde.* Vulgus interpretum *ἐπὶ ἄκρῳ τῷ χώματι* ita accepit, quasi templum impositum fuerit tumulo. Ex cognomine Dianae *Καλλίστη* in Arcadia mulierem effictam esse, *Καλλιστὼ* dictam, suspicatur Schwenckius in Etymol. Myth. Andeut. p. 221, et dicit Müller in Dor. I, 372. Dianae *Ἀρίστης καὶ Καλλίστης περίβολος* cum simulacris etiam prope Athenas fuit. vide I, 29, 2. *δοκεῖ δέ μοι — μαθόντι* Mosq. Ald. *τι* post *μαθὼν* fortasse delendum est ut ortum e proxima littera *π. Πᾶνφῶς* Mosq. *Σταδίους δὲ — Ἀνεμῶσά τέ ἐστι χωρίον.* Boeckhius mihi scripsit, post *λείπεται* et ante *Ἀνεμῶσα* esse lacunam, quae numerum stadiorum viae rectae abstulerit, nam viam hanc rectam opponi viae iuxta *Helissontem* varios flexus torquentem; hunc enim huc illuc errasse, ipso nomine significari. Nobis Pausanias non de duabus viis loqui, sed situm Anemosae ad Helissontem et ad viam rectam, quae ad Methydrium ducebat, videbatur monstrare, et de una illa via cogitans, quae e Tricolonis ad Methydrium recta ferebat, quae nondum inter vias e Tricolonis patentes commemorata erat, addidisse *αὕτη γὰρ δὴ ἐκ Τρικολώνων ἔτι λείπεται.* quae verba Clavier male ita interpretatus est „et sur la route la plus directe de Méthydrium, la seule ville du territoire de Tricolones qui se soit conservée jusqu'à présent.“ Melius Nibby; „e sull' Elissonte, per la via retta che mena a Metidrio (che è la sola, che resti di Tricoloni) è il villagio di Anemosa.“ *Ἑλίσσοντος* vulgo. cf. ad cap. 3, 1. *Ἀνεμῶσα* dorice pro *Ἀνεμοῦσα*, ergo *locus ventis agitans* quae in eum feruntur. *Φάλανθον·* Apud Stephanum Byz. est: *Φάλανθος, ὄρος καὶ πόλις Ἀρκαδίας· Πανσανίας ὀγδόῳ· Ἀπὸ Φαλάνθου.* In cod. 1411. est *Ἀγελάδου* pro *Ἀγελάου.*

§. 8. *Ὑπὸ τούτου δὲ πεδίον τέ ἐστι* Vulgata, sed videtur *ὑπὸ τούτῳ* scribendum esse, ut est cap. 14, 1. *Φενεατῶν δὲ τὸ πεδίον κεῖται ὑπὸ ταῖς Καρυαῖς.* Quum vero in omnibus codd. Paris. sit *ὑπὲρ* pro *ὑπὸ*, recepi. Pro vulg. *Πάλου* est *Πώλου* in Mosq. idem dedit e Paris. codd. Clavier. Forsan dictus est hic campus de *Polo*, cuius mentio facta est cap. 31, 4. *Σχοινοῦς — ἔχον* vulgo; e Mosq. recepi *ἔχων* quod Sylburgius illi iam praeferendum censuerat. *Σχοινοῦς* etiam apud Stephanum Byz.

masculini generis est; idem eum vel a Schoeneo Atalantae patre appellatum narrat, vel, quum sit ἑλώδης τόπος, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ σχοίνων. Bona est Sylburgii coniectura, articulum οἱ ante ἀπὸ rectius adverbio σύνεγγυς praeponi, ut ita legatur δρόμοι, οἱ σύνεγγυς — ὄντες, ἀπὸ κ. τ. λ. Locum ἑξῆς δέ — ἐνταῦθα mancum esse, Sylburgius iam monuit, nec Clavier interpretatus est; qui interpretati sunt, Amasaeus, Goldhagenus, Nibby, quas ceperant coniecturas sequuti sunt. Palmerio in ἐμοὶ δοκεῖ καλούμενον latere videbatur nomen proprium alicuius loci. Kuhnii tenebras praetermittimus; Goldhagenus reddidit: „Nachher hat man die Benennung von der Arkadischen Atalanta hergeleitet, wie ich und alle glauben, die diese Gegend zu Arkadien rechnen.“ Nos stellulas hiatus indicandi causa inseruimus.

CAPUT XXXVI.

§. 1. Τὸ ἀπὸ — λείπεται Mannertus p. 465. Amasaei parum accuratam versionem sequutus est, quum Pausanias dixerit, *in hac a Tricolonis via versus Methydrium nihil iam reliquum esse de quo referatur, nisi Methydrium ipsum.* ὠνομάσθη — ᾤκισε. Recte igitur Mannertus l. c. vocabulum Methydrium interpretatur *Zwischenwasser.* sic μεθόριον, μεταξὺ τῶν ὅρων. Inter Karitenam et Tripolitzam non procul a pago Betenna seu Vitina positam fuisse hanc urbem ait Gellius in Itin. of the Morea p. 89. 126. ruinas inde superesse credens. quae ruinae nunc vocantur *Palatia.* v. Müller Dor. II, 442. Pausaniae aetate pagus erat. v. cap. 12, 1, ubi et de via inde versus Mantineam. Nomen Μαλοιτᾶ Cod. Cas. de mendo suspectum habet, quia paulo post sequatur Μολοττός. Kuhnius dubitabat, utrum utri praeferret. cf. ad §. 2. In Mosq. est Μάλοιτα sed in margine μάλιστα. Pro Μυλάων, quod nomen repetitur cap. 38, 7, apud Hesychium et Phavorinum, ut Ortelius suspicatur et Palmerius credit, est Μυλόεις. Vulgatam ἐφ' ὃ Facius monente Sylburgio mutavit in ἐφ' ᾧ· idem Sylburgius suspicabatur esse qui mallet ᾤκισε quam ᾤκιζε, quod adhuc est in Vulgata, a nobis nunc correctum. Articulus ὁ ante Ὀρχόμενος an suum recte tueatur locum dubites. Est tamen hic Methydrii conditor iam cap. 3, 1. commemoratus. γεγονάσι καὶ Μεθυδριεῦσιν ἀνδράσιν Ὀλυμπιονῖκαι Vulgata. Sylburgius putabat ἀνδράσιν permutandum fortasse esse cum ἄνδρες, quae nobis coniectura videtur probanda: nam veremur ne ista sententia, legendum forsan esse Μεθυδριεῦ-

σιν ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπιονῖκαι *fuerunt inter Methydrienses viros Olympionicae*, non omnibus placeat.

§. 2. Ἔστι δὲ — τὸ δὲ ὄρος κ. τ. λ. Hic τε, cui nihil est quod respondeat, lacunam prodere videtur; fieri tamen potuit, ut τε aliena insereretur manu, quemadmodum hic illic temere omissum est, veluti in cod. Mosq. hoc ipso paragrapho extremo; cap. 29, 2. *Thaumasium* Arcadiae montem praeter Stephanum Byz. (v. paulo post) etiam Dionysius Hal. Arch. R. I. p. 49. iudice quidem Sylburgio commemoravit. Pro vulgato *Μολοττὸν* iam Palmerius in Exerc. Baylius in Diction. hist. et crit. s. v. Methydre et Goldhagenius voluerunt *Μαλοιτᾶν* scribi. ἦν — ἴοι vulgo; hoc vitium a nobis relictum aegre tulimus; scripsimus nunc ἴῃ, idem volente Corayo. Mosquensis lectio εἴῃ eodem ducit. καὶ τεκεῖν — ἐνταῦθα. Huc pertinet istud Stephani Byz.: Θαυμάσιον, ὄρος Ἀρκαδίας, ἐν ᾧ τὸν λίθον ὁ Κρόνος κατέπιεν. In Mosq. est ἀντίδωσιν. Verba ἔστι δὲ πρὸς — τῶν ἄλλων Spanhemium ad Callim. h. in Iov. 4. male interpretatum esse de Lycaeo, Baylius l. c. iam monuit. *Νυμφασία πηγή*. cf. ad cap. 34, 3. sub fin. τε post Ὀρχομενίων Mosq. omisit.

§. 3. Locus Ἕλος nominatus iterum §. 4. memoratur. διὰ τούτων ὁδὸς ἐσιοῦσιν ἐς Μαίναλον παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Ἑλίσσοντα. ἔστι δὲ τῆς ὁδοῦ ἐν ἀριστερᾷ Vulgata. Facio videbatur rectius esse ἐσιοῦσίν ἐστιν ἐς Μ. Clavier edidit: ἐσιοῦσιν ἐς Μ. — τὸν Ἑλίσσοντα ἔστι· τῆς δὲ ὁδοῦ ἐς ἀριστερὰ e tribus suis codd. Paris. eadem distinctio Porsono placuit. Nec tamen ita molestum istud Μεγαλοπολίταις διὰ τῶν — πυλῶν ἐσιοῦσιν, quod non de introitu sed de exitu intelligendum est, tollitur: quare equidem διὰ τούτων ὁδὸς ἰοῦσιν legerim. In Mosq. est Ἑλισπόντα. idem Θεοῦ omisit. Vulgatum ἑπομένως Corayus transformandum recte censebat in ἑπόμενος. Hoc Διὸς τεκμαίροιτο εἶναι confirmatur loco Callimachi h. in Iov. 91, ubi Iupiter δῶτορ ἐάων appellatur. πολὺν pro πολὺ Mosq. ὄνδε οὐ pro ὃν οὐδὲ idem. χρηστόν. cf. cap. 27, 8. *Μαχανίτιδος* ante Facium, qui e Mosq. *Μηχανίτιδος* recepit. cf. cap. 31, 3. Clavier ad vulgatam tacite rediit, eam suis dicens codicibus confirmari in Supplem. Corayus hic quoque *Μαχανάτιδος* substituendum censebat. εὑρέτις, recte. cf. Etym. M. p. 676, 31. namque Accusativus est εὑρέτιν. v. Schaefer ad Apoll. Rh. T. II. p. 219. quae autem Accusativum habent ἰσοσυλλάβως, ergo in ιν exeuntem, βαρυτονοῦνται, ut Θέτις, πλημμύρις. Notabile autem, quod ante εὑρέτις Mosq. τοῦ ναοῦ insertum habet.

§. 4. *Πεποίηται — Ἄγιδος*. Cf. cap. 27, 9. Noster locus excitatur in Aeliani V. H. XII, 61, ubi postquam de *Boreae cultu* (de quo add. intrp. ad Herod. VII, 189.) apud Thurios et Athenienses narratum est, additur: *Παυσανίας δέ φησιν, ὅτι καὶ Μεγαλοπολῖται*, scil. *Εὐεργέτην αὐτὸν ἐπέγραψαν.* Faber hanc laciniam ab Aeliano abiudicaverat nulla causa allata; similiter Perizonius nulla ratione adiuncta negat, se Fabro assentiri. Si, quod Perizonius in Praefatione contendit, Pausanias antiquior Aeliano fuit, ille sane ab hoc citari potuit. *ἄγειν ἐς τιμὴν* est etiam cap. 42, 4. Haec formula significat initium cultus, quo aliquem prosequimur; sic h. l. Megalopolitae dicuntur coepisse ab eo tempore Boream colere, quo iis videbatur opem tulisse; sed *ἄγειν ἐν τιμῇ* consuetudinem colendi iam receptam; de qua posteriore loquutione dicebamus ad I, 5, 3. *Ὀϊκλέους* Vulgata. *ἰοκλέους* Parisini codd. et Mosq. *Οἰκλέους* Clavier. sed, ut patet e Supplem. voluit *Ἰοκλέους*. ut scripsit VI, 17, 4. ubi cf. not. et VIII, 2, 2. *εἴ γε κ. τ. λ.* „Credo ex homonymia deceptos enarratores causam fuisse dubitationis Pausaniae. Nam fuit etiam *Ὀϊκλῆς* quidam Arcas, de quo Apollodorus lib. 3, cuius, ut credo, fuit monumentum, de quo hic sermo.“ Palmerius. Oïcleum Herculis in illa expeditione socium idem Apollodorus commemorat. *τὸν χρεὼν* Mosq. *ἐπὶ Λαομέδοντι Ἡρακλεῖ στρατιᾶς* ante Facium, qui Sylburgianae emendationi *Λαομέδοντα — στρατείας* locum in contextu dedit. Neque obiiciamus Hom. Iliad. V, 219. 244. et alios locos, ubi *ἐπὶ* cum Dativo est. *ἐν Ἤλει·* cf. §. 3. Pro *σταδίους* hic quoque scripsi *σταδίοις* ut est paulo post. Cf. ad 35, 6. Post *τριάκοντα δέ ἐστιν ἀπωτέρω* repetitur *τῆς πόλεως — ἀπωτέρω σταδίοις* in Mosq. *Πολίσκιος* pro *Παλίσκιος* ex eodem cod. enotavit Facius. Nonne pro *ἀφιέντι* est *ἀφέντι* scribendum? *Περαιθέως* vulgo; Sylburgius propter cap. 3, 1. malebat *Περαιθέων·* quod nobiscum recepit Clavier. adde cap. 27, 3.

§. 5. Pro *Ἦν δὴ* Corayus suspicabatur *Ἦν δὲ* legendum esse. *Μενάλιον* Mosq. Mons apud Stephanum Byz. est *Μαίναλον*, sed *Μαινάλιος* nomen gentile. Cf. de hoc monte ad cap. 27, 3. *Λυκόας — Λυκοάτιδος* cf. cap. 3, 1, ubi excitatus est Stephani locus huc pertinens. *Σουμιτία* ante Facium, qui e Mosq. *Σουμητία* restituit. cf. cap. 3, 1. *μεσυμβρίαν* Mosq. *ὄρει καλούμεναι* ante Facium, qui e Mosq. *καὶ αἱ* inseruit. *Τρίοδοι — Μαντινεῖς*. cf. de his cap. 9, 2. Nescio an illud Stephani *Τρίοδος, τόπος τρεῖς ὁδοὺς ἔχων, ἀπὸ Τριόδου Λυκηΐδος* huc referendum sit, ut ultimo nomine intelligatur

Lycaonis filia. De urbe *Maenalo* cf. cap. 3, 1. τὸ δὲ ὄρος τὸ Μαινάλιον ἱερὸν μάλιστα εἶναι Πανὸς ὀνομάζουσιν Vulgata. „Scribendum esse νομίζουσιν, mihi dubium non est" Facius, cuius in sententiam ivit Clavier, quanquam Schaefer ad Dionys. p. 142. Facio contradicens iam monuerat, hanc constructionem verborum ὀνομάζειν et ἐπονομάζειν etiam in Herod. IV, 33. reperiri. adde Paus. II, 19, 5. VIII, 31, 4. sed antea Sylburgius praevidens fore, qui hanc coniecturam proponeret, eam necessariam esse negaverat. ὥστε — λέγουσι. De *Panis cantu* ibi audito est illud Virgilii Ecl. VIII, 23. *semper pastorum ille (Maenalus) audit amores, Panaque.* συρίζοντες Mosq.

§. 6. Ἄστεως Ald. quod revocavi; ἄστεος Francof. Kuhn. Fac. Clav. Vulgata post ἄστεος habet virgulam, quae deinde sequuntur usque ad διαβάντων nulla interpunctione distinguit. Sylburgius auctor fuerat, ut post εἰσιν suspenderetur punctum, et Facius commate hanc partem separavit a reliquis. Ego post εἰσιν maius, post ὁδοῦ minimum distinctionis signum posui; nam sensus est: *Dimidium viae est, quum usque ad Alphei flumen perrexeris.* Vulgo intelligunt de *traiiciendo fluvio Alpheo*, sed ita πρὸς vitiose abundaret; potius ad διαβάντων repetes animo ὁδόν. Ergo viginti stadia usque ad Alpheum, inde totidem ad Despoenae templum (vide proxima usque ad §. 7. princ.). sic efficitur quadraginta stadiorum numerus. Quae quum ita inter se cohaereant, initium paragraphi sexti non erat a verbis μετὰ δὲ δύο faciendum in Facii editione. Müller in Doriens. II, 447. ingeniose ὁδοῦ πρὸς τοῦ Ἀλφειοῦ τὸ ῥεῦμα. Διαβάντι δὲ μετὰ corrigit. Μακαρέων — Δασέων Vulgata, sed utrumque vocabulum περισπαστέον, atque ita scripsimus. cf. ad cap. 3, 1. adn. et Steph. Byz. ubi ita: Δασέαι, πόλις Ἀρκαδική· Παυσανίας ὀγδόῳ. Berkelius de nostro loco in errore fuit. De his duobus oppidis et de *Acacesio* Gellius in Itin. of the Morea p. 101. ita: „Sinano to Karitena (by Delli Hassan) — 1 h. 11 m. Delli Hassan, a new pyrgo. L. on an insulated hill are probably the ruins of *Acacesium.* — 15 m. Vestiges near the road on r. These may correspond with the site of *Macareus.* 21 m. Cross a great stream. Vestiges near it, perhaps *Dasea*, on the smooth hill l." Idem p. 93. sumit, castello Agios Giorgios nominato, et inter Isari atque Leondari sito vicinum fuisse *Acacesium.* τοςούτοις ante Facium, qui Sylburgii correctionem τοςοῦτοι recepit. Pro vulgato τε ἦν est τινὶ in Mosq. De *Acaco* Acacesii conditore cf. cap. 3, 1. Ταναγραίων pro Ταναγραῖοι Mosq.

§. 7. Hanc istius capitis particulam Clavier capiti 37. addidit. *Ἡγεμόνη Ἄρτεμις* est etiam apud Hesychium, ubi plures ab interpretibus citantur testes huius cognominis. I, 38, 6. fuit *Προπυλαία Ἄρτεμις*, apud Eleusinios culta. Dianae cum Cerere et Despoena coniunctio indicatur etiam cap. 37, 2. Sed alia videtur esse *Ἄρτεμις Ἡγεμόνη*, quae commemoratur cap. 47, 4. Despoena autem Mannerto in Geogr. Gr. et Rom. T. VIII. p. 474. est *Iuno* (?)

CAPUT XXXVII.

§. 1. Vocabulo *δέσποινα* Homerus iam usus est de Arete Odyss. VII, 53. In Etym. M. p. 258. ducitur a *δεσπόζω*. altera notatio *ἡ δέος ποιοῦσα* Proserpinae causa videtur inventa esse. *εἴσοδος* vulgo; *ἔσοδος* e Mosq. De v. *τύπος* cf. ad II, 19, 6. *καὶ τῷ μέν* Quatremère in Iupiter Olympien p. 346. mutari voluit in *πρώτῳ μέν*· scilicet quia *δευτέρῳ* sequitur. Melius est quod Sylburgius suasit, ut *ἐπειργασμέναι* pro vulgato *εἰργασμέναι* scriberetur, ut est cap. 31, 1. nos recepimus quum vel hoc compositum vel simplex cum *ἐπὶ* et Dativo in hac re frequentetur. De *Iove Moerageta* cf. ad I, 40, 3. adn. *ὁποῖα — τοῦτο qualia sint quae cognovi — hoc aperiam. δηλώσω — ἀφικώμεθα.* Cf. X, 13. *ἐς Δελφοὺς* Mosq. omisit. *τῇ παρὰ τῇ Δεσπ.* i. e. *τῇ παρὰ τῷ ναῷ τῆς Δεσπ.* Mox *γεγραμμένον ἔχοντα* Mosq. at in margine *ἔχον*. Pro *pictae*, quod Amasaei habet interpretatio, Sylburgius *scriptae* voluit. Quod ad hanc *τελετὴν* attinet, notabilis est Herodoti locus II, 171, ubi ea dicitur cum Danai filiabus in Peloponnesum traiecisse, sed ibi post Heraclidarum reditum interiisse; addit autem historiae pater: *οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων καὶ οὐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι.* Inter *ἐπὶ* et *τῶν τύπων* excidisse *τῷ τρίτῳ* iam Sylburgius viderat. Clavier scripsit *ἐπὶ [τρίτῳ] τῶν τύπων*. nos hiatum stellula significavimus. *ἐποιεῖτο* pro *ἐπείθετο* Mosq. *δι᾽ ἐκεῖνον — μόνον* Vulgata. *δι᾽ ἐκείνου μόνου* dederam e Mosq. eodem modo scripsit Clavier, qui idem invenit in codd. 1410. 1411.

§. 2. *Ἔστιν ἕτερον λίθου* Vulgata. Kuhnius malebat *ἑτέρου λίθου*. quod Facio probatum Clavier recepit, recte; sic antea dicuntur plura esse *ἑνὸς ὁμοίως λίθου*. De his *κατὰ — Μητρὸς* cf. I, 3, 4. *χεῖρα* Mosq. omisit. *καὶ καλουμένην κίστην* Vulgata, sed inserendum esse post *καὶ* articulum *τὴν*, et Facius et Schneider animadvertit; similiter Ceres Erinnys di-

citur τήν τε κίστην καλουμένην ἔχειν καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ δᾷδα. De proximis quid iudicandum sit ut intelligatur, totum locum apponam: ἡ δὲ Δέσποινα σκῆπτρόν τε καὶ τὴν καλουμένην κίστην ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχει· τῇ δὲ ἔχεται τῇ δεξιᾷ κίστης. Facius putabat σκήπτρου excidisse et scribendum esse ita: τῇ δὲ ἔχεται σκήπτρου, τῇ δὲ δεξιᾷ κίστης· quod in margine repetivit Clavier. Corayus hanc proposuit coniecturam: τῆς δὲ ἔχεται τῇ δεξιᾷ τῆς κίστης recte videns τῆς ante κίστης necessarium esse, qud iam antea a nobis insertum erat. Hoc uno autem excepto nihil videtur corrigendum esse, nam per sé planum est, laeva Despoenam manu tenuisse sceptrum, neque hoc ut adderetur erat necessarium. Eadem brevitas nullam hiatus suspicionem relinquens fuit VI, 16, 3. VIII, 25, 4. τῇ δὲ, cui explicandi gratia subiungitur τῇ δεξιᾷ, animo refertur ad id, quod omissum est, τῇ μέν. Alias simpliciter dicitur ἔχομαί τινος, *manum iniicio, admoveo alicui* ut X, 13, 4. Thuc. I, 49. hic autem τῇ δεξιᾷ ἔχομαί τινος Pausanias scripsit. τοῦ θρόνου — παρεχόμενος §. 3. Ergo ad eam huius throni partem, ubi sedebat Ceres, stabat Diana, cui adiacebat canis, ad alteram, quae Despoenae simulacrum sustinebat, Anytus; quae effigies erant *rotundo opere* (de ronde bosse). cf. Quatremère in Iupiter Olymp. p. 347, ubi de *hoc throno* pluribus exponitur. κατάκειται κύων, οἷαι θηρεύειν εἰσὶν ἐπιτήδειοι. Vulgata. κατάκεινται κυνῶ (Facius profert κυνῶν) οἷαι Mosq. Facio iudice, haud male. At quorsum plures canes opifex adiunxerit, quum unus ad id, quod significandum erat, satis esset? sin autem plures erant, cur, quot fuerint, scriptor non indicavit? Sed nihil obstat quominus veram esse iudicemus Vulgatam, cui simile illud est ἀνὴρ Μάγνης, οἳ τῷ Ἑρμῷ προσοικοῦσιν X, 4, 4.

§. 3. Ὡπλισμένον Mosq. τὰ ἔπη· sunt Iliad. XIV, 277 sqq. ὀνομάκρητος Mosq. cf. 31, 1. τὰ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἄνυτον Vulgata, bene, ut patet ex opposito Δήμητρος δὲ κ. τ. λ. Quare Corayi coniecturam τάδε μὲν ἐς Ἄν. non probo. εἶναι — αὐτουργούς. illustrat Clemens Al. οἱ Τιτᾶνες, οἱ καὶ διασπάσαντες Διόνυσον, λέβητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες, καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβαλόντες τὰ μέλη καθήψουν πρότερον. ἔπειτα ὀβελίσκοις περιπείροντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο Protr. p. 12. Sylb. Pausaniae hoc scribenti Δήμητρος δὲ — τοὺς Ἕλληνας obversatum esse locum Herodoti II, 156. ab aliis iam animadversum est. Herodotus ait: Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι (Aegyptii) εἶναι παῖδας· Λητοῦν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. — ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ

οὐδενὸς ἄλλου Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φράσω, μοῦνος δὴ ποιητέων τῶν προγενομένων· ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δήμητρος. in dramate aliquo nunc perdito dixerat hoc Aeschylus. *ἐς Λητοῦς* Mosq. *ὑπὸ τῶν ἀγαλμάτων sub simulacris* Cereris ac Despoenae i. e. *ἐν ὑποθήματι* seu *θρανίῳ τῶν ἀγαλμάτων.* cf. V, 11, 2. *ὑπὸ sub* cum Genitivo etiam VII, 2. extr. VIII, 35, 8. *τὰ ἐς Κορύβαντας ἀπειργασμένους ἐπὶ τοῦ βάθρου* (*ἑνὸς δὲ οἶδα ἀλλοῖον καὶ οὐ Κούρητος*) Vulgata. Scripsi, quod Heynius iam voluit in Antiq. Aufs. I. p. 15, *ἐπειργασμένους.* cf. 9, 1. III, 17, 3. ubi eadem confusio. *ἐπειργασμένος* construitur modo cum Dativo (III, 17, 3. VI, 19, 9. VIII, 9, 1. 48, 1.) modo cum *ἐπὶ*, cui et Genitivus et Dativus additur, ut VIII, 31, 1. Verba *ἑνὸς — Κούρητος* ab Amasaeo transposita sunt, quem ita imitatus est Clavier: „Quant aux Curètes qui sont représentés au dessous des statues (l'un d'eux est toute autre chose qu'un Curète) et aux Corybantes qui.“ Nibbyi interpretatio: „e quello che spetta ai Coribanti sulla base scolpiti (che ad un altro conosco appartenere, e non a Curete)“ difficultatem non removet, quae fortasse ita corrigendo tolli poterit: *γένους δὲ οὗτοι ἀλλοίου καὶ οἱ Κούρητες alius sunt generis Corybantes atque Curetes.* In Mosq. est *Κουρῆτας* pro *Κούρητος.* De Corybantum orgiis v. Clemens Alex. Adm. ad gent. p. 12. Sylb. qui refert, Cabiros eosdem nominatos esse.

§. 4. *Πλὴν ῥοιᾶς·* Huc pertinet illud Clementis Alex.: *αἱ θεσμοφοριάζουσαι τῆς ῥοιᾶς τοὺς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν· ἐκ τῶν τοῦ Διονύσου αἵματος σταγόνων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς.* Admon. ad gentes p. 12. *οὐδὲν ὄψεται τὴν ἀρχήν* Vulgata; scripsi *οὐδὲ ὄψεται τὴν ἀρχήν·* quod nunc video Porsonum quoque voluisse.

§. 5. *Τῆς δὲ σποίνης* Mosq. de v. *μέγαρον* ad cap. 6, 2. *πολλά τε καὶ ἄφθονα·* Vulgata; videtur *τε* eliminandum; quod inter *δεξιᾷ* et *ἀποτέμνειν* Mosq. omisit *τε*, forsan hoc ipsum est. similiter cap. 44, 6. *γάλα πολὺ καὶ ἄφθονον·* mireris hanc abundantiam, sed ea est Herodotea; sic ille *χρυσὸν πολλὸν καὶ ἄφθονον* VII, 83. *φάρυγξ* foemini generis. v. Phryn. p. 65. et ibi Lob. Infinitivus *ἀποτέμνειν* pendere potest ab omisso *καθέστηκεν* seu, quod Sylburgius voluit, *εἰώθασι.* Quum idem suspicatus esset legendum esse *ἀποτέμνει*, idque repetivisset Facius, Clavier non dubitavit ita scribere. *ἀποτέμειν* Mosq.

§. 6. *Ποσειδῶνος εἶναί φασι, καὶ Δήμητρος ἐπίκλησις*

ἐς τοὺς πολλούς ἐστιν αὕτη Δέσποινα, καθάπερ — Ἰδίᾳ τέ ἐστιν ὄνομα Περσεφόνῃ ante Facium, qui praeeunte Sylburgio Περσεφόνη tacite correxit, et eodem Kuhnioque ducibus interpunctionis vitium sustulit. Monente enim Sylburgio sensus est „Δέσποιναν esse Neptuni et Cereris filiam, atque isto Δεσποίνης cognomento hanc Neptuni et Cereris filiam ita vulgo designari, sicut alteram e Iove ac Cerere natam Κόρην cognominare solent, quum haec peculiari nomine Περσεφόνη nuncupetur, illius vero nomen apud profanos enunciare non liceat." Quam deinde Kuhnius proposuerat emendationem ἐπίκλησις ἐς τοὺς πολλούς ἐστιν αὐτῇ Δέσποινα, eam non dubitavi recipere, quum confirmetur loco cap. 42, 2, ubi Phigalenses dicuntur narrare, e Cerere et Neptuno natam esse τὴν Δέσποιναν ἐπονομαζομένην ὑπὸ Ἀρκάδων. Eandem emendationem Schaefero probatam (v. ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 116.) in contextum admisit Clavier. Pro vulgato ἰδίᾳ τέ est οἷά τε in Mosq. in codd. 1410. 1411. ἰετέ, in 1399. ἰδία δὲ. Clavier e coniectura dedit ἴδιόν τε, Corayus maluit ἴδιον δέ. neque ego τε defenderim; multo minus autem Facii coniecturam ᾗ ἰδίᾳ τε probaverim, quum αὐτῇ ex praecedentibus animo repetendum sit. καθὰ κ. τ. λ. Homeri loci sunt Odyss. X, 491. 494. 509. πᾶν φῶς pro Πάμφως Mosq. ut 35, 7. τῆς δὲ Δεσποίνης τὸ ὄνομα ἔδεισα ἐς τοὺς ἀτελεστέρους γράφειν Vulgata. δὲ Mosq. omisit. Amasaeus legit ἔδεισεν. Facio videbatur praestare ἔδεισαν, ut ad *Homerum et Pamphum* referretur, quos haud scio an dicere initiatos nequeamus. placuit tamen hoc Nibbyo, fortasse et aliis v. Antisymbolik p. 168. Orpheum quoque Pausanias dicit *creditum* esse initiorum inventorem IX, 30, 3, ubi addit esse, qui hoc ei inventum pestiferum fuisse perhibeant. Nomen vero, quod in vulgus emanare noluerunt, esse non potuisse Δέσποιναν, patet e cap. 25, 5. 42, 2. V, 15, 3. itaque aliud nomen fuerit necesse est Despoenae proprium in mysteriis, neque ex istis finibus excedere volens. Idem cogitavit Clavier interpretans: „quant au vrai nom de Despoené, je n'ose pas le divulguer aux profanes." Inprimis autem nostri loci verba ἐπίκλησις ἐς τοὺς πολλούς ἐστιν αὐτῇ Δέσποινα id confirmant. quod contra ἐς τοὺς ἀτελεστέρους id est ἐς τοὺς πολλοὺς γράφειν τῆς Δεσποίνης τὸ ὄνομα ἔδεισε Pausanias, usitatum illud in mysteriis. Sed pro ἀτελεστέρους videtur ἀτελέστους scribendum esse, quod est cap. 25, 5, et eo magis, quod in Mosq. est ἀπελάστους. Eodem modo corrigebat Porsonus. Formulam ἐς τοὺς ἀτελέστους οὐ λέγειν, οὐ γράφειν illustravit Hemsterhusius ad Arist.

Plut. p. 456. Apud Pausaniam VIII, 43, 5. est etiam οὐ θέλουσιν ἐξαγορεύειν.

§. 7. Πρῖνος Amasaeus vertit *ilices*, quem sequutus est Nibby. Estne vero legendum ἐλαία? idem hoc suspicatus videtur esse Clavier qui verterit: „on y remarque un olivier et un chêne vert qui sortent de la même racine.“

§. 8. Ἀνθρώπων εὐχὰς ἄγει ἐς τέλος respondet Horatianis Od. IV, 8: *vota bonos ducit ad exitus.* ἐς τέλος ἄξειν ἔμελλεν ὁ θεός IV, 12, 3. poterat h. l. firmari. Hirtius putavit, *Panem* hic exhiberi, qualem Aegyptii cogitaverint. v. Abhandl. der hist. philol. Klasse der K. Preuss. Akad. 1820. 1821. p. 125. ἔδωκεν pro ἔοικεν Mosq.

§. 9. Μαντεύοιτο οὗτος ὁ θεός. In Schol. Pind. ad argum. Pythior. p. 483. Heyn. Apollo dicitur μαθεῖν καὶ τὴν μαντικὴν τέχνην ὑπὸ τοῦ Πανός (sic et Apollodorus I, 4, 1.), et additur de Pane: οὗτος γὰρ τοῖς Ἀρκάσι θεμιστεύει πᾶσιν ἐπιμελῶς. Similiter Scholiasta vetus ad Statii Theb. III, 480. narrat *clamantem per noctem Panem audientibus dare oracula solitum.* συνῴκισε Ald. Francof. sed Sylburgius correxit. ἐπελεξάμην ἐνταῦθα. Ἔστι vulgo; quam distinctionem mutavi; idem tacite fecit Clavier. Ἄρεος Mosq. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀθηνᾶς Vulgata. nos cum Mosquensi δὲ et τε omisimus. Clavier scripsit ὡσαύτως δὲ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀθ. e coniectura.

CAPUT XXXVIII.

§. 1. Hic et cap. 39. vulgo scribitur Λυκόσουρα, ut apud Stephanum, sed cap. 2, 1. Λυκοσούρα· sic etiam Mosq. hoc loco. quam scripturam, quum οὐρὰ longam habeat alteram syllabam, anteteli. *Lycosuram* Stephanus ait esse ἐπὶ τῷ Λυκαίῳ ὄρει, Dodwellius autem II, 2, 268 sq. ponit in eo loco, ubi nunc est *Agios Georgios*, ut duarum horarum spatio distet a Megalopolios ruinis. Gellius in Itin. of the Morea p. 101. postquam de Delli Hassan in via a Sinano ad Karitenam loquutus est pergit: „Descend again toward the Alpheus. This is the road which Pausanias seems to have taken to *Lycosoura*, which must have been either on the remarkable peak called Sourias to Kastro, or almost on the summit of Diaphorte (Lycaeus), near the Hippodrome, where are the ruins of a fortification.“ Eodem iudice in Narrative of a Iourn. in the Mor. p. 124. est „the peaked summit, called Sourias to

Castro, probably the ancient Lycosoura.“ γῇ Ald. Francof. sed Sylb. correxit. καὶ ταύτην εἶδεν ὁ ἥλιος πρώτην Vulgata, in quam nescio an perperam articulus ὁ irrepserit, qui in talibus videtur omissus esse, ut cap. 33, 1. ἥντινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος. IX, 30, 5. ἐπειδὰν ἴδῃ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως ἥλιος. — εἶδεν ἥλιος τὰ ὀστᾶ. Theogn. 169. et 828. ὄλβιος οὐδεὶς ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ. 626. οὐδένα παμπήδην ἀγαθὸν — τῶν νῦν ἀνθρώπων ἠέλιος καθορᾷ. Solon in Gnom. poet. gr. p. 49. ed. Lips. apud Weigel πόνηροι πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ. Similiter antea ὁπόσας ἔδειξε γῆ. Cf. de hac loquendi formula ad cap. 33, 1. In his autem πόλεων, ὁπόσας ἔδειξε γῆ, Λυκοσούρα ἐστὶ πρεσβυτάτη, καὶ ταύτην εἶδεν ἥλιος πρώτην est *parallelismus* seu *schema* ἐκ παραλλήλου, rei magis declarandae saepe inserviens, de quo cf. adn. ad cap. 49, 1. Adde Paus. VIII, 51, 3. διάφοροι παρὰ πολὺ καὶ οὐ πάντων κατὰ ταὐτὰ ἐγίνοντο αἱ γνῶμαι. Hoc nostro capite §. 3. καθίει ἐπιπολῆς καὶ οὐκ ἐς βάθος. Soph. Trach. 963. (958.) ἄγχου κοὐ μακράν.

§. 2. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τοῦ ἱεροῦ· id necesse est intelligatur de sinistra parte templi non hominis. cf. Addenda ad I, 22, 4. aliter Müller in Dor. II, 447. Mons *Lycaeus* nunc *Diaforti* seu *Dioforti* vocatur teste Gellio. Cf. tamen adn. ad cap. 41, 3. Gellius in Itin. of the Mor. p. 106. ita: „The summit of Mt Dioforte is a circular level, about 50 yards in diameter, evidently artificial: it commands a most magnificent view over the plain of Megalopolis and Messenia; while on the other side are seen the hills of Elis. (Cf. Pausan. §. 5.) The modern city of Arcadia, Cyparissia, bears S. 64, 30 W. Mt Tetrage (Cerausius) S. 34, 30 W. Mt Vourkano (Ithome) S. 25. W. Sinano (Megalopolis) S. 55. E. Agios Elias (Taygetus) S. 17, 30. E. Caritena N. 62, 30. W.“ *Olympus.* cf. adn. ad cap. 41, 3. Hunc Apollinem Parrhasium Müller in Dor. I, 281. vult esse *Νόμιον*. Pro καὶ οὐ est καὶ οὐ διὰ in Mosq. De hac constructione et significatione verbi ἀμφισβητεῖν cf. IV, 31, 7.

§. 3. Θεισώαν ante Facium, qui Θεισόαν dedit, nos Θείσοαν. cf. ad cap. 27, 3. Νέδαν· Apud Callimachum h. in Iov. 33. mater dicitur filium dedisse Νέδῃ κομίσσαι κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, πρεσβυτάτῃ νυμφέων, αἵ μιν τότε μαιώσαντο, πρωτίστῃ γενεῇ μετά τε Στύγα Φιλύρην τε (ubi media ultimi nominis producitur, quae corripitur in Virg. G. III, 550.). Θεισόας vulgo. Θεισώας Mosq. ἀπὸ τῆς Θεισόας πόλις ᾤκεῖτο· de hac formula loquendi cf. adn. ad IV, 2, 3. Πεῤῥασία Mosq.

qui deinde ἔστιν ἐν pro ἔστιν ἡ habet. Haec *Theisoa in Parrhasia* videtur esse ἡ πρὸς τῷ Ὀρχομενῷ. vide cap. 27, 5. ex quo loco istud etiam τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ — κώμη suam lucem accipit. De duplici Theisoa propositam opinionem vides ad cap. 27, 3. quo loco tamen Parrhasiae accenseri Theisoa non videtur. τῆς Νέδας — ἔσχηκε. Hoc amplificare studuit Callimachus h. in Iov. 37 sqq. De *Hagnus fonte* Gellius in Itin. of the Mor. p. 106. „reach the summit of Mt Dioforte, leaving in the way a valley on l. where there is a fountain said to be warm; this has been supposed that called Hagno, or the source of the Neda.“ sed de calidis huius fontis aquis nihil apud Pausaniam. καθύσας pro καὶ θύσας Mosq. Ut hic sic et I, 34, 3. θύειν ἐς πηγήν. Apud Herodotum καλλιερεῖσθαι, φαρμακεύειν ἐς τὸν ποταμόν VII, 114. ἐπιπολῆς *ita ut in summa fontis aqua maneat, summam aquam tangat.* De his ἐπιπολῆς καὶ οὐκ ἐς βάθος cf ad §. 1. Pro καθίει exspectabam καθίησι. Caeterum Kuhnio videbatur huc pertinere Iupiter Elicius, de quo Festus in aquaelicium et Manalem lapidem. Tertull. Apolog. c. 40. ἀνακινηθέντος κ. τ. λ. In Pyrenaeis montibus in quodam lacu non magno idem fieri et hodie, narrat Palmerius. ἄνυσιν pro ἄνεισιν Mosq. Ἀρκᾶσιν idem.

§. 4. Ἱππόδρομος· Si descendens a summis Lycaei oris versus orientem perrexeris, post tertiam horae partem „in a little plain are the ruins of a hippodrome; at one extremity of which is an edifice composed of two sorts of masonry, polygonal and horizontal. On the bank which forms the hippodrome are some stone columns“ Gell's Itin. of the Morea p. 108. Λυκαίων τὸν ἀγῶνα, de quo cf. cap. 2, 1. Xenophon ab Arcadibus etiam extra patriam in Cyri exercitu actum refert Anab. I, 2, 10. ἀγῶνα ταῦθα Ald. ἐλεγεῖον δὲ ἐπὶ τῶν βάθρων Ἀστυάνακτός φασιν εἶναι τὴν εἰκόνα Ald. Francof. Sylburgii correctionem φησι tacite recepit Kuhnius; eandem confirmat Mosq. Clavier post βάθρων inseruit ἑνί e codd. 1410. 1411. cur non ἑνός, quod Pausanias ipse cap. 30, 2. posuerat? ubi est ἐλεγεῖον ἐπὶ ἑνὸς γεγραμμένον τῶν βάθρων Διοφάνους φησὶν εἶναι τὴν εἰκόνα. Hic loquutus est ut saepe fit in vita communi: *eine Inschrift auf den Fussgestellen sagt.* τὸν δὲ Ἀστυάνακτα εἶναι γένος τῶν ἀπὸ Ἀρκάδος Vulgata. Ἀρκάδων Mosq. Sed γένος videtur in γένους mutandum esse.

§. 5. Λυκαῖον Ald. Francof. sed Sylb. correxit. Hoc τέμενος Λυκαίου Διὸς in monte *Lycaeo* videtur a Platone de republ. VIII. p. 228. (565.) τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερὸν dici. Quod enim teste Pausania cap. 30, 2.

Megalopoli fuit *ἱερὸν Λυκαίου Διὸς*, de eo Plato non cogitavit. *ἔσοδος — ἀνθρώποις.* cf. VII, 26, 3. hinc *τὸ ἄβατον τοῦ Διὸς* Plutarchus nominat loco mox citando. *καὶ τάδε ἔτι — τῶν ὡρῶν.* Quod hic a Pausania narratur, et antea a Theopompo traditum erat, in nemore Iovis Lycaei in monte Lycaeo neque homines neque bestias umbram facere, Polybius quidem XVI, 12. exagitat, nam talia dicere, iudice illo *ἀπηλγηκυίας ἐστὶ ψυχῆς* (hominis, qui sensus expers est), Pausanias autem ut rem, non a se ipso cognitam, sed ab aliis narratam refert, hoc praefatus: *καὶ τάδε ἔτι ἐλέγετο.* In Plutarchi Quaest. graec. 39. causae quaeruntur huius fabulae, *πίστιν ἰσχυρὰν ἐσχηκυίας.* Schwenckius sibi visus est hic deprehendere vestigia cultus, qui Iovi lucis auctori fuerit institutus (v. eius Etym. Myth. And. p. 39.), neque assentiri dubitavit O. Müller in Gotting. Indic. 1823. N. 140. *συνεπιπίπτειν* Mosq. *χρόνον τὸν ἴσον ἔπεισεν ὁ ἥλιος* cum *καὶ ἐν Συήνῃ — ἐστι* iungendum est; *eodem tempore quo.* Huc pertinent quae de *asciis* traduntur. De v. *ἴσος* cum *καὶ* copulato cf. adn. ad I, 22, 6. *ἐσοήνῃ* pro *ἐν Συήνῃ* Mosq. *τῇ πρὸς Αἰθιοπίᾳ* Vulgata. — *Αἰθιοπίας* Mosq. — *Αἰθιοπίαν* Clavier. e codd. 1410. 1411. Vulgatam retinui, qua recte significatur *vicinitas.* Straboni XVII, 817. (603.) Syene *ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Αἰγύπτου πόλις* dicitur. Syenen *τῷ τροπικῷ κύκλῳ ὑποκεῖσθαι* Strabo ibidem docet. *τῇ ἄκρᾳ τῇ ἀνωτάτῳ* Ald. Kuhn. Fac. Clav. — *ἀνωτάτω* Francof. Mosq. quod illi praetuli. *καὶ ἡ — σύνοπτος.* v. adn. ad §. 2. *ἐπ' αὐτῆς* ante Facium, qui se ait Goldhageni emendationem *ἐπ' αὐτοῖς* recepisse; sed occupaverat eam Sylburgius. Pro *γε* in Mosq. est *δέ.* Vulgata est *ἐπὶ τούτου βωμοῦ.* Porsonus *ἐπὶ τούτου τοῦ βωμοῦ* corrigit. cf. VII, 2, 2. 23, 6. *πολυπραγμονῆσαι δὲ οὔ μοι τὰ ἐς τὴν θυσίαν ἡδὺ ἦν*, et IX, 30, 2. *οὔ μοι γράφειν ἡδὺ ἦν* expressum est, ut Valckenarius animadvertit, ex illo Herodoti VII, 101: *νῦν μοί σε ἡδύ ἐστι ἐπείρεσθαι τὰ θέλω.* Cognata formula loquendi est apud Pausaniam VIII, 41, 6. haec: *οὐ μὴν ἐπῆλθε πολυπραγμονῆσαί μοι.* His autem *ἐχέτω δὲ, ὡς ἔχει, καὶ ὡς ἔσχεν ἐξαρχῆς*, quibus similia in Praefatione vol. I. p. XIII. proposita sunt, scriptor *negat se perscrutari velle, quam fide digna aut qualia sint quae narrentur.* Proxime abest a nostro loco illud Herodoti I, 140. *ἀμφὶ τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω, ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη.* Idem *ταῦτα μὲν νῦν ἔστω ὥς ἐστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο* II, 28. init. dixit.

§. 6. *Τίθενται κ. τ. λ.* equidem *αὐτῷ* referendum puto ad Apollinem, non ad *ἱερὸν*, quod Müllero in Dor. I, 201

faciendum visum est. *θύουσι μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ κάπρον τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἐπικουρίῳ.* in quo foro? haud dubie Megalopolios, nam ibi fuit Apollinis Epicurii simulacrum aeneum. *μηρία ἐκτεμόντες.* cf. adn. ad. I, 24, 2.

§. 7. *Ἄρκτου* et *τε* Mosq. omisit. idem *ταύτην* pro *ταύτῃ* offert, et *Θεισῶαν* pro vulgata *Θεισόαν.* cf. ad §. 3. Mox in Ald. et Francof. est *Θεισόας*, in Mosq. *Θεισώας*, in Kuhn. et Fac. edd. *Θεισοαίας* e Sylburgii correctione. Cf. de hac regione et Mülleri Dor. II, 445. *Μυλάων.* vide cap. 36, 1. Mirum nomen fluvii *Νοῦς*· nonne exspectes potius *Ῥοῦς*? hoc est interprete Phavorino *ῥεῦμα*· et ut *Rhenus* noster a *rinnen*, ita hic fluvius dici potuit a *ῥέειν*. *Ῥοῦς* Megaridis quoque regio, in qua aquae montanae confluebant, dicta est teste Pausania I, 41, 2. Fuit tamen fluvius *Νοῦς* ad urbem Ciliciae Cescum, unde comici *τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας κέσκον οὐκ ἔχειν* dicebant. v. Photii Lex. v. *Κέσκος*. Pro *Κέλαδος* Spanhemius ad Callim. h. in Dian. 102. ex Homeri Iliad. VII, 133. et Strabone VIII, 343. voluit hic scribi *Κελάδων*· nos retinemus assensum, quum nondum certum sit, Celadontem Homeri et hunc Celadum fuisse eundem, nec Strabonis scriptura nullam dubitationem relinquat. cf. Palmerii Exerc. p. 304. *αὐτωλίας* pro *Αἰτωλίας* Mosq. Post hoc nomen Vulgata male distinguit. *Ἰλιάδι δὲ* ante Facium, qui *δὲ* sustulit; supervacuam esse hanc coniunctionem Sylburgius iam monuerat. *ποταμὸν τῶν πάντων ἄρχοντα* Vulgata. Dedi *ποταμῶν*, quod rectius iam Sylburgio visum erat. idem fecit Clavier codd. ut ait, sequutus 1410. 1411. Distinctionem, quam Vulgata post *ἐποιήσατο* habet, ante hoc verbum posui. Locus Homeri de priore Acheloo est Iliad. XXI, 194 sqq. de altero XXIV, 615 sq. Hunc posteriorem Acheloum quomodo Schlichthorstius in Geogr. Homeri p. 33. Achaiae fluvium habere potuerit, equidem non assequor. In Scholiis Villois. hic Achelous est *ποταμὸς Σιπύλῳ παρακείμενος*, sed in Schol. minoribus praeter alia hoc quoque affertur *Ἀχελῶος κοινῶς καλεῖται πᾶν ὕδωρ.* Pro vulgato *τὸ περὶ* Facius e Mosq. restituit *τῷ περὶ*, quod Sylburgius iam voluerat.

§. 8. „Das Gebirge *Νόμια* bildet wahrscheinlich die Kette, welche bis zur Ebene von Megalopolis sich ziehend in dem alten Gebiet *Theisoaia* eingeschlossen war.“ Dodwell. II, 2, 270. Sickl. adde adn. ad c. 41, 3. *τὸ ἀπὸ τῆς — λέγοντες* vulgo ita interpretantur quasi scriptum esset *ὑπὸ Πανὸς εὑρεθῆναι*· sed Genitivus *Πανὸς* pendet a *μέλος*· ergo *Πανὸς μέλος τὸ ἀπὸ τῆς σύριγγος* ad verbum erit: *Lied des Pan auf*

der Syrinx. Panos autem carmen syringe modulatum ibi inventum esse erit: *Pana ibi invenisse carmen syringe modulari.* Hoc non dicit scriptor sed huius regionis homines id narrare refert. Quod addendum videbatur propter ea, quae I. H. Vossius bene adnotavit ad Virg. Ecl. II. p. 70 sq. *κληθῆναι — ἐπὶ τοῦ Πανὸς ταῖς νομαῖς·* Nomen ipsum *Πανὸς* videtur a *πάω pasco* fluxisse, et Vossius l. c. *Πὰν* contulit cum *Ζάν.* Ad hoc *αὐτοὶ — ὄνομα* auctor ipse nos reiicit X, 31, 2. p. 876.

CAPUT XXXIX.

§. 1. *Πλατανιστῶν* haud dubie de platanis dictus, quibus laetae erant eius ripae. Gellius in Itin. of the Morea p. 92. iter ab Ampeliona ad montem Cerausium narrans ait: „The source on the way to Tragomano must be that of the river *Plataniston*, which ioins the Neda near Ampeliona." Idem prope esse scribit: „forest of ook and platanus." *μετὰ δὲ αὐτὸ* ante Facium, qui se dicit e Mosq. *αὐτὸν* restituisse. Eodem modo legit Amasaeus. *σταδίους — πολλῷ·* variata constructio; intervalli mensura primum Accusativo, deinde Dativo indicatur. V, 18, 2. fuit *Φιγάλεια.* cf. c. 42, 4. ubi in versibus.

§. 2. Hunc locum usque ad cap. 41. auctor ipse cap. 30, 2. appellat *τὰ ἐς Φιγαλέας τοῦ λόγου.* De his *Τὰ δὲ ἐς — ὁ λόγος* cf. cap. 3, 1. *ἀπὸ Φιγάλου* Mosq. *ἄλλα οὐκ ἀξιόχρεω* Vulgata. — *ἀξιόχρεα* Mosq. et eodem modo Porsonus corrigi volebat. Retinui Vulgatam, quum et apud Herodotum V, 65. reperiatur *ὅσα ἀξιόχρεω,* quod nuper a Schweighaeusero in *ἀξιόχρεα* mutatum est. *στρατεία* pro *στρατιᾷ* Mosq. *ἐσέβαλλον* Ald. Francof. Vitium notavit Sylburgius. *ἐπολιόρκουν προκαθεζόμενοι* Vulgata. Scripsi, quod iam Sylburgio rectius visum est, *προςκαθεζόμενοι,* probante Porsono. *προςκαθέζομαι* et *προςκάθημαι* de *obsidentibus* usurpari, non *προκαθέζομαι,* docuit Valckenarius ad Herod. V, 104. cf. Pausan. IV, 7, 2. 20. extr. VII, 8, 1. 15, 2. *κινδυνεύοντες* Mosq. *Μιλτιάδου κ. τ. λ.* cf. adn. ad IV, 23, 5. *καί σφισιν ἡ Πυθία, καθ' αὑτοὺς μὲν πειρωμένους ἐς Φιγαλίαν κατελθεῖν, οὐχ ὁρᾶν ἔφη κάθοδον* Vulgata. Recte animadvertit Sylburgius, melius scribi *πειρωμένοις.* Saepe quidem Accusativus cum Infinitivo sequitur Dativum a verbo aliquo (*ἔστι, ἐγεγόνει, παρίστατο* et similibus) pendentem, veluti IX, 30, 3. *τοῖς ἀνδράσι κατέστη*

μεθυσκομένους ἐς τὰς μάχας χωρεῖν. Herod. VI, 92. *καί σφι ἐπεβλήθη ζημίη, χίλια τάλαντα ἐκτίσαι, πεντακόσια ἑκατέρους.* adde Pausan. IV, 22, 2. 25, 2, et adn. ad IV, 21, 3. hic autem Accusativus cum Infinitivo locum non habet, sed appositio conditionis significationem continens. Haud dissimilis nostro loco ille est IX, 38, 3. *τούτοις ἀποκρίνασθαι λέγουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ ἐκ τῆς Ναυπακτίας ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναί σφισιν οὐδὲν ἴαμα.* Porsonus suspicabatur, pro *οὐχ ὁρᾶν* legendum esse *οὐ χρᾶν·* sed haec quoque emendatio, ut stare posset, Dativum *πειρωμένοις* requireret. *μάχας* pro *μάχην* et *γεναμένην* pro *γενομένην* Mosq. *ἐς πάντα*, ut *ἐς τὸ πᾶν omnino. καὶ γὰρ αὐτοῖς λόγου μαχεσαμένοις ἀξίως ἐγένετο ἡ τελευτή* Vulgata; sed Mosq. *καὶ λόγου γὰρ μαχεσαμένοις* omisso pronomine; quam lectionem recepi. De pronomine *αὐτὸς* omisso cf. ad I, 3, 1. *μαχεσομένοις* Ald. Francf. correxit Sylburgius.

§. 3. Locum *Phigaliae* occupavit, vel vicinus est illi loco pagus *Paulitza* seu *Paolitza;* sic Gellius in Narrative of a Iourney in the Morea p. 101. et Itin. of the Mor. p. 79. Dodwellius II, 2. p. 201. assentitur addens, pagum quoque *Graditzam* in vicinia esse. Fauvelius dicitur antea putavisse, Phigaliam esse Caritenam, postea autem intellexisse, Caritenam esse Trapezuntem. *κεῖται — σφίσιν.* Hinc a Rhiano Phigalia dicta est *κραναὴ* apud Stephanum Byz. Nostrum locum Gellii Itinerary l. c. ita illustrat: „At *Paulizza*, which seems to have been the ancient *Phigaleia*, may be observed the entire and extensive circuit of the walls of that city, defended by numerous towers, some of which are circular, situated on rocky hills and tremendous precipices. One of the gates on the east is yet perfect." *οἰκοδομημένα* Ald. Francf. quod Sylb. correxit.

§. 4. *Ἀλλὰ* pro *ἀλλ'* Mosq. *καθορᾶν ἐστιν* Vulg. *ἐπαλήλιπται — ἐκλάμπειν.* cf. adn. ad VII, 26, 4. Structuram comparat Sylb. cum illa *κράνος ἐπικείμενος*, et supplendum *ὥστε* putat. *εὑρίσκεσθαι κ. τ. λ.* recte intelligunt *τὸ κιννάβαρι.* de eo cf. Friedemannus ad Strab. T. VII. p. 611. In Bekkeri Anecd. p. 1208. *κιννάβαρι* et huius generis alia negantur esse *Ἑλληνικά.*

CAPUT XL.

§. 1. Ἀῤῥαχίων scribitur huius pancratiastae nomen etiam apud Suidam, sed apud Philostratum Icon. LII, 6. p. 787. et Eusebium Ἀῤῥιχίων. Ad Eusebii locum cf. Scaliger Olymp. LIV. et Palmerii Exerc. p. 423 sqq. adde quae ad §. 3. adnotabimus. In codice Phralitae dicitur Ἀρχίων, in Mosq. eodem modo et Ἄρχων atque Ἀρχωων. De *statua* huius Arrachionis v. Winckelmanni Opp. VIII, 27. πολὺν ante Facium, qui e Mosq. πολὺ restituit, quod iam Sylburgius cum Hartungo voluerat. κάθηνται ante Facium, qui ex Amasaei interpretatione et Sylburgii emendatione codicibus 1399. 1410. confirmata καθεῖνται scripsit. Pro vulgato παρὰ πλευρᾶ in Clavierii ed. est παρὰ πλευρὰν, quod fluxit e cod. 1411. In Mosq. est ἐπ' αὐτὴν pro ἐπ' αὐτῇ.

§. 2. Ὀλυμπιακαὶ e Mosq. ὀλυμπιάσι vulgo; dedi etiam e Mosq. Ὀλυμπιᾶσι. Pro ἐν αὐτῇ est ἐς αὐτῇ in Mosq. Ἑλλαδικῶν idem. πρὸς τὸν — ἀνταγωνιστῶν. Kuhnius citat Fabri l. 1. Agon. c. 8. 22. 24. et l. 3. c. 24. adde adn. ad Paus. VI, 1, 1. τοῖς ποσὶ τὸν Ἀῤῥαχίονα εἶχεν ἐζωκώς Schneider in Lex. gr. s. v. ζώννυμ. vertit: „hatte ihm beyde Fuesse untergeschlagen und hielt ihn so." Usus igitur est eorum arte, qui apud Theocritum ἀπὸ σκελέων ἀλλάλους σφάλλοντι παλαίσμασιν XXIV, 109. ἐκκλᾷ τὸν ἐν τῷ ποδὶ τοῦ ἀνταγωνιζομένου δάκτυλον Vulg. Sylburgio Amasaeus videbatur legisse ἐγκλᾷ· Kuhnius malebat scribi ἔκλα· sed duo alia sequuntur Praesentia. Legendum autem τῶν ἐν τῷ ποδὶ τοῦ ἀνταγωνιζομένου δάκτυλον existimamus. ἀπαγορεύειν et quod apud Eusebium est ἀπείπασθαι Palmerius recte interpretatur *animum despondere, contentioni renunciare, cedere adversario.* cf. VI, 4, 1. Theocriteum τοι διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς V, 22. Schol. et Eustathius ad Iliad. α. p. 161. interpretantur prosaico: ἕως ἂν ἀπαγορεύσῃς, τὴν ἧτταν ὁμολογήσῃς. adde Suidam. In Theocriteis XXII, 129. est νῖκος ἀπαυδᾶν.

§. 3. De hoc *Creuga* cf. II, 20, 1. ἔδωσαν vulgo. Vitium iam antea correxeramus. μὲν post ἐφέξειν omisit Mosq. ἐπέχειν et de *die* et de *nocte adventante.* cf. I, 28, 9. II, 20, 1. IV, 7, 2. 29, 1. Similiter ἡ νὺξ ἐπέλαβε, νὺξ ἐπελθοῦσα II, 20, 1. IV, 7, 2. I, 29, 7. Transitive legitur in Eurip. Hec. 680. (690.) ἆμαρ ἔμ' ἐπισχήσει ubi Schol. interpretatur καταλήψεται. Quum dixerint ἐπέχειν σκοπῷ τόξον, recte hic ἑσπέρα αὐτοῖς ἐφέξειν scil. ἑαυτὴν dicitur. ἐπέκοον Mosq. τοῖς δὲ — μειλίχαι locus insignis de *caestibus acutis et milichis.*

Pro vulg. *που* e Sylburgii correctione dedi *πω*. In Mosq. est *δὲ ὄντες* pro *δέοντες*. Qui hic dicitur *ἱμὰς ὀξὺς* fuit caestus globulis ferreis seu plumbeis distinctus, qui ita corio insuti erant, ut eminerent; hoc caestu omnes manus digiti colligabantur ac tegebantur uno excepto pollice. Figuras manuum hoc caestu armatarum vides in Hier. Mercurialis Arte Gymn. lib. 2. cap. 9. p. 61. In Siebenkeesii Anecd. gr. p. 48. Scholiasta postquam de milichis antea usitatis dixit pergit: *νυνὶ δ' αὖ μεθέστηκε· ῥινοὺς γὰρ τῶν πιοτάτων βοῶν ἑψῶντες ἱμάντα ἐργάζονται πυκτικὸν ὀξὺν καὶ προςβάλλοντα. μειλίχαι* autem erant lora e corio bubulo crudo, quibus reliqui manus digiti praeter pollicem implicabantur ita, ut tantum eorum nudum relinqueretur, quantum opus esset ad pugnum faciendum. Scholiasta Platonis in Anecd. gr. Siebenk. l. c. ita: *πυγμὴ τὸ πρὶν ἐσκευάζετο οὕτως. Εἰς στρόφιον, ὅ ἐστι στρογγύλον ζωνάριον, οἱ τέσσαρες τῶν δακτύλων ἐνεβιβάζοντο, καὶ ὑπερεβάλλοντο τοῦ στροφίου τοσοῦτον, ὅσον, εἰ συνάγοιντο, πὺξ εἶναι. ξυνείχοντο δὲ ὑπὸ σειρᾶς, ἣν καθάπερ ἔρεισμα ἐβέβληντο ἐκ τοῦ πήχεως.* Tales quoque manus expressae cernuntur in H. Mercurialis opere p. 60. De *milichis* Kuhn. citat Fabri Agon. I, 9. *ἐκ βοείας ὠμῆς ἱμάντες λεπτοὶ* respondet Homericis Iliad. XXIII, 684. *ἱμάντες ἐΰτμητοι βοός*. Ducitur *μειλίχη* a *μείλιχος* i. e. *πρᾶος* quia mitior est quam *ἱμὰς ὀξύς*. Proprium in hoc certamine *ἀνασχεῖν τὴν χεῖρα* de iis, qui ictum vel illaturi vel excepturi sunt. Hom. Iliad. XXIII, 687. *ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἅμ' ἄμφω σύν ῥ' ἔπεσον.* Cf. Gellii Noct. Att. XIII, 26. Hoc *παίει τοῖς δακτύλοις ὀρθοῖς ὑπὸ τὴν πλευρὰν* Cleomedi Astypalaeo (de quo v. VI, 9, 3.) ab Oenamao tribui in Eusebii Praep. Evang. lib. 5. Palmerius adnotavit. Quod nostram confirmat suspicionem, eandem confusionem factam esse in Eusebii Chronico primo p. 150. ed. Scalig. ubi Arrachionis *ἀνταγωνιστὴς*, cuius nomen Pausanias praetermisit, *Κλεομένης* (videtur legendum *Κλεομήδης*) vocatur. *δάκτυλοι ὀρθοὶ* non *καμφθέντες*, *non in pugnum compressi, sed recti, porrecti. ὀρθῆς* Mosq. In Phralitae codice est *τὴν χεῖρα ἐς τὸ ἔσω καθεὶς καὶ ἐπιλαβόμενος·* unde *καὶ* adscivi. *πολλὰς* pro *πολλαῖς* Mosq. *ἐξελαύνουσι* Amasaeo non vertendum fuisse *exilio mulctarunt*, monet Kuhnius; nam praeconis voce et per *μαστιγοφόρους* eiectos esse arena, qui in leges agonisticas commiserint aliquid: quod et *ἐκκηρύττειν* dictum esse, ut apud Simplicium in Epicteti Enchirid. c. 81. *μὲν Ἀργεῖοι* Mosq. *ἐν Ἀργεῖ* Ald. Francof. sed Sylb. correxit *ἐν Ἄργει*. Cum his *καὶ ἐποιήσαντο — Λυκίου* cf. II, 20, 1.

CAPUT XLI.

§. 1. *Τῶν — Ὀρεσθασίων.* cf. cap. 39, 2. ἡρῷσιν Mosq.

§. 2. *Λύμαξ.* „A furious stream“ quem Gellius inter Paulitzam et Bassam traiecit, videbatur ei *Lymax* esse. v. eius Itin. of the Mor. p. 81. sed cf. adn. ad §. 5. ἐκδίδωσιν — Φιγαλίαν. cf. §. 4. γενέσθαι δὲ κ. τ. λ. Apud Callimachum Rhea postquam Iovem pepererat, δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο *Λύματα* χυτλώσαιτο, τεὸν (Iovis) δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι. h. in Iov. 16 sq. ὠδοῖσιν Mosq. ὠνόμαζον κ. τ. λ. Homeri versus huc pertinens est Iliad. I, 314. οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον. Ubi Eustathius ita: Ὅτι λύματα ἐλέγοντο τὰ καθάρματα, οἱονεὶ λούματά τινα ὄντα, ἅπερ ἐν τῷ λούεσθαι ἀπεβάλλοντο. καὶ τὸ καθαίρεσθαι, ἀπολυμαίνεσθαι. καὶ ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς αὕτη καιριωτάτη λέξις ἐν ταῖς ἐπὶ θυσίᾳ καθάρσεσι. Haec quoque probabilem reddunt Porsoni suspicionem, non Ἀχαιοὶ sed ἀρχαῖοι scriptum esse a Pausania. ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ λοιμοῦ an est *ut contactu corporum pestilentia absumtorum polluti purgarentur* se lustrasse?

§. 3. *Nedam* nunc *Bouzi* vocari Gelli Itin. of the Mor. p. 43. significat. Ibidem p. 99. *Cerausius* nunc *Tetraze* seu *Tetrage* appellari, et extra agrum Megalopolitanum situs dicitur. Dodwellius auctor est II, 2, 267. montis Lycaei partes esse varias variis nominibus distinctas, aliam Olympum, aliam Cotylium, aliam Elaeum, aliam Nomia vocari; *Cerausium* autem videri esse cacumen, nunc *Dioforto* nominatum. ἡ Νέφα Mosq. γίνηται idem. ἀποκείρεσθαι· de h. v. cf. ad II, 3, 6. Μέανδρος Mosq. An vero quod O. Müller in Doriens. II, 447. dicit: „über den Ursprung der Neda ist Paus. selbst confus“ verum sit, quaerendum est.

§. 4. Pro vulg. ἀνωτέρω Müller in Doriens. II, 447. vult ἀπωτέρω. *Eurynome* dea aquarum a ῥέω· hinc *Oceani filia* credita. Talis quoque cogitanda est apud Homerum in Iliad. XVIII, 398. 405. quem ipse Pausanias locum excitat. Hermannus tamen in Hesiodi Theog. 907, ubi Eurynome Oceani filia Iovi Gratias peperisse narratur, maluit eam *Latipascam* interpretari. Etym. M. auctor p. 396. ducit nomen παρὰ τὸ εὐρέως καὶ μεγάλως νέμειν αὐτὴν καὶ διδόναι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ θυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ μητέρα χαρίτων φασί. Naturam huius deae ex pisce, in quem eius simulacrum desiit, cognosci, eamque habitasse ἐν βυθῷ τῆς θαλάσσης ὁμοῦ Θέτιδι, Pausanias certe credidit. Inde eam ad aethera revocari apud Nonnum, Vossius *in der alten Weltkunde* p. XXVIII. adnotavit.

In Apollon. Arg. I, 503. Orpheus canit, Ophionem et Eurynomen Ὠκεανίδα Olympi tenuisse imperium, quo per Saturnum Rheamque exutos πεσεῖν ἐνὶ κύμασιν Ὠκεανοῖο· quocum conspirant Schol. ad Aesch. Prom. 955. 958. τὴν δὲ — Ἀρτέμιδος. cf. Müller. Dorien. I, 376. ὑποδέξατο ante Facium operarum errore. ὑποδέξαιτο Mosq. ἀνοιγνῦναι Mosq. ἤκουσα, ὡς χρυσαῖ τε τὸ ξόανον ἁλύσεις καὶ εἰκὼν γυναικὸς τὰ ἄκρα τῶν γλουτῶν, τὸ ἀπὸ τούτου δέ ἐστιν ἰχθύς· Ἀρτέμιδι δὲ κ. τ. λ. Vulgata. Sylburgius putavit deesse vel praepositionem περὶ ante τὸ ξόανον, vel verbum διαλαμβάνουσι post ἁλύσεις. Etiam iudice Palmerio post ἁλύσεις excidit κατέχουσι aut tale quid. Ego posueram hic signum hiatus. Clavier e codd. suis Paris. dedit ξόανον συνδέουσιν ἁλύσεις. Deinde recepi Sylburgii emendationem τὰ ἄχρι τῶν γλ. idem fecit Clavier. Eodem modo loquutus erat scriptor cap. 40, 1. Post ἰχθύς in Clavierii editione hoc insertum legitur e codd. Paris. θυγατρὶ μὲν δὴ Ὠκεανοῦ, καὶ ἐν βυθῷ τῆς θαλάσσης ὁμοῦ Θέτιδι οἰκούσῃ παράσχοιτο ἄν τι (ἄντις in codd.) ἐς γνώρισμα αὐτῆς ὁ ἰχθύς. Lacunam hic esse, eamque codices explere, Clavier iam in praefatione voluminis primi p. III. indicaverat. Mosquensis tamen et Phralitae codex cum Vulgata consentiunt. Culpam peccati sustinet v. ἰχθὺς repetita in clausulis. Hae χρυσαῖ ἁλύσεις fortasse superiorem simulacri partem cum inferiore coniunctam tenebant. οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν μετείη. Sic ὅπως τινὰ πείθοις ἄν, οὐδεμία μηχανή ἐστι in Platon. Apol. 64.

§. 5. Κωτύλου codd. 1399. 1411. Mosq. Κωτίλου cod. 1410. ἐς δεξιὰ vulgo. ἐς δεξιὰν e Mosq. recepi. De *Elaio et Cotylio* cf. adn. ad §. 3. Elaium Müller in Dor. II, 447. ad Messeniae fines removet ductus Rhiani versiculo apud Paus. IV, 1, 4. Ἐλάϊνον cod. 1411. *Elvius* pro *Elaios* legit Gyraldus 13 Deorum teste Ortelio; sed Ortelius quoque deceptus est ut diceret, nomen hoc esse duorum montium circa Phigaliam. Κωτύλιον Mosq. μάλιστα σταδίους idem omisit. „the distance of 40 stadia, given by Pausanias, may possibly be correct in a right line“ Gellii Itin. of the Mor. p. 82. Βᾶσσαι vide ad cap. 30, 2. adn. Sylburgius ibi vertit *saltus*, *valles*; Βῆσσα Locridis Stephano dicitur nominata ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου φύσεως, ναπώδους οὔσης. Hoc nostro loco quum hoc χωρίον dicatur fuisse in monte Cotylio, fuit fortasse duobus Cotylii locis eminentioribus interiectum. Cf. quae mox e Guil. Gellio proferentur. λίθου καὶ αὐτὸς ὄροφος. Nobis videbatur corrigendum esse — αὐτὸς ὁ ὄροφος. Sic II, 16, 3. αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι· nunc video Corayum idem sentire; Facii con-

iectura est: *αὐτὸς καὶ ὁ ὄροφος*. Est hic locus de illo celeberrimo *Apollinis Epicurii templo* unicus, ad quem illustrandum pauca sunt adiungenda. „Ampelone, ein Dorf 5 Stunden von Caritena, ist das beste Dorf in der Nachbarschaft des Tempels des Apollo Epikurios. Die Strasse aufwärts zu dem Tempel ist steil. Nach einer Stunde gingen wir durch zwey kleine dicht an einander liegende Doerfer, *Skleru Apanu* und *Skleru Kato*. Ein kleiner Fluss schleicht zwischen den zwey Dörfern hinab, und ist wahrscheinlich derselbe, den einige für den *Lymax* genommen haben. Nach einem Aufgang von 50 Minuten von Skleru aus erreichten wir den Tempel; der groesste Theil davon ist noch übrig. Die Länge beträgt 125, die Breite 20 Fuss. Er stand fast ganz von Norden nach Süden“ Dodwellius II, 2, 253 sqq. Sickl. „The temple of Apollo Epicurius now known by the name of the *Columns*, which was to be found about four miles distant on a mountain anciently called *Cotylion*.“ Gellii Narrative of a Iourn. in the Mor. p. 105. ibid. p. 110. de reliquiis huius templi. Idem in Itin. of the Mor. p. 83. ait: „*Bassae* is the ancient name of a spot celebrated for the temple of Apollo Ep. The situation is a ridge, between two higher summits. The temple is about 125 feet in length, and nearly 48 in front, and has 15 columns in the flanks, with 6 in the fronts. In the interior, which was hypaethral, or an open court, Ionic semi-columns have been applied; these columns supported the frieze, which is now in the British Museum. This temple stands only 13 degrees removed from north and south, instead of in the generally adopted direction of east and west.“ His adde Goetting. Anzeig. 1800. N. 81. p. 1807. Magaz. Encyclop. 1813. T. 2. p. 177 sqq. Int. Bl. der Ien. A. L. Z. 1813. N. 18. p. 140. Meyeri Hist. art. inter. Graec. P. III. p. 78. Morgenbl. 1815. N. 271. *τὸν ἐν Τεγέᾳ*. vide cap. 45. *καθότι κ. τ. λ.* Cf. I, 3, 3. II, 32, 5. *ἐπων. ἐλ. Ἀλεξίκακος*. cf. ad IV, 31, 6. *ἔπαυσε κ. τ. λ.* Facius intelligebat *τῆς νόσου*· Corayus malebat *ἔπαισε* seu *ἐπίεσε* legi scil. *ἡ νόσος*· quorum posterius valde placet. Pro vulgato *μαρτυρία* scribendum esse *μαρτύρια* suspicabar, quod, quum idem Corayo placuisse vidissem, nunc in contextu posui. *ἐοικότι* Mosq. *Ictimum* et *μυστικὸν σηκὸν* Eleusiniis, et *Παρθενῶνα* Atheniensibus aedificasse, narrat Strabo IX, 395 sq. (355. 360.) *ἐδίδαξε κ. τ. λ.* Vide cap. 30, 2. *ἀριστερᾷ* Mosq. sed in margine *ἀγορᾷ*. His iam scriptis lego, O. Müllerum in recitatione academica de *Phidiae vita* contra Pausaniam contendere, illum pestilentem morbum ad Arca-

diam non pertinuisse (v. Gött. Anz. 1824. St. 115. p. 1138.); sed videmur Pausaniam satis defendisse ad II, 32, 5.

§. 6. Ὕδατος πηγή. Cf. adn. ad I, 28, 4. ὅπου *in quo loco quidam hunc fontem posuit et ex eo Lymacem profluere scripsit, id scripsit* ἀνδρὸς ἀκοῇ ἰδόντος Vulgata, quae defenditur exemplis ad III, 25, 5. propositis; ἀκοὴν Mosq. et codd. Paris. male quidem ut cap. 10, 2, sed fluxit tamen hoc vitium e lectione ἀκοῇ. itaque Clavierii lectionem ἀνδρὸς ἀκούσας ἰδόντος dubitavi recipere, quantopere Pausanias constructionem amet mutare, non immemor. ἀκούσας post ἰδόντος addit cod. 1399. ἃ καὶ — ἐμοί. Hoc in Amasaei versione praetermissum Kuhnius ita vertit: *utrumque horum mihi contigit.* Sed παρῆσαν mihi quidem enatum videtur ex παρῆν. Simili modo erratum est cap. 31, 2. extr. ὃ pro ὃν Mosq. οὐ μὴν οὐδὲ Vulgata. Schneider suspicabatur legendum esse οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, quod esset affirmantis: *verum enim vero.* Hoc autem a nexu huius loci alienum est: scriptor non dicit, se Lymacis fontem, sed fluvium ipsum Lymacem, et in Cotylio monte fontem quendam vidisse, cuius aqua, quum mox exarescat, origo Lymacis esse non possit, ergo errasse illum, qui ex hoc fonte Lymacem oriri scripserit. Qui tamen et ubi Lymacis fons sit, id sibi investigare in mentem non venisse. οὐ μὴν οὐδὲ *minime tamen*, quanquam eius rei potestas mihi fuit. Κότυλον, pro quo Mosq. Κώτυλων habet, nomen loci ita dicti putandum est. Κωτίλῳ ante Facium, etiam in Mosq. Sed Κοτύλῳ iam Sylburgius suaserat. Ἀφροδίτη δέ ἐστιν ἐν τῷ Κοτύλῳ cod. 1399. Pro αὐτῇ est αὕτη in Mosq.

CAPUT XLII.

§. 2. Ἐλάϊον. vide adn. ad cap. 41, 5. Φιγαλέας· Mosq. Δήμητρος κ. τ. λ. „The cave of Ceres has not yet been found“ Gellii Itin. of the Mor. p. 84.

§. 2. Ὅσα μὲν κ. τ. λ. Cf. cap. 25. κατὰ ταυτὰς Mosq. vitii causa aperta. αὐτῆς pro αὐτὴν idem. μὲν post ἐφθείρετο Mosq. omisit. Idem habet γῇ pro γῆ, et ἐπίστατο pro ἠπίστατο. sed cf. §. 6, ubi hic codex cum Vulgata conspirat. παρὰ τὴν Δήμητραν ante Facium, qui e Mosq. — Δήμητρα recepit ut §. 4. De forma Δήμητραν dicebamus ad I, 37, 2. ἄλλό τε Ald. Francof. quod correxit Sylb. ὑφεῖναι τῆς λύπης· similiter Herodotus; vide Schw. ad VII, 162.

§. 3. *Τἄλλα* pro *τὰ ἄλλα* et *κώμην* pro *κόμην* Mosq. *πλὴν κεφαλήν*. v. ad X, 3, 2. adnotata. *χιτὼν δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἄκρους τοὺς πόδας* Vulgata. Corayus corrigebat *χιτῶνα*, Porsonus autem *χιτῶνι* et *καὶ ἐς ἄκ. τ. π.* Equidem scribendum existimo *χιτῶνα δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἐς ἄκρους τοὺς πόδας*· sic enim §. 2. *ἐσθῆτα ἐνεδέδυτο*. Confert autem hunc locum Mitscherlichius cum h. Hom. in Cer. 182 sq. et monet e Gorio, *Deorum maiestatem veste ad terram demissa exprimi.*

§. 4. *Βαλανηφάγοι* etiam cap. 1. extr. Forma *Φιγάλειαν* fuit V, 18, 2. p. 423. *Φιγαλίαν* Mosq. *νάσσασθαι* in Hesiodi Opp. et DD. 639. construitur cum *ἐν*. Similiter *Ἄργεϊ νάσθη* in Hom. Iliad. XIV, 119. Hic *habitandi*, *incolendi* potestate accepta adscivit Accusativum. *ἱππολεχὴς quae cum Neptuno in equum converso consuevit.* *Δηιοῦς* Mosq. Ald. et *Δηιὼ* postea Mosq. editiones reliquae sine iota, ut Hom. h. in Cer. 47. De hoc nomine Clemens Alex. Protr. p. 16. ita: *οἱ δὲ, τῶν ἐκ γῆς φυομένων τοὺς ἡμέρους δρεπόμενοι καρποὺς Δηώ, τὸν σῖτον, ὡς Ἀθηναῖοι, — προσηγόρευσαν*. In Mosq. est *Μόνοι δίς*. Pro *Ἑλκησισταχύων* videtur *Ἑλκεσιασταχύων* scribendum esse; forma vocabuli ficta ad exemplum *ἑλκεσιπέπλων*. sunt ergo *pastores frumenta domum vehentes.* Si liceret scribere *νομάων* i. e. *βοσκημάτων*, (v. Hesych.) *νομαὶ ἑλκεσιαστάχυες* essent *armenta plaustrum frumentis onustum trahentia.* *καὶ ναστοφάγον πάλι θῆκε* Vulg. *καὶ ἀναστροφείγων πάλιν* Mosq. Ex hac corrupta lectione ernimus *καὶ ἀναστοφάγον πάλι θῆκε fecit te iterum non placentas seu panes comedentem.* *γ' ἄρα* pro *γέρα* Mosq. *γέρας καὶ τιμὴν* coniunxit etiam Hom. h. 29, 4. in Vestam. *τεκνοδάστης* pro *τεκνοδαίτην* Mosq. Pro *ἱλάσσεσθε* Corayus suspicabatur legendum esse *ἱλάσεσθε*. Mox *σήραγγος μυχὸς* est *σπήλαιον*. Mosq. habet *τιμὰς* pro *τιμαῖς*. A verbis *Δηὼ μὲν* Sylb. ita vertit:

„Pabula laeta Ceres gravidasque abolevit aristas,
Teque iterum ad dulces fagos glandesque coegit,
Priscis muneribus privata et honore vetusto.
Alterum in alterius convertet corpus, et ipsos,
Natos, in festo places libamine divam,
Divinoque specus ornetis honore recessus.“

τὸ ante *μάντευμα* Mosq. omisit. *ἐς πλέον τιμῆς ἦγον*. cf. ad cap. 36, 4. adn. *Δήμητραν* vulgo. cf. ad §. 2. *Ὀνόταν* et postea *Ὀνάτα*, *Ὀνότα* Mosq. ut VI, 12, 1. Nomen factum ab *ὀνητὸς utilis*. *τοῦ* ante *ἀρχαίου* Facius e Mosq. restituit. *Φιγαλεῦσιν* abest a Mosq. *γενεαῖς μάλιστα — τὸν Ἀργεῖον*. *Xerxis*

expeditio in Graeciam cecidit in Olymp. LXXV. Eadem hac Olympiade *Geloni* mortuo frater successit *Hiero*, qui vita defunctus est Olympiade LXXVIII, anno circiter decimo tertio quam Xerxes in Graeciam venerat. Hiero quadrigis semel, celete bis vicerat Olympiae, ut docet epigramma hic additum. cf. VI, 12, 1. Victoriam celete ab eo Olympiade LXXV. reportatam cecinit Pindari carmen primum Olympicum. Currum victoriae Hieronis ergo Olympiae dedicatum fecerat Onatas, Hegiae et Ageladae aequalis. Hi vero videntur floruisse circa Olympiades LXXXIV et LXXXVII. (v. ad VI, 10, 2.) Si eiusdem aetatis fuit Onatas, vel triginta ferme tribus vel quadraginta octo annis post cladem Xerxis Salaminiam floruit; itaque vel pro γενεαῖς legendum γενεῇ vel statuendum erit, excidisse δύο. et Clavier edidit γενεαῖς μάλιστα [δύω] ὕστερον. Similiter Müller in Aegineticis p. 106. inseri voluit δυσίν. Atque δύο interdum oblitteratum esse, adnotavimus ad VII, 5, 1. Nos hiatum signo indicavimus. Quod Amasaeus scripsit *aliquot aetatibus*, Sylb. non recte videtur probasse, ut docet appositum μάλιστα. Hirtius in Wolfii Anal. litter. III. p. 189. Quatremère in Iup. Olymp. p. 255. et Müller in Aegin. p. 105. Onatam Phidiae quoque aetate floruisse contendunt: quanquam ex VI, 12, 1. effici non potest, ut *Onatas et Calamis* aequales fuerint. ἀναθῆναι Mosq. ηὔξατο Vulgata. Hoc et quod est IX, 13, 3. in Vulgata ηὔχετο reprobantur in Herodiani Fragm. ed. Herm. p. 314, rursus in iis quae ex Herodiano leguntur in Phrynichi Eclog. p. 456. Lob. ηὐξάμην et εὐξάμην probantur. Prior forma reperitur in Anthol. Palat. T. I. p. 64. et in Plut. Camil. 42. bis. Ego e Mosq. dedi εὔξατο et indidem εὔχεται pro ηὔχετο IX, 13, 3. ηὕρισκεν, quod Matthiae in Gram. gr. §. 167. negavit reperiri, reperitur in Pausaniae VII, 13, 5. et apud alios a Lobeckio ad Phryn. p. 140. citatos; sed IX, 6, 1. V, 1, 2. melius legitur εὕρισκον. In Euripidis Hec. 18. pro ηὐτύχει Hermannus et Matthiae εὐτύχει scripserunt cum codd. Ἱέρωνος post Δεινομένης omisit Mosq. οὕτω — ποιήματα· idem est VI, 12, 1. Post ποιήματα plenius interpungendum. ἐπίγραμμα vulgo, sed cum Amasaeo et ex Pausania ipso ἐπιγράμματα scripsimus, nam duo fuerunt, alterum in donarium, alterum in artificem; hinc τὸ μὲν αὐτῶν, τὸ δὲ ἕτερον τῶν ἐπιγραμμάτων. Utrumque repetitum est in Anthol. Pal. T. II. p. 860. Post ἀναθήματος Facius male incidit. μουνοκέλ. etiam Mosq. sed supra μουνωκέλ. Idem Δῶρα. Posterius epigramma est iam V, 25, 7. propositum, ita tamen ut alter versiculus inciperet ab αὐτός. Pro μέν γε est

με in Mosq. et in Ald. *μὲν*. Cum Iacobsio scripsi h. l. *ἐξετέλεσσε* abiecto *ν*, quod Vulg. allevit. Idem dedit *Αἰγίνᾳ*. Mosq. habet *Ἀγελάδα*.

§. 5. Post *σπηλαίου* et *ἔλαιον* Facius commaticam distinctionem posuit, quem sequutus est Clavier; nos priorem interpunctionem revocavimus. *ἔλαιον αὐτῶν* hoc ordine Mosq. *ἱεροθύτων* vulgo. Sylburgius iam correxerat *ἱεροθυτῶν*, quum Nominativus esset *ἱεροθύτης*. Idem animadvertit Corayus. *δεώτατοι* pro *νεώτατος* Mosq.

§. 6. *Ἐπὶ τὸ σπήλαιον* Mosq. *ἀρχὴν*. cf. II, 16, 3.

CAPUT XLIII.

§. 1. *Ἀπαιτεῖ κ. τ. λ.* id est *Ἀπαιτεῖ δὲ ἡμᾶς τὸ μετὰ τοῦτο ὁ λόγος δηλῶσαι τὰ ἐς τὸ Παλλάντιον ἔχοντα*, ut I, 8, 1. *Ἀπαιτεῖ δὲ ὁ λόγος δηλῶσαι καὶ τὰ ἐς Ἄτταλον ἔχοντα*. Quod est inter *τὸ* et *Παλλάντιον* insertum *τε*, non est alienum ab hoc loco; scriptor vult dicere *et de Pallantio ipso*, *si quid ibi sit memorabile*, *et de causa cur* etc. *εἰ* — *μνήμην*· de his v. cap. 44, 5. *πόλιν* — *Παλλάντ.* cf. cap. 27, 5. De scriptura huius urbis cf. Sylb. Not. ad Dion. Hal. Arch. p. 6. a, et adn. ad cap. 3, 1.

§. 2. Pro *φασὶ* in Mosq. *ὥ* legitur. *νύμφης τε εἶναι*· „Dion. Halic. *νύμφης τινὸς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίας*, quam Graeci *Θέμιν*, Romani Carmentam, alii Nicostratam appellant, filium fuisse Evandrum, de quo porro v. Dion. Perieget. c. Schol. Virgil. Aen. VIII. Solin. c. 13. Strabo V. p. 230.“ Kuhn. Ovidius alios sequutus *Evandrum nobiliorem sanguine matris* dixit Fast. I, 472. *καὶ Ῥωμαίων κ. τ. λ.* Plinius H. N. IV, 6. de hoc Arcadiae oppido loquens ait: *Palantium*, *unde Palatium Romae*. *ὅπερ* abest a Mosq. in eodem est *οἰκεῖτο* et *συνακολουθησάτων*. Mox *ἐν* ante *ἀναιρέσει* videtur esse *secundum*. *ἀνευρέσει* Mosq.

§. 3. *Μαύρους κ. τ. λ.* Capitolinus in Anton. Pio p. 27. Cas. de hoc Antonino ita: *Mauros ad pacem postulandam coegit*. *δυσμαχοτέρ.* Mosq. *ἐπ' ἁμαξῶν* Vulgata, eamque Ionismum habere monuit Sylburgius. Equidem vel *ἐφ' ἁμ.* vel *ἐπὶ ἁμ.* scriptum esse ab auctore arbitror, an similis Vulgatae locus in Pausania reperiatur dubitans. Casaubonus ad l. c. Capit. nostrum locum afferens *ἐπὶ ἁμ.* scripsit. *εἱλῶντο* pro *ἠλῶντο* Mosq. Pro vulg. *τοὺς μὲν* non dubito quin *τούτους μὲν* scribendum sit; syllaba extrema praecedentis verbi *το* culpam

corruptelae sustinet. Primum enim non partem Maurorum sed eos omnes significat Pausanias; deinde vera constructionis ratio haec est πολεμὸν μὲν — οὐδένα, πολέμου δὲ ἀρξάντων Μαύρους — ἡλῶντο, τούτους μὲν — ἠνάγκασεν ἀναφυγεῖν — ἀπετέμετο δὲ καὶ τῶν κ. τ. λ. Sic τούτους μὲν est in epanalepsi, de quo huius pronominis usu dicebamus ad I, 19, 4. Si nihil esset interpositum, oratio ita progrederetur: πολέμου δὲ ἀρξάντων Μαύρους μὲν ἐξ ἁπάσης ἐλαύνων τῆς χώρας ἠνάγκασεν ἀναφυγεῖν, τῶν δὲ ἐν Βρ. Βριγάντων ἀπετέμετο τὴν πολλήν. Etiam Casaubonus ad d. l. Capitol. τούτους scripsit. Verba ἐπί τε — ἀνθρώπους explicationem praecedentium ἐς τὰ ἔσχατα Λιβύης continent. Cf. I, 33, 4. Pro Βριττανίᾳ scribendum videatur Βρεττανίᾳ ut I, 33, 4, quum Straboni dicatur Βρεττανική, et apud Stephanum sint Βρεττανίδες νῆσοι. sed h. l. fortasse Pausanias sequutus est Romanorum pronunciationem. *Mauros Brigantesque* tum gravissimos Romanorum hostes fuisse, discimus etiam ex his Iuvenalis verbis XIV, 196. *Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum.* De huius Antonini bello Britannico Capitolinus l. c. ita: *Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro cespitio submotis barbaris ducto.* Caeterum in Mosq. ita: τῶ μὲν Βριταγανέα κριγάντων legitur. οὗτοῖς pro οὗτοι Mosq. Idem τοῖς ante ὅπλοις omisit, recte. Sic VII, 1, 3. ἐπεξελθόντων σὺν ὅπλοις. VIII, 49. p. 699. μεθ' ὅπλων τὴν κάθοδον εὑρίσκεσθαι. Rursus inter ἦρξαν et τὴν inserit ἐς Mosq. Γενουνία, quae videtur orta esse ex Ἑνουνία seu Ἐνουνία, ut Γελάνωρ ex Ἑλάνωρ, γαῖα ex αἶα, est *Venunia* i. e. *Vinovia seu Vinnovium* in Antonini Itinerario et apud Ptolemaeum in Brigantum agro, nunc *Binchester*. Kuhnius putabat litteram initialem esse digamma aeolicum, volebatque scribi Ϝενουνίαν seu Ϝενουίαν. De hoc Britanniae veteris loco cf. et Mannerti Geogr. Graec. et Rom. II, 2. p. 131. 211. Pro Καρῶν est σαρῶν in Mosq. Κῶν τε καὶ Ῥόδον non possunt esse appositio praecedentium Λυκίων — πόλεις· quod illa quoque Capitolini in Ant. Pio p. 29. Cas. cap. 9. docent: *Adversa eius temporibus haec provenerunt: — terrae motus; quo Rhodiorum et Asiae oppida conciderunt; quae omnia mirifice instauravit.* προθυμίαν Mosq. Deinde in Mosq. ita legitur: χρημάτων — δεηθεῖσι, καὶ ἔργον κατεσκεύασε τε τῇ Ἑλλάδι — τάδε μὲν ἄλλοις ἔγραψαν. Oratio, quam Vulgata exhibet, forsan ita expedienda atque corrigenda est: χρημάτων δὲ — δεηθεῖσιν ἔδωκε, καὶ ἔργων κατασκευάσεις ἔν τε — τάδε μὲν ἄλλοι. Conferendus autem est hic similis locus: ὁπόσα δὲ θεῶν ἱερὰ, τὰ μὲν ᾠκοδόμησεν ἐξ

ἀρχῆς, τὰ δὲ καὶ ἐπεκόσμησεν ἀναθήμασι καὶ κατασκευαῖς, ἢ δωρεὰς πόλεσιν ἔδωκεν Ἑλληνίσι, τὰς δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς δεηθεῖσιν, ἔστιν οἱ πάντα γεγραμμένα I, 5, 5. ἀλλότριον δὲ pro ἄλλο τοιόνδε Mosq. ὅσοις κ. τ. λ. Coniunge Ῥωμαίων cum τῶν ὑπηκόων. τελεῖν ἐς τὸ Ἑλληνικόν· cf. ad IX, 27, 1. De verbo ἐλείπετο cum Infinitivo alius verbi cf. adn. ad VII, 21, 1. τούτοις κ. τ. λ. *his nihil supererat nisi ut bonorum suorum partem iustam civibus Romanis ad ipsos non pertinentibus legarent*, *aut*. ἐφῆκε καὶ τούτοις κ. τ. λ. Huc pertinet ex Capitol. Ant. Pio p. 29. Cas. c. 8. *Haereditates eorum, qui filios habebant, repudiavit.* Mosq. ante προτιμήσας inserit ὁ et habet ὠφέλημον atque ἐμοὶ pro ἐμῇ. Sylburgius ἐφαίνετο non bene reddidit: *prae se ferebat*. cf. adn. ad I, 1, 2. Haec δόξῃ — καλούμενος illustrantur loco Herodoteo III, 89. ubi hic Cyrus dicitur a Persis vocatus esse πατήρ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ πάντα σφισι ἀγαθὰ ἐμηχανήσατο. Casaubonus ad Capitol. Ant. Pium c. 13. accusat Pausaniam ignorantiae, Pium decreto senatus *Patrem patriae* fuisse appellatum, et quod ipse hoc nomen decernendum insinuet. Spanhemius autem de Usu et Praest. Num. T. II. p. 450. iam defendit Pausaniam, qui non voluerit eum appellari *Patrem patriae*, sed *patrem hominum* Iovis aut Cyri exemplo, et addidit Themistii locum ex Orat. V. p. 147. Pet. ubi ille Herodotum sequens ait διὰ τοῦτο Πέρσαι καλῶς Κῦρον μὲν πατέρα ἐπωνόμαζον. ποιεῖ δὲ πατέρα μὲν δικαιοσύνη. θεῖα δὲ μόνη ἡ τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία· πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία οἱ ποιηταὶ ἐπονομάζουσι. Similiter Ovidius Fast. II, 132. de Augusto: *hominum tu pater, ille* (Iupiter) *Deum.* Philopoemen παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πατὴρ vocatur infra cap. 51, 3.

§. 4. Horum *Sauromatarum* fit iterum mentio X, 34, 2. p. 886. ἄρξαντα Mosq. Ald.

CAPUT XLIV.

§. 1. Δὴ quod post τὰ δὲ Vulgata habet, omisi auctoritate codicis Mosq. Inter Tripolitzam et Leondari est *Thana, with vestiges of Pallantium* teste Gellio in Itin. of the Mor. p. 136. et distat a priore loco horae tertia sui parte carentis spatio (Cf. adn. ad cap. 8, 3.) Apud eundem p. 229. „*Derveni* (3 h. 59. m. from Khan of Krabata). Near it the beautiful source of the Alpheus (Saranda Potami). *Symbola.*“ Τέγεαν vulgo. τοῦ καλχώματος· de eo v. §. 4. Λαδογκέα vulgo.

δολοgμέα Mosq. Nos scribendum putavimus *Λαδόκεια* quum ex illis Polybii II, 51. *ἐν τοῖς Λαδοκείοις καλουμένοις τῆς Μεγαλοπολίτιδος* scil. *πεδίοις* et cap. 55. *τῇ περὶ Λαδόκεια μάχῃ*, tum ex ipso Pausania, quo auctore hi *campi Ladocei* nomen acceperant *ἀπὸ Λαδόκου*, et ex Amasaei versione, quem tamen pro *vico campos* ponere oportuit. Denominationis ratio Sylburgio videbatur esse *παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ δοχὴν* seu, ut Iones loquuntur, *δοκήν*. Apud Thucyd. IV, 134. est *ἐν Λαοδικίῳ τῆς Ὀρεστίδος*. In Mosq. est *Ἐχέλου*.

§. 2. *Αἱμονιαί*· vide adn. ad cap. 3, 1. ubi etiam Stephani locus propositus est. Idem Stephanus habet *Αἱμονία* s. v. *Οἰχαλία*. De diverso accentu pluralis et singularis ad IV, 36, 5. Ante Facium legebatur *πόλεις*· hic Sylburgii correctionem *πόλις* recepit, quum unum fuerit oppidum huius nominis; Mannertus adhuc plurali abutitur numero. Pro *αὐταῖς* Sylburgius veretur ne quis *αὐτῆς* malit. *Αἱμονιὰν* pro *Αἱμονιὰς* Mosq. De *Oresthasio* cf. cap. 3, 1. et adn. *ἐπίκλησιν* ante Facium, qui *ἐπίκλησις* edidit; sed Sylb. iam monuerat, utrumque interpretem latinum ita legisse. Hoc *Ἀθήναιον* Polybius II, 46. ponit in Megalopolitanorum agro, et auctore Plutarcho in Agide et Cleom. (fuit *περὶ τὴν Βέλβιναν* seu *Βελεμίναν* v. cap. 35, 3. *Ἀσέας κ. τ. λ.* A Pallantii vestigiis versus Leondari euntibus est ad dextram „a peninsular rock with a cave. The walls and ruins of the ancient city of *Asea* are on the summit.“ referente Gellio in Itin. of the Mor. p. 137. *ἀκρόπολις τότε οὖσα* codd. 1410. 1411.

§. 3. De *fonte Alphei* accuratius dicit cap. 54. Auctore Strabone VIII, 343. (65 sq.) *Asea* vicus Megalopolitidis habuit *πλησίον ἀλλήλων δύο πηγὰς, ἐξ ὧν ῥέουσιν οἱ λεχθέντες ποταμοὶ*, Alpheus et Eurotas. Etiam apud Stephanum et Hesychium Alphei fons est in vico Asea. Huc pertinet etiam ex Hesychio: *Λεόντιος πόρος, ὁ Ἀλφειός· καθότι ἐπὶ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ λεόντων εἴδωλα ἀφίδρυται*, *leones duos* hic commemorat Pausanias. Gellius in Itiner. of the Mor. p. 215. *Eurotae* fontem ponit inter Lontari et Peribolia circiter dimidia horae parte remotum a posteriore loco. Pro *πρός τε* Facius malebat *πρὸς δὲ*. Cum his *τοῦ δὲ — Μεγαπολίτιδος* cf. c. 54, 2. *τε* post *ἀνακεράννυται* vulgatum cum Mosq. omisi. De coniunctione Alphei et Eurotae 54, 2. *προσίασι* quod antea fuit, correxit Sylburgius. Verbis *ὁ μὲν αὐτῶν — γῇ τῇ Λακεδαιμονίων* vereor ne aliena manus addiderit *ὁ Εὐρώτας*· namque in eiusmodi divisionibus solet Pausanias nominum antea positorum non nisi alterum repeter alterum per articulum et particu-

lam *μὲν* simpliciter indicare. cf. ad V, 3, 4. adn. hac quoque in re praeivit Herodotus, veluti V, 94. *πηγαῖς* ante Facium, qui e cap. 54, 2. *Πηγαῖς* restituit.

§. 4. *Βόριον* pro *Βόρειον* Mosq. Has formas ethnici *Παλλαντιεῖς* et possessivi *Παλλαντικὸν* Berkel. ad Stephanum ex Pausania supplet.

§. 5. De *Pallante* cf. cap. 3, 1. *τῷ λόφῳ δὲ τῷ ὑπὲρ τῆς πόλεως ὅσα, ἀκροπόλει τὸ ἀρχαῖον ἐχρῶντο* Vulgata. Facius post *ὅσα* distinxit supplens *ἐστὶ*, ut sensus esset: *quantum patet collis;* putat autem *ὅσα* ex male iteratis litteris intrusum et prorsus delendum esse; idem sensit Schneider. In Vigero p. 132. *ὅσα* hic sumitur pro *ὡς*· sed qui ibi affertur Xenophontis locus Ages. VI, 6. alius est generis. *νυκτὶ ὅσαπερ ἡμέρᾳ ἐχρῆτο* est *nocte utebatur tanquam die*, quum non esset dies. Sed Pallantiis hic collis erat arx antiquo tempore. Equidem suspicabar, ab auctore scriptum esse *ὡς*· idem nunc video placuisse Porsono atque ita edidisse Clavierium: ego *ὅσα* uncis notavi. *ὡς* et *ὅσοι* confusa iterum cap. 53, 2. *Κορυφὴν* pro *κορυφῇ* Mosq.

§. 6. *Μανθουρικόν*· cf. cap. 45, 1. *ὃν* post *τὸ πεδίον* Facius sed sine iusta causa exterminatum voluit. *ἱερὸν τοῦ Ἀλφειοῦ* ante Facium, qui quum Sylburgius ex Amasaeo et ex iis, quae apud Pausaniam sequuntur legi iussisset *Ἀφνειοῦ*, hoc recepit. *Mars* igitur dicendus esset vocatus esse *Ἀφνειός*, *ὅτι τὸν παῖδα ἐκ τῶν μαστῶν τῆς μητρὸς γάλα πολὺ καὶ ἄφθονον ἕλκειν ἐποίησεν.* Anonymi coniectura est *Ἀφλειοῦ* et *Ἀφλειὸν* legendum esse, quum *ἀφλετῆρες* sint *μαστοὶ, θηλαί*· quod Phavorinus habet et Hesychius. *Κηφέος* Mosq. *Τεγεάται* vulgo. *ὠδεῖσι* Mosq. *πολὺ καὶ ἄφθονον* Vulgata. Clavier suspicabatur, corrigendum esse — *ἄφθορον*, idque in versione ita expressit: *et non corrompu.* Hoc vero est corrumpere, non corrigere. vide adnotata ad cap. 37, 5. *γνώμη τὰ γινόμενα* Ald. Francof. Kuhn. Mosq. *γνώμῃ* voluit Sylb. et ita dedit Facius. *τὸ πεδίον* pro *τῷ δὲ παιδίῳ* Mosq.

§. 7. *Ἄστεος* omnes.

CAPUT XLV.

Quae hic et proximis leguntur capitibus, ea cap. 5, 6. ab auctore appellantur *τὰ Τεγεατικά*. Aristoteles *ἐν Τεγεατῶν πολιτείᾳ* citatur a scholiasta Apollon. Rh. IV, 264. Haec videtur pars fuisse *τῆς κοινῆς Ἀρκάδων πολιτείας*, quae in li-

mine huius libri a nobis commemorata est. De *Tegeae situ* cf. ad c. 8, 3. Dodwellio auctore II, 2, 301. Tegeae ruinae quatuor ferme milliaribus (Britannicis) a Tripolitza distantes vicinae sunt pago *Piali*. „The village of *Peali* about an hour eastward from Tripolitza is on the site of the ancient Tegea." Gelli Narrative of a Iourney in the Mor. p. 160. „Tripolitza to Tegea 1 h. 11 m. Argos to Tripolitza 9 h. 15 m." idem in Itin. of the Mor. p. 139. 173. adde Addenda ad II, 24, 6—9. Tegea Strabonis aetate μετρίως συνέμενε. v. Strab. VIII, 388. (319.) deminutum vidit Pausanias. cf. c. 54, 3. sed habet eam Peut. tab. VII.

§. 1. *Τεγεατῇ* pro *Τεγεάτου* Mosq. qui deinde τοῦ omisit. Amasaeus habet *Tegeo* non *Tegeata*. *Γαρεάτας*. cf. ad c. 54, 3. Pro vulgato *Ψυλακεῖς*· dedi *Φυλακεῖς* volentibus Sylburgio atque Facio, quum cap. 54. locus huius regionis *Phylace* memoretur; eodem modo legit Amasaeus. Clavier Vulgatam retinuit, sed in versione posuit *Phylaciens*. Hi *Caryatae* in Tegea diversi sunt a *Caryis* cap. 13. extr. memoratis. Sylburgius hic quoque ut cap. 13 *Καφυάτας* malebat. *Κορυθεῖς* iterum dicti cap. 54, 4, forsan appellati sunt de *Corytho*, Arcadum ad Parthenium regulo quodam, qui Herculis aevo vixit, et commemoratur a Diodoro Sic. IV, 33, ubi Wesselingius iam proposuit hanc sententiam. *Πωταχίδας*. Stephanus Byz. haec habet: *Βωταχίδαι* (sic ille), *τόπος Ἀρκαδίας, ἀπὸ Βωτάχου· Νικόλαος έ· Ἰοκρίτου δὲ τοῦ Λυκούργου Βώταχος, ἀφ' οὗ ὁ τόπος Βωταχίδαι ἐν τῇ Τεγέᾳ ἐκλήθη*. Inter καὶ et *Μανθυρεῖς* Mosq. cum codd. 1410. 1411. οἱ τὰς inserit, quae, ut videtur, corrupta est ultimarum praecedentis vocabuli syllabarum repetitio. Clavier putabat, hic latere populi omissi nomen. *Μανθυρεῖς·* Sic et Stephanus, apud quem haec leguntur: *Μανθυρέα, κώμη Ἀρκαδίας· τὸ ἐθνικὸν Μανθυρεῖς, διὰ τὸ ἐπάλληλον τῶν δύο εε*. i. e. concursus duorum εε in *Μανθυρεεὺς* cacophoniam pareret. Sic Sylburgius ad cap. 47, 1. Rursus apud Nostrum cap. 47, 1. est *Μανθουρέων* et cap. 44, 6. *Μανθουρικόν*. Sylburgius suspicabatur *Ἐχευήθεις* vitiosam habere coniunctionem, et ex iis duos esse faciendos demos, ut compleretur numerus. *Ἐχευίθεις* est in Mosq. *καὶ ἔνατός σφισι προςεγένετο Ἀφείδαντες* Vulgata, etiam Mosq. qui supra scriptum *Ἀφείδαντος* habet. Si Vulgata vera est, ad ἔνατος intelligitur δῆμος, cuius appositio est *Ἀφείδαντες*. De re v. cap. 4, 2. Dativus σφισι refertur ad Tegeatas, et significat, eos esse *octavum* populum; ita neque hunc desiderari dices cum Clavierio et Sylburgio, neque opus erit, ut vocabulo *Γα-*

ρεάτας praefigas nomen *Τεγεάτας*, quod Goldhagenus Kuhnii sequutus opinionem fecit. Clavier edidit: καὶ ἔνατός σφισι δῆμος προσεγένετο Ἀφείδαντες, e tribus suis codd. δῆμος se addidisse dicens. Tegeam ἐξ ἐννέα δήμων συνοικισθῆναι, Strabo quoque VIII, 337. (31.) testatum reliquit. τῆς δὲ — Ἀλεός. Hoc non repugnat iis, quae cap. 3, 1. de Tegeata Tegeae conditore narrantur. De scriptura Ἀλεὸς cf. ad cap. 4, 3.

§. 2. Τεγεάταις δὲ παρὲξ εἰσὶ μὲν τὰ Ἀρκάδων κοινὰ ἐς δόξαν — παρὲξ δὲ τῶν κατειλεγμένων ἰδίᾳ Τεγεάταις ἐστὶν αὐτοῖς τοσάδε ἐς δόξαν Vulgata. Mosquensis pro priore Τεγεάταις habet Τεγεάται et prius ἐς δόξαν omittit; idem παρέξεισι pro παρὲξ εἰσὶ μὲν et παρέξουσι pro παρὲξ δὲ offert. Prius illud παρὲξ Schneider delendum censuit, Porsonus autem παρέξιμεν legendum pro παρὲξ εἰσί. Nobis quidem locus ita refingendus videtur Τεγεάταις δὲ παρὲξ τὰ Ἀρκάδων κοινά, ἐν οἷς ἔστι μὲν ὁ πρὸς Ἰλίῳ πόλεμος, ἔστι δὲ τὰ Μηδικά τε καὶ ἐν Διπαιεῦσιν ὁ πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγών· πὰρὲξ δὲ τῶν κατειλεγμένων ἰδίᾳ Τεγεάταις ἐστὶν αὐτοῖς τοσάδε ἐς δόξαν. Nam μὲν post prius παρὲξ locum habere non potest, παρὲξ autem et cum quarto et cum secundo casu construi, nec raro Pausaniam constructionem variare, notum est. Sensus: *Tegeatis praeter communes Arcadum res, in quibus — itaque praeter commemorata seorsum Tegeatis ipsis haec gloriae sunt.* ἐν Διπαιεῦσιν — ἀγών· cf. III, 11, 6. VIII, 8, 4. τὸν γὰρ ἐν κ. τ. λ. De hac re iam loquutus est cap. 4, 7. Ἀταλάντῃ — κεφαλῇ — ἀριστεία Mosq. De *Echemo* cap. 4, 7, et de his Λακεδαιμονίους κ. τ. λ. III, 7, 3. αἱροῦσιν Kuhn. et reliqui, antea αἵρουσιν quod correxit Sylb. αἵρουσιν Mosq.

§. 3. — cap. 47, 2. De *Minervae Aleae* templis et simulacris apud Tegeatas. Ἀλέας Mosq. et ita semper. ναὸν — ἄξιον quem §. 4. dicit a Scopa aedificatum esse. ἐκεῖνο Vulgata, ἐκεῖνον Mosq. sed illud praestat, quum referendum sit ad ἱερόν. Aliter Clavier, qui ἐκεῖνο servatum retulit ad ναὸν — ἄξιον. In Mosq. est Διοφάντος. Verba ὑστέρῳ — Ὀλυμπιάδος admodum varie interpretati sunt: Amasaeus *annum primum Olympiadis XCVII*, Clavier Nibby et Reinesius in Observ. in Suidam p. 75. *ultimum* seu *quartum annum Olymp. XCVI*, Meursius (v. Reinesii Obs. l. c.) Wesselingius ad Diod. S. XIV, 82. ac Goldhagenus *secundum annum Olymp. XCVI*; Goldhagenus tamen putabat δευτέρῳ pro ὑστέρῳ legendum esse. Sane quidem hoc anno Diophantus Athenis praetura functus dicitur Diodoro Sic. XIV, 82, sed dubium est, an ὕστερος ita simpliciter ponatur pro δεύτερος. Verum est X,

16, 4. ὑστέρας esse posse δευτέρας, quum sequantur τρίτη et τετάρτη. Quare magis placet ὑστέρῳ sumi h. l. pro ἐσχάτῳ, ut *quartus* Olymp. XCVI. annus cogitetur. ὕστερον ea potestate, ut esset ἔσχατον, legimus VI, 15, 4. VII, 6, 5. In *Eupolemo* non modo sibi ipse constat Pausanias VI, 3, 3, sed consentit etiam cum eo Africanus indice Wesselingio ad Diod. S. XIV, 54. Diodorus tamen eum *Eupolin* nominat.

§. 4. Ὁ δὲ — ἡμῶν. Huius etiam Strabo mentionem fecit VIII, 388. (319.) ὁ μὲν δὴ — Κορίνθιος. „Scopas hatte corinthische Saeulen auf dorische gesetzt, um dem Auge eine angenehme Abwechslung, und dem obern Portico in der Hoehe ein leichteres Ansehen zu geben.“ Voelkel über den grossen Tempel und die Statue des Iupiters zu Olympia p. 45. atque etiam assentiente Meyero in Hist. art. int. Gr. II. p. 100? ἐπὶ τούτῳ est *praeter hunc*; a partibus meis stant Clavier et Nibby. Illud ἐπὶ τούτων esset. ὁ πρῶτος et ὁ ἐπὶ τούτῳ sibi respondent. cf. omn. X, 8, 4. ἐστιν αὐτῶν — ἐπὶ τοῦτο Κορίνθιος — Πάριωνος pro Πάριον, ὃς Mosq. De *Scopa* cf. indices in Winckelmanni Opp. VIII. p. 331. et in Meyeri Hist. art. int. Graec. πεποιημένοι δὲ κατὰ μέσον μάλιστα, τοῦ ὑὸς τῇ μέν ἐστιν Vulgata; comma tamen, quod fuit post τοῦ ὑός, Facius retraxit. πεποιημένον habet Mosq. cum codd. 1410. 1411. Clavier edidit πεποιημένου· atque ita iam Goldhagenus emendaverat, neque nos dubitavimus recipere; distinctio quoque in suum locum rediit. συνέκναμε Mosq. συνέκαμε suadebat Sylb. Amasaeus putatur legisse ἐφέντα, sed Vulgatam ἀφέντα movendam non esse vidit iam Sylburgius. Loescher reddidit: *venabulum emittentem*, Sylburgius *abiicientem*. De hoc *Epocho* cf. c. 4, 7, ex quo loco non efficias, Epochum vel ante hanc venationem mortuum esse, vel ei non interfuisse; sed ut hoc significetur illo loco, tamen non fuit cur Staveren ad Hygin. p. 955. Pausaniam erroris reum ageret, quum nostro loco narretur quid, non in facto positum, sed ab opifice expressum fuerit in isto fastigio. ἰοκλέους Mosq. Ἰκλέους codd. 1410. 1411. cf. cap. 2, 2. Ὀκλέους Clav. Κερκύονο Mosq. qui proximum τοῦ omisit. τὰ δὲ ὄπισθεν κ. τ. λ. Nibby recte: *nel frontispizio posteriore*, ut iam Winckelmannus in Monum. ant. ined. p. 163, ubi etiam interpretationem Amasaei reprehendit; quem totum Winckelmanni locum francogallicus interpres T. II. p. 107. praetermisit. Καΐκου pro Καΰκου Facius se dicit e Mosq. restituisse. cf. adn. ad I, 10, 4, et VIII, 4, 6.

CAPUT XLVI.

§. 1. *Ἀντώνιον πολεμῶν — νικήσας.* Sylb. malebat πολέμῳ· sed Vulgatam male sollicitatam esse a Sylburgio Wesselingius iam monuit ad Diod. S. IV, 61, multis exemplis docens, πολεμεῖν Accusativo iunctum, esse *bello aggredi*, *infestare*, *oppugnare*.

§. 2. *Φαίνεται ἄρξας* non de *incerta re.* cf. ad I, 1; 2 *ἕδη θεῶν signa deorum.* cf. Suidas et Etym. M. ad II, 20, 7. adde illud Phavorini ὅτι δὲ ἕδος λέγεται καὶ τὸ ἵδρυσμα καὶ ἄγαλμα, ὁ Παυσανίας φησίν scil. in Lexico suo. *κατεστηκότι κ. τ. λ.* sed *artis opera male agi ex hostium terris*, iudicavit Polybius IX, 10, ubi etiam causae huius leguntur iudicii. *Ἰλίου — Ἑρκείου.* Cum his cf. II, 24, 5. IV, 17, 3. Ἑρκίου Mosq. *ἔτεσιν ὕστερον — πεποιημένον·* idem tangitur IX, 40, 2. De *Antiphemo Gelae conditore* cf. Herodot. VII, 153. cum adnotationibus interpretum. *Φιγαλίαν* pro *Γέλαν* et χωρέσῃ pro χωρὶς et ἐξεκόμησε Mosq. qui deinde καὶ post *Βραυρῶνος* inserit. *αἰτίαν ἐπενεγκὼν* cum Dativo, quem deinde Accusativus cum Infinitivo sequitur etiam cap. 51, 1. *τὸν χαλκοῦν κ. τ. λ.* Cf. I, 16, 3. et adn. ad 8, 5. *καὶ τὸ μὲν* Vulgata, *καὶ τὸν μὲν* dedi e Mosq. cf. et I, 16, 3. *τὸ μὲν — ξόανον·* de eo loquutus est scriptor II, 17, 5. Pro *Ἠλείου* Facius probabiliter suspicatur legendum esse *Λυκίου* ex II, 19, 3, quum *Apollinis Elei* nullibi sit mentio. Alterum vero hoc e Tirynthe illuc translatum quod sit equidem nescio, dubito autem, an scriptor non addiderit, quo id magis agnosceretur. *ἔλαβεν* pro *ἔλαβον* Mosq. *καὶ αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἀντὶ ἐλέφαντος, ἵππων τῶν ποταμίων ὀδόντες εἰσὶν εἰργασμένοι* Vulgata. Facius haec durius esse dicta putabat pro *ὀδόντων ἐστὶν εἰργασμένον.* Sic iam Amasaeus, sed verbum de verbo interpretemur: *et facies eius pro ebore* (non ebur sed) *equorum fluvialium dentes sunt arte expoliti.* Post *ἐλέφαντος* distinctionem sustulimus. Deinde Vulgata male distinguit post *Ἀλέας.* Pro vulgato *Ἐνδίου* scripsi *Ἐνδοίου·* idem nunc video fecisse Clavierium; eodem modo correxit Anonymus. De *Endoeo* cf. indices in Winckelmanni Opp. VIII. p. 310. et in Meyeri Hist. art. int. Gr. *κατέχεσθαι* ante Facium, qui e Mosq. *κατεάχθαι* restituit, quod Kuhnius iam suaserat. *diffractum esse.* *κατεαγῆναι* fuit Palmerii coniectura. Idem deinde voluit *τὸν ἕτερον οἱ ἐπὶ τοῖς τραύμασι* legi; sed *οἱ ἐπὶ τοῖς θαύμασιν* sunt *Admirandis Praepositi*, quos vulgo *Principum Antiquarios* vocant, ut monuit Spanhemius de Praest. et Usu num. T. I. p. 7. Thesauros artis operum Ro-

mae congestorum dixit Pausanias IX, 21. τὰ Ῥωμαίων θαύματα. De v. θαύματα cf. ad VII, 5, 6. Facio βασιλέως κῆποι sunt *Caesaris horti* a Suetonio in Caes. 83. commemorati.

CAPUT XLVII.

§. 1. *Μανθουριέων* Vulgata; scripsi *Μανθουρέων* e Mosq. Stephano Byz. et cap. 45, 1. Cui *Μανθουρεῦσιν* accommodandum fuit. *Μανθουριεῦσιν* vulgo. Ἱππία vulgo. „Forte rectius sit Ἱππίας, sicuti Amasaeus legisse videtur." Facius. Sed cf. adn. ad IV, 31, 6. adde VIII, 41, 5. VI, 1, 2. De cognominis Ἱππία ratione et origine cf. Winckelmanni Opp. T. I. p. 284, et Creuzeri Symbol. T. II. p. 782. γινομένοι pro γινομένης Mosq. ἐκνενίκησε idem. Ὑγεία vulgo. cf. adn. ad I, 23, 5. Παρείου Mosq. ut I, 33, 2. in Vulgata.

§. 2. Ψιλῶν Mosq. In eodem deinde ita legitur πλὴν ὅσας ἠφάνισεν αὐτῶν ἢ ὅσα γε ut ὁ χρόνος post αὐτῶν desit. ἢ ante ὅσας γε videtur delendum, quod Sylburgius et Facius voluerunt, neque Amasaeus et Goldhagenus expresserunt. Causa vitii quaerenda videtur in proximo vocabulo ὁ χρόνος, quod librarius omiserat ut in Mosq. De eadem particula male inserta cf. adn. ad I, 33, 4. nos uncos iniecimus. De *his catenis Tegeae circa Minervae Aleae templum suspensis* cf. Herod. I, 66, quem locum nostro pulcre confirmatum male sollicitavit Abr. Berkelius ad Stephanum v. Ἀλέα, putans in Herodoti loco vel ἐν Τεγέῃ expungendum, vel ἐν Ἀλέῃ scribendum esse. κλίνη — Ἀθηνᾶς. cf. ad X, 32, 8. Μαρπήσσης — μνήμην. cf. cap. 48, 3. ἱερᾶται est, quod Sylburgius iam vidit, coniungendum cum τὴν ἱερωσύνην. Sic Aeschines c. Tim. p. 19. extr. in Biblioth. class. T. I. μηδ' ἐξέστω ἱερωσύνην ἱεράσασθαι. Verba εἰργασμέναι — Φρίξα Heynius in Antiq. Aufs. I, 63. accipit de operibus a fundo elevatis; idem proxima quoque καὶ Μουσῶν καὶ Μνημοσύνης ἄγαλμα an recte partem huius arae ornamentorum esse duxerit, non liquet. ἀριθμὸν omissum Mosq. in margine habet. Θεισώα Mosq. Correximus πεποίηται — ἀγάλματα· Vulgata habet ἄγαλμα, sed ultima syllaba τα potuit proxima τοῦ absorberi. Sylburgius in singulari, ut excusaret, dicebat esse zeugma. sed alia ratio est loci IX, 36, 1. ubi v. adn.

§. 3. *Σταδ. χῶμα γῆς stadium ex aggesta terra exstructum.* ita Sylb. τὸν μὲν Mosq. omisit. Ἀλαῖα. in Scholiis ad Pind. Ol. VII, 153. Ἀλέαια. Pro Ἁλώτια „Amasaeus legit *Ei-*

λώτια. Sed Ἀλώτια dorice fortasse positum pro ἁλώσια, sicut ἄμπωτις dicitur pro ἀνάποσις." Sylb. Ante Facium legebatur φασὶν αὐτὴν· is ex Amasaei versione et ex Pausania ipso cap. 4, 6. 48, 5. restituit φασὶν Αὔγην quod Sylburgius iam voluerat et Valckenarius. cf. adn. ad cap. 48, 5. Similiter Ταϋγέτης in ταύτης corruptum III, 1, 2. Verba ὑπὸ — ἐς αὐτήν omisit Mosq. Causa latet in praecedente pronomine αὐτὴν, in quod modo diximus depravatum esse nomen Αὔγην. Haec οὐχ — αὐτήν illustrantur loco cap. 4, 6. *Mercurium Aepytum* videtur Pausanias dictum credidisse de *Aepyto*, Alei patre, cuius mentio facta est cap. 4, 5, quoniam de huius cognominis causa nihil adspersit. Schwenkio in Etym. Myth. Andeut. p. 131. Αἴπυτος est ἀπύτης, *orator*; quod parum placet.

§. 4. „Pro Πολιάδος ita positum videtur Πολιάτιδος, ut Λιμνάτιδος pro Λιμνάδος (v. adn. ad III, 7, 4.) Πολιᾶτις ergo Dorice pro Πολιῆτις: Πολιῆτις vero Ionice pro Πολῖτις. Civicam seu Urbicam Minervam significat, ut etiam Πολιάς" Sylb. Praetermittendum tamen non est, in aliis locis formam Πολιὰς usurpari, ut I, 27, 1. 4. II, 30, 6. VII, 5, 4. Est fortasse scribendum τὸ δὲ τοῦ ἐρύματος ἱερὸν ὀνομάζουσι λέγοντες, quum δὲ in Mosq. post ἐρύματος omissum post ὀνομάζουσι legatur, ergo de suo loco motum ab aliis in alio collocatum sit. ἐρύμαντος — τοῦ Ἀλεοῦ Mosq. καὶ αὐτῷ — Μεδούσης. Apollodori locum II, 7, 3, ubi tamen haec res paulo aliter narratur, citavit iam Kuhnius. Post Ἄρτεμιν et αὐτὴν distinximus. Ἄρτεμις Ἡγεμόνη fuit cap. 36, 7. sed nostro loco hoc cognomen nihil videtur significare nisi: *quae viam monstrat seu monstravit.* πρὶν ἀναχθῇ Vulgata. πρὶν ἀθηνᾶ Mosq. πρὶν ἂν ἀναχθῇ corrigebat Porsonus. Sed πρὶν sine ἂν cum Coniunctivo etiam Thuc. VI, 29. πρὶν διαγνῶσι. In Bekkeri Anecd. p. 129. est: λείπει δὲ ἂν καὶ ἐν ὑποτακτικοῖς· πρὶν παροῦσα διδάσκῃ. Similiter Paus. V, 14, 5. πρὶν ἢ ἄρχωνται. Sed X, 37, 4. p. 894. pro καὶ recepi κεν. Pro vulgato ἀποκτείννυσιν est ἀποκτένουσιν in Mosq. Dedi ἀποκτίννυσιν, etiam Porsono volente. cf. adn. ad III, 16, 4.

CAPUT XLVIII.

§. 1. Pro οἳ est οἵ in Mosq. Hae quatuor legislatorum effigies columnae videntur quadratae insculptae fuisse. De hoc *Iasio* cf. V, 8, 1.

§. 2. *Τοῦ μὲν — Ἠλείους.* cf. V, 7, 4. *τοῦ δὲ — δηλώσω.* cf. X, 7, 4. *ἐν Ἰσθμῷ — ἐνομίσθησαν.* cf. I, 44, 11, II, 15, 2. Pheres Cretheo natus filios habuit Lycurgum et Admetum. Lycurgo Nemeae habitanti ac regnanti ex Eurydice seu Amphithea natus est *Ophelles*, *Archemorus* vocatus referente Apollodoro I, 9, 14. III, 6, 4. Si sequamur Priscianum VII. p. 753. scribendum sit *φοίνιξ*, sed cum Hermanno Scholiastae obsequimur ad Eurip. Hecub. 455. contradicenti. *Θησέα — θυγατέρα.* Locus Homeri est Odyss. VI, 162 sqq., ubi Eustathius famam refert, primum in Delo natam esse laurum.

§. 3. *Ἐπὶ τῇ στήλῃ* Vulgata. Delevi *τῇ* auctore codice Mosq. *Γυναικόθοιαν* Vulgata; scribendum esse *Γυναικοθοίναν* adnotarunt Sylburgius, Stephanus ad Dicaearchum, Schneider in Lex. gr. sed hic interpretatus est *der die Weiber verzehrt;* quanto melius Sylburgius *mulierum convivam* ex iis, quae paulo post leguntur, *τὰς δὲ γυναῖκας τῷ Ἄρει θῦσαι ἄνευ τῶν ἀνδρῶν ἰδίᾳ ἐπινίκια.* Simile est voc. *σύνθοινος* apud Athen. VI, 234. d. O. Müllerum in Dor. I, 152. non satis intelligo. Correctionem hanc mecum recepit Clavier. *ἐπὶ γὰρ τὸν — ἐπιστρατείαν* vulgo. Sylburgius malebat vel *ὑπὸ γὰρ τὸν* vel *ἐπὶ — τοῦ Λακωνικοῦ πολέμου·* quorum prius placebat Facio; at dissimilis est hic locus illis I, 44, 7. *ὑπὸ τὴν πρώτην μάχην ἀποθανόντα.* X, 25, 2. *τρωθῆναι ὑπὸ τὴν μάχην.* VIII, 41, 5. *ἔπαυσεν ὑπὸ τὸν τῶν Πελοποννησίων πόλεμον καὶ τοὺς Φιγαλέας.* IV, 14, 2. *φεύγοντες ὑπὸ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἀνδροκλέους.* VIII, 51, 1. *ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐςπεσὼν τοῦτον ἐς τὴν Σπάρτην.* Herod. VII, 165. *ἐπῆγε ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον τοῦτον.* adde I, 51. Thuc. II, 27. *σφῶν εὐεργέται ἦσαν ὑπὸ τὸν σεισμόν·* quibus ea rerum, quae acciderunt, cum tempore, quo evenerunt, significatur coniunctio, ut tempus eas attulisse seu effecisse cogitetur. Qui rerum temporisque nexus non indicatur praepositione *ἐπὶ* cum Genitivo copulata, quae tantum rebus servit temporis nota distinguendis. In nostro autem loco *ἐπὶ τὸν πόλεμον λαμβάνειν ὅπλα* est *in hoc bellum*, ut *ἀσκεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας* cap. 49. p. 699. *γὰρ* inter *ἐπὶ* et *τὸν* Mosq. omisit. Idem habet *ἐπιστράτιαν* et *ἀλόχων* pro *ἐλόχων*, et *Φυλακτίδα.* Forsan *φυλακτρὶς* seu *φυ-*

λακτὶς i. q. σκοπή. Sylburgius putabat ταύτας aptiorem vel ante vel post εἶναι locum habere. Idem refert, Loescherum maluisse Λακεδαιμονίοις στρατεύσειν. sed addit tunc στρατηγήσειν legendum esse. γε post ἰδίᾳ Mosq. mutavit in τε· in eodem legitur hoc ordine τοῦ ἱερείου τῶν κρεῶν.

§. 4. Ἐνταῦθα Τεγέαν pro ἐ. Τεγεάτου Mosq. *Μαιρᾶς. Μαιράν* vulgo. sed cf. ad cap. 8, 1. adn. δὲ post θυγατέρα abest a Mosq. idem deinde habet Ἀλκίνους. Homeri locus est Od. XI, 326, ubi ab Eustathio et in Scholiis vulgatis alia eaque ex Pherecyde de Homeri Maera traduntur.

§. 5. Καὶ δὲ ταύτης ante Facium, qui e Mosq. καὶ γὰρ ταύτης scripsit. Sylb. corrigebat καὶ ταύτης δὲ vel καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτης. Pro vulg. ἐπονομάζουσιν αὐτὴν ἐν γόνασιν Valckenarius in Diatr. p. 164. A. hic Αὔγην ἐν γόνασιν legendum dicit, et hoc nomen saepius in pronomen αὐτὴ corruptum esse. cf. cap. 47, 3. Si sumamus Deam hanc Αὔγην ἐν γόνασιν appellatam esse, videtur concedendum esse, simulacrum eius habuisse speciem πεσούσης ἐς γόνατα. Quodsi hoc ita effictum fuit et Auges nomen tulit, unde potuit intelligi, Ilithyiae hoc signum esse? εὐγόνασι Mosq. θυγατέραν ἄλεος — ἐπανάγοντες idem. ὡς Ναυπλίῳ κ. τ. λ. Eadem fere narrat Diodorus S. IV, 33, ubi pro καταποντῶσαι eadem potestate est καταποντίσαι· sed illud, si Phavorinum audiamus, magis atticum est quam hoc. cf. Lobeckius ad Phryn. p. 361.

CAPUT XLIX.

Hunc locum de *Philopoemene* usque ad cap. 52. extr. auctor ipse cap. 27, 10. appellavit τὰ ἐς Φιλοποίμενα.

§. 1. Pro vulgato αὗται Porsonus scribi voluit αὐταὶ, non male et assentiente Amasaeo. ἀνδριάντος pro ἀνδριάντα Mosq. idem εἶναι omisit. Hoc ἐλεγεῖον legitur cap. 52, 3. *Philopoemenis haec statua* post Mummii tempora ablata est. v. Polyb. XL, 8. Locum a verbis τούτου δὲ Ἕλληνες — ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ᾑρεῖτο ἄρχειν §. 4. exscripsit Suidas v. Φιλοποίμην p. 608. quae autem ibi praecedunt de eodem Philopoemene, sumta sunt e Polybii X, 25. οὐχ ἥκιστα ἀλλὰ καὶ μάλιστα est ex illo frequente *parallelismorum* genere, quo idem bis sed diverso modo per negationem et affirmationem exprimitur: cuius consuetudinis exempla quum ex aliis tum ex Herodoto collegit Valckenarius ad Herod. III, 25. adde ibi cap. 69. Duo exempla ex Pausania proposita vide ad cap. 38, 1. et a nobis adn.

ἕνεκα vulgo. *εἵνεκα* e Mosq. *καὶ ἔτι τῶν ἔργων* Vulgata, *καὶ ἔργων* Suidas. *καὶ ἐπὶ τῶν ἔ.* Mosq. et codd. Paris. 1410. 1411. quod recepi. nam *ἐπὶ* est hic *propter*, ut V, 26, 1. *ἐπὶ Οἰνιαδῶν οὐδένα ἔχειν φόβον.* Philopoemenis pater *Craugis.* sic et cap. 52. in epigrammate et apud Suidam; itaque hoc praeferendum scripturae *Κραῦσις* in Plutarchi Philopoemene. *Κραύγις* Mosq. Idem *Ἀρκάδων* omisit; sed Suidas habet. *Κλέανδρος*· haec scriptura anteponenda Plutarcheae *Κάσανδρος,* quum illam Suidas quoque ex Polybii X, 25. habeat. Philopoemenis magistri *Megalophanes et Ecdelus* etiam apud Suidam sunt in iis, quae ex hoc nostro loco hausit, sed apud eundem ex Polybii l. c. *Ἔκδημος* et *Δημοφάνης.* Cum Polybio consentit Plutarchus in Philop. init. rursus tamen in Plutarchi Arato 1028. 1030. seu 747. 748. Frob. eorum alter *Ἔκδηλος* vocatur. *Μεγαλοφανεῖ τε καὶ Ἐνδήλῳ* Mosq. Cognatum vocabulum *Εὔδηλος* est apud Paus. V, 21, 5. Vereor ut Kusterus recte praeferendam duxerit Polybii scripturam in hoc posteriore nomine. *Pitanaeus* de urbe Aeolidis *Pitane.* v. Diog. Laert. IV, 6, 1, 28. de *Arcesilai* patria, et ibi Menag.

§. 2. *Μέγεθος — οὐδενός.* Hunc locum excitat Zonaras in suo Lex. et *ἀπέδει* interpretatur *ἐνέλιπε.* *Deformem* fuisse Philopoemenem, negat Plutarchus in Philop. init. *καὶ ἐπὶ μὲν τοὺς — ἀσκῆσαι.* Suidas *ἐπὶ* omisit; quod non est cur imitemur, quum *ἀσκεῖν* etiam intransitive positum reperiatur, ut animo addendum sit *ἑαυτόν.* v. Lexic. Xenophont. T. I. p. 440. Latine similiter *exercere seu exerceri in aliquid* dicitur. *ἐξαίρειν* Vulgata cum Suida. Emendationem Sylburgii *ἐξαιρεῖν, exscindere* quam Valckenarius quoque ad Eurip. Hipp. 17. probavit, similique Pausaniae loco II, 31. *λύκους ἐξελεῖν,* confirmavit, religioni mihi fuit non recipere. Sic et Herod. I, 36. *σὺν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρας.* adde Schaeferi adn. ad Sophocl. Oed. T. 907. *ἐπιλέγεσθαι κ. τ. λ.* Auctore Polybio XI, 8. *τριῶν ὄντων τρόπων, καθ' οὓς ἐφίενται πάντες στρατηγίας οἱ κατὰ λόγον αὐτῇ προσιόντες* primus est *διὰ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων κατασκευῆς.* Pro *σοφιστῶν* apud Suidam est *σοφῶν*· sed cf. Androtion. Fragm. p. 118. et adde Herod. II, 49. Suidas non male legit *καὶ εἴ τι ᾔδει ἔχειν.* In Mosq. est *οὐ τὰ πάντα,* sed apud Suidam *οὐ μὴν πάντα.* Ex Suidae lectione *ἡ ψυχὴ κάλλιστα ἔχουσα ἦν, καὶ πρᾶος μάλιστα τὰ ἐς ὀργὴν* hoc videtur Pausaniae restituendum: *ἡ ψυχὴ κάλλιστα καὶ μάλιστα πράως εἶχε τὰ ἐς ὀργήν.*

§. 3. *Καταλαβόντος κ. τ. λ.* Cf. IV, 29, 3. *ἀπεκηρυκεύετο* Mosq. Pro his *πρὸς Μεγαλοπολίτας σπένδεσθαι κατιόν-*

τας ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν Suidas dixit κατάγεσθαι Μεγαλοπολίτας εἰς τὴν ἑαυτῶν.

§. 4. De *Philopoemenis rebus gestis ad Sellasiam* cf. Polyb. II, 67—69. Σικελίᾳ pro Σελλασίᾳ Mosq. Ald. Hoc pro illo restituit Xylander; cf. II, 9, 2. Κλεομένην Facius edidit e Mosq. antea Κλεομένη fuit, ut apud Suidam est. ἐνέκλεινε Mosq. et παίδων pro ποδῶν. In Suida est ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν τῶν μηρῶν· hinc Facius legi voluit αὐτοῦ τῶν μηρῶν, quod Clavier recepit, τῶν in codd. 1410. 1411. additum esse testatus. Sane antea fuit δι' ἀμφοτέρων τῶν μηρῶν ut apud Herod. IX, 55. ἀμφοτέρῃσι τῇσι χερσί. ἐξῆλκον — ἴδεν Mosq. ἐπετέτακτο ἡγεμὼν μισθοφόρος Vulgata. μισθοφόροις malebat Sylburgius, quem Goldhageni, Clavierii Nibbyique versiones sequutae sunt. Nobis videtur sensus esse: *dux mercede conductus in subsidiariis collocatus est.* Vulgatam Suidas ita expressit: περαιωθεὶς δὲ ἐς Κρήτην μισθοφόρος ἡγεμών. Pro ᾑρεῖτο Porsonus putabat scribendum esse ᾕρητο ut cap. 50, 5. 51, 1. IX, 15, 2. adde I, 15, 4. ᾑρέθη ἄρχειν τῶν Ἀχαιῶν Suidas. καὶ ante τοῦ ἱππικοῦ nobis expungendum videbatur, certe uncis notandum. Polybius X, 25. ait de Philopoemene: κατασταθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἱππάρχης. Deinde vulgo ita legitur: *καὶ σφᾶς ἀρίστους Ἑλλήνων ἀπέφαινεν ἱππεύειν Ἀχαιῶν τε καὶ ὅσοι συντεταγμένοι τοῖς Ἀχαιοῖς ἦσαν. Καὶ περὶ Λάρισον μαχομένων ποταμὸν πρὸς Ἠλείους, καὶ τὸ Αἰτωλικὸν ἐπικουροῦν κατὰ συγγένειαν Ἠλείοις, πρῶτα μὲν Δημόφαντον ἀπέκτεινεν.* Quae perversa distinctione corrupta hunc in modum restituimus: *καὶ σφᾶς — ἱππεύειν. Ἀχαιῶν τε καὶ — Ἀχαιοῖς ἦσαν περὶ Λάρισον μαχομένων κ. τ. λ.* Adiuvit nos Mosquensis, qui καὶ ante περὶ Λάρισον omisit. Goldhagenus, qui Ἀχαιῶν τε mutatum voluit in Ἀχαιούς τε, constructionis non vidit rationem. Equitatum Achaeorum a Philopoemene emendatum testatur etiam Polybius X, 25. ἐπικουροῦντας Mosq.

CAPUT L.

§. 1. *Καὶ τὰ πάντα ἐκεῖνον ποιουμένων* Vulgata. Facius suspicabatur, Amasaeum legisse *καὶ τὰ πάντα δι' ἐκείνου ποιουμένων*, ipse autem malebat *καὶ τὰ πάντα ἐκείνου ποιουμένου*. Equidem non puto Vulgatam esse sollicitandam: *τὸ πᾶν* seu *τὰ πάντα ποιοῦμαί τινα* est idem quod *ἔστι μοι τὰ πάντα*· sic Polyb. V, 26, 5. *τὸ ὅλον αὐτοῖς ἦν καὶ τὸ πᾶν Ἀπελλῆς*. Herod. VII, 156. *ἔσαν οἱ πάντα αἱ Συρήκουσαι.* Similiter Lampo quidam *ἦν Αἰγινητέων τὰ πρῶτα* Herod. IX, 78, qui locus defenditur illo altero *Αἰσχίνης ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα* VI, 100. Alia etiam exempla habet Bergler ad Alciph. II, 3. p. 319. Wagn. Vitium Vulgatae *φοροῦντες* mira constantia retentum expulimus. De *re* Facius iam citavit Plut. Philop. cap. 9. Hic *ὅπλα* duplici significatione sunt posita, primum *gravem armaturam*, deinde *clypeos* denotant. cf. I, 13, 2. De *Gallorum scutis oblongis* cf. Spanhem. ad Call. h. in Del. 184. Eorundem mentio apud Pausaniam I, 13, 2. X, 21, 2. *θῆραι* pro *θυρεοὺς* Mosq. Pro *ἐπιτίθεσθαι* Corayus suspicabatur legendum esse *περιτίθεσθαι*. Sed *ἐπιτίθεσθαι* possumus etiam cum Phavorino *προστίθεσθαι*, *adiungere*, interpretari. *Ἀργόλικας* Mosq.

§. 2. *Ἀναφῦντος* Mosq. *Λακεδαιμονίων μὲν οἱ ψιλοὶ τοὺς ἀσκαίους τῶν Ἀχαιῶν νικῶσι* Vulgata. „ego legendum opinor *ἀσκεύους*, ut *ἄσκευοι* sint iidem qui *ψιλοί*, sicut mox *ὁπλῖται* et *πεζῶν φάλαγξ* pro eodem capiuntur. Plutarchus in Philop. c. 10. his verbis id confirmat: *Μαχανίδας τοῖς ξένοις τοὺς τῶν Ἀχαιῶν προτεταγμένους ἀκοντιστὰς καὶ Ταραντίνους τρεψάμενος.* Ibi *ἀκοντιστὰς* et *Ταραντίνους* appellat, quos Pausanias hic *ἀσκεύους*, alibi *εὐζώνους* et *ὁπλίσει κούφους* IV, 11, 1.“ Sylburgius. Quod ut confirmarent Kuhnius et Facius addiderunt e Polluce X, 15. *ἄσκευος, ὁ ψιλός* et Hesychio *ἀσκεύοις, ψιλοῖς*. Huc accedit quod Polybius XI, 11—14. narrat, Achaeorum *εὐζώνους* in fugam versos esse, quum *τὸ ξενικὸν* Machanidae tantum in eos fecisset impetum, ut nec Illyrii et loricati Achaeorum, *εὐζώνοις* additi, possent resistere. Sane quidem Illyrii loricati et *εὔζωνοι* erant in sinistro Achaeorum cornu, et hoc Polybius refert tum esse *παραλελυμένον*· sed eam ob causam non sequimur Facium corrigentem *σκαιούς*, quum Pausanias potius scripsisset *σκαιὸν κέρας*, et quum opposita *φάλαγξ τῶν πεζῶν* et *ὁπλῖται* maxime commendent *ἀσκεύους*, quos recepimus, Clavierio cunctante, sed assentiente Schneidero in Lex. gr. *ἀποκτείννυσιν* vulgo ut cap.

47, 4. ἀποκτείνυσιν Mosq. ἀποκτίννυσιν nos dedimus. cf. III, 16, 4. Λακεδαιμονίοις δὲ ἠτυχηκόσι τῇ μάχῃ περιεγεγόνει μείζων ἢ κατὰ τὸ πταῖσμα εὐτυχία Vulgata; correximus μείζων ἢ κατὰ *victis proelio melior contigerat fortuna quam pro hac clade exspectare possent:* nunc video, idem Corayo placuisse. De hac autem loquendi ratione cf. Matthiaei Gramm. gr. §. 449.

§. 3. Πολὺν pro πολὺ Mosq. δοκιμωτάτων vulgo. Sylburgii, Corayi, Porsoni emendationem δοκιμωτάτου quis dubitet recipere? De hoc *Timotheo* iam III, 12. sub fin. commemorato cf. et Th. Reinesii Obs. in Suid. p. 250. atque Fabric. Bibl. gr. II. p. 325, ubi etiam loci de eius *Persis* citantur. τεύχω habet Plutarchus in Philop. 11. καταραξαμένου et ἐπεσημείναντο Mosq. De hoc honore *Themistocli* Olympiae habito cf. Plut. Them. 17.

§. 4. De *Philippo Arati occisore* II, 9, 4. *Philopoemeni* autem insidiante Plut. in Philop. De *Megarorum per Boeotos oppugnatione* cf. Polyb. XX, 6. Ut apud Herodotum VI, 69. in. est λιτῇσι μετέρχεσθαι *precibus adire*, sic h. l. ἀπάτῃ *fraude aggredi.* De structurae ratione προῆλθον. ὥστε ἀποχωρῆσαι καταλιπόντες (non καταλιπόντας) cf. Herm. ad Viger. p. 852. adde Xenoph. Oecon. I, 8.

§. 5. Μεσσηνίος pro Μεσσηνίοις et στρατείᾳ pro στρατιᾷ Mosq. ἐλπίζειν hic in *re mala* ut X, 33, 5. ἄρχειν τῶν Ἀχαιῶν cf. ad VII, 13, 1. ῥεούσης *quae dissolvebatur*, μὴ στεγούσης, ut ait Plutarchus Philop. 14. Goldhagenus bene: *ohne zu bemerken dass sie leck war.* Rudem in re navali Philopoemenem fuisse, Livius quoque tradidit XXXV, 26. ἐπῶν κ. τ. λ. Locus hic Homeri est iam citatus cap. 1, 1. in eadem re: similis de Epirotis est I, 12. extr. συμμαχία pro ἀμαθίᾳ Mosq. κατεμπιπρᾶσιν ἐν Γυθίῳ Vulgata. κατεμπιπρασ Γυθίῳ Mosq. κατεμπιμπρᾶσιν volebat Porsonus, non recte, si sequamur Lobeckium ad Phryn. p. 95. De *re* cf. I, 27, 6. δυσχερίαις Mosq. ἦν pro ἣν idem. τὰ μάλιστα — εἶναι *fecit, ut sibi commodo essent, non hostibus.* de qua significatione praepositionis πρὸς v. Viger. p. 659. et Matthiaei Gr. gr. §. 590. 6. Cf. similem locum VII, 15, 2. ἤρθη Mosq. et postea αὐτῷ pro αὐτὸ idem. ὑπὸ ἀνδ. Καλ. „Livius 35, 35. *Alexamenum* vocat" Kuhn.

CAPUT LI.

§. 1. Ὑπὸ τὸν καιρὸν τοῦτον *hoc opportuno tempore, quo Nobis interfectus et induciarum dies praeterlapsi erant.* Σπάρτη non tantum urbis sed etiam *agri* nomen fuit. v. Not. ad Hellen. p. 291. De hoc *Tito Quinctio Flaminino* Facius iam citavit Liv. XXXII, 8 sq. Hic *Diophanes* qualis fuerit, ostendit Polybius XXI, 7. ἐπιφέρειν τὶ et αἰτίαν τινὶ est etiam apud Herod. IV, 154. 166. Φιλοποίμην δὲ — πύλας. scil. *Spartae.* Philopoemen enim quum hanc Diophani expeditionem frustra dissuasisset, ἔργον οὐ νόμιμον οὐδ' ἀπηκριβωμένον ἐκ τῶν δικαίων τολμήσας, εἰς τὴν Λακεδαίμονα παρῆλθε, καὶ τόν τε στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὸν ὕπατον τῶν Ῥωμαίων, ἰδιώτης ὢν, ἀπέκλεισεν, ut ait Plutarchus in Phil. p. 265. Bas. cap. 16, quo loco noster illustratur. Corayus suspicabatur legendum esse αὐτοῖς τὰς πύλας. Inter Λακεδαιμόνιοι et τούτων forsan est τε delendum vel in δὲ mutandum. ἐδίδοσαν, *dare volebant, offerebant.* cf. VII, 1, 2. adde Soph. Phil. 1341. οἶκος h. l. κτῆσις ἡ σύμπασα, ut in Xenoph. Oecon. VI, 4. quare non videtur esse necessaria Porsoni emendatio ἔς τε πλέον ἢ τάλαντα ἑκατόν. neque aliter iudicandum putamus de hac Clavierii lectione: καὶ ἐς πλέον καὶ τάλαντα ἑκατόν. ut legitur in eius Supplem. ubi ait pro ἢ vulgato in cod. 1411. esse καί. ergo καὶ ante ἐς πλέον de suo addidit. Plutarchus quidem in Philop. 15. dixit τὴν Νάβιδος οἰκίαν καὶ οὐσίαν ἐξαργυρισθεῖσαν καὶ γενομένην εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ταλάντων ἐψηφίσαντο δωρεὰν αὐτῷ δοῦναι· sed οἰκία et οἶκος differunt, quorum posterius vocabulum etiam de *familia* positum vidimus I, 40, 3. ὑπέρφρων ἐς pro ὑπερεφρόνησε et δόσεων pro δόσεσιν Mosq. Pro vulg. τῶν ἐν τῷ συλλόγῳ rectius legi τοὺς ἐν τῷ σ. Sylburgius animadvertit; hoc Facio probatum Clavier recepit nobis assentientibus. „τοὺς πιθανοὺς τῷ πλήθει pro τοὺς παρὰ τῷ πλήθει ἀξιοπίστους, eos qui pro sua auctoritate multitudini quidvis persuadere possunt, seu, quibus a vulgo facillime fides adhibetur.“ Sylb. *Timolaus* Plutarcho referente in Philop. 15. Philopoemenis hospes a Spartanis missus est ad offerendam ei pecuniam. ἀπεδείχθη — στρατηγός Vulgata — στρατηγῆσαι Mosq. in quo videri potest latere lectio στρατηγῆσαι. Sic Δαμοκρίτου στρατηγεῖν Ἀχαιῶν ᾑρημένου VII, 13, 1, ubi plura exempla proposita sunt. Sed quominus ita scriberem, illud obstitit, quod in hac similibusque formulis *Infinitivum Praesentis* usurpari videram. Cf. adn. ad I, 6, 8. Λακεδαιμονίων δὲ κ. τ. λ. De his rebus cf.

VII, 8, 3. Plut. Philop. cap. 16. Huc etiam pertinent Polyb. XXII, 23. (quem locum Plutarchus excitavit), XXIII, 1. et 7. *καὶ — τε ὅσον* fuit etiam I, 24, 7. *ἀσκῆσθαι — στρατείαν* Mosq. qui deinde *νικησάντων* omisit. *Μανιλίου* ante Facium, qui se dicit hic et paulo post e Mosq. Plut. Philop. 17. Liv. XXXVI. init. et c. 16 sq. XXXVII, 46. *Μανίου* scripsisse. Hunc *Aristaenum* Romanis faventem ob hanc causam proditoribus accensendum esse negat Polybius XVII, 13. XXV, 9. *Aristaenetus* vocatur Plutarcho in Philop. c. 17. *ὁ Φιλοποίμην — ἔφη* et postea *τῷ μὲν — ἀπελθόντος* Mosq. omisit.

§. 2. *Ἦν γὰρ κ. τ. λ.* Easdem has res tetigit IV, 29, 5. *στρατεία* pro *στρατιᾷ — ὁμοίως ἐπείγετο* Mosq. *πέλτας* hic pro *πελταστὰς*, ut apud Xenophontem *ἐπὶ πεντήκοντα ἀσπίδων* pro *ἀσπιδοφόρων*, et passim *ἡ ἵππος* pro *οἱ ἱππεῖς*, dici, monuit Sylburgius. „Sed *πέλτας* mendosum et scribendum esse *πελταστὰς*, nullus dubito.“ Facius, et Clavier ita edidit, dicens, ita legi in codd. 1410. 1411. Ego vero Vulgatam minime sollicitandam existimo, iis, quae Sylburgius attulit addens ex Eurip. Alc. 501. *Θρακίας πέλτας ἄναξ*, ubi v. Musgrav. et e Xenoph. Cyrop. VIII, 8, 24. *ὅπλα* pro *ὁπλῖται*, ubi rursus citatur Eurip. in Phoen. 113. 524.

§. 3. *Ἀνέστρεφον — ἐς τὴν οἰκίαν·* forsan praestat legere *οἰκείαν*, quanquam *οἰκία* sit etiam cap. 15, 3. X, 28, 1, sed in hoc altero loco Mosq. *οἰκείαν* habet. *ἀνέστρεφεν* Mosq. *Φιλοποίμεν* Mosq. qui deinde *γὰρ* omisit. *διάφοροι — γνῶμαι.* Eodem modo loquutus est IX, 13, 3. et de hoc loquendi genere cf. adn. ad 38, 1. 49, 1. De *Philopoemene capto* iam IV, 29, 5. ubi etiam huius *Dinocratis* mentio facta est; de quo Philopoemenis inimico cf. omn. Polyb. XXIV, 5. Idem consulendus est de his rebus Messeniorum et ultione de Messeniis sumta ab Achaeis cap. 10. 12. XXV, 1. Collem, ubi Philopoemen captus sit, Dodwellius II, 230. opinatur esse *Euan*, a Pausania IV, 31. commemoratum. *Δινοκράτης* Mosq. etiam postea. *περιποιεῖν vivum servare, vitae parcere* etiam apud Herod. III, 36. *ἀναιρήσεις* Mosq. *ἐπιπ. φάρμακον.* cf. Polyb. XXIV, 9.

CAPUT LII.

§. 1. Φορὰ videtur *proventus*, *copia* esse imprimis *ea quae fortunae debetur.* quo factum ut φορὰν philosophi τὴν τύχην dicerent. v. Bekkeri Anecd. p. 868.

§. 2. Pro vulgato τὸν πρὸς τὸν Μῆδον ἐπισχὼν στόλον Kuhnius volebat legi τὸν πρὸς τῶν Μήδων *classem a Medis immissam reprimens*, Clavier autem τὸν πρῶτον Μήδων, in versione hoc ita exprimens *et qui arrêta ainsi les Medes dès le commencement de leur expédition.* Vulgatam Facius recte interpretatus est: *qui classem contra Persarum regem intendit h. e. direxit, duxit.* Quod conspirat cum his Corn. Nepotis verbis in Milt. cap. 7. *Post hoc proelium classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt.* Similiter autem loquutus est Herodotus ἦγε τοὺς Πέρσας δρόμῳ — ἐπεῖχέ τε ἐπὶ Λακεδαιμονίους IX, 59. δῆμον pro Μῆδον Mosq. Ut Aeschines contra Ctesiph. 222. Athenarum (τῆς πόλεως) sic Pausanias h. l. Graeciae *euergetas* recenset. εὐεργέτης honorificum fuit cognomen et Baccho (v. Hesych.) et nonnullis Aegypti regibus datum. De *Miltiade* Nepos cap. 6. ait: *Athenas totamque Graeciam liberavit.* Philopoemen h. l. ἔσχατος εὐεργέτης Ἑλλάδος appellatus, a Romano quodam ἔσχατος Ἑλλήνων (in Plut. Philop. init.) vocatus est, ut Cassius *ultimus Romanorum* in Tacit. An. IV, 34. δὲ post Φιλοποίμην Mosq. omisit et habet Κραύγιδας. De hoc *Polydoro* cf. III, 3. αὐτῶν pro αὑτῶν Mosq. Idem habet ἀθρόον sed supra scriptum ἀθρόως. Abreschius in Thucyd. p. 245. corrigebat ἀθρόαν· si quid corrigendum, praetulerim lectionem Mosquensem. Cf. adn. ad VI, 13, 2. Ἀναξανδρίδους Mosq. Πλαταιάσιν vulgo. Pro vulgato ἡγησαμένου Facius e Mosq. reposuit ἡγησάμενον. Deinde Vulgata ita habet: τὸν μὲν τὰ ὕστερον ἀφεῖλεν ἀδικήματα εὐεργέτην μὴ ὀνομασθῆναι, sed Mosq. — ἀφεῖλε τὰ ἀδικήματα. inde erui ἀφείλετο ἀδικήματα, quod Schaefer quoque in adn. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 320. voluit. idem nunc video in Clavierii transiisse editionem. Similis locus est ὃν οὐδὲ τυραννοῦντα ἀφείλοντο μὴ ἐπονομάσαι χρηστόν VIII, 36, 3. adde IX, 1, 3, ubi similiter post ἀφαιρέομαι sequitur μὴ cum Infinitivo. ἔταξε — Ἕλλησι. Similiter Aeschines l. c. Aristidem dicit τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησι, et apud Herodot. VI, 42. Artaphernes Sardium praefectus φόρους ἔταξε τοῖς Ἴωσι. Medium autem et recte quidem est apud Herodot. III, 89. de Dario ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέ-

ναι κατὰ ἔθνεα et cap. 13. *Λίβυες φόρους ἐτάξαντο sibi ipsi imposuerunt.* ἐπίταξις et ἐπιτάσσεσθαι de *tributo* habet idem Herodotus III, 89. 94. φόρα pro φόρους Mosq. *Λεωτυχίδι* idem. αὐτόχειρας — τῆς Ἑλλάδος. Apud Demosthenem pro Cor. cap. 88. sunt αὐτόχειρες τοῦ φόνου τῶν Ἑλλήνων· hinc facta est haec translatio. Cicero quoque Catilinam, *parricidam civium* dicit nihil nisi de *parricidio patriae* cogitare Catil. I, 12, 29. et 7, 17. ὅτι ἐγγύτατα ποντιστὰς Vulgata. Sylburgio scribendum videbatur οἱονεὶ καταποντιστὰς, existimanti ποντιστὴς et ποντίζειν aut nunquam aut rarissime inveniri. καταποντιστὰς voluit etiam Porsonus scribi, atque ita edidit Clavier codd. 1410. 1411. sequutus. κατα facile potuit praecedentibus syllabis τατα absorberi. Respondet huic metaphorae illa, quae est VII, 17, 1. τὸ ἔθνος — ἀνανηξάμενον. „Recentior Graecitas ποντίζειν et verba cognata crebro pro *pessumdare, perdere, deturpare* adhibuit.“ Lobeckius ad Soph. Ai. p. 346. De verbo κακοῦσθαι cf. adn. ad I, 4, 1. Hic quoque *graecae nationes libertate privatae per Spartanos* cogitantur. ἀνεκτήσατο Vulgata. ἀνεκτήσαντο cum Clavierio, qui id in cod. 1411. invenit. Ἐπαμινώνδας — θαλάσσης omisit Mosq. αἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω. cf. ad V, 27. extr. *Λακεδαιμονίων* post ἄνω e Mosq. inseruit Facius. Qui ἁρμοσταὶ fuerint, tribus locis declaratum est in Bekkeri Anecd. Cf. Harpocrat. h. v. adde Lex. Xenoph. ubi etiam de δεκαρχίαις et de scriptura h. v. Isocratis explicationem repetivit Harpocratio h. v. δεκαρχίας. v. IX, 6, 1. De hoc *Leosthene* cf. I, 1, 3. 25, 4. τίθεμαι Facius scripsit ex Sylburgii correctione pro eo quod antea fuit scriptum τιθέναι. Post ὁ μὲν vulgatum γε cum Mosq. omisi. καταβάντες Mosq. τὰ δὲ — Σικυωνίους. v. II, 8.

§. 3. *Τὸ ἐν Τεγέα.* cf. cap. 49, 1. Hoc epigramma repetitum est in Anth. Palat. T. II. p. 870, ubi v. Iacobsii adn. de auctore. *Τοῦ δ'* Ald. Francof. quod Sylb. correxit. Ἔπετ' pro Ἕσπετ' Mosq.

CAPUT LIII.

§. 1. *Τὰ ἀγάλματα* v. §. 3. In *τότε* Porsonus *ἰόντε* (*ἴστε*) putabat latere; sed *τότε* potest hic esse *olim*. de qua significatione cf. ad I, 34, 1. VI, 8, 8. Eodem modo paulo post legitur §. 4. *Σκέφρος* paroxytonon, sed *Σεβρὸς* III, 15, 2. oxytonon est, an recte, quaerendum. *ἐν ἀποῤῥήτῳ διαλέγεσθαι. Πρὸς δὲ τὸν Λειμῶνα, ἦν δὲ ὁ Λειμὼν οὗτος Τεγεάτου τῶν παίδων, ὑπονοήσας δὲ ἔγκλημα ἔχειν ἐς ἑαυτὸν τὰ ὑπὸ Σκέφρου λεγόμενα* ante Facium, qui auctoritate codicis Mosq. *Πρὸς δὲ τὸν* mutavit in *πρὸς αὐτὸν* et ita distinxit *διαλέγεσθαι πρὸς αὐτὸν Λειμῶνα· ἦν δὲ — τῶν παίδων· ὑπονοήσας δὲ ἔγκλημα κ. τ. λ.* Sed *δὲ* ante *ἔγκλημα* Mosq. omisit, est autem de suo loco motum et inserendum post *Λειμῶνα*, quod mutandum in *Λειμὼν* ut hunc in modum legendum sit et interpungendum: *διαλέγεσθαι πρὸς αὐτόν· Λειμὼν δὲ* (*ἦν δὲ ὁ — τῶν παίδων*) *ὑπονοήσας ἔγκλημα — ἀποκτίννυσιν·* ita enim scripsimus pro vulgato *ἀποκτείννυσιν. Μαιρὰ* vulgo. cf. ad cap. 8, 1. 12, 4. *ἀκαρπιᾶς* Mosq. Idem *τῇ* post *ἑορτῇ* inserit.

§. 2. *Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κύδωνα, καὶ Ἀρχίδιον καὶ Γόρτυνα* Vulgata. Sylburgius verebatur ne in *τὸν τόπον* mendum aliquod lateret. Kuhnius corrigebat *τῶν τόπων locis illis demigrare.* Facius hanc proposuit emendationem: *Λέγουσι δὲ καὶ, ὅσοι Τεγεάτου τῶν παίδων ἐλείποντο, μετοικῆσαι σφᾶς.* Clavier autem: *Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων οἱ ἐλείποντο μετοικῆσαι.* Porsono quoque placuit *ἐλείποντο*, qui id primum in *ἐλείτοπον*, deinde in *ἔδει τὸν τόπον* depravatum putabat. *ὅσοι* autem pro *ὡς* est in codd. 1410. 1411. et Mosq. cf. adn. ad cap. 44, 5. *Τεγεάται* codd. 1410. 1411. *καὶ ὡς Τεγεάτου παῖδας* cod. 1399. Facius igitur probandus. Pro *Ἀρχίδιον* Mosq. et codd. 1410. 1411. *Ἀρχήδιον* habent. Amasaeus inter Cydonem et et Archidium inseruit *Catreum.* Huius autem nomen excidisse vel pro *Ἀρχίδιον* reponendum esse, Facius quoque post Goldhagenum animadvertit. Berkel ad Steph. Byz. v. *Κάτρη* nostrum locum prolatum ita scripsit: *Κύδωνα, Κατρέα καὶ Γόρτυνα.* itaque nos in minore editione scripsimus *Κύδωνα, καὶ Κατρέα τε καὶ Γόρτυνα.* Clavier quoque et Nibby pro Archidio Catreum in suas adsciverunt interpretationes. De urbe *Gortyne* cf. adn. ad II, 15, 1. Pro *Κατρέα* Berkelius l. c. scripsit *Κατρέαν. Cydon* Acacallidis et Mercurii filius

etiam apud scholiasten ad Apoll. Rh. IV, 1492, sed apud Stephanum Byz. v. *Κυδωνία* pater est Apollo. *Ὁμήρου·* vide Odyss. IV, 581 sq. *ὡς* omisit Mosq. *Κιναιθὼν* vulgo. vide ad II, 18, 5, et de hoc poëta Weichertum de Apollonii Rh. vita et carm. p. 184. 238. De hoc *Talo* et aliis huius nominis viris citatur Heynius ad Apollodorum. *Τάλον* pro *Τάλων* Mosq. *οἱ μὲν δὴ — εἰσι.* Similis observatio legitur I, 38, 7.

§. 3. *Τεγεᾶται* Ald. Francof. quod Sylb. correxit. Legendum haud dubie est *τέσσαρά ἐστιν ἀριθμόν.* Vitium autem Facianae editionis *ὄνομα δὲ αἱ* repetivit Clavier. *ὀνόματα δὲ αἱ — Κερκύονος.* Auctor duae tantum tribus, *Clareotis* et *Hippothoitis*, unde nomen acceperint, indicat, quum duas reliquas de Apolline Agyieo et Minerva appellatas esse, planum esset. Ex inscriptione pro *Κλαρεῶτις* affertur *Κραρεῶτις* (v. Mülleri Doriens. II, 513. Kunstbl. 1820. N. 65.) quod Pausaniae non obtrudendum. *Ἱππροθωτις* Mosq. idem *Ἀθανεάτις* omisit. *καλοῦνται — χώρας.* De Arcade terram inter filios dividente cap. 4, 2. *Κερκύωνος* vulgo. cf. cap. 5, 3. 45, 4. extr. De hac *Laodice* cf. cap. 5. *Χειρίσοφος ἐποίησε* pertinet ad simulacrum Apollinis; non igitur probanda Amasaei interpretatio. *παρὰ Μίνω* vulgo. *παρὰ Μίνῳ* scripsi cum Amasaeo. *καλοῦσι — κοινήν* i. e. *Est Tegeatis quoque* (ut Mantinensibus cap. 9, 2.) *ara quam vocant communem Arcadum.* Forsan ea rotunda fuit, ut illa *ἑστία κοινὴ* cap. 9, 2. Scripsimus autem *ἑστίαν* pro vulg. *Ἑστίαν.* Winckelmannus in Versuch einer Alleg. p. 45. seu Opp. II, 508. notat Amasaeum, qui *τραῦμα* verterit *cicatricem*, quum sit *vulnus*, et testatur se vidisse in domo Farnesiana iuvenis herois statuam in femore vulnerati. De Hercule tum vulnerato cf. III, 15, 3. *ἡ* pro *οἱ* Mosq. *ἣν πρῶτος* vulgo. Sylburgius malebat *ἣν πρῶτον* seu *πρώτην*, quorum hoc Clavierio, illud nobis magis placuit, et *πρώτην* edidit Clav.

§. 4. *Ἀφ'* pro *ἐφ'* Mosq. *Καρίου* pro *Κλαρίου* idem. *τότε* vide adn. ad §. 1. *νείφειν* Mosq. *ὄντας ἐν τοῖς ὅπλοις.* sic et Herod. I, 13. *ἐν ὅπλοισιν ἔσαν. ἠνοχλοῦντο* Mosq. *ἐνδοῦντας* ante Facium, qui auctore Sylburgio *ἐνδύντας* scripsit. Nos e codice Mosq. reposuimus *ἐνδύντες·* idem tacite recepit Clavier et probatum est Porsono.

§. 5. *Στήλην τὴν Ἐχέμου* Vulgata. *τὸ Ἐχέμου* Mosq. hinc dedi, quod Facius iam voluerat, *τοῦ Ἐχέμου·* idem fecit Clavier. *τούτων ὅσον δέκα ἀπωτέρω σταδίοις Ἀρτέμιδος*

Κνατεάτιδος, ἔστιν Ἀλεοῦ τὰ ἐρείπια Vulgata. Pro *τούτων* est *τούτους* in Mosq. Hinc *τούτου* scripsi scil. *ἱεροῦ*. Sylburgius malebat *Κναγεάτιδος* reponi ex III, 18, 3, ubi Diana *Κναγία* dicitur a Lacedaemoniis culta esse. Haec correctio transiit in Kuhn. editionis indicem. Clavier scripsit *Κνακεάτιδος*, quod nescio quo casu legitur in indice Facianae editionis. Arcadum Diana *Κνακαλησία* de monte Cnacalo nota est ex VIII, 23, 3. Quod in Strothii Handbuch der alten Geographie I, 2. p. 649. proponitur ex Paus. III, 10, 8. *Ἀρτέμιδος Καρυάτιδος*, longius recedit a Vulgatae vestigiis. Pro *Ἀλεοῦ* in Mosq. est *Ἀλέοον* Facius suspicabatur legendum esse *Ἀλείου* ut *Alei heroum* intelligeretur; magis tamen probandam putabat Sylburgii emendationem *ἔστιν ἐπ' Ἀλφειοῦ τὰ ἐρείπια*, quum mox de Alpheo verba fiant; eandem expresserunt in suis versionibus Clavier, Goldhagenus, Nibbyus. Equidem legi malim *ἐστι ναοῦ τὸ ἐρείπια*.

CAPUT LIV.

§. 1. et 2. De *fontibus et cursu Alphei et Eurotae* cf. cap. 44, 3, et Strabo VIII, 343. (65 sqq.) „Die vom Pausanias erwaehnten Oerter duerften vielleicht bey der Untersuchung des wirklichen Zustandes und dem Nachforschen der Quellen des Alpheios leicht entdeckt werden. Der *Alpheios* entspringt auf einem Gebirge, *Barbenia* genannt, dem alten *Parthenion* in Arkadien, und nimmt seinen Lauf nach *Saranta Potamoi*, an der Strasse zwischen Sparta und Tegea, hinter welchem er sich bald darauf in der Erde verliehrt. Auf der Ebene von Tegea kommt er wieder zum Vorschein, versinkt darauf zum zweitenmal in eine Kluft, und erhebt sich von neuem bey der Gegend Franko-Brusi, nicht weit von den Ruinen von *Asea.* Hier verliert er sich wieder, und bricht zuletzt auf der Ebene von *Megalopolis* bey dem sogenannten Kephalo-Brusi hervor, welches wahrscheinlich die *Pegai* des Pausanias sind.“ Dodwellius II, 2. p. 169 sq. Sickl. Referente Pausania ad Phylacen Alphei caput est; mox in eum aliorum fontium aquae decurrunt; locus ubi hoc fit Symbola vocatur. Progressus a Symbolis in Tegeatico campo terra hauritur; inde iterum se prorumpit ad Aseam et permistus Eurotae (v. c. 44, 3.) iterum in terra se abscondit. Tum in loco Pegis dicto denuo exoritur. *Phylacen*

milliari geographico distare a Tegea in austrum recedentem sumit Mannertus VIII, 467. *Φυλάκη*. cf. cap. 45, 1. et Phavor. *οὐ πόῤῥω τῆς γῆς* Vulgata: nos non dubitavimus corrigere *οὐ πόῤῥω τῆς πηγῆς*. Hoc iam Goldhagenus tacite in sua versione expresserat; eodem modo nunc video Corayum emendare.

§. 2. *Τε* post *ἀφανίζεσθαι* Mosq. omisit. *ἐθέλειν* Ald. Frfrt. sed Sylb. correxit. *Ἀσαίᾳ* ante Facium, qui *Ἀσέᾳ* restituit. cf. cap. 44, 3, et 4. 3, 1, et ibi not. De *coniunctione Alphei et Eurotae* cap. 44, 3. et Dionysius Per. p. 20. ita:

> ἔνθ' ἐρατεινότατος ποταμῶν Ἀλφειὸς ὁδεύει
> σχιζόμενος προχοῇσι Μεσηνίου Εὐρώταο,
> οἵ τ' ἄμφω Ἀσίηθεν ἀναβλύζουσι ῥέεθρα.

De his *Πηγαῖς* v. ad init. huius cap. adnotata ex Dodwellio et cap. 44, 3. *Ἀνδρείας* Mosq. Hic *Ἀδρίας* sed in Suida v. *Ἀλφειὸς* et *Ἀρέθουσα* est *Ἀθριὰς θάλασσα*, ubi eadem haec res narratur. *διανηξάμενος κ. τ. λ.* Cf. V, 7, 2. *τοῦτον πέλαγος* Mosq. Ald. Francof. *τοῦτο πέλαγος* Kuhn. Fac. Clav. quod probabat Bastius in adn. ad Gregor. Cor. p. 72. Schaefer autem ibidem bene correxit *τοῦτο τὸ πέλαγος*. Mox *ἐπειδείκνυσιν — ἀνακινούμενος* Mosq.

§. 3. *Θυραίαν* Mosq. De *Thyrea* II, 38, 5. *παρείχετο — ὁ τάφος*. Nam III, 3, 6. dixerat, in urbe Tegeae ossa Orestae reperta esse a Licha. ergo in brevius contractam vidit Tegeam Pausanias. cf. adn. ad init. cap. 45. „Forsan *Γαρεάτης* legendum, ut denominatio sit a *Gareate* vico cap. 45, 1." Sylb. conferens *Βρενθεάτης* a Brenthe cap. 28. extr. *Γαθεάτης* a Gatheis c. 34. sub fin.

§. 4. *Ὀχήμασιν* Corayi coniectura est. *ἐκ Κορυθέουσι* Vulgata, quam quatuor modis emendare aggressus est Triller in Observ. I. p. 14, quibus omnibus una praestat Sylburgii ratio *ἐν Κορυθεῦσι* e cap. 45. init. petita, ubi *Κορυθεῖς* afferuntur in populis Tegeae. Hanc nobiscum recepit emendationem Clavier, et sequuti sunt Goldhagenus, Nibbyus, Schwenckius in Etym. Myth. Andeut. p. 162.

§. 5. *Παρθένιον*· Cf. de hoc monte adn. ad initium huius capitis; de situ cap. 6, 2. Herodoto VI, 105. esse *ὑπὲρ Τεγέης* dicitur, Straboni autem VIII. p. 389. (320.) *Καθήκειν ἐπὶ τὴν Ἀργείαν ἀπὸ τῆς Τεγεάτιδος*. De lectione *Φιλιππίδῃ* (*Φιλιππίδι* Mosq.) cf. ad I, 28, 4. adn. ubi eadem haec res tangitur. *φανῆναι*· eodem modo Herodotus VI, 106. de eodem. Kuhnius sine causa corrigebat *εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν τὰ*

Ἀθηναῖοι etc. *λέγουσι.* nam *τὰ πρὸς αὐτὸν* sunt *ad ipsum* (Pana) *pertinentia.* *ἀεὶ* post *δεδοίκασι* vulgatum omisi cum Mosq. *ἔστιν ἐν τοῖς ἤδη γεωργουμένοις Τεγεατῶν ὅροι καὶ Ἀργείων, καθ' ἃ αἱ ἐν τῇ κατὰ Ὑσιὰς ἐν Ἀργολίδι.* Vulgata, nisi quod Facius suadente Sylburgio *καὶ* pro *αἱ* post *καθ' ἃ* edidit. Idem Sylburgius voluerat *εἰσὶν ἐν τοῖς* pro *ἔστιν ἐν τοῖς* scribi; neque Facius Vulgatam *ἔστιν — ὅροι* recte defendit initio huius capitis *ὅροι — ἐστὶν ὁ Ἀλφειός.* Clavier edidit: *ἔστιν ἐν τοῖς — ὅροι καὶ Ἀργείων, κατὰ Ὑσιὰς αἱ ἐν τῇ Ἀργολίδι.* Similiter correxit Nibbyus, qui ita vertit: *sono i confini dei Tegeati e degli Argivi verso Isie in Argolide.* Nobis tutissimum visum est sequi codicem Mosq. qui verba *καὶ Ἀργείων — αἱ ἐν τῇ* omisit; nos ea uncis notavimus. Idem codex *ὅρος* pro *ὅροι* habet; hinc fecimus *ὅρος* quod concinit cum *ἔστιν.* Voc. *ὅρος* corruptum vidimus etiam VI, 26, 5. Singularis autem legitur etiam I, 38, 8. Pro *κατὰ Ὑσιὰς* est *καταύσια* in Mosq. De his *Hysiis* cf. II, 24. 8. et 9. VIII, 6, 2. Gellius in Itin. of the Morea p. 173. Hysias fere medias ponit inter Argos et Tegeam, eas ab Argis quinque horarum via, deficiente quarta horae parte, a Tegea autem quatuor horis et dimidiata removens. Cf. Addenda ad II, 24, 6—9.

Desinit ergo haec Arcadiae enarratio in eo loco, a quo ceperat initium cap. 6, 2. ita autem simul haec totius Peloponnesi perlustratio absoluta est, quae ab Argolide profecta et inde per terrarum orbem ad mare sitarum continuata descendit in Arcadiam iis inclusam tanquam a lateribus ad intestina, unde ad Argolidis fines se iterum convertit, qui eam dirimunt ab Arcadia.

396 308

25/- The translations